UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

LGI A866S Deipnosophistarum libri XV [Vol. 12]

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

POST

ISAACUM CASAUBONUM

CONSCRIPSIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER

ARGENTORATENSIS

INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS

ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS SEPTIMUS.

ANIMADVERS. IN LIB. XIII. ET XIV.

ARGENTORATI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE

ANNO XIII. (1805.)

2305A

21463
b

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM DECIMUMTERTIUM.

Ed. Caſaub. P. 555.

AD CAP. I.

a » LIBRI huius *Argumentum* verbo declaravit Athenaeus, » qui Ἐρωτικὸν, ſive τὸν περὶ Ἐρωτικῶν λόγον illum inſcri- » bit. Videtur auctor aemulatione Platonis huiusmodi ſer- » mones Dipnoſophiſtis ſuis attribuiſſe. Nam in Convivio » Platonico de Amore ſolum disputant convivae. Sed il- » le, ut philoſophus, Amoris naturam, ortum, & cauſ- » ſas, eo commentario nos docet. Hic, ut philologus, » quae de amore & rebus ad eum ſpectantibus apud vete- » res legerat, quorum hodie ſcripta deſideramus, utpluri- » mum αὐτολεξεὶ commemorat. Finis huius ſcriptionis, » quem ob oculos Athenaeus habuit, eſt πολυμάθεια, & » illa rerum omnium antiquarum cognitio, quae & per ſe » expetitur, & ad intelligendos veteres ſcriptores ſane » quam neceſſaria eſt, maxime autem Comicos; ad quo- » rum lectionem totum hoc opus εἰσαγωγὴν quandam eſſe » & παρασκευὴν ubertim docuimus ſuo loco. Ibi ſatis de- » teſtati ſumus veterum eruditorum hanc laſciviam ſive » petulantiam, aut immanem certe περιεργίαν, qui bonas » horas talibus ſermonibus male perdere non erubuerint. » Non eſt profecto viri ſapientis, doctrinae & πολυναγνω- » σίας laudem pudoris vel leviculo damno, nedum iacturâ, » ire ſibi aſcitum. Verum haec quia reprehendere quidem » poſſumus, ſed mutare non poſſumus; quod ſolum in no-

»bis eſt, leviter adeo iſtam partem attingemus, ut fa-»cile omnes intelligant, nos hîc, ceu in aliquo aedilem »metuente loco, non lubenter aliquot horas eſſe verſa-»tos. Igitur ἐγκαλυψάμενοι Dipnoſophiſtarum ſermones »raptim percurramus.« CASAUBONUS.

Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδιοποιός. Sic uterque codex mstus; non κωμῳδοποιός. De illâ *Antiphanis* comoediâ, cuius titulum tacet auctor, confer notata ad VIII. 340. c. Verba iſta, ὁ δὲ δῆλος - - ἀποδεχόμενος, *parentheſeos notis* incluſerat Caſaubonus, quas rectius *abeſſe* a ſuperioribus editionibus iudicavimus.

Δεῖ γὰρ, ἔφησεν. Δεῖ γε legendum cenſuit PURSANUS, ſuffragante Villebrunio. Immemores erant boni viri moris Graecorum frequentiſſimi in familiari ſermone. Intellige, *Mirum non eſt, tibi haec minus placere: oportet enim* &c.

περὶ ἑταίρας πλεονάκις καὶ εἰληφέναι &c. »Scripſimus »cum omnibus libris περὶ ἑταίρας. Edebatur παρὰ ἑταίρας. »Interpres, παρὰ ἑταίρᾳ. [*apud ſcortum.*] Neutrum probo.« CASAUBONUS. — Recte περὶ habet codex noſter uterque.

εἰδόσιν ἐκτιθέμενοι τὴν ἱστορίαν. Cum ad praeceden- b
tia verba abeſſent *parentheſeos ſigna*, monuit CASAUBONUS: »Diſtinguendum & legendum, Ἡμεῖς οὖν τὸν περὶ »ἑρωτικῶν λόγον ἐνταῦθα μέλλοντες κατατάττειν· (ἐγένον-»το γὰρ καὶ περὶ γαμετῶν καὶ ἑταιρῶν πολλάκις λόγοι.) »οὐκ εἰδόσιν ἐκτιθέμενοι τὴν ἱστορίαν, τῶν Μουσῶν &c. »Negationem ante εἰδόσι reſtituit etiam Dalecampius, »ſed minus recte interpretatur. Nam hoc ait Athenaeus: »*nos qui convivio interfuimus, hiſtoriam hanc neſcientibus* »*volentes exponere, Eratonem prius invocabimus* &c.« — Specioſa quidem doctiſſimi viri ratio: nec tamen audendum putavimus, ut contra librorum fidem negativam particulam obtruderemus auctori. Ac, verum ſi quaerimus, ſi nihil aliud dicere voluit Athenaeus, quam quod eum dicentem Caſaubonus fecit, prorſus otioſe interpoſita videri debet tota illa ῥῆσις, οὐκ εἰδόσιν ἐκτιθέμενοι τὴν ἱστορίαν: ſatis erat id quod dixerat, τὸν περὶ ἐρωτικῶν λόγον μέλλοντες ἐνταῦθα κατατάττειν. Nunc, cum adiicit εἰδόσιν ἐκτιθέμενοι τὴν ἱστορίαν, hoc dicit: *quoniam hominibus ſcribimus non ignaris, & veteris hiſtoriae prorſus rudibus, ſed intelligentibus, doctis, & eruditis; tanto magis opus eſt ut a Muſarum invocatione faciamus initium:* ſcilicet, ne quid temere & imperite proferamus, ſed ea ſcribamus quae ta-

libus lectoribus probari possint, & quae digna videri possint doctis illis viris quorum in conspectu disputata haec esse fingimus. Quoniam autem de *rebus Amatoriis* sermo instituitur, *e Musarum choro* eam invocat auctor, quae & ab *amore* nomen invenit, & *amatoriae poëseos* praeses habebatur.

τὸν ἐρωτικὸν ἐκεῖνον κατάλογον. Haud dubie mendosum est κατὰ λόγον, quod habent membr. *A.* (In *Epit.* haec desunt.) Recte unâ voce κατάλογον edd. quo vocabulo adluditur ad Graecorum ducum naviumque *Catalogum*, secundo libro Iliados comprehensum, quem a simili quadam invocatione Musarum auspicatus est Poëta. Verba quidem ipsa, Εἰ δ' ἄγε νῦν, Ἔρατὼ, &c. nusquam apud Homerum leguntur, sed ad imitationem poëtae (Odyss. μ'. 112. ϕ'. 35. & alibi.) efficta sunt. Quod in Dalecampii versione legitur, *Amatoriorum illam enumerationem*, id ex Basileensi editione Athenaei ductum, in qua ἐρωτικῶν scribitur, casu-ne, nescio, an editoris consilio. Percommode quidem ἐρωτικὸν tenet ms. *A.* cum ed. Ven. & Cas.

AD CAP. II.

c ἐν Λακεδαίμονι εἰς οἴκημά τι σκοτεινὸν &c. »De *Lace-*»*daemoniorum coniugiis* scribit Plutarchus in Lycurgo, [p. »48. d. ed. Francf.] ἐγάμουν δὲ δι' ἁρπαγῆς. Hunc raptum »videtur auctor intelligere, etsi rem narrans paullo ali»ter; quemadmodum & coelibum alias poenas leges apud »Plutarchum. « CASAUBONUS.

ἑτέραν ἐβουλεύετο περικαλλεστέραν ἀγαγέσθαι. Recte ἑτέραν edd. Perperam ἑταίραν ambo mssti. Commode vero iidem mssti ἐβουλεύετο: pro quo temere ἐβούλετο habent edd.

αἱ γυναῖκες ἐν ἑορτῇ τινι &c. Quodnam fuerit nomen illius festi, non magis compertum nobis, quam *Meursio* hunc locum citanti in Graecia Feriata, initio libri quinti.

d πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν. Conf. Suid. in Κέκροψ, & Toupii Emend. P. II. p. m. 222. *Ibid.* ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων, καὶ κοινογαμίων ὄντων. Perperam τῶν γυναικῶν ms. *Ep.* pro τῶν συνόδων. Pro κοινογαμίων suspicatus eram κοινῶν γάμων oportuisse. Sed vulgatum recte tenet uterque mstus: & idem valet τὸ κοινογάμιον ac κοινὸς γάμος. Sic τὸ ἀγάμιον est *coelibatus*; ὀψιγάμιος,

matrimonium ſero initum; κακογάμιον, *matrimonium male initum:* apud Polluc. III. 48. & VIII. 40.

Ibid. διὸ καὶ ἔδοξέ τισι διφυὴς νομισθῆναι. Iuſtinus, II. 6, 7. *Regem habuere Cecropem: quem, ut omnis antiquitas fabuloſa eſt, biformem tradidere, quia primus marem foeminae matrimonio iunxit.* Adde auctores, quos ad Iuſtinum laudarunt Interpretes: praeſertim vero conſulendus Suidas, vel potius, cui ille ſua debet, Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plut. vs. 773. cum Hemſterhuſii adnotatis.

Ἐκ τούτων οὖν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας, Ξανθίππην καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτὼ &c. Eadem fere *de Socratis* (quam nonnulli tradiderunt) *bigamiâ* legas apud Plutarchum in Ariſtide, ſub fin. Confer Diogenem Laërt. II. 26. eiusque Interpp. Ex recentioribus, qui de eodem argumento diſputarunt, conſulendus praeſertim HARDION, in *Memoires de l'Académie des Inſcriptions*, T. VIII. p. 281 ſqq.

οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν, ἱστορῶν τοῦτο ἐν τῷ περὶ Εὐγενείας. Cum περὶ Συγγενείας legeretur in ed. Ven. & Baſ. περὶ Εὐγενείας primus edidit CASAUBONUS, & ſic legitur in ms. *A.* & in aliis codicibus, e quibus excerptas lectiones Caſaubonus habuerat. »Olim ex coniecturâ (inquit) ſcribendum monueramus, in Notis Laërtianis, Περὶ Εὐγενείας, pro Συγγενείας: & ſic poſtea » in antiquis libris invenimus.« — Vide eiusdem Notam ad Laërt. l. c. Nempe περὶ Εὐγενείας inſcriptus idem liber legebatur apud Plutarchum l. c. qui quidem liber an vere *Ariſtotelis* fuerit dubitavit Chaeronenſis philoſophus. Iſtud, οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστ. ἔδωκεν, Dalecampius vertit, *quos ad id ſcribendum provocavit Ariſtoteles:* haud ita male. Dicitur autem proprie τὸ ἐνδόσιμον, *praecentus, praeludium, exordium melodiae quod praeit chorodidaſcalus, cui dein accinere oportet chorum:* ut docuit H. Stephanus, Theſ. I. p. 996. praeeunte Budaeo in Comment. Gr. Ling. p. 874 ſq. Quod duobus verbis ἐνδόσιμον διδόναι vel ἐνδόσιμον παρέχειν vulgo effertur, id uno verbo ἐνδιδόναι expreſſum ſupra vidimus, XII. 520. d. de quo uſu huius verbi ab eisdem quos modo nominavi doctis viris monitum eſt.

κατὰ ψήφισμα — — ὥστ' ἐξεῖναι καὶ δύο ἔχειν γυναῖκας τὸν βουλόμενον. Laërtius l. c. decretum in hanc ſententiam factum ait, *ut liceret civi Athenienſi,* γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας.

b ἀντεῖπε δὲ – – Παναίτιος ὁ Ῥόδιος. At idem *Panaetius* etiam contra aliorum omnium auctorum consensum contendit, Aristophanis calumnias in Socratem collatas ad alium Socratem, diversum a summo philosopho, spectasse. Vide Schol. ad Aristoph. Ran. 1539.

AD CAP. III.

λέγει γοῦν ὁ Πρίαμος· Ἐννεάκαιδεκα &c. Iliad. ω'. 496.

c οὐκ ἀνέχεται ἡ τοῦ Φοίνικος μήτηρ τὴν τοῦ Ἀμύντορος παλλακίδα. »*Phoenix* hortatu suae matris cum *Amyntoris* »patris concubinâ rem habuit; Achillis praeceptor, quem »ad Troiam secutus est. Lib. IX. Iliad.« DALECAMP. — Vide Iliad. ι'. 447 sqq.

Μήδεια δὲ – – οὐ φέρει οὐδὲ αὐτὴ τὸν Γλαύκης γάμον. Vide Apollodori Biblioth. l. 9, 28.

τὴν Κασάνδραν σὺν αὐτῷ τῷ Ἀγαμέμνονι. Vide Odyss. λ'. 421 sq. αὐτῷ τῷ recte dedit ms. *A*. *Ibid.* ὃν εἰς τὴν Ἑλλάδα ὁ κρείων ἐπηγάγετο. »Sic omnes mssti. Durum »plane: [nempe ὁ κρείων, de *rege*, in solutâ oratione,] »nisi alluderet ad Homerica verba.« CASAUBONUS.

d πᾶσι δοὺς γυναῖκας. Sic ambo mssti; non γυναῖκα. Paulo post, ἀδηφαγίαις, ut constanter alibi, sic & hîc, recte ms. *A*. Et deinde ἐρρώνται idem; non ἔρρωντο. ἀδδηφαγίαις cum editis tenet ms. *Ep*. In eodem codice terminatio verbi ἐρρώνται non nisi literâ τ superne adpositâ indicatur, vocalis non expressa est.

e *Homerici versus*, Πλεῖαί τοι χαλκοῦ &c. ducti ex Iliad. β'. 226 sqq. Mox dein, παρεσκευάσατο dedere ambo mssti: & ex Epitomâ habet Eustathius ad Iliad. ω'. pag. 1498. l. 32. ubi magna pars huius capitis adposita.

AD CAP. IV.

f ἐξ ὧν καὶ τὸ τῶν τέκνων αὐτῷ πλῆθος ἐγένετο. »*Herculis* »*sobolem*, & τὸ τῶν τέκνων πλῆθος, recenset Apollodorus »libro secundo Bibliothecae.« CASAUBONUS.

ἐν ἑπτὰ μέν τοι γε ἡμέραις πεντήκοντα διεπαρθένευσε Θεστίου κόρας. »Alii *Thespium* vocant, & *una* id *nocte* fa»ctum aiunt. *Thestium* Ledae patrem memorat Pausanias; »qui & libro IX. ab Hercule una nocte id factum scribit, »exceptâ unicâ. Vide locum.« DALECAMPIUS. — Pausa-

niam vide lib. IX. pag. 763. & ibi Sylburgii notata. Conf. Apollodori Biblioth. II. 4, 10. cum Heynii Notis.

ὡς Ἡρόδωρος ἱστορεῖ. Sic rectè veteres editiones. Temere Ἡρόδωτος ed Caſ. 2. & 3. Caeterum alibi ſaepe, partim a librariis, partim ab Editoribus, perperam inter ſe permutata eſſe *Herodoti* & *Herodori* nomina, compluribus exemplis docuit Weſſelingius in Diſſertatione Herodotea pag. 21 ſqq.

πρωτην μὲν γὰρ ἔγημε τὴν Ὀπλητος θυγατέρα, μεθ' ἣν τῶν Χαλκόδοντος μίαν. » *Hopletis filiae*, de qua No» ſter, πρῶτον μὲν γὰρ ἔγημεν *Aegeus* τὴν Ὀπλητος θυγα» τέρα, *Metae* fuit nomen. Apollodorus libro tertio: [c. 15. » ſect. 6.] γαμεῖ δὲ πρῶτον μὲν Μήταν τὴν Ὀπλητος. « Casaubonus. — πρώτην apud Athenaeum, non πρῶτον, dedere ambo codices mssti: & ſic apud Apollodorum quoque legendum videtur, cum praeſertim continuo dein ſequatur ibi δευτέραν δέ. Commode dein apud Noſtrum editum erat Χαλκώδοντος per ω in ſecundâ ſyllabâ, quemadmodum apud Homerum ſcribitur id nomen, Iliad. Δ'. 464. & apud alios auctores, in his ſaepius apud Apollodorum. Sed Χαλκόδοντος dedit uterque noſter codex mstus: cui ſcripturae quum minime repugnet analogia aliorum nominum ex ὀδοὺς compoſitorum, reſtituere eam ſcriptori huic debuimus.

καὶ Σίνιδος θυγατέρας. Sic rectè edd. Perperam καει- a
νιδος ms. *A*. In *Epit.* haec praetermiſſa ſunt, & alia brevius expedita: quare nec plura habet Euſtathius, cuius verba ex Athenaei Epit. deſumta citat Meurſius in Theſeo cap. 22 extr. Confer Plutarch. in Theſeo, pag. 4. c. & p. 13. e. ubi quidem Σίννις geminatâ ν literâ ſcribitur: ſed Σίνις, ſimplici ν, apud Apollodor. lib. III. extr.

Μελίβοιαν τὴν Αἴαντος μητέρα. Vocabulum γυναῖκα, quod temere hic adiiciebatur in editis, rectè ignorat ms. *A*. » Hanc (*Meliboeam*) *Euriboeam* vocat Pindarus Iſthmiorum » VI. cum quo conſentit Sophoclis Scholiaſtes in Aiace » Maſtigophoro; Pauſanias vero, in Atticis, *Periboeam* vo» cat, minimâ cum Pindaro & Sophoclis Scholiaſte dif» ferentiâ, Alcathoi filiam, Telamonis uxorem. « Palmerius, Exercitat. pag. 523. — Eamdem apud Plutarchum quoque Περίβοιαν vocari monuit Meursius, in Theſeo, cap. 22. pag. 92 ſq. Sic vero & apud Apollodor. III. 12 extr. ad quem locum cf. Heynii notata. Fortaſſe au-

tem ab hac non differt Φερέβοια illa, quae paulo poſt ex *Pherecyde* nominatur apud Noſtrum. Hoc quidem loco Μελίβοιαν cum editis tenet ms. *A*. In *Epit.* vero omiſſum nomen.

Ἡσίοδος δέ φησιν καὶ Ἵππην, καὶ Αἴγλην, δι' ἣν καὶ τοὺς πρὸς Ἀριάδνην ὅρκους παρέβη, ὥς φησι Κέρκωψ. Quae Ἵππη hic vocatur, eamdem apud Plutarch. (pag. 13. e.) Ἰόπην nominari, Iphiclis filiam, monuit MEURSIUS l. c. Quo etiam ſpectat quod apud Suidam legitur, Ἰόπη, ὄνομα κύριον. Caeterum quum in eodem fere argumento & *Heſiodus* & *Cercops* auctores hic citentur, nec tamen adiiciantur tituli librorum, quibus de ea re agebatur; videri poterat, ex illo poëmate ducta haec eſſe cui Αἰγίμιος titulus fuit: quod ab aliis *Heſiodo*, ab aliis *Cercopi* auctori tribuebatur, ut dicebat ipſe Athenaeus, XI. 504. d. ubi vide notata. Verum ita diſerte hoc loco *Heſiodi* teſtimonium a *Cercopis* teſtimonio distinguitur, ut fere dubitari non poſſit, e diverſis operibus ducta eſſe. Quare *Cercopis* teſtimonium ex *Aegimio* fortaſſe fuerit; *Heſiodi* vero e *Mulierum Catalogo*, de quo conſulendus Fabricius Bibl. Gr. T. I. pag. 379. & Heynius in Indice Scriptorum ab Apollodoro laudatorum, voce *Heſiodus*.

b καὶ ἐκ Τροίας ἥρπασεν Ἀναξώ. Τροιζηνίας utique legendum videtur cum MEURSIO l. c. Sic apud Plutarchum: καὶ γὰρ Ἀναξώ τινα Τροιζηνίαν ἁρπάσαι λέγεται.

AD CAP. V.

ὃς περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν. Ad hunc locum ſpectat CASAUBONI animadverſio, his verbis concepta: »Mox de »*Alexandro*, ὃς περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν τριακοσίας πεντή»κοντα περιήγετο παλλακάς. Id eſſet, *de ſumma rerum pu»gnans*. Sed aliter libri, παρὰ τὸν ὅλον πόλεμον.« — Quae animadverſio totidem verbis repetita legitur in ed. Caſ. 2. & 3. At quisquis & Graecum contextum & Dalecampii verſionem inſpexerit, intelliget, aliud agentem ita ſcripſiſſe doctum Animadverſorem, cum plane inverſâ ratione ad hunc fere modum ſcribere voluiſſet: »Mox de *Dario*, ὃς »περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν τριακοσίας πεντήκοντα περιήγετο »παλλακάς. Id eſt: *qui, de ſumma rerum pugnans, »trecentas quinquaginta pellices ſecum circumduxit.* At Dale-

»campius, *totius belli tempore*. Id Graece esset, παρὰ τὸν »ὅλον πόλεμον: sed aliter libri.«

Δικαίαρχος ἐν τρίτῳ Περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου. Dalecampius: *Dicaearchus libro tertio De victu & moribus Graecorum.* Idem interpres lib. XIV. pag. 636. c. ubi idem citatur Dicaearchi scriptum, *De Graeciae Ritibus* vertit. Nos ad verbum reddidimus, *De Vita Graeciae*; quemadmodum a Varrone editos libros novimus hac inscriptione, *De Vita Populi Romani.* Planius quidem videtur reddi potuisse, *De Statu & Fatis Graeciae.* Vide Küsterum ad Suid. in Δικαίαρχος, & Fabricium in Bibl. Graec. T. II. p. 296.

ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσι καὶ δυσὶν οἷς ἐβασίλευσεν. »*Phi*»*lippum regnasse* ait *annos viginti.* ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσιν »οἷς ἐβασίλευσεν. Historiae non congruit hic numerus. Scri»pti quidam, εἴκοσι καὶ δυσί. Minus male. Diodorus Si»culus *annos regnasse* XXIV. scribit libro XVI.« CASAUBONUS. — Diodorum vide extremo libro XVI. In *Epit.* praetermissa ista omnia. Nomen δύο perperam in nominativo casu positum in membr. *A.* indicat olim notis numeralibus haec scripta fuisse.

Αὐδάταν Ἰλλυρίδα γήμας, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς θυγατέρα Κύν- c
ναν. »Non concinit Arrianus apud Photium: nam *Cynnae* »matrem *Eurydicen* vocat.« PALMERIUS, Exercitat. p. 523. — Vide Notata ad p. 560. f.

οἰκειώσασθαι δὲ Θέλων καὶ τὸ τῶν Θετταλῶν ἔθνος. δὲ Θέλων dedit ms. *A.* Θέλων absque δὲ ms. *Ep.* De re confer Nostrum, VI. 260. c.

Κιθήλας ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεύς. Unde *nomen* istud re- d
gis Thraciae acceperint editores nescio. In *Epit.* quidem praetermissum nomen: in vetustis vero membranis Κοθήλας scribitur. Κερσοβλέπτας apud Diodorum Sicul. XVI. 71. & apud Demosthenem nominatur Thraciae rex a Philippo domitus.

ἐπεὶ ἔν γε τῇ κλίνῃ φιλογύνης. Cum olim deesset e
postremum vocabulum, monuerat *Bernard.* MARTINUS, Variar. Lect. III. 14. adiiciendam esse negativam particulam, quae legitur apud Stobaeum, Serm. VI. pag. 80. in hunc modum, ἀλλ' οὐκ ἔν γε τῇ κλίνῃ. Et Dalecampius ex coniecturâ percommode scripserat, *at in cubili esse illarum amantissimum.* HOESCHELIUS vero e suo codice Epitomae docuit, apud Athenaeum in fine adiiciendum esse φιλογύ-

νης: quam vocem in ſua editione adiecit Caſaubonus, conſentiente utroque noſtro msto codice.

AD CAP. VI.

f οἵας Εὔβουλος φησίν. Sic ms. *A.* ignorans καὶ particulam, quam poſt οἵας inſertam habebant edd. In *Epit.* capitis huius initium tale eſt: Φησὶν Εὔβουλος περί τινων γυναικῶν· Οὐ περιπεπλασμέναι ψιμυθίῳ &c. Nos ψιμυθίοις ſcripſimus, plurali terminatione, quam cum editis tenet ms. *A.* & ſimplici μ literâ, qua idem utitur codex, cum hoc verſu, tum rurſus verſu poſtremo: de qua ſcripturâ conf. Moerin pag. 418. & ibi PIERSONUM, &, quos ille laudat, Scholiaſten Ariſtoph. ad Eccleſ. 1064. & Taylorum ad Lyſiam, pag. 15. ed. Reisk. ubi etiam de *Uſu ceruſſae* apud veteres nonnihil notatum. Supra iam alicubi, ni fallit memoria, eamdem ſcripturam praeiverat idem noſter cod. *A.* ſed paulo inferius (pag. 568. c.) ad editam ſcripturam ψιμυθίῳ nihil ex eodem adnotatum. Caeterum quum in editis libris perquam imperite distributi eſſent *Evbvli* verſus iſti, recte PIERSONUS l. c. monuit, facillimo negotio reſtitui legitimos ſenarios poſſe: id quod a nobis factum, nullâ nec voce nec literâ vel mutatâ vel transpoſitâ. Quum *ſecundus verſus* in edd. a verbis οὐδ' ὥσπερ usque κεχριμένα excurreret, *tertius* vero in hunc modum ſcriberetur,

κἂν ἐξίητε τοῦ θέρους ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὑδροῤῥόαι:

facile adparebat, *tertium* verſum his verbis abſolvi debuiſſe,

κεχριμένα. κἂν ἐξίητε τοῦ θέρους:

dein, quum ἀπὸ τῶν μὲν ὀφθαλμῶν daret codex *A.* tum vero adſumtâ voce δύο, quae perperam initio ſequentis poſita erat, ſponte enaſcebatur *quartus verſus* commodiſſime fluens:

ἀπὸ τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ὑδροῤῥόαι δύο:

ut nulla alia emendandi ratio circumſpicienda eſſet. Eamdem particulam μὲν offerebat quoque ms. *Ep.* ſed parum commodo ad metrum loco poſitam, ἀπὸ μὲν τῶν ὀφθ. Ad rem quod ſpectat, conſule Heſychium in Ὑπογράμματα, & alios auctores ibi ab Interpretibus laudatos, praeſertim Polluc. V. 101 ſq. Scilicet ſtibio (id eſt, antimonio) ſupercilia, & ipſa cilia oculorum, denigrabant quae bellae quive belli haberi cupiebant. Quod *verſu* 6. in ed. Caſ. μιλ-

Ϛώδη pro μιλτώδη ſcribitur, id operarum errore factum, qui ex ed. 1. in duas poſteriores imperite propagatus eſt.

Verſ. 8. De uſu verbi εἴξασι, pro ἐοίκασι, vide Ruhnken. a ad Timaei Lexic. Plat. pag. 98. Poſtrema verba, ἀνάπλεω ϕιμυθίου, eadem fere habes apud Ariſtoph. l. c. Eccleſ. vs. 1072. ed. Br.

Ἀναξίλας δὲ ἐν Νεοττίδι. Νεόττιδι vulgo hîc ſcribebatur, antepenacutâ voce: praeferendam autem putavi penacutam ſcripturam, quam pag. 572. b. exhibebant libri. Fuiſſe autem *Neottidem* hetaerae alicuius nomen, probabiliter ſuſpicatus erat IACOBS, in Muſeo Attico, T. II. Faſcic. III. pag. 171. coll. Athen. pag. 567. c. Illud quidem certum videtur, hetaeram aliquam deſignari hoc nomine; quod pro communi accipiens GROTIUS *Iuvenculam* interpretatus eſt, in Excerpt. ex Tragoediis & Comoed. Graec. pag. 858. ubi hanc *ANAXILAE* eclogam exhibuit, latinâ verſione donatam: quam verſionem nos etiam Graecis verſibus ſubiecimus.

Verſ. 2. »οὐ γένος τις ἂν δύναιτο παρανομώτατον »φράσαι. Excerpta, οὐ γένος ἂν δύναιτο. Superlativus pro »comparativo: ut Herodotus Muſâ tertiâ, [cap. 119.] ὁ »ἀνὴρ ἀλλοτριώτατός τοι τῶν παίδων.« CASAUBONUS. — In contextu non γένος τις ἂν (enclitice) ſcribebatur, ſed γένος τίς ἂν: & e ms. *A.* nihil adnotatum. At τις *interrogativâ* formâ nullo modo ferri potuit: ferri utcumque poterat οὐ γένος τις, quemadmodum in Animadv. ſcripſit Caſaub. quem in hac parte ſecutus eſt Grotius: ut nempe τις ad οὐ referretur, & naturalis conſtructio haec eſſe intelligeretur, οὔ τις (i. e. οὐδεὶς) ἂν δύναιτο φράσαι γένος παρανομ. At poſt ὅστις parum commode & contra morem infertur οὔ τις. Quare mihi perſuaſi, οὐ γένος τι ſcripſiſſe poëtam, id eſt, *non genus ullum*: quod perapte convenit, quum praeſertim deinde ſequatur *complurium generum*, quibuscum utcumque conferri hoc genus poſſit, *enumeratio*. Illud quidem minus neceſſarium iudicavi, ut cum doctiſſimo IACOBS l. c. οὐ γένος θηρῶν δύναιτ' ἂν corrigeretur. *Superlativum* παρανομώτατον cum *comparativo* παρανομώτερον permutandum cenſuit idem Vir doctus, GROTIO praeeunte. Quorum minime quidem improbans rationem, vulgatam tamen ſcripturam, utriusque noſtri codicis auctoritate firmatam, praeciſe damnare non ſum auſus. Quum enim huiusmodi *enallagen ſuperlativi pro compa-*

rativo Atticis usitatam ait Gregorius Corinth. de Dialect. pag. 41. num. 51. pulcre quidem novimus, moneri ab aliis, nonnisi ibi locum eam habere, ubi de *omnibus ad genus quodpiam pertinentibus* agatur: novimus quoque, quod ex Euripidis Andromache vs. 6. simillimum huic nostro exemplum Wesselingius ad Herodot. VII. 16. laudavit,

νῦν δ' οὔ τις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ
ἐμοῦ πέφυκεν:

eius longe aliam rationem esse iudicasse Brunckium virum doctissimum, partim quidem veterum codicum auctoritate, partim vero etiam coniecturâ nisum: sed nec prorsus extra dubitationem posita haec ratio videtur, nec desunt similis enallages alia exempla, de quibus conf. Vigeri Idiotism. cap. 3. num. 12. ibique Interpp. & Abreschii Dilucid. Thucyd. pag. 514. Alia item eiusdem generis exempla per intempestivam librariorum aut editorum diligentiam obliterari potuerunt, sicut istud apud Herodot. VII. 16. ubi vide varietatem lectionis & Wesselingii notam ad lin. 16. pag. 517.

b *Vers.* 8. In Πλαγγόνα consentit ms. *A.* Πλάγονα habet ms. *Ep.*

Vers. 10. εἷς μόνος δ' ἱππεύς. Sic uterque msstus: non εἷς δὲ μόνος.

Vers. 12. σύνεισι νῦν tenent mssti. *Duos proximos versus* praetermisit Breviator. Codex *A.* nil mutat: nec nos novare quidquam ausi sumus, paulo expeditiorem desiderantes medicinam.

c Ad *vers.* 15. cum legeretur, ἡ δὲ Ναννὼ τί νῦν διαφ. monuit Casaubonus: »Excerpta, ἡ δὲ Νάννιον τί »διαφ. *Nanno* & *Nannium* eiusdem farinae mulieres in his »libris.« — Inde Νάννιον (quod & metri desiderabat ratio, atque etiam vetustissimae membranae agnoscunt) recepit Grotius, & complendo reliquo versui τί νῦν δὴ scripsit. Potuerat autem perfacile δὴ ante διαφέρειν ex itacismi confusione omitti a librariis. Iacobs, τί δεινῆς διαφ. corrigens, Homericum verbum δεινὸν λελακυῖα (Odyss. μ'. 85.) in animo habuerat.

Vers. 17. ἀλλ' ἐξέπαισε πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ. »Elegans proverbium est, quod Anaxilas usurpat, ἀλλ' ἐξέπε»σε πορθμὶς ἔλατ. πλ. *navicula evasit tandem ope remorum:* de »eo qui ex summo periculo emersit.« Casaubonus. Tum idem, in ed. 2. & 3. »Melius autem scribas ἐξέπαισε, per

»αι. Vide libro tertio, capite vigeſimo.« — Scriptum oportebat »capite vigeſimo primo.« Reſpicitur ſcilicet Animadverſio ad III. 100. e. ubi occurrebat verbum διεκπαίειν, quod ſonat *perrumpere, vi ſibi aditum vel exitum parare:* quo verbo etiam Appianus uſus eſt, Hiſt. Punic. cap. 82. & Civil. V. 34. Iſtam autem quin adoptarem emendationem non dubitandum duxi.

Ad *verſ.* 18 ſqq. confer quae notavit IACOBS ad Anthol. T. II. P. III. p. 22. De comparatione *Theanûs* cum *Sirene deglabratâ* conſulenda quae ab eodem Viro docto in Attico Muſeo T. II. Faſc. III. pag. 173. ex WINCKELMANNI Monumentis Ineditis Tab. XLVI. monita ſunt de priſcâ fabulâ, qua *Sirenibus* a Muſis *evulſae pennae* perhibebantur.

Verſ. 23. αἳ λαλοῦσ' ἀτλῶς μὲν οὐδέν. Sic tacite correxit CASAUBONUS, praeeunte DALECAMPIO in verſione; ubi, *quae aperte nihil loquuntur.* Idem verſus quum in haec verba deſineret in editis, ἀλλ' αἰνίγμασίν τισιν: quoniam in impari ſede ſpondeum pedem non fert trochaici metri lex, GROTIUS & HERMANNUS, (De Metris, pag. 119.) transpoſitis verbis ſic corrigebant, ἀλλά τισιν αἰνίγμασιν: IACOBS vero, ἀλλὰ πάντ' αἰνίγμασιν. Verum percommode ἀλλ' ἐν αἰνιγμοῖς τισιν ſcriptum nobis obtulit ms. *Ep.* & ἐν poſt ἀλλ' etiam e ms. *A.* enotatum eſt; in eodemque libro fortaſſe etiam αἰνιγμοῖς ſcriptum reperietur.

Verſus 25 *& ſq.* portentoſe ſcripti erant in editis, in hunc modum:

Εἶτα φησὶ παιδίσκη δίπους τετράπους μοι γένοιτο
σκίμπους ἢ ϑρόνος, εἶτα δὲ τρίπους τις, εἶτα παιδίσκη δίπους.

Quos ex ingenio GROTIUS (praeeunte aliquatenus *Andrea* SCHOTTO) ſic refinxit:

Εἶτα, τετράπους μοι γένοιτο, φασὶ, σκίμπους ἢ ϑρόνος,
εἶτα παιδίσκη δίπους τις, εἶτα καί τις ἂν τρίπους.

IACOBSIUS in hunc modum conſtituendos ſuſpicabatur:

εἶτα φασὶ (vel φησὶ) . . . . . τετράπους γένοιτό μοι,
εἶτα σκίμπους, εἶτα δὲ τρίπους, εἶτα παιδίσκη δίπους.

Nobis nil opus hîc fuit ad coniecturas confugere. Exhibuimus utrumque verſum talem, qualem ambo codices mssti praeiverunt: in quorum ſcripturâ nihil deſiderandum videbatur. Et codex *Epit.* quidem ad verbum omnia dedit, quemadmodum edidimus: & cum eo in reliquis om-

nibus consentit ms. *A.* nisi quod vitiose τήνπρος pro σκίμπους habet. De re ipsa haec adnotavit GROTIUS: »Egregie alludit ad *aenigma Sphingis*, de *quadrupede*, *bipede*, *tri*»*pede*: & primum quidem interpretatur de *fedili* aliquo »munus postulato, alterum de *pedisequa*, tertium de *tripo*»*de*. Sic & quae sequuntur, alludunt ad eos qui *a Sphin*»*ge in sublime rapiebantur.*«

Minus expedita est *duorum sequentium versuum* & scriptura & sententia; qui consentientibus ad verbum ambobus msstis, ita editi legebantur:

Εἶθ' ὁ μὲν γνοὺς ταῦτ' ἀπῆλθεν εὐθὺς ὥσπερ γ' οὐ δ' ἰδεῖν
e δόξας ἐκείνην, σώζεται δ' ἄκων μόνος.

Quos cum GROTIUS sic refinxisset,

Εἶθ' ὁ μὲν γνοὺς ταῦτ' ἀπῆλθεν εὐθὺς ὥσπερ Οἰδίπους,
οὐδὲ ἓν δώσας ἐκείνῃ, σώζεται δ' ἀχέων μόνος:

ut priori versu felicissime a praestantissimo viro repositum *Oedipodis* nomen merito laudavit Valckenarius ad Phoenissas vs. 1510. pag. 511. sic posteriorem infeliciter admodum ab eodem curatum monuit: quem, servatâ fere totâ librorum scripturâ, sic constituendum ipse VALCKENARIUS censuit:

οὐδ' ἰδεῖν δόξας ἐκείνην σώζεται δ' ἄκων μόνος.

IACOBSIUS vero:

δεινὰ λέξας εἰς ἐκείνην, σώζεται δ' ἄκων μόλις.

Ad verba ὥσπερ Οἰδίπους, haec notaverat GROTIUS: »Non dubito quin ita sit legendum, pro ὥσπερ γ' οὐδ' ἰδεῖν. »Qui aenigmata intelligit, ad exemplum *Oedipodis* salvus »abit.«

Vers. 29. Pro insolente verbo προσδοκοῦντες, quod hîc rursus, ut iam saepius in his libris, nescio quo errore invexerant editores, recte προσδοκῶντες, ut constanter alibi, sic & hîc dedere ambo nostri msssti.

AD CAP. VII.

In *ALEXIDIS*, ex fabulâ *Vatibus*, *vers.* 1. Ὦ δυστυχεῖς ἡμεῖς. Recte ἡμεῖς ed. Cas. 3. consentiente utroque msto. Perperam ἡμῖν ed. Cas. 1. & 2. Prorsus deest pronomen ed. Ven. & Bas. Verba μὲν οἱ, quae desunt editis & msstis, complendo versui opportune adiecit GROTIUS.

f *Vers.* 4. οὐχὶ τιμὴν πάσχομεν; »*Nicolaus* STURIO »emendabat φάσκομεν. Placet. Tam fatui, ait, sumus, ut

» auctoramentum ſervitutis noſtrae vocemus dotem.« CASAUBONUS. — Iſtud φάσκομεν adoptavit *Grotius*. Quibus praeiverat *Dalecampius*, ſic vertens: *Deinde magnam dotem cur non ſupplicium vocamus?* Nos in vulgato πάσχομεν, quod tenent vetuſtae membranae, (nam in Epit. quidem poſt tertium verſum deſunt reliqui omnes:) nihil admodum deſideravimus. οὐχὶ τιμὴν πάσχομεν; *nonne hoc tamquam poenam patimur? nonne nobis ſupplicii loco eſt?*

Verſ. 5. μεσταὶ γυναικείας χολῆς. » χολὴν iram male » vertunt; cum omnino *fel* debuiſſent, propter id quod » ſubiicitur.« CASAUBONUS. *Verſ.* 9. » ἄρχειν pro ἐπι- » μελεῖσθαι, *curare*, poſuit Alexis: quia τῶν ἀρχόντων, id » eſt, magiſtratuum officium eſt, curam habere eorum » quibus praeſunt. Sic interpretor haec,

» ὧν οὐκ ἐχρῆν ἄρχουσιν, ὧν δ' ἄρχειν ἐχρῆν
» ἀμελοῦσιν. —

» Etſi non displicet accipere cum Dalecampio ἄρχουσι, *in-* » *ſtituunt*, *facere aggrediuntur*. Alibi dicebamus, & Graecos » ἄρχεσθαι ποιεῖν, pro ποιεῖν, & Latinos *inſtituere agere*, » pro ſimplici *agere*, ſolitos uſurpare.« IDEM.

Xenarchi verſiculis verſionem GROTII ſubiecimus, ex a Excerpt. pag. 698. De *cicadarum foeminis*, *ſonum nullum edentibus*, vide Aelian. lib. I. De Nat. Animal. cap. 20. & quae ibi a doctiſſimo Schneidero notata ſunt.

Φιλέταιρος Κορινθιαστῇ. Duo poſteriores qui hic leguntur verſus, ii ex eiusdem *Philetaeri* Κυνηγίδι citantur infra, p. 572. d. ſive quod altero loco erratum fuerit a librario, ſive quod utroque titulo eadem fabula edita fuerit, ſive quod illos verſus in *Venatrice* ex *Corinthiaſte* repetierit ipſe auctor Philetaerus. Latini verſiculi, quos Graecis ſubiecimus, rurſus a GROTIO mutuati ſumus, ex Excerpt. p. 874.

Verſ. 1. Ὡς ταχερὸν &c. De uſu vocabuli ταχερὸς conf. Berglerum ad Alciphr. I. 28. pag. 117. In ms. *A.* plene ſcribitur, τὸ βλέμμα ἔχει: quod iam ſaepe obſervavimus frequenter in illo codice fieri, ubi eliſionem vocalium metrica ratio deſiderabat. Sic paulo inferius ambo codices, κακῶς ἀπόλοιτο ὅστις, & Ζεῦ πολυτίμητε, εἶτα &c.

Verſ. 2. Maiusculâ literâ initiali Ἑταίρας ἱερὸν ſcripſimus: intelligitur enim Ἀφροδίτη Ἑταίρα, de qua p. 571. c. Quo ſpectat etiam Heſychiana gloſſa: Ἑταίρας ἱερόν· τῆς Ἀφροδίτης.

b In *Amphidis*, ex *Athamante*, *verſu* 3. cum in ed. Caſ. ſic legeretur,

ἢ μὲν νόμον γὰρ καταφρονοῦσ' ἔνδον μένει :

monuit ipſe Casaubonus in Animadv. » *Amphidis* ver» ſum, in comparatione legitimae uxoris & amicae illegi» timae, corrupit nuperus corrector. Prius fuit νόμῳ. [Sic ſane ed. Ven. & Baſ. cum utroque msto.] » Doctiſſimi vi» ri cenſuerunt eſſe mendoſum locum : & νόμων ſcripſe» runt; & σωφρονοῦσα, pro καταφρονοῦσα. Frustra : rectum » eſt νόμῳ. Uxorem legitimam περιφράζει ſic, ἡ νόμῳ, ſup» ple γαμετὴ συζευχθεῖσα. Vertendum : *Nam uxor quidem* » *maritum negligens intus manet.* Opponit delicias & illices » amoris blanditias amaſiae ſeveritati legitimae coniugis.« — Scilicet σωφρονοῦσα legendum cenſuerat *Guil.* Canterus, Novar. Lect. IV. 5. (in Gruteri Theſ. Crit. T. III. p. 596.) Quem ſecutus Dalecampius, *caſta*, in verſione poſuerat. νόμων corrigendum idem Canterus propoſuerat; nempe ita, ſi καταφρονοῦσα teneres. Librorum ſcripturam recte tenens Grotius in Excerpt. pag. 517. latine vertit, *lege ferocit :* ſimili quadam notione verbum καταφρονεῖν accipiens, quam a Caſaubono ad Athen. IV. 143. a. expoſitam vidimus. In Notâ vero ad hunc locum aliud egerat cum ſcriberet : » Emendat ad Athenaeum Caſaubonus σω» φρονοῦσα.« Caeterum recte monuit : » Contra uxores lo» quitur (poëta,) & ait eas ſuperbas eſſe legum fiduciâ, » quae dimitti vetant niſi dote redditâ. ἔνδον μένει eſt, *exi» re non vult.* Confer quod ſequitur.« — Nec tamen dativum νόμῳ cum καταφρονοῦσα conſtruendum cenſeam equidem : nec ſatis placet ἢ νόμῳ iungi cum Caſaubono, quod idem valeat ac γαμετή. Nam ipſum ἢ μὲν per ſe iam ſatis aperte ad γαμετὴ referebatur. Sed iungenda exiſtimo iſta, νόμῳ μένει ἔνδον, *lege nitens, intus manet :* ad καταφρονοῦσα vero intelligendum τοῦ ἀνδρός, cum Caſaubono.

AD CAP. VIII.

In *Eubuli*, ex *Chryſillâ*, *verſu* 2. teneri poterat iſtud, ὅστις γυναῖκα δεύτερον ἔγημε. Magis tamen placuit δευτέραν, quod dedit ms. *Ep.* Nec obſtat quod ſequitur adverbium πρῶτον, id eſt, τὸν γήμαντα πρῶτον, *qui primum* (vel, *prima vice*) *uxorem duxit.* Eclogam iſtam cum ſequenti habes in Grotii Excerptis, pag. 657.

Verſ. 8. ἐγένετο commode dedit uterque codex ms. c
Sic ex coniect. ſcripſerat etiam Grotius. *Verſ.* 9. In eisdem noſtris codd. pro Πενελόπεια, Πενελόπηα ſcribitur.

Verſ. 10. μέγα πρᾶγμα, *excellens, praeſtantiſſima mulier.* Vide Notata ad III. 123. e.

Ἀριστοφῶν δ' ἐν Καλλωνίδῃ. Sic ms. *A.* geminatâ λ literâ. Sunt autem *ARISTOPHONTEI* iſti verſus manifeſte ex adlatis modo Eubuli expreſſi: ſed ita, ut in verbis paſſim nonnihil conſulto mutaret poſterior poëta. Sic ſtatim *verſu* 1.

Κακὸς κακῶς γένοιθ' ὁ γήμας δεύτερος. d

Ubi pro eo quod Eubulus δεύτερον vel δευτέραν dixerat, δεύτερος ait, ut quidem commode ms. *A.* dedit: nam in *Epit.* deeſt totum hoc teſtimonium. Opponitur ὁ πρῶτος ἁνητῶν γήμας, & ὁ δεύτερος γήμας: id eſt, *qui primus omnium hominum uxorem duxit, & alter, qui*, huius exemplum ſecutus, *poſt illum & ipſe uxorem duxit:* (confer Menandri fragm. paulo poſt, lit. e. f.) non is qui primum vel primam, & is qui poſt primam idem alteram duxit; quam in partem accipiens Grotius, (Excerpt. pag. 841.) ſervatâ in *verſ.* 1. editâ ſcripturâ δεύτερον, in *verſ.* 2. pro πρῶτος, quod tenent membranae cum editis, πρῶτον ſcripſit, quemadmodum in Eubuli verſibus erat. Pro κακῶς γένοιθ' corrigendum κακῶς γ' ὄλοιθ' cenſuit Iacobs, in Exercit. Crit. T. I. p. 11. quod Atticorum mos utique deſiderare videbatur. At, varietatis cauſſâ, etiam κακῶς γένοιθ' ὁ γήμας dicere Ariſtophonti licuerat, pro κακῶς ἔχοι ὁ γήμας vel κακῶς γένοιτο τῷ γήμαντι. Pari quidem ratione etiam καλῶς γίνωνται dici vidimus X. 419. d. pro καλῶς ἔχουσι vel καλῶς αὐτοῖς γίνεται. *Verſ.* 5. Minime improbo αὐτὸν, quod erat editum; ſed αὑτὸν dedit codex mstus. Commodius autem idem codex *pronomen* hoc *poſt* εἰδὼς *poſitum* dedit. Sic habemus quartum ſenarii pedem tribrachyn, qui ante fuerat dactylus.

In *ANTIPHANIS*, ex *Philopatore*, *verſu* 2. cum in editis ſic ſcriptus exhiberetur,

γεγάμηκε; νῦν ἐγὼ ζῶντα περιπατοῦντα κατέλιπον:

Koppiers, in Obſervatis Philol. pag. 57. verbo κατέλιπον in tertii verſus initium reiecto, ὃν ἐγὼ correxit, & περιπατοῦντά τε ſcripſit. Quem eo libentius ſecutus ſum, quoniam prior emendatio (γεγάμηκεν; ὃν ἐγὼ) utriusque etiam codicis noſtri msti auctoritate firmatur. Grotius in Excerpt. p. 633. ſic ſcripſerat:

γεγάμηκε; νῦν ἐγὼ δ' ἐὸ ζῶντα κατέλιπον
καὶ περιπατοῦντα.

Μέτανδρος δ' ἐν Ἀρρηφόρῳ &c. »*MENANDRI* verſus ex »*Arrhephoro* diſtinctione perſonarum recte illuſtravit Dale»campius. In *ſexto* ſcribe,

e »εἰς πέλαγος αὐτόν σ' ἐμβαλεῖς —

»pro σεαυτόν. E duobus autem ſequentibus verſibus, [qui ſic vulgo ſcripti erant,

οὐ Λιβυκὸν, οὐδ' Αἰγαῖον τῶν τριάκοντ' οὐκ ἀπόλλυται
τρία πλοιάρια. γήμας δ' οὐδὲ εἷς σέσωσθ' ὅλως.]

»tres conficiebat, unicâ voce ſuppletâ, quam veriſimile »eſt excidiſſe, illuſtriſſimus SCALIGER, hoc pacto:

»οὐ Λιβυκὸν οὐδ' Αἰγαῖον οὐδ' Ἰώνιον,
»οὗ τῶν τριάκοντα οὐκ ἀπόλλυται τρία
»πλοιάρια· γήμας δὲ οὐδὲ εἷς σέσωσθ' ὅλως.

»Docta prorſus & neceſſaria coniectura. « CASAUBONUS, *Animadv. ed.* 2. & 3. Nobis paulo veriſimilius videbatur GROTII ſupplementum *ſeptimi verſus*, οὐδ' Αἰγύπτιον: (Excerpt. pag. 713.) quae verba, ut monuit ipſe, ob ſoni ſimilitudinem cum proxime praecedentibus, facile intercidere potuerant. Si de *Ionio mari* cogitavit Scaliger, quod eſt inter Siciliam, Italiam atque Graeciam; non meminerat vir ſummus, non Ἰόνιον illius nomen ſcribi, ſed Ἰόνιον per o breve, quod verſui hoc loco non conveniebat.

Verſu 6. tenui αὐτὸν, quod in ed. Caſaub. legitur conſentientibus (quantum ſcio) vetuſtis noſtris membranis. (In *Epit.* nonniſi tres priores verſus exhibentur.) *Eodem verſ.* recte ἐμβαλεῖς edidit Caſaub. quod deſiderabat metri ratio, cum aliâs ferri potuiſſet ἐμβάλλεις. Sed nil opus eſt, ut adiecto pronomine ſecundae perſonae σ' ἐμβαλεῖς ſcribas. Ex Atticorum praeſertim more facile ſubintelligebatur illa vocula: & αὐτὸν ἐμβαλεῖς idem valet ac σεαυτὸν ἐμβαλεῖς. De fabulae *titulo* vide notata ad X. 442. c.

ἐν δὲ Ἐμπιμπραμένῃ. Sic membranae. Conf. VIII. 365. c. & ibi notata. In *verſ.* 2. cum ederetur conſentientibus msstis

f ὁ πρῶτος ἦν ὁ γήμας, ἔπειτ' ὁ δεύτερος:

articulus ad participium γήμας repetitus, nec ad ſententiam commodus erat, & metro prorſus adverſabatur: quare merito eiectus eſt a GROTIO, Excerpt. pag. 721. Extremo verſu 3. μεταγένης penacute ſcribitur in ed. Caſ. quo accentu proprium nomen Μεταγένης effertur: com-

mune nomen recte acuunt editiones Ven. & Basil. μεταγενής.

Καρκῖνος δ' ὁ τραγικὸς ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἀρχὴ »Ὦ νύκτες.« Ridiculo errore apud Suidam in Καρκῖνος ex istis Athenaei verbis titulus *fabulae* CARCINI statuitur Σεμέλη ἢ Ἀρχή.

AD CAP. IX.

τοῦ Μεγαρικοῦ ποιητοῦ. *Megaricus poëta*, THEOGNIS: cuius vide vers. 449 sqq. ed. Brunckii, aliis num. 458. Tertio versu ferendum non fuit ἀγκυραν ἔχουσιν, quod a cum edd. tenent ambo mssti: necessario ἄγκυραι fuit corrigendum cum BRUNCKIO, cuius vide ad hunc locum notam.

καὶ Θεόφιλος δὲ &c. »Superiora duo districha Theognidis THEOPHILUS iste senariis quatuor eleganter expressit.« CASAUBONUS. — Senarios istos omisit Breviator. Codex *A.* vero *vers.* 1. συμφέρον tenet cum editis: quod cur cum VALCKENARIO (Diatrib. Eurip. pag. 273.) in σύμφορον mutaremus non satis causae vidimus, quamquam sic apud Theognidem scribitur, e quo suos versus Theophilus expressit. Pro νέα ἐστὶ, quod exserte sic in editis scribebatur, perspecte idem Valckenarius cum Grotio (Excerpt. pag. 707.) νέα 'στὶ posuit, eodemque modo in ms. *A.* scriptum. Ad verba ἐνὶ πηδαλίῳ (*vers.* 3.) tenendum id, de quo commode Gallicus interpres monuit, veterum navigia persaepe *duobus gubernaculis* fuisse instructa. *Eodem vers.* 3. praeter rem τὸ δεσμ' posuit Grotius pro τὸ πεῖσμ', quod recte tenent libri.

AD CAP. X.

καὶ ὁ ἱερὸς δὲ (πόλεμος) καλούμενος, δι' ἑτέραν γαμε- b
τὴν &c. Alias *belli Sacri*, quod vocabatur, *causas* exponit Diodorus Sicul. lib. XVI. cap. 23 sqq. Quod ait auctor, δεκαετὴς δὲ καὶ οὗτος γενόμενος, conf. quae Wesselingius ad initium illius disputationis Diodori notavit.

ὁ Κρισαϊκὸς (vel Κριστταϊκὸς) δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος &c. De *Crisaeo* vel *Cirrhaeo bello* videndus Pausanias lib. X. cap. 38. Plutarch. in Solone, Opp. T. I. ed. Francf. pag. 83 sq. & Aeschines in Orat. contra Ctesiph.

pag. 497 seqq. ed. Reisk. apud quos tamen non magis, quam apud Diodorum in Sacri belli historiâ, *mulierum* fit mentio, quarum raptus occasionem ei bello dedisset. Valet autem Κρισαϊκὸς idem atque Κιρραϊκός: quia, quae vulgo *Cirrha* vocabatur, eadem existimabatur esse a nonnullis quam *Crissam* Homerus Iliad. β'. 520. & in Hymn. in Apoll. nominaverat: de quo etiam Pausanias monuit l. c. & Stephanus Byz. in Κρίσα: apud quem cum vulgo legatur, τινὲς δὲ αὐτὴν τῇ Κίρρα φασὶ, oportebat, τὴν αὐτὴν τῇ Κίρρᾳ, *eamdem cum Cirrhâ*, subintellecto pronomine personali αὐτὴν vel ταύτην, *illam* vel *hanc*, nempe *Crisam*.

c Καλλισθ. ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἱεροῦ πολέμου. Articulum τοῦ recte adiectum dedit ms. *A*. *Ibid.* ὁ Φιλίππου &c. Vide pag. 557. d. e.

d ὁ Θησέως, διὰ τὴν Φαίδρας τῆς Μίνωος· ὁ Ἀθάμαντος, διὰ τὸν Θεμιστοῦς &c. Sic ms. *A*. cum editis: ubi turbare utique poterat primum τὴν articulus in foeminino genere, dein τὸν in masculino positus. Adparet autem, τὴν referri ad substantivum ἐπιγαμίαν, quod proxime praecessit; τὸν vero ad γάμον, quod paulo ante positum est, διὰ τὸν Κλεοπάτρας γάμον. Commodius quidem, ut multa alia, sic & hunc locum expedivit Epitomae auctor, nempe paulo ante sic scribens, ὁ Ἡρακλέους διὰ τὸν Ἴολης, (omissis verbis ἐπιγαμίαν τῆς Εὐρ. Συγ.) tum eodem tenore pergens, ὁ Θησέως διὰ τὸν Φαίδρας, &c.

ὁ γὰρ Καμβύσης &c. Conf. Herodotum, tertii libri initio. Hunc locum de *Cambyse*, ante istos de bello Sacro & Crissaeo posuit Breviator.

e Pro vitioso ἀνήρετο, quod per omnes editiones propagatum erat, recte ἀνήρητο dedit ms. *A*. Verbum istud omissum in Epit. *Ibid.* καὶ δεηθείσης ἐκδικῆσαι τοῦ Ἀτρίου τὸν φόνον, πείθει πολεμῆσαι Αἰγυπτίοις. Utique aut πείθεται malles, aut ἡ δὲ δεηθεῖσα — πείθει. Sed vulgarum adcurate tenent ambo nostri codices mssti.

f Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος καὶ πρῶτον γενέσθαι πόλεμόν φησι δύο γυναικῶν, Ὀλυμπιάδος καὶ Εὐρυδίκης. »Significant haec »verba, *primum omnium bellorum extitisse cuius fuerint auc»tores duae mulieres Olympias & Eurydica*. Falsum hoc: »quis dubitat? etiamsi restringas ad bella propter mulie»res excitata. Omnino suspecta nobis vox πρῶτον: & for»tasse Ἠπειρωτικὸν recte emendaverimus. Suadent & mu»lierum harumce nomina. *Duris* autem *Samius*, unde

»haec hiſtoria deſcribitur, Macedonicarum rerum hiſto- f
»riam multis libris erat perſecutus: meminit ſaepe Athe-
»naeus eius hiſtoriae: & vetus Comici interpres ad Ne-
»bulas librum XV. Μακεδονικῶν citat.« CASAUBONUS. —
Agitur de *Eurydice*, uxore Philippi Aridaei, qui Alexandro fratri ſucceſſerat, & *Olympiade*, matre Alexandri: de quarum foeminarum bello videndus Diodor. Sicul. XIX. 11. Hoc autem ait Duris, tunc *primum repertas duas mulieres, exercitus contra ſe invicem ducentes.* Quare nihil cauſſae fuit cur ſuſpecta vox πρῶτον Caſaubono eſſet. Nec *Epiroticum* commode nominari id bellum potuerat: quod quidem, licet Epiroticis copiis uteretur Olympias, in Macedoniâ tamen geſtum eſt.

Εὐρυδίκην - - ἀσκηθεῖσαν τὰ πολεμικὰ καὶ παρὰ Κυννάνῃ τῇ Ἰλλυρίδι. Cum παρὰ Κυνάνῃ legeretur in editis, Dalecampius *ad Cynanem Illyrici* interpretatus eſt, oppidi nomen eſſe ratus. CASAUBONUS vero *in Animadverſionibus*, verbis auctoris ita adpoſitis quaſi παρὰ Κυάνῃ τῇ Ἰλλυρίδι editum fuiſſet, haec adnotavit: »Non eſt *Cyana* loci no-
»men, ut voluerunt: ſed foeminae viraginis Illyricae,
»quae Eurydicae pro campidoctore fuit. Κύννᾳ opinor me-
»lius legatur.« Sic igitur ille in Animadv. primum ſcripſerat: in animo ſcilicet habens nomen illud quod apud Noſtrum paulo ſuperius (p. 557. c.) legitur, ubi de *Philippo*, Alexandri M. patre, ait auctor: Αὐδάταν Ἰλλυρίδα γῆμας, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς θυγατέρα Κύνναν. Deinde vero idem CASAUBONUS in *Addendis ad Animadv.* deleri iſta verba »Κυννᾳ opinor melius legatur« iuſſit, eorumque loco haec ſcribi: »Sed pro Κυάνῃ melius legatur Κυνά-
»νῃ. Adi ſodes ad Photii Excerpta ex Arriani libris τῶν
»μετὰ Ἀλέξανδρον. Locus eſt pag. 125. eius editionis quam
»Auguſtae Vindelicorum curavit optimus doctiſſimusque
»Hoeſchelius.« — At, quod iam dixi, non aliter niſi Κυνάνῃ hoc ipſo loco in omnibus editionibus legebatur. Nos vero, codicem noſtrum ſecuti, (ſcil. membranas *Veneto-Pariſ.* nam in *Epit.* deſunt ipſa illa verba, παρὰ Κυν. τῇ Ἰλλυρ.) παρὰ Κυννάνῃ ſcripſimus. Caeterum apud Arrianum l. c. Κυνάνῃ nomen eſt filiae Philippi, quae & matrem Eurydicen habuiſſe traditur, & filiam Eurydicen eam, de qua hic agitur, quae Aridaeo nupſerat. Quare illa Arriani Κυνάνῃ eadem quidem fortaſſe fuerit quam Κύνναν ſupra nominatam vidimus: diverſa autem debuit

esse ab hac quam *Duris* hîc dixit, quae illius fortasse avia fuerat aut matertera.

AD CAP. XI.

a καὶ αὐτούς τι εἰπεῖν. Commode hoc dedit ms. *A*. *Euripidis* elegantes anapaesti ad verbum emendate editi erant; sed versiculi non distincti. Nos illos adposuimus ita distributos, ut praeivit Valckenarius in Diatr. Euripid. pag. 241 sq. Paulo aliter distribuerunt alii. Grotius in Excerpt. pag. 421. nonnisi duos monometros fecit: οὗτος ὁ δαίμων, & μήποτε φεύγειν: reliquos omnes dimetros. Eamdem rationem secutus est Musgravius, in Euripidis Fragm. 165. pag. 604. Figrillo, in Observ. in Athen. pag. 68. sibi reservatum gratulans eâ ratione distribuere hos versiculos, qua flagitarez metrica ars, ad decem monometros constituit: primum tres,

πλεῖστον ὑπάρχει·
καὶ πρὸς ὁμιλεῖν (sic ille divisit verbum προσομιλεῖν.)
οὗτος ὁ δαίμων

dein unum:

καὶ γὰρ ἄλυπον.

tum rursus quatuor, quos sic scribendos censuit:

τοῖς δ' ἀτελέστοις
τῶν τοῦδε πόνων
μή τε συνείην,
χωρὶς τ' ἀγρίων

denique rursus duos:

τοῖσι νέοισι
μή ποτε φεύγειν.

Totum carmen latine Grotius sane quam eleganter, in hunc modum, convertit:

Ad virtutem sapere egregius
dat doctor Amor: generi humano
ad convictum
non est divûm suavior alter.
Nam sine luctu gaudia praebens,
excitat ad spem. Procul a me sint
haec qui fugiunt sacra profani:
fera vita meos nihil ad mores.
Iuvenes moneo, non has studeant

vitare faces;
recte ſed amoribus uti.

Nempe *primo verſu* κ' ἀρετῆς ſcribens, pro nudo ἀρετῆς, ſtructuram naturalem orationis talem intellexerat vir eximius: Ἔρως ὑπάρχει πλεῖστον παίδευμα σοφίας καὶ ἀρετῆς. Perſpecte vero VALCKENARIUS l. c. docuit, eſſe conſtructionem in hunc modum concipiendam: Ἔρως, παίδευμα σοφίας, (i. e. ὑπὸ σοφίας πεπαιδευμένος, *a ſapientiâ inſtitutus, alumnus ſapientiae*) πλεῖστον ὑπάρχει τῆς ἀρετῆς: *plurimum* (i. e. *plerumque*, vel *maxime*) *inchoat virtutem, atque adeo ad virtutem dux eſt.* Minus felix fuerat CASAUBONI ad hunc locum Animadverſio: »Euripidei, »inquit, cantici de Amore prima verba eduntur perpe»ram. Scribo: Παίδευμα δ' Ἔρως (vel Ἔρωτι) σοφίας ἀρε»τῆς τε πλεῖστον ὑπάρχει. Καὶ προσομιλεῖν οὗτος &c. «

Verſu 8. recte *συνείην* edd. ubi mendoſe *συνίην* ms. *A.* Item b
vs. 9. recte *ναίοιμι* edd. ubi *νέοιμι* idem Ms. Miratus ſum vero, ab Epitomatore praetermiſſam eſſe totam hanc Euripidis eclogam, itemque eam quae mox deinde ſubiicitur.

κατὰ τὸν Πίνδαρον – – Εἰσ καὶ ἐρᾷν &c. Vide SCHNEIDERI Fragmenta *PINDARI*, pag. 15.

τῶν Εὐριπίδου τάδε· Σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων &c. Ex *Andromedâ EURIPIDIS* ductos eſſe iſtos ſenarios, Luciani teſtimonio novimus, cap. 1. DE Conſcrib. Hiſtor. ubi primus verſus ſic conceptus citatur:

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώτων Ἔρως.

Recitari etiam debuerunt, ut videtur, eiusdem eclogae tres priores verſus apud Stobaeum, Serm. LXII. ſed peſſime ibi in hunc modum concepti:

Σὺ δ' ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κἀνθρώπων.
ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλὰ,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο.

quos verſus, neſcio qua fide, ad *Danaën* Euripidis retulit Barneſius, in ed. Eurip. Part. II. pag. 442. num. 96. Eorumdem verſuum primus a GROTIO, in Florileg. Tit. LXIV. pag. 261. ſic correctus eſt:

Σὺ δ' ὦ κάκιστε παῖ θεῶν τε καὶ βροτῶν.

Secundus verſus mutilus exhibebatur in Athenaei editionibus:

ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλά:

quem idem GROTIUS, in Excerptis pag. 421. in hunc modum ex Stobaeo partim mutavit, partim ſupplevit:

ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλά.

Quem secutus est Barnesius in Addendis ad Euripidis Fragm. pag. 519. Feliciori successu versum sic supplevit MUSGRAVIUS, in Fragm. Eurip. pag. 544. num. 7.

ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά.

Et eodem prorsus modo scriptum illum exhibent veteres nostrae membranae. Parum felix vates rursus hoc loco CASAUBONUS fuerat, sic monens: » Senarius Euripideus, » qui habetur imperfectus, nullo negotio sic potest ex- » pleri, Ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ τοὺς βροτούς. «

c *Quinto versu*, pro τίμιος θεοῖς, utique τίμιος νέοις ex MUSGRAVII coniecturâ corrigendum videtur. Haud ita certa altera eiusdem emendatio, δεδίσκεσθαι: ubi nihil impedire videtur, quo minus vulgatum διδάσκεσθαι teneamus. Posteriores duos versus ex sua emendatione sic vertit vir doctus: *non faciens autem, ab ipso Amoris metu, honores quibus te venerantur, amittes.* Totam eclogam GROTIUS sic convertit:

O inter homines & Deos dominans Amor!
aut ne videri coge quae mala sunt, bona;
aut certe amantum, caussa tu quorum malis,
iuva labores usque ad optatum exitum.
Curabis hoc si facere, Di te ipsi colent:
sin, hoc ob ipsum suasor ad amandum quod es,
rapietur a te nunc honorum quod capis.

AD CAP. XII.

Ζήνωνα, ἔφη, τὸν Κιτιέα ὑπολαμβάνειν τὸν Ἔρωτα θεὸν εἶναι &c. Citat mox in hanc rem Deipnosophista Πολιτείαν (quae inscribebatur) *Zenonis*. Eiusdem vero etiam exstitit liber, Ἐρωτικὴ τέχνη inscriptus, teste Laërtio VII. 34. quo in libro fortasse etiam in eamdem sententiam disputaverat philosophus.

d δῆλον ἐκ τοῦ κατὰ γυμνάσια αὐτὸν συνιδρῦσθαι Ἑρμῇ &c. » Ait, *Amorem in gymnasiis* solitum συνιδρῦσθαι Ἑρμῇ » καὶ Ἡρακλεῖ. Notabunt studiosi de Cupidine: non enim » passim obvium. At *Mercurium & Herculem* ornamenta » fuisse omnium gymnasiorum, passim testantur Graeci, » & Marcus Tullius ad Atticum. [lib. I. Epist. 10.] Ita- » que fuerunt qui unum ex duobus signum conficerent: *Her-* » *meraclam* vocat idem Tullius. « CASAUBONUS.

φιλία τε καὶ ὁμόνοια γεννῶται. Sic satis commode uterque cod. mstus. Idem ambo mox συναύξεται. Dein ἀπέσχον τοῦ, pro mendoso ἀπέχοντο, dedit ms. *A.* Ibi brevius Epitoma: Ἀθηναῖοι δὲ, τῆς Ἀκαδημίας Ἀθηνᾶ καθιερωμ.

Θεσπιεῖς τε τὰ Ἐρωτίδια τιμῶσιν, καθάπερ Ἀθήναια Ἀθηναῖοι. »Perperam scriptum est Θεσπεσιεῖς τε τὰ »Ἐρωτίδια τιμῶσι, καθὰ Παναθήναια Ἀθηναῖοι. Legendum »Θεσπιεῖς. Thespiae, urbis in Boeotiâ nomen; ubi *Cupi-*»*do*, factus a Praxitele, dedicatus autem a Phryne vel Gly-»cera, colebatur. Auctores, Cicero, Strabo, Plutarchus, »Pausanias, Sidonius Apollinaris, alii. De festo hoc sic »Pausanias: Ἄγουσι δὲ καὶ τῷ Ἔρωτι ἆθλα οὐ μουσικῆς »μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀθλητῆς τιθέντες. « Casaubonus. — Pausaniam vide IX. 31. p. 771. coll. cap. 27. p. 761 sq. Et Θεσπιεῖς τε & καθάπερ Ἀθήναια, non καθὰ Παναθήναια, dedere ambo codices mssti: recte. Est autem Ἀθήναια generale nomen, ad plura festa pertinens in Minervae honorem Athenis celebrari solita.

Ῥόδιοί τε τὰ Ἅλεια. Dalecampius: *Rhodii Halia.* Et in Notâ: »Quasi maritima: quod imperio maris ali-»quando potiti sint Rhodii. « — Quae respiciens Casaubonus: »*Halia Rhodiorum*, inquit, qui putant fuisse mo-»numentum veteris θαλαττοκρατίας, errant. Non enim »ab ἅλς id festi nomen deducendum: sed a voce Dori-»câ Ἅλιος pro Ἥλιος: ut apud Plautum *Alis* pro *Elis.* »Quis nescit Rhodios *Solem* (apud se natum, ut crede-»bant) praecipuâ religione coluisse? Adi Strabonem libro »XIV. & Aristidem in Rhodiacâ: qui etiam in altera ora-»tione qua Rhodios ad concordiam hortatur, Rhodum »τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡλίου πόλιν nominat. Scribit Eustathius [ad Odyss. ζ'. pag. 263. l. 25.] »fuisse apud Rhodios tem-»plum Soli sacrum, quod Ἅλειον vel Ἁλίειον appellabant. »Noli dubitare, & festos Soli dies *Halia* (vel potius *Ha-»lia*, Ἁλίεια) fuisse illis nuncupatos. « — In *Epit.* deest id nomen. In ms. *A.* ἅλεια scribitur; quemadmodum etiam *Solis templum* dorico idiomate a Rhodiis Ἅλειον (non Ἁλίειον aut Ἁλιεῖον) nominatum fuisse Eustathius docet, quod idem valere ait ac id quod communi Graeco sermone Ἡλιεῖον dicitur.

Λακεδαιμόνιοι δὲ πρὸ τῶν παρατάξεων Ἔρωτι προθύονται &c. Conf. Aeliani Var. Hist. III. 9. & ibi Perizon. *Mox*,

f ὁ δὲ παρὰ Θηβαίοις ἱερὸς λόχος. »*Thebanorum ἱερὸς λόχος* »pluribus expositus nobis ad Polyaenum. « CASAUBONUS. — Polyaenum vide lib. II. cap. 5. & Plutarch. in Pelopida, pag. 287.

ὡς φησιν Ἐρξίας ἐν Κολοφωνιακοῖς. »*Erxias* alibi, quod »sciam, citatur nusquam. Libro octavo laudatur *Ergias* »quidam, qui de Rhodo scripserat. Fieri potest ut idem »sit, corrupto aut hic aut ibi nomine. « CASAUBONUS. — In Epitomâ omissum h. l. nomen: ms. *A.* vero nil mutat. Caeterum vide VIII. 360. d. e. ibique notata.

a ... τὴν διὰ τοῦτον ἀγομένην ἑορτὴν &c. In edita olim scripturâ διὰ τούτων nihil quidem (quod sciam) mutant vetustae membranae: sed ea quo pacto quave notione ferri posset quum non reperirem, διὰ τοῦτον scripsi, *propter hunc*, scil. Deum, id est, *in eius honorem*, ut interpretatus est Dalec. Tota ista ῥῆσις deest Epit.

Ibid. Ἐλευθέρια. Fuit hoc nomine Plataeensium etiam festum, in Iovis Eleutherii honorem celebratum: de quo Meursius in Graecia Feriata, voce Ἐλευθ. *Mox*, ubi legitur, δι' ὃν θεὸν καὶ Ἀθηναῖοι ἐλευθερίας ἔτυχον, particulam καὶ ignorabant ed. Ven. & Bas. quam opportune adiecit Casaubonus, codices msstos puto secutus: agnoscunt certe eamdem (ni prorsus fallor) nostrae membr. *A.* Quod autem ait *propter hunc Deum* (scil. amorem) *liberatos esse Athenienses*, amicitiam dicit concordiamque Harmodii & Aristogitonis reliquorumque contra Pisistratidas coniuratorum, de quo & Dalecampius monuit: quo etiam spectat, quod subiicit auctor, *primos Pisistratidas res gestas huius Dei conatos esse calumniari.* Pro διαβάλλειν πρῶτον, quod editum erat, πρῶτοι scripsimus praeeuntibus membranis.

AD CAP. XIII.

In *ALEXIDIS* ex *Phaedra vs.* 1. pro Πορευομένῳ, perperam Πορευομένων scribitur in ms. *A.* In *Epit.* desunt duo priores versus, & duo postremi.

b *Vers.* 4. δ' εἰπεῖν, non γ' εἰπεῖν, commodissime dedere ambo mssti, & ex Epitomâ etiam habet Eustathius ad Iliad. ξ'. pag. 980. l. 40. ubi idem, pro συντομώτατον, non minus commode συντομώτερον habet cum eadem Epit.

συντομώτατόν τ' εἰπεῖν ſcripſit GROTIUS in Excerpt. pag. 591. cuius latinam verſionem Graecae eclogae ſubiecimus. De *Amore* ſimilem quemdam in modum, quo hîc, disputari apud Plutarch. in Sympoſ. lib. II. quaeſt. 5. monuit DALECAMP. Paulo aliter Propertius, lib. II. Eleg. 9. cuius eſt initium huiusmodi:

Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem.

Verſ. 8. ἀλλὰ συννενημένος. Cum ferri neutiquam poſſet συννενιμμένος, quod habet ms. *A.* cum editis; nec ad metrum aptum eſſet συννενεγμένος, id eſt, *congeſtus*, quod cum Epitomâ habet Euſtathius: CASAUBONO in hoc obſecutus ſum, monenti: »Scribe,

»— ἀλλὰ συννενημένος
»πανταχόθεν, ἐν ἑνὶ τύπῳ πολλ' εἴδη φέρων.

»Eſt enim a νέω, *accumulo:* unde frequens apud poëtam »νήσας.« — Magis quidem placeret GROTII emendatio, συμπεπηγμένος, niſi paulo longius a ſcripturâ librorum recederet: ſed vel ſic fortaſſe veriſſima illa fuerit. At proximo verſui, qualem & editi libri exhibebant, & a Caſaubono modo adpoſitum vidimus, non conſtare ſenarii numeros adparebat. Itaque *deletâ* ἐν praepoſitione, quam uterque codex mstus ignorat, poſt τύπῳ inſertâ τε particulâ fulciendum metrum putavi. Similiter ἑνὶ τύπῳ δὲ correxit GROTIUS.

Verſ. 11. ἡ δ' ἄνοια recte mssti & Euſtath. Et ſic Grotius quoque.

Verſ. 15. Cum οὐδ' οἶδ' ὅτ' ἐστὶν ederetur, ſuſpicabar c οἵ' ἐστίν. Commode vero ὅτι ἐστὶν dedit ms. *A.* Minus expeditus *poſtremus verſus.* Qui cum ſic editus eſſet,

τοιοῦτον ἔγγιστ' εἰ μὴ τοῦ ὀνόματος:

monuit CASAUBONUS: »In fine ſcribe:

»οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἐστίν. ἀλλ' ὅμως ἔχει γέ τι
»τοιοῦτον. ἐγγιστ' εἰμὶ δὴ τοῦ ὀνόματος.«

GROTIUS ſic correxit:

— ἀλλ' ὅμως ἔχει γέ τι
τούτων, καὶ ἔγγιστ' ἐστὶν, εἰ μὴ ὀνόματος.

Id eſt, ut in Notis ipſe interpretatur: »*Proxime ad haec* »*accedit, niſi quod nomen habet proprium.*« — In *Epit.* deſiderari duos poſtremos verſus, iam ſupra memoravi. Codex *A.* τοιοῦτον tenet, itemque εἰ μὴ τοῦ ὀνόματος: quum vero pro ἔγγιστ' ex eodem codice adnotatum ἔγγυστ' viderem, proximum erat ut ſuſpicarer ἐγγύς τ' (ſic)

ſcriptum in eo eſſe aut ſcriptum oportuiſſe; ſed quo pacto vel verſui vel ſententiae commode adaptari hoc poſſet, haud ſatis vidi. Interim leniſſima medicina ea viſa eſt, quam adhibuimus,

τοιοῦτον ἔγγιστ', εἴ γε μὴ τοῦ ὀνόματος:

in eamdem quidem cum *Grotio* ſententiam.

Eubuli ſive Ararotis ecloga nihil aut parum utique difficultatis habet. Nam quod *verſ.* 1. pro Τίς ἦν ὁ γράψας, in ed. Caſ. 2. & 3. Τίς ἦν ὁ ἀνάψας legitur, & poſtremo *verſu* in ed. Caſ. 3. χήσειέ τις, pro φήσειέ τις, nonniſi operarum errori & negligentiae correctoris portenta illa debentur. Unus error editiones omnes invaſerat, eodem d *verſu ultimo*, ἢν κᾆν φήσειέ τις: unde iuſto longior erat verſus. Ferri poterat Grotii emendatio, in Excerpt. p. 651. ἂν φήσειέ τις: quamquam ἂν cum coniunctivo potius conſtrui debuerat. Sed veterem ſcripturam nobis indicavit codex *A.* qui, ἦν ignorans, εἰ κᾆν φήσειέ τις habet: ubi κᾆν haud dubie ex ſcholio irrepſit, *ſi modo, ſi ſaltem*; nude vero εἰ φήσειέ τις ſcripſerat poëta. In ed. Ven. & Baſ. nec poſt πτερὰ (*verſ. penult.*) nec poſt πρᾶγμα (*verſ. ult.*) distinguebatur oratio. Caſaubonus in fine penultimi verſus interrogandi ſignum poſuit: πῶς οὖν ἂν ἔχοι πτερά; ut dein connecterentur iſta, τοιοῦτο πρᾶγμα λῆρος. Sic & Dalecamp. *Quorſum ergo illi pennae? Ea res plane nugae.* Commodius vero Grotius, duo verba τοῦτο πρᾶγμα ad ſuperiora referens, interrogationem poſt haec ſignavit: eodemque modo ῥῆσιν iſtam accipiens Epitomator, in his ipſis verbis finem fecit eclogae, πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερὰ τοιοῦτο πρᾶγμα. Ad primos huius eclogae verſiculos eruditus noſter amiciſſimusque Boissonadus haec adnotavit: »Hunc locum reſpiciebat vetuſtiſſimus poëta »Gallicus *Ronsard*, cum hos verſiculos ſcriberet, Opp. »T. I. pag. 673.

Quiconque ſoit le peintre qui a fait
Amour oiſeau, & lui a fait des ailes,
celui n'avoit auparavant pourtrait,
comme je croi, ſi non des arondelles.«

Quod Graecus poëta *vs.* 5 & *ſqq.* ait, ἐστὶν γὰρ οὔτε κοῦφος οὔτε ῥᾴδιος ἀπαλλαγῆναι &c. id his verbis imitatus eſt Propertius lib. II. Eleg. 9.

In me tela manent, manet & puerilis imago:
ſed certe pennas perdidit ille ſuas:

evolat e noſtro quoniam de pectore nusquam,
aſſiduusque meo ſanguine bella gerit.

AD CAP. XIV.

Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Ἐρωτικῷ. Eumdem *Theophraſti* librum nominavit Laërt. V. 43.

Χαιρήμονα, φησὶ, τὸν τραγικὸν λέγειν· ὡς τὸν οἶνον τῶν χρωμένον κεράννυσθαι [τρόποις,] &c. Saepius CHAEREMONEM citans Athenaeus, conſtanter *tragicum* adpellat poëtam: quo magis mireris, *comicum* dici apud Suidam; qui tamen ad ipſius Athenaei provocavit teſtimonium. Cogitare quidem licet, etiam comoedias nonnullas ab eodem fuiſſe editas. Certe Τραυματίας, quo titulo fabula eiusdem mox deinde citatur, eſt etiam *comoediae* titulus Antiphanis, laudatae Noſtro lib. X. pag. 446. a. Hoc loco cum abeſſet vox τρόποις, ſuspenſus haerebat genitivus τῶν χρωμένων, qui ad τὸν οἶνον quidem parum commode referebatur. Quare ſupplendum illud vocabulum ex Plutarcho putavi, apud quem in libello DE Pythiae Oraculis, Opp. T. II. pag. 426. b. haec leguntur: ὁ μὲν γὰρ οἶνος, ὡς ἔλεγε Χαιρήμων, τοῖς τρόποις κεράννυται τῶν πινόντων: id eſt, ut ibi interpres reddidit, *Vinum bibentium contemperatur moribus.* Quo ex Plutarchi teſtimonio cum hoc Athenaei loco collato, GROTIUS in Excerpt. pag. 849. hunc ſenarium confecit:

Τῶν χρωμένων γὰρ τοῖς τρόποις κεράννυται.
Vinum bibentis moribus ſe attemperat.

Ex eadem Chaeremonis fabulâ, cuius titulus non commemoratur, ducta videntur & in horum viciniâ olim poſita fuiſſe illa verba quae recitavit Deipnoſophiſta noſter lib. II. p. 35. d. ubi vide notata.

Διόπερ ὁ ποιητὴς οὗτος – – – φησί· »Δίδυμα γὰρ τόξα »αὐτὸν ἐντείνεσθαι χαρίτων &c. Ad oram ſui Athenaei notaverat hoc loco BRUNCKIUS: »ὁ ποιητὴς οὗτος, id eſt, »*Chaeremon.* Sed aut corruptela ſubeſt, aut memoriâ lapſus »Athenaeus: quos enim dehinc citat verſus, *Euripidis* ſunt »ex Iphig. in Aul. 549. — At potuerat etiam *Chaeremon*, ut perſaepe factum a poëtis ſcenicis novimus, verſus iſtos ab Euripide mutuari. Quae fortaſſe etiam cauſſa eſt, cur nonnihil in his immutatum ſit; nam pro eo quod hic legitur ἐπ' εὐαίωνι τύχᾳ, Euripides ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ dixe-

rat. At pro eo quod hîc editum erat ἐκτείνεσθαι, rectè uterque noſter codex ἐντείνεσθαι dedit, quemadmodum apud Euripidem legitur. Quaenam vero potiſſimum notio hic ſubiecta ſit vocabulo χαρίτων, dubitare nonnihil poſſis. Barneſius apud Eurip. vertit: *Geminos arcus intendit gratiarum*, i. e. *amoris gratioſi*. Musgravius, *arcus venuſtatum*. Dalecampius apud Athenaeum, vocem χαρίτων cum ſequentibus verbis τὸ μὲν iungens, ſic vertit, *alterum gratiarum*. Breviator ipſam vocem χαρίτων callide praetermiſit.

f Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ποιητὴς καὶ περὶ τῶν ἐρώντων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τραυματίᾳ φησίν. Rurſus ὁ αὐτὸς οὗτος ποιητὴς, *idem* eſt CHAEREMON: cui apud Suidam quoque fabula Τραυματίας adſcribitur. Quo minus adparet quid ſit quod *Alexidi* hanc ipſam fabulam & ſubiectam ex illa eclogam tribuere non dubitaverit Gallicus Athenaei interpres: cum praeſertim Alexidis Τραυματίας nusquam memoratus reperiatur. Ab Antiphane quidem eodem titulo editam eſſe fabulam paulo ante monuimus.

Verſ. 2. οὓς δεῖ γε πρῶτον &c. Cum in ed. Ven. & Baſ. ſic ſcriptum eſſet, * ἔδει πρῶτον &c. commode CASAUBONUS ex coniect. correxit, οὓς δεῖ τὸ πρῶτον. In *Epit.* deeſt haec ecloga. In ms. *A.* vero rectè quidem numeri conſtabant ſenario, ſic ſcripto:

ἔδει γε πρῶτον μὲν στρατευτικωτάτους:

ſed parum commode poſitum ἔδει in praeterito tempore nobis videbatur: perapte vero a Caſaubono pronomen οὓς initio verſus adpoſitum, quod ob ſimillimam terminationem vocis praecedentis intercidiſſe probabile eſt. Quare, collatâ ſuperiorum editionum lectione & Caſauboni emendatione cum codicis noſtri ſcripturâ, ſic ſcriptum oportuiſſe iudicavi, οὓς δεῖ γε πρῶτον.

Verſu penult. εὐπόρους commode Dalecampius *conſilio promtos* interpretatus eſt. *Poſtremum verſum*,

ἐν τοῖς ἀπόροις βλεπόντας, ἀθλιωτάτους:

idem interpres ſic reddidit: *in rerum difficultatibus oculatos, miſeriarum patientiſſimos*. Doctiſſimus DUTHEIL vocabulum ἀθλιωτάτους, id eſt, *miſerrimos*, praeter exſpectationem conſulto, ironicâ quadam ratione, adiectum cenſuit. Nos, nihil quidem definire praeſumentes, GROTII verſionem Graecis verſibus ſubiecimus, quae illius emendationi βλέπειν ἀθρητικωτάτους reſpondet.

a Θεόφιλος δ' ἐν τῷ Φιλαύλῳ·

Τίς φησὶ τοὺς ἐρῶντας οὐχὶ νοῦν ἔχειν; a

Quatuor priores verſus leguntur etiam apud Stobaeum, Serm. LXI. p. 387. ubi *Antiphani*, non (ut apud Noſtrum) THEOPHILO, tribuuntur. Laudatur vero iterum apud eumdem Noſtrum *Theophili Philaulus*, pag. 587. f. in argumento item amatorio. Apud Stobaeum *primus verſus* ita vulgo editur: Εἰ τίς φησι τοὺς ἐρῶντας &c. ubi GESNERUS in orâ ſic corrigebat:

Εἰ τοὺς ἐρῶντάς φησί τις οὐχὶ νοῦν ἔχειν.

In Pariſienſi vero Stobaei codice msto, quem Brunckius olim excuſſit, nude Εἰ φησὶ τοὺς ἐρῶντας ſcribitur. Quod apud Athenaeum vulgo edebatur, Ὅς φησι τοὺς ἐρῶντας, id iunioris alicuius librarii aut primi editoris debetur ingenio. Τίς φησὶ &c. dederunt ambo noſtri codices: quam ſcripturam, *interrogative* accipiendam, reſtituimus auctori. Pari quidem ratione pag. praec. c. ab interrogatione ordientem Eubulum vidimus, Τίς ἦν ὁ γράψας &c.

Verſ. 5 *ſq.* Ἐγὼ μὲν οὖν καὐτὸς, κιθαριστρίας ἐρῶν,
παιδὸς κόρης, οὐ νοῦν ἔχω πρὸς τῶν θεῶν;

Licet in vulgatam ſcripturam, καὐτὸς κιθαριστρίας ἐρῶ, conſentiant cum editis ambo noſtri mssti, tamen non dubitandum duxi quin ἐρῶν corrigerem; cum participium ibi deſiderare videretur ipſa conſtructionis ratio, & conſtans Graecorum uſus in huiusmodi ſermone. Eamdem emendationem occupatam etiam a LENNEPIO ad Phalarid. Epiſt. pag. 213. ex Brunckii & ex Boiſſonadi noſtri Notis msstis intellexi. Iamque olim a CASAUBONO ad oram libri, qui ipſius fuerat, adnotatum hoc video: » F. ἐρῶν. « — Verba πρὸς τῶν θεῶν cum νοῦν ἔχω connectuntur in msstis noſtris, ſicut in editis. LENNEPIO placuit, poſt νοῦν ἔχω ſignari interrogationem, & iſta πρὸς τῶν θεῶν ad ſequentia referri.

Verſ. 8 *ſq.* ἦν ἥδιον ἰδεῖν ἐστιν, ἢ τὸ θεωρικὸν
ἔχουσιν ὑμῖν διανέμειν ἑκάστοτε. b

Deſunt duo verſus Epitomae. *Penultimum*, poſtquam veteris codicis errores in editiones Ven. & Baſ. invaſiſſent, recte ita ut edidimus conſtituit *Guil.* CANTERUS, Novar. Lect. IV. 5. (in Gruteri Theſ. Crit. T. III. p. 596.) quem tacite ſecutus eſt Caſaubonus. *Poſtremi verſus* ſcriptura minus ad liquidum perducta. Qui cum in editis & in Msto ſic conceptus legeretur:

ἔχουσιν ἢ μῖν διανέμειν ἑκάστοτε:

b in Dalecampii verſione his verbis expreſſus erat, *quam ludos & ſpectacula flagitantibus vobis frequenter edere.* Quo refertur CASAUBONI Animadverſio haec: » Legit Dalecam-» pius:

» ἦν ἥδιον ἰδεῖν ἐστιν, ἢ τὸ θεωρικὸν
» αἰτοῦσιν ὑμῖν διανέμειν ἑκάστοτε.

» Non displicet lectio: interpretatio displicet. Nam θεωρι-» κὸν eſt *pecunia quae publice dividebatur, ut haberent tenuiores* » *unde lucar penderent.* Videtur poëta feciſſe haec loqui ipſum » Athenienſium populum.« — At, quo pacto, cum ſuperioribus verſibus loquatur homo citharistriam amans, nunc ſubito hos verſiculos, arcte cum illis iunctos, pronunciare potuerit Athenienſis populus, id quidem fateor me parum percipere. Sane idem homo, qui praecedentes verſus pronunciavit, hos quoque recitare debuit: & quidem, adloqui eum in his verbis ſpectatores, manifeſtum videtur; quare vulgatum ἡμῖν in ὑμῖν mutare non dubitavi, quod etiam a GROTIO factum in Excerpt. pag. 707. Speciem quoque habet emendatio αἰτοῦσιν: nec tamen ita neceſſaria videbatur, ut in contextum admittere auderem. In διανέμειν nonnihil haereo: quod Grotius quidem ſimul cum ἔχουσιν tenuit. VILLEBRUNIUS, partim PURSANUM, partim ADAMUM (ut ipſe profitetur) ſecutus, ſic legebat,

αἰτοῦσιν ὑμῖν διανέμοιθ' ἑκάστοτε.

Equidem ſuſpicabar ſic ſcriptum a poëta fuiſſe:

ἔχουσιν ὑμῖν διανεμηθὲν ἑκάστοτε.

quaſi dixiſſet, ἢ ὑμῖν ἡδύ ἐστιν ἰδεῖν τὸ θεωρικὸν, ἔχουσιν αὐτὸ διανεμηθὲν ἑκάστοτε. GROTII verſionem ex Excerptis ſubiecimus Graecis ſenariis. Quatuor priores verſus ab eodem Grotio, in Florilegio p. 242. in hunc modum redditi erant:

Quicumque amantes orbos mentis praedicat,
is ipſe, quantus quantu'ſt, ingenio caret.
Nam vitâ ab hominum ſi voluptatem auferas,
mors ipſa vita fiet: praeterea nihil.

In *ARISTOPHONTIS verſ.* 1. pro Εἶτ' οὐ δικαίως, MEURSIUS Lection. Atticar. lib. I. cap. 21. Εἶτ' οὖν δικαίως legit, abiecto interrogationis ſigno quod ſequitur. At nil mutant libri: nec erat ulla mutandi cauſſa. *Verſ.* 3. ἐτάραττε κἀκείνους γάρ. Conf. Brunckii Fragm. 4. ex Sophoclis Phaedra. *Verſ.* 8 *ſq.* τῇ Νίκῃ φορεῖν ἔδοσαν. De *Victoriae alis* habes apud Ariſtophanem,

αὐτίκα Νίκη πέτεται πτερύγοιν χρυσαῖν· καὶ, νὴ Δί',
Ἔρως γε.

Avib. vs. 574. Confer Valckenarium ad Euripidis Hippol. vs. 1268.

Poſtremo verſu, pro τῶν πολεμίων, Villebrunius, praeeunte (puto) Adamo, τοῦ πολεμίου corrigendum cenſuit. c

In *Amphidis vs.* 2. commode editum videri φίλου poterat, hac conſtructione, ἐραστὴς τρόπων ὡραίων φίλου: ſed nihil opus erat a veterum membranarum ſcriptura φίλων discedere; ubi conſtructio ſic concipienda, ἐραστὴς τρόπων (nempe quod e re ipſa intelligitur, τρόπων καλῶν) φίλων ὡραίων: *amator morum amicorum formoſorum.*

Verſ. 3 *ſq.* Grotiana verſio latina, quam Graecis ſubiecimus, refertur ad Grotii rationem, *interrogandi ſignum vs.* 3. *poſt* παρεὶς ponentis; & dein *coniunctionem poſt* ἀφρων *delentis.* Vulgatam ſcripturam ſic interpretaberis, *faciem omittens, vereque adeo demens?*

Verſ. 5 *ſq.* οὐθ' ὡς πένης ἀνθρωπος – – οὐ λαβεῖν τι βούλεται. Reſpicitur Socratis dictum apud Xenophontem, Memorab. Socrat. lib. I. cap. 2. ſect. 29.

Alexidis, ex *Helená*, duo priores verſus quum ſic editi legerentur,

Ὡς ὅστις ἀκμῆς τῶν γε σωμάτων ἐρᾷ, d
τὸν ἄλλον οὐδὲ γινώσκει λόγον:

prior ex his ſatis bene curatus videri potuerat: alter vero manifeſte curtus erat. Quos in hunc modum refinxit Grotius, Excerptor. p. 565.

Ὅστις γὰρ ἀκμῆς τῶν γε σωμάτων ἐρᾷ,
ἔρωτος ἄλλου οὐδὲ γινώσκει λόγον.

Percommode item Iacobs in *Notis msstis* coniectaverat:

Ὡς ὅστις ἀκμῆς τῶν γε σωμάτων μόνης
ἐρᾷ, τὸν ἄλλον δ' οὐδὲ &c.

At γε particulam (qua facile carere poterat oratio) perinde ignorat uterque codex mſtus: tum in cod. *A.* ſic ſcribitur: Ὡς ὅστις αὖ τῆς ἀκμῆς τῶν σωμάτων ἐρᾷ, τὸν ἄλλον οὐδὲ γιν. λογ. In ms. *Ep.* vero: Ὡς ὅστις αὖθις ἀκμῆς &c. Quibus inter ſe collatis, reiecto cum *Iacobſio* verbo ἐρᾷ ad ſecundum verſum, primus ſic concipiendus nobis viſus erat,

Ὡς ὅστις αὖθις τῆς ἀκμῆς τῶν σωμάτων.

Tum vero *verſu* 2. cum eodem *Iacobſio* δ' particulam poſt τὸν ἄλλον inſerendam iudicavimus. *Verſ.* 3. pro eo quod

d exſerte ἔρωτα ἐμφανῶς editum erat, recte ἔρωτ' ἐμφανῶς ſcriptum in ms. *A*. In *Epit.* deſunt duo poſteriores verſus.

AD CAP. XV.

Τὰ Ἑρμείου τοῦ Κουριέως ἐκ τῶν Ἰάμβων. Varii paſſim commemorantur ſcriptores, quibus *Hermeas* nomen; nonnulli etiam Noſtro laudati: *Curienſis* vero illius, cuius ſunt ſcazontes *Iambi*, qui hîc adponuntur, nusquam alibi mentionem factam reperimus. In eius nomine nil variant libri. Κούριον, oppidum Cypri; unde gentile Κουριεύς: teſte Stephano Byzant.

Ἀκούσατ' ὦ Στοάκες. Sic ms. *A*. (quod ſciam) cum editis. In Epit. Στώακες per ω ſcribitur; quemadmodum etiam Στωϊκὸς, licet a στοὰ formatum nomen, per ω longum ſolet efferri. Analogiae autem magis conſentanea videtur ſcriptura *antepenacuta*, qua noſter codex *Epit.* utitur, ut ſtatuatur ſingularis Στώαξ vel Στόαξ: quo accentu & alia efferuntur nomina in αξ exeuntia, ut λάβραξ, ϑύνναξ, φέναξ, πλούταξ, βῶμαξ. Eſt autem & hoc analogiae conſentaneum, quod in declinando α penultimum producitur; quemadmodum verbi cauſſà ϑύνιαξ & λάβραξ genitivum caſum ϑύννακος & λάβρακος penultimâ longâ formant, apud Noſtrum VII. 302. e. Porro, quemadmodum πλοῦταξ & βῶμαξ *diminutivas* formas eſſe docet Etymologus, pag. 199. l. 2 ſq. & pag. 218. l. 18 ſq. ſic & Στόακες vel Στώακες diminutive & per contemtum, pro Στωϊκοὶ, ab hoc poëtâ dicuntur: quod commode Dalecampius *Stoiculi* interpretatus eſt, citans ad hoc vocabulum »Iunii Adag. Cent. I. num. 75.« Poëtae vero verba parum commode decurtavit Breviator in hunc modum: Ὅτι Ἑρμείας ὁ Κουριεὺς τοὺς Στωϊκοὺς Στόακας καλεῖ ἐμπόρους λήρου λόγων καὶ παιδοπίπας: tum, quaſi & iſta *Hermeae* verba eſſent, ſic pergit: καὶ τοῦτο μόνον ἐζηλωκότας τὸν τῆς σοφίας σφῶν ἀρχηγὸν Ζήνωνα τὸν Φοίνικα. Quos autem *Stoicos* hîc deſignat Athenaeus, ii ſunt quos e *Cynicorum* grege intereſſe huic convivio finxerat. Quare etiam *Myrtilo*, haec differenti, reſpondentem deinde (p. 566. e.) facit *Cynulcum*, eorumdem *Cynicorum* principem. Conf. p. 565. d.

Sicut autem vocem Στόαξ vel Στώαξ, ſic & vocabulum e ὑποκριτὴρ, pro ὑποκριτὴς, apud alium auctorem vix repe-

rias. Recte vero ὑποκριτῆρες edd. ὑποκρητῆρες ms. *A.* Vocabulum παιδοπίπης vel παιδοπίπας adnotavit Hesychius, & Etymologus, pag. 664 extr. quod ad similitudinem Homerici παρθενοπίπης ex Iliad. λ'. 385. effictum est. At non penacute παιδοπίπαι scribi debuit, sed παιδοπῖπαι, penultimâ productâ & circumflexâ, quemadmodum παρθενοπῖπα apud Homerum. Porro, si duo verba, παιδοπ. ὄντες, etiamnum *Hermeae* poëtae esse statuas, (quod satis quidem probabile est) parum illa ad metri rationem apta fuerint, nude sic posita; sed oportebit hoc modo scriptum, καὶ παιδοπῖπαι ὄντες. —

Quod etiam hactenus commodum fuerit, ut duo participia πράσσοντες & ὄντες per καὶ particulam coniungantur.

Quibus ita positis, intelligi par est, (quemadmodum etiam Dalecampius accepit) a verbis καὶ τοῦτο μόνον ἐζηλωκότες incipere sermonem, quem *Myrtili* (ex Deipnosophistis unius) proprium finxerit Athenaeus. Sed quum de eodem Myrtilo in hunc modum loqui coeperit auctor noster, ut nullo verbo finito usus sit, ἀπομνημονεύσας ὁ Μυρτίλος, κἄτα ἀποβλέψας - - - τὰ Ἑρμείου - - προειπών: consentaneum erat, ut nunc illato verbo finito concluderetur illa periodus. Quare sic scriptum reliquisse Athenaeum suspicatus sum: καὶ τοῦτο μόνον, ἔφη, ἐζηλωκότες τὸν ἀρχ. &c. ubi verbum ἔφη per librariorum intercidisse videtur negligentiam.

Ζήνωνα τὸν Φοίνικα. *Citieum* Cyprium fuisse *Zenonem*, Stoicorum parentem, satis constat: sed *Phoenix* idem subinde non minus recte nominatur, quippe ex eis Citii accolis oriundus, qui e Phoenicia in Cyprum commigraverant, ut docet Suidas, coll. Laërt. VII. 1. *Ibid.* ὃς οὐδέποτε γυναικὶ ἐχρήσατο, παιδικοῖς δ' ἀεί. Contra Laërtius, VII. 13. παιδαρίοις τε ἐχρῆτο σπανίως, ἅπαξ ἢ δίς που παιδισκαρίῳ τινι, ἵνα μὴ δοκοίη μισογύνης εἶναι. Sed vide ne mutata verborum distinctione conciliandus cum Nostro sit Laërtius, sic scribendo: παιδαρίοις τε ἐχρῆτο· σπανίως, ἅπαξ ἢ δίς που παιδισκαρίῳ &c. Quae sane ratio distinguendae orationis & per se, si ipsa Laërtii verba spectes, probabilis videri debet; & tanto etiam probabilior, quod consentaneum est, eumdem scriptorem, cum proxime ante (ibid. sect. 13.) ad *Antigoni* testimonium provocasset, si continuo deinde aliquid protulisset quod cum eiusdem Antigoni narratione pugnaret, alium certe auctorem nomi-

naturum fuiſſe, moniturumque diverſa ab Antigono tradi.

f Ἄριστον ὁ Κῖος. Sic ms. *A.* & ms. *Ep.* inter lineas: quod idem valet ac ὁ Κεῖος. Vide Animadv. ad II. 38. f. & conf. Laërt. V. 64. ibique Interpp. Etiam loco modo citato (lib. II. pag. 38. f.) in vetere codice quo uſus Breviator eſt, aut in codice etiam vetuſtiore, e quo ille derivatus erat, Κῖος ſcriptum fuiſſe, inde intelligitur, quod ibi in Χῖος corruptum nomen in Epitoma legitur.

Ἦ ῥά νυ τοι μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμός. » Iliad. » κ'. [401.] Obſcure ſignificavit, eum qui formam ſuam » oſtentabat, *magnis muneribus* adduci poſſe, ut ſui copiam » faceret. « DALECAMP. — Videtur autem, qui haec dixit, ſimul ſecutus eſſe quamdam nominis ambiguitatem: cum Δώρων θυμὸς intelligi etiam poſſet *animus Dororum*, i. e. talium hominum qualis *Dorus* eſt.

AD CAP. XVI.

a Καὶ γὰρ τὸ παλαιὸν &c. Quo pacto haec, quae ſequuntur, cum ſuperioribus ope *coniunctionis cauſalis* καὶ γὰρ connecti potuerint, haud ſatis adparet. Ut in multis aliis, ſic praeſertim in modo quo ſua ex infinito librorum numero excerpta ἀποσπασμάτια inter ſe conſuit, ſupine ſaepius & negligenter admodum verſatus eſt noſter polyhiſtor. Dalecampius hic in verſione poſuit, *Priſcum tamen eſt, amare pueros.* Id Graece ſonaret, καίτοι τὸ παλαιὸν &c. Sed magis etiam incommode iſta, quae ex *Clearcho* & *Lycophronide* ſubiiciuntur, quae his plane contraria videntur, rurſus per eamdem *cauſalem* particulam γὰρ connectuntur: πρὸς ἀλήθειαν γὰρ &c. ubi utique Πρὸς ἀλήθειαν δὲ deſideraſſes.

Etiam illud negligentius poſitum: πρὸς ἀλήθειαν, καθάπερ φησὶ Κλέαρχος, – – Λυκοφρονίδην εἰρηκέναι φησίν: ubi oportebat, Λυκοφρονίδης εἴρηκε. Sed huius generis alia iam bene multa apud Noſtrum obſervavimus. *LYCOPHRONIDEM* illum, Lyricum poëtam, a nemine alio niſi ab Athenaeo hic & XV. 670. e. memoratum reperi. Cuius verba,

b cum continuo tenore veluti ſoluta oratio vulgo ſcripta eſſent, verſibus ita distinximus, ut praeivit FIORILLO in Annot. ad Herodem Attic. p. 125. & in Obſerv. in Athen. pag. 101. Locum hunc, ait idem Fiorillo, accurate tractatum eſſe a WAKEFIELDIO, in Diatrib. in Eurip. Hecub.

pag. 14. quem libellum quum oculis uſurpare mihi nondum licuerit, non potui ex eo proficere: nec, an poëtae mentem, *tertio* illo *verſu*,

καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει,

recte perceperim, ſatis ſcio. Praeter rationem quidem *verſ.* 2. ab eodem WAKEFIELDIO χρυσοφόρων in χρυσοφόβων eſſe mutatum, recte *Fiorillo* monuit: & vulgatam ſcripturam perſpecte PORSONUS ad Hecub. 154. cum ex ipſo illo Euripidis loco, tum ex Iliad. β'. 872. & Ariſtoph. Av. 671. ſtabilivit. De vocab. βαθύκολπος videndi Interpretes Homeri ad Iliad. σ'. 122. Vocabulum ἄνθος de *colore rubro* praeſertim, acceptum vidimus, III. 113. c. tum generatim de eo quod in quoque genere *praeſtantiſſimum* eſt, VIII. 505. e. Sed & ſigillatim *decor & pulcritudo corporis*, ἄνθος intelligitur; ut apud Platonem in Sympoſ. cuius verba poſt Budaeum adpoſuit H. Stephanus, Theſ. T. I. p. 443. ubi etiam monuit, apud Aeſchylum in Prometh. vs. 7. τὸ σὸν ἄνθος a Scholiaſte per τὸν σὸν κόσμον exponi.

Καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δὲ ἔφη, τοὺς ἐραστὰς εἰς οὐδὲν ἄλλο τοῦ σώματος τῶν ἐρωμένων ἀπαβλέπειν, ἢ τοὺς ὀφθαλμούς, ἐν οἷς τὴν αἰδῶ (ſive, ut eſt in libris noſtris, τὴν αἰδῶ) κατοικεῖν. »Reperi in quibusdam libris ſcriptum, καὶ ὁ »Ἀριστοτέλης δ' ἔφη τῶν Ῥητορικῶν πρώτῳ, τοὺς »ἐραστὰς &c. Sed non dubium, ex orâ libri irrepſiſſe il»la, τῶν Ῥητ πρ. cum fuiſſent adnotata ad ſequentia haec, »ἐν οἷς τὴν αἰδῶ κατοικεῖν. Exſtant enim in Rhetoricis ſi»milia iſtis quaedam; ubi ait Philoſophus: ὅθεν ἡ παροι»μία, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδώ. διὰ τοῦτο τοὺς ἀεὶ παρε»σομένους μᾶλλον αἰσχύνονται, καὶ τοὺς προσέχοντας αὐ»τοῖς, διὰ τὸ εἶναι ἐν ὀφθαλμοῖς ἀμφότερα. Non eſt tamen »hic locus in primo, ſed id ſecundo libro. [cap. 6.] Vi»de etiam in Problematis eiusdem Sophi. « CASAUBONUS. — Fortaſſe in Ariſtotelis libro quodam hodie deperdito legebantur olim verba, quae hîc ab auctore citantur. Iſta, τῶν Ῥητορικῶν πρώτῳ, valde dubito an ullus codex mstus in contextu habeat: notam illam, orae libri cuiusdam a docto quodam viro adſcriptam, & lectionibus e codice msto excerptis mixtam, pro Codicis ſcripturâ habuit Caſaubonus.

Σοφοκλῆς δέ που &c. »SOPHOCLIS locus ex *Hippodamiâ* »tragoediâ eſt, niſi fallor. Is ita habet:

»Τοιάνδ' ἐν ὄψει ἰυγγα θηρατηρίαν

» ἔρωτος ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει.
» εἶθ' ἅλλεται μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δέ με
» ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος παρὰ
» στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών. [σταθμὴν acute & hîc & paulo poſt ſcribitur in Animadv. Caſauboni, invito (puto) docto viro.] » *Loquitur*, ut monemur ab Athenaeo, » *Hippodamia de Pelopis erga ſe amore.* Pelops inquit, *ita fixos* » *in me oculorum radios, amoris illices, habet, ut quamvis in cur-* » *rum inſiliens*, eique inſiſtens citis rotis agitato, nihilo ta- » men minus *rectis oculis me ſemper intueatur.* Adſpicere re- » ctis oculis & immotis, eorum eſt qui gratiſſimae alicuius » rei ſpectaculo fruuntur. Poëta ὀρθοὺς ὀφθαλμοὺς, qui di- » cuntur in proverbio, periphraſi extulit: quae depravan- » do huic loco fuit. Nam legendum,

— » ὥσπερ τέκτονος
» στάθμην ἐόντος ὀρθοῦται κανών.

» Verbum ἐξοπτᾷ accipit Dalec. pro ὁρᾷ, *cernit.* Sane et- » iam λινοπτᾶν eſt *retia ſervare:* unde λινοπτώμενος in Ari- » ſtophanis Equitibus. [immo, in Pace, vs. 1178.] Poteſt » verti, *urit me* adſpectu ſuo. μετρεῖν ὀφθαλμὸν, poëtice di- » ctum, pro *radios oculi aliquo intendere*, ſicut lineâ qua ali- » quid menſuratur. Quare pergens in eâdem translatio- » ne, comparat hos radios *lineae perpendiculari, quam fa-* » *cit materiarius faber demiſſâ normâ vel amuſſi.* Quod au- » tem τὸ ἐρᾶν ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν γίνεται, paſſim teſtantur poë- » tae ἐρωτικοί: quorum teſtimoniis ſuperſedeo.« CASAUBONUS. — Poſt hunc, eumdem locum tractavit VALCKENARIUS, in Notis ad Euripid. Hippol. vs. 468. TOUP in Animadv. in Theocriti Scholia, ad Idyll. II. 17. & BRUNCK in Fragm. 3. ex Sophoclis Oenomao vel Hippodamia. Minus feliciter eumdem curaverat GROTIUS in Excerpt. pag. 129 ſq.

Nos *verſ.* 1. pro Τοίανδ', quod editum erat, Τοιὰν δ' ſcripſimus cum ms. *Ep.* & Toupio: ibidemque cum omnibus viris doctis ἴυγγα correximus: de quo vocab. vide Schol. Theocriti ad Idyll. II. 17. & Erneſt. ad Xenoph. Memorab. Socrat. III. 11, 17. Verba autem ἐν ὄψει tenuimus cum Toupio, monente duo verba ὄψει ἴυγγα ita pronuncian- c da eſſe, quaſi eſſet ὀψιυγγα. *Verſ.* 3. pro εἶθ' ἅλλεται; cum Valck. & Brunckio ἐνθάλπεται legimus, quod perapte reſpondet alteri verbo ἐξοπτᾷ δ' ἐμέ: quam emendationem (teſte Valckenario) ex Phrynichi Apparatu So-

phiſtico inedito eruerat commendaveratque praeſtantiſſimus c Ruhnkenius. *Verſ.* 4. μετρῶν ſcriptum oportuiſſe, non μέτρων ſatis adparebat. *Ibid.* ὥστε τέκτονος, quemadmodum cum Valckenario Toupius Brunckiusque correxerunt, ſic dedit noſter codex *A.* (In *Epit.* nonniſi duo priores verſus exhibentur.) Dein cum eisdem viris doctis παρὰ ad initium *quinti verſus* reiecimus: quam vocem prorſus abiectam Caſaubonus voluerat, Grotius vero in πείρᾳ mutaverat. Scilicet παρὰ στάθμην, quamquam prorſus contrarium videri poſſit ſignificare, (*contra, praeter amuſſim*) tamen etiam idem valet ac κατὰ vel πρὸς στάθμην, *ad amuſſim, ſecundum amuſſim*: de quo iam H. STEPHANUS monuerat, in eamque partem, praeter hunc Athenaei locum, ad Theognidis quoque praeceptum illud (vs. 924 ſq. ed. Brunck.) provocaverat:

Εἶμι παρὰ στάθμην ὀρθὴν ὁδὸν, οὐδετέρωσε
κλινόμενος. χρὴ γάρ μ' ἄρτια πάντα νοεῖν.

In verbo ἰοντος, quod etiam Toupius defendit, nihil mutandum iudicavimus.

AD CAP. XVII.

Λικύμνιος δ' ὁ Χῖος. De *LICYMNIO Chio*, poëta dithyrambico, vide FABRICIUM ad Sextum Empir. lib. XI. ſect. 49. *Mox*, cum legeretur κατακαλύπτειν & κοιμίζειν, ſuſpenſa erat oratio. Cui incommodo remedium adtulerunt noſtri mssti, κατακαλύπτει & κοιμίζει ſcribentes: quae verba, ut iam alibi plus ſemel obſervavimus, ita accipienda ſunt, quaſi dixiſſet auctor, κατακαλύπτειν φησὶ, κοιμίζειν φησὶ, vel κατακαλύπτοντα & κοιμίζοντα ποιεῖ: *Poëta non claudit illi oculos, ſed ſopit amaſium oculis apertis*; pro, *Ait poëta, Somnum non claudere ei oculos, ſed ſopire; inducit eum non claudentem, ſed ſopientem* &c. Poëtae verba, continuo tenore vulgo ſcripta, in tres d verſiculos utcumque partitus ſum. ἐκοίμιζεν, adiectâ ν literâ quae aberat, ſcripſi cum ms. *A.* κοῦρον tenet codex uterque cum ed. Ven Baſ. & Caſ. 1. FIORILLO, Obſervation. in Athen. pag. 70. certiſſimâ (ut ait) coniecturâ, uno hoc verſu comprehenſa ſtatuit poëtae verba:

Ὕπνος δὲ χαίρων ὀμμάτων αὐγαῖς, ἐκοίμιζεν κόρον.

iſta, ἀναπεπταμένοις ὄσσοις, ſpuria declarans, ex orâ libri alicuius in contextum illata.

d Καὶ ἡ Σαπφὼ - - - Στᾶθι κἄντα &c. De hoc *Sapphûs ἀποσπασματίῳ* sic praecepit Fiorillo ibid. p. 70 sq. » Lege:

» Στᾶθι κἄντα φίλος, καὶ τὰν ἐπ' ὄσσ' ἀμπέτασον χάριν.

» Est enim ὄσσ' pro ὄσσε: χάρις, *divina pulcritudo.* « — Sic ille; cui Bentleius maxime praeiverat, de quo nos Boissonadus noster in *Notis msstis* monuit, ubi ait: » Scribendum ex mente *Bentleii* in Epist. ad Hemsterhus. post Elogium Hemsterhusii a Ruhnkenio conscriptum, p. 104.

» Στᾶθι κἄντι φίλος καὶ τὰν ἐπ' ὄσσ' ἀμπέτασον χάριν.

» ὄσσε, pro ὄσσοις. Versus est Alcaicus qualis hîc Horatii, » lib. I. Od. 18.

» *Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.* «

Nos in contextu, ubi & κἄντα & ἐπ' ὄσσοις cum editis tenent ambo nostri codices, nihil mutare ausi, verba poëtriae in tres versiculos tribuimus, ut factum a *Io. Christ.* Wolfio, in Sapphûs Carminibus num. 38.

Anacreontis molliusculos versiculos commodissime digestos habes a Earnesio, num. 67. Epitomae auctor verecundior, in adponendis carminibus ad *puerorum amorem* spectantibus parcus admodum & circumspectus esse solet: itaque alia saepe omisit, in aliis nonnihil mutavit. Sic hîc, pro βλέπων, βλέπουσα scripsit: & pro οὐκ εἰδὼς, ne intelligeretur in *masculino* genere hoc dici, οὐ γὰρ οἶδας posuit.

e *Pindari* verba prorsus praetermisit Breviator. Nihil in eis mutat ms. *A.* nisi quod perperam μαρμαρύζουσας scribit. Uberiora habes infra, pag. 601. d. ubi rectius μαρμαρίζοισας scribitur dorico semone. Vide Schneideri Fragm. Pindari, pag. 14 sq.

Ὁ δὲ τοῦ Κυθηρίου Φιλοξένου Κύκλωψ, (perperam Κύκλοψ ed. Cas. 1. & 2.) ἐρῶν τῆς Γαλατείας. Vide lib. I. p. 6 extr. & seq. *Ibid.* ἢ τῶν ὀφθαλμῶν. Sic ambo mssti, ignorantes καὶ particulam, quam (haud incommode quidem) insertam habent edd. In distinguendis *Philoxeni* versiculis praeivit Fiorillo ad Herod. Attic. p. 125. & Observ. in Athen. p. 69. ubi recte χρυσεοβόστρυχε correxit; quod est in utroque nostro codice, ut in Euripid. Phoen. vs. 198. Idem pro κάλλος ἐρώτων, sane quam probabiliter Ἄλλος ἐρώτων corrigendum censuit: quam emendationem

occupaverat IACOBS, Animadv. in Anthol. Vol. I. Part. 3. pag. 102. quemadmodum mox in *Ibyci* verſiculis Χαρίτων Θάλλος vel Θάλος, & ſaepius apud alios. Vulgatum vero tenent ambo noſtri codices, & Euſtathius loco mox citando.

τυφλὸς ὁ ἔπαινος. Articulum ὁ inſertum dedit ms. *Ep.* f *Ibid.* Ἰβυκείῳ ἐκείνῳ. Sic idem cod. *Ep.* quod rectius nobis viſum, quam Ἰβυκίω. Epitomae ſcripturam repraeſentavit Euſtathius, ad Odyſſ. ζ'. pag. 456. l. 30. *IBYCI* verſiculos ita distingui ſcribique iuſſit FIORILLO, Obſerv. in Athen. pag. 69.

Ὦ Εὐρύαλε, γλυκέων Χαρίτων
Θάλλος, καὶ καλλικόμων μελέδημα.
Σὲ μὲν Κύπρις ἄ τ' ἀγανοβλέφαρος
Πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι τρέφαν.

Ubi de poſtremo ſtatim verbo monendum, per operarum lapſum τρέφαν ſcribi in ed. Caſ. 2. & 3. recte vero Θρέψαν ſuperiores editiones cum mſstis. *Verſ.* 1. Ὦ particulam ignorant libri omnes; quae tamen poſt ἐκείνῳ facile excidere potuit. Ibidem, in γλαυκέων cum editis conſentiunt ambo mſsti & Euſtathius l. c. Nec tamen dubitare debuimus, quin γλυκέων corrigeremus: de quo etiam IACOBS, loco modo laudato, monuerat; ubi poëtae verba ſic fortaſſe conſtituenda cenſuit: Εὐρύαλε, γλυκέων Χαρίτων Θάλλος, καλλικόμων μελέδημ' Ἐρώτων: collatis ſcilicet Philoxeni verbis proxime praecedentibus. καλλικόμων μελέδημα Νυμφῶν coniectaverat Dalecamp. Codices quidem noſtri in καλλικόμων μελέδημα nil mutant, neque adiiciunt quidquam. Pro Θάλλος vero, ſimplici λ literâ Θάλος ſcribunt: quod an ad metrum hoc loco aptum ſit (cuius ratio mihi minus explorata) haud ſcio; illud video, tantum non conſtantiſſime apud poëtas eodem modo, ſimplici liquidâ conſonâ, & correptâ penultimâ vocali, Θάλος ſcribi. Sic quidem cum apud alios, tum apud Euripid. Electr. vs. 15. & Phoeniſſ. 85. ed. Br. Sic item apud Meleagrum, Epigr. 88. Analect. Tom. I. pag. 25. & Epigr. 109. pag. 31. ſic in Homerico Hymno in Cererem vs. 66. tum apud Oppian. Κυνηγ. lib. I. vs. 3. quorum locorum nonnulla nobis indicavit BOISSONADI noſtri humanitas & diligentia. *Quarto verſu* per librarii errorem intercidiſſe apud Euſtathium voculam ἐν, monuit PORSONUS ad Euripid. Med. 629. Nempe is error ex Athenaei

Epit. in Euſtathii libros derivatus: at, quod apud eumdem Χαρίτων Θάλαμος ſcribitur, is proprius Euſtathii aut eorum qui illius commentarios deſcripſerunt error eſt, aut in ea ipſa voce corruptus fuerat Epitomae Athenaei codex quo uſus erat Commentator: noſter quidem codex *Epit.* recte Χαρίτων Θάλος tenet. Iſta, σὲ μὲν Κύπρις – – Θρέψαν, opportune IACOBS in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. 1. p. 65. contulit cum illis Antipatri Sidonii, Analect. T. II. p. 25. num. 70. ἐν (Σαπφὼ) Κύπρις καὶ Ἔρως συνάμ' ἔτραφον, ἅς μέτα Πειθὼ &c.

PHRYNICHI verba repetuntur infra, p. 604. a. Ibi pro παρειῆσι, quod hîc editum erat, παρηΐσι vulgo etiam legebatur: eamdemque ſcripturam hîc nobis codex *Epit.* exhibuit: in ms. *A.* vero perperam transpoſitis vocalibus παρισι ſcribitur, quod in παρειῆσι mutarunt poſteriores.

AD CAP. XVIII.

a λέγει δὲ οὕτως ὁ φιλόσοφος. Quum *ipſa verba* CHRYSIPPI *ſe recitaturum* dixerit Deipnoſophiſta, probavi tenuique ſcripturam οὕτως, quam editi libri habebant. Nec vero opus erat pronomine οὗτος, cuius notio iam in ipſo articulo ad nomen φιλόσοφος adiecto inerat. Brevius iſta, ut ſolet, Epitomator expedivit.

καὶ γὰρ Τιμόθεος ὁ αὐλητής. Articulum ante Τιμοθ. recte ignorant ambo mssti. Idem, ut videtur, *Timotheus tibicen* ſupra memoratus eſt, XII. 538. f. De quo vide Suidam, quem ibi laudavimus.

τὸν πρῶτον προσκειράμενον παρωνύμιον ἔχειν Κόρσην. Quod in noſtro ms. *Epit.* haud male fortaſſe legitur, προκειράμενον, idem verbum ex ſuo codice Epitomae protulit Euſtathius, ad Odyſſ. φ'. pag. 760. l. 42. ubi etiam b vocabulum Κόρσην docet a verbo κείρω, fut. κέρσω, eſſe derivatum.

Ad *ALEXIDIS* verba, a Chryſippo recitata, quum in ed. Caſ. poſt Θάτερον (*verſ.* 2.) interrogatio ſignificata eſſet, haec notavit CASAUBONUS: »Τούτων ἔχει τι Θάτερον; Tolle interrogationem, & transfer in finem praecedentis verſus. [In ed. Ven. & Baſ. nusquam indicata erat interrogatio.] »*Vides – ne aliquem reſinatum aut raſum?* »*Hic duorum alterum habet.* Illa duo ſequentibus verbis ex-

» plicantur: *vel ignavus eſt*, inquit, *& qui militiae nihil fa-* b
» *ciat pro viro forti, cuius indicium eſt barba: vel divitum mor-*
» *bo laborat*; id eſt, mollis & impudicus eſt, ac virum
» quaerit. Scribe,

» ἢ πλουσιακόν τι τούτῳ προσπίπτειν κακόν. «

Verſ. 1. & 2. nihil in verbis mutare auſus ſum, licet prior manifeſte illegitimus, alter vero mutilus ſit. Nil enim impedire exiſtimavi, quin iſtud poëtae teſtimonium tale, quale cum editis libris exhibent mssti noſtri, adponi a Chryſippo potuiſſe crederemus. Una tamen in libris varietas eſt: quod τοῦτον ἔχει ſcribitur in cod. *A*. ubi τούτων cum editis recte tenet ms. *Ep.* IACOBSIUS, in *Notis mssstis*, ſenarios ſuis numeris ſic reſtituendos cenſuit:

Εἰ πιττοκοπούμενόν τιν' ἢ ξυραύμενον
ὁρᾷς, ἔχειν τι θάτερον τούτων νόει.

BOISSONADUS noſter in hunc modum tentaverat:

— Ὁρᾷς πιττοκοπούμενόν τιν' ἢ
ξυρούμενον; τούτων ἔχει τι θάτερον.

Poſſis & aliâ atque aliâ ratione tentare; ſed certi nihil conſtituas. Omitto Gallici interpretis inventum, nec aliàs probandum, & metro manifeſte repugnans. Caeterum rarius occurrit verbum πιττοκοπεῖσθαι, pro uſitatiore πιττοῦσθαι, quod in eadem re poſitum lib. XII. p. 518. a. Repertum eſt tamen illud apud alium etiam neſcio quem veterem auctorem, cuius verba citavit Clemens Alexandr. in Paedag. lib. III. pag. 294. ed. Pott. ubi ait: ὁρῶ κυναίδους ἐνθάδε πολλοὺς ἐν ἄστει καὶ πεπιττοκοπημένους. Item apud Heſychium: Κωνῆσαι· πισσοκοτῆσαι: quo loco doctiſſimum Editorem, citantem iſta ex Clemente verba, praeterierat hoc Alexidis teſtimonium.

Verſ. 3. ἢ γὰρ στρατεύειν ἐπινοεῖν μοι φαίνεται. »In
» στρατεύειν aliquid latere puto, quo *cinaedi mollities* ſigni-
» ficetur. Nam verba, τῷ πώγωνι δρᾶν ἐναντία ad virum
» muliebria patientem referenda ſunt. « IACOBS, in *Notis mssstis*. Nobis non liquet. Fuit cum ſuſpicaremur, ſic fortaſſe ſcriptum oportuiſſe:

ἢ γὰρ στρατεύων ἐπινοεῖν μοι φαίνεται
τὰ πάντα τῷ πώγωνι δρᾶν ἐναντία.

Verſ. 5. προσπίπτει, pro edito προσπίπτειν, ſcribitur in utroque noſtro msto. Eumdem verſum ſic interpretatus erat DALECAMPIUS: *Aut in civitate flagitiis omnibus ſe inquinaturum.* At vocabulum πλουσιακὸν non eſt cur

ſuspectum habeamus: pronomen τι vero flagitabat metri ratio. Reſpectum fortaſſe habet iſtud vocab. πλουσιακὸν ad *divitem* illum Agathonem, de quo Ariſtophanes in Theſmoph. vs. 218. ait:

Ἀγάθων, σὺ μέν τοι ξυροφορεῖς ἑκάστοτε.

ubi vide quae notavit Scholiaſtes.

Verſ. 6 *ſq.* De *barba, viri decore & inſigni*, confer quae disputavit Epictetus, Diſſert. I. 16, 10 ſqq. & quae ibi notavit UPTONUS: qui citans hos Alexidis verſus, pro λυποῦσιν ὑμᾶς (*verſ.* 6.) ἡμᾶς legi voluit, praeter rationem. Commode enim poëta ad ipſos illos molles homines, de quibus loqui coeperat, orationem dirigit: & ὑμᾶς recte
c tenent mssti. Pro δι' ἃς ἀνὴρ (*verſ.* 7.) δι' ἃς γ' ἀνὴρ legendum cenſuit IACOBS: & pro ἀντιπράττεσθ' ὑπονοεῖς, (*verſ. ult.*) ἀντιπράττεσθαι νοεῖς, probabiliter utique; niſi ὑπονοεῖς ſtatuas idem fere valere ac νοεῖς, ut praepoſitionis ὑπὸ eadem vis ſit ac voculae *ſub*, in latino ſermone verbis nonnullis praemiſſae, ubi *clam, furtim, aliquatenus*, aut aliquid tale ſignificat. Vulgatam quidem ſcripturam tenent ambo mssti: quae ſi non ferenda fuerit, expeditiſſima medicina videtur, ut ἐπινοεῖς pro ὑπονοεῖς legamus.

Διογένης δὲ &c. De *duplici Diogenis apophthegmate*, quod hîc commemoratur, confer *Paulum* LEOPARDUM, Emendat. lib. XVII. c. 17. in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 351 ſq. *Ibid.* τί ἐστιν ὁ ἱππόπορνος, νῦν δὲ εὑρηκέναι. »Io»catur Diogenes: quaſi ἱππόπορνος vulgo diceretur *eques »moechus:* quod falſum eſt. Nam in hac voce τὸ ἵππος ſi»gnificationem ſolum auget, & *magnum ſtupratorem* [ſive, »*immane ſcortum*] deſignat: ut in ἱππομάραθρον, ἱπποπάθον, & ſimilibus. Sic βοῦς, in βουπόνηρος aliisque. « CASAUBONUS. — Vide Suidam in Ἱππόπορνε, & Scholiaſt. Ariſtoph. ad Ran. 432. item BERGLERUM ad Alciphr. lib. I. Epiſt. 38 ſub. fin.

AD CAP. XIX.

d οἱ παρακούσαντες αὐτοῦ τῶν λόγων καὶ μὴ συνέντες. Sic ambo mssti; non συνιέντες. παρακούειν, *obiter, negligenter, perperam audire:* ut apud Cebetem, cap. 3 extr. ὑμεῖς οὖν προσέχετε, καὶ μὴ παρακούετε. Miratus ſum praetermiſſum eſſe fere totum hoc caput ab Epitomae auctore.

καθάπερ οἱ τῆς Ἀριστίππου παρενεχθέντες αἱρέσεως. Non est hoc quod Dalecampius ait, *veluti ex Aristippi sectatoribus qui depravantur;* aut quod Gallicus interpres, *qui se sont laissés abuser par la doctrine d'Aristippe:* sed, *qui ab Aristippi placitis & praeceptis aberrarunt, qui ea perperam acceperunt.* Nempe idem fere sonat, ac si dixisset οἱ παρακούσαντες τῶν Ἀριστίππου λόγων.

συνεσπασμένοι, καὶ κακοπινεῖς, οὐ μόνον τοῖς ἤθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἕξει. Quid potissimum sonet hoc loco συνεσπασμένοι, haud satis scio. » Pauperes & mendici (ait H. STEPHANUS, Thes. Tom. III. pag. 924.) » dicuntur incedere » συσπώμενοι, pro *adductis* seu *contractis scapulis*, veluti et» iam ii qui nudi incedunt hyemis tempore. « — Illud apparet, intelligi hoc loco eosdem, qui paulo ante ἀνελεύθεροι nominati. ἕξις, est *corporis habitudo, exterior habitus & species.* Conf. not. ad I. 26. b. *Ibid.* βουλόμενοι γὰρ ἐνδύεσθαι τὴν αὐτάρκειαν. Sic ms. *A.* non αὐτὴν, quod perperam editum erat. Simillimam dictionem habemus in D. Pauli Epist. ad Colos. III. 12. ἐνδύσασθε χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, &c. sed sensu diverso: nam ibi de *interiore animi habitu* agitur, hîc de *externâ magis specie.* Confer quae collegit Wetstenius ad Epist. ad Roman. XIV. 14. Apud Deipnosophistam nostrum & haec locutio, ἐνδύεσθαι τὴν αὐτάρκειαν, & ista quae continuo subiicitur, εὑρίσκεσθε ἐπὶ ταῖς τῆς φιλαργυρίας θύραις, quae proverbii speciem quamdam habet, e nescio quo vetere auctore ductae sunt.

καὶ τῶν ὤλων ἐμπιπλάντες τὰ καττύματα. Quod in editis legebatur, καὶ τῶν ὤχων ἐμπίπλαντα ὦτα καττύματα, id Dalecampius interpretatus erat, *sonis inanibus impleto aurium corio.* Tum vero CASAUBONUS haec adnotavit: » Distingue ac lege: εὑρίσκεσθε ἐπὶ ταῖς τῆς » φιλαργυρίας θύραις, ῥυπαρῶς ζῶντες, καὶ τριβωνάρια πε» ριβαλλόμενοι μικρά. καὶ [μικρὰ καὶ &c. absque distin» ctione edebatur] τῶν ὤχων ἐμπίπλασθε ὦτα, καττύ» ματα καὶ κιναίδους καλοῦντες, &c. *Vos Stoaces miseri non* » *solum sordide & squalide vivitis: verum etiam, si quos vide*» *ritis elegantiae studiosiores, convitiis illos proscinditis,* καττύ» ματα & *cinaedos appellantes.* τῶν ὤχων ὦτα ἐμπίπλασθε, » *sonis aures impletis*, dixit pro *assidue clamatis.* Κάττυμα, » proprie est *solea* quae calciamento suppacta usu teritur: » hic est convitium in hominem pathicum, & ut veteres » locuti sunt, officiosum. Sic prorsus apud Latinos *scor-*

e »tum, ἀπὸ τοῦ σκύτους, id est, *corio*. Haec scripseramus »cum inspectis diligentius antiquae manus libris, reperi »ἵλων pro ἴχων: neque ὦτα, sed ὑτά. Quae lectio sen»tentiam diversam suggerit nobis, oppido elegantem. Scri»bendum, καὶ τῶν ἵλων ἐμπίπλασθε τὰ καττύματα, »κιναιδ. id est, *clavis calceorum soleas impletis*. Rusticitatis »& sordium argumentum, clavis suppactos calceos ge»stare: qua de re ad Theophrasti Characteres multa.« — Vide virum doctum ad illa Theophrasti verba, καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἴλους ἐγκρούσαι: in fine capitis v. περὶ Ἀγροικίας. Et nostrae item vetustissimae membranae ἵλων ἐμπίπλανται habent, & dein ὁ τὰ καττυμ. Nempe haud dubie ἐμπιπλάντες olim scriptum erat, scriptumque sic oportebat: id vero cum per pravum morem hominum αι & ε confundentium, in ἐμπιπλάνταις corruptum esset, deinde rursus in ἐμπίπλανται ὁ mutatum est. Sicut ζῶντες & περιβαλλόμενοι & καλοῦντες in *participio* posita sunt, sic & hoc verbum in *participio* efferri debuit.

τοὺς ἢ μύρου προσβάλλοντας. Supple ὀσμήν: quemadmodum ad similem dictionem Aristophanis, in Pace vs. 179. monuit Graecus Comici interpres, & Gregorius Corinth. De Dialect. pag. 14 sq. Eamdem locutionem ellipticam habemus apud Strabonem lib. XV. pag. 720. d. ubi quidem προβάλλει (contra veterum librorum auctoritatem, qui προσβάλλει habent) legendum censuit CASAUBONUS, & in Comment. ad Strab. hunc quoque Athenaei locum (quem hic intactum praetermisit) ita citat, quasi προβάλλοντας scriberetur, quamquam in προσβάλλοντας editiones omnes cum vetustis membranis consentiant. Confer quae ad Gregorium adnotavit KOENIUS.

f τοὺς ἀκολουθοῦντας ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν &c. Dalecampius: *amasios huc illuc ductare vobis affeclas in Lyceum euntibus, cum sophistis, sic me Iupiter amet, exilibus, ieiunis* &c. In eamdemque fere sententiam Gallicus Interpres. Qui si meminissent, perinde ἀκολουθεῖν μετά τινος dici atque ἀκολουθεῖν τινι, *sequi, sectari, comitari aliquem, circumire cum aliquo*, intellecturi erant, *sophistas illos*, quos dicit Myrtilus, non alios esse nisi *eosdem Cynicos* de quibus loquitur. Caeterum nescio an ex hoc loco colligi possit, fuisse Athenaei aetate Cynicos, qui Athenis *in Lyceo* scholas haberent.

AD CAP. XX.

ἐν ταῖς Εὐανδρίαις τοὺς καλλίστους ἐγκρίνουσι &c. f
» καὶ γὰρ ἐν ταῖς εὐανδρίαις τοὺς καλλίστους ἐκκρί-
» νουσι. Dalec. *Nam quibus in civitatibus magnus eſt virorum*
» *bonorum, fortium, ac bellicoſorum numerus, pulcherrimos ſe-*
» *ligunt.* Non eſt negandum, τὸ εὐανδρεῖν hoc ſignificare:
» hic tamen locus aliter ſine dubio eſt exponendus. εὐαν-
» δρίας appellat *ſelectos iuvenes* ex omni pube ad ritus re-
» ligionis obeundos. Declarat cum addit, καὶ τούτους πρω-
» τοφορεῖν ἐπιτρέπουσι. Neque enim πρωτοφορεῖν eſt *pri-*
» *mas obtinere:* ſed, *primum* vel *inter primos ferre aliquid;*
» puta, thyrſum, vel vannum, vel ciſtam, vel cernum,
» aut ſimile aliud, cum pompa ducitur thyrſophororum,
» aut licnophororum, aut cernophororum. Favet huic in-
» terpretationi Heſychius, qui εὐανδρίαν exponit πλῆθος
» νέων. (In ed. Caſ. 2. & 3. his adiiciuntur iſta:) Ariſteas,
» ſcriptor vetuſtiſſimus: Τῶν πόλεων ὅσαι μέγεθος ἔχου-
» σαι, καὶ τὴν ἀκόλουθον εὐδαιμονίαν, ταύταις συμβέβηκεν
» εὐανδρεῖν. Hic εὐανδρεῖν ſignificat *florere* πλήθει νέων, ut
» ait Heſychius, id eſt, *validae & elegantis iuventutis*, aut
» etiam ſimpliciter *virorum, copiâ.* Aliquando εὐανδρία eſt
» *ipſa fortitudo* & *robur virile*, ut in illo Carcini:

» Οὐδεὶς ῥᾴθυμός [ἐστιν] εὐκλεὴς ἀνὴρ,
» ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν.)

» Hoc vero loco errorem aliter accipientium palam fa-
» ciunt ſequentia verba, τῷ πρώτῳ τὰ τοῦ Διὸς φέρειν τεύ-
» χη δίδοται. Quod autem antiquitus ſpectata ſit forma in
» ephebis iis, qui ad ſacrificiorum ludorumve cerimonias
» adhibebantur, certa & nota res eſt. Atque eo referen-
» da moneo Ciceronis verba De Naturâ Deorum, lib. I.
» [cap. 28.] *Eſt enim vis tanta naturae, ut homo nemo ve-*
» *lit niſi hominis ſimilis eſſe: & quidem formica formicae. Sed*
» *tamen cuius hominis? quotus enim quisque formoſus eſt?*
» *Athenis cum eſſem, e gregibus epheborum vix ſinguli reperic-*
» *bantur.* « Casaubonus. — Videndum vero, ne ἐν ταῖς
Εὐανδρίαις hoc loco idem valeat, ac ἐν τοῖς τῆς εὐανδρίας
ἀγῶσι. Eâ quidem notione videtur eodem vocab. uſus
Dinarchus apud Harpocrationem in Εὐανδρία: cuius no-
tionis declarandae cauſſa, monuit Harpocration, Παναθη-
ναίοις εὐανδρίας ἀγὼν ἦγετο: id quod deinde aliorum au-
ctorum teſtimoniis confirmat. Ad quem locum Valesius

pag. 33. ex Xenophontis Sympoſio (p. m. 697 extr.) monuit, *ſenes* etiam *pulcritudine praeſtantes delectos eſſe, qui Minervae* θαλλοφόροι *eſſent.* Ibidem coniecturam πτορθοφορεῖν idem vir doctus propoſuit, pro vulgato πρωτοφορεῖν, quae quidem ſcriptura ſatis-ne ſana ſit dubitare utique licebat. Nobis porro vix ferendus videtur accuſativus τούτους cum verbo ἐπιτρέπουσιν conſtructus, quod nonniſi *dandi caſum* admittere ſolet: ac fortaſſe τούτοις πρώτοις φορεῖν, pro τούτους πρωτοφορεῖν ſcriptum oportuerat. Pro edito ἐκκρίνουσι (quod non *ſeligunt* ſonat, ſed *excludunt*) recte ἐγκρίνουσι dedit ms. *A.* Omnia iſta deſunt Epitomae. De differentiâ verborum ἐκκρίνειν & ἐγκρίνειν, cum alii monuerunt, tum Ruhnkenius in Hiſt. Crit. Orator. Graec. apud Reisk. Vol. VIII. pag. 170.

ἐν Ἤλιδι δὲ καὶ κρίσις γιν. &c. Quod ſi iſtud quod modo dicebat, ἐν ταῖς εὐανδρίαις, de τοῖς εὐανδρίας ἀγῶσι, quos commemoravimus, intelligendum ſtatuas; parum commode in his, quae nunc ſubiiciuntur, particulae δὲ & καὶ ſic poſitae videri debebunt, quaſi nunc de *re diverſa* agatur: ſed ita potius connectenda haec cum ſuperioribus fuerint, καὶ ἐν Ἤλιδι δὲ κρίσις γιν. id eſt, *ſed et* (vel, *atque etiam, ſimiliter etiam*) *in Elide iudicium erat pulcritudinis &c. Ibid.* τὰ τῆς θεοῦ φέρειν τεύχη. Cum τὰ τῆς τοῦ θεοῦ manifeſto vitio editum eſſet, nihil ad hunc locum ex membr. *A.* eſt adnotatum: ac credibile eſt accidiſſe in illo codice id quod iam ſaepius obſervavimus, ut imperite iunctae fuerint duae ſcripturae, quarum altera vera, altera falſa eſſet. Caſaubonum in ſuperiore Animadverſione, ubi hunc locum citavit, τὰ τοῦ θεοῦ legentem vidimus. Nobis vera ſcriptura τῆς θεοῦ viſa erat.

a ὁ δὲ τρίτος τὰς θυηλὰς ἐπιτίθησιν. » Vertendum erat, » *tertius liba & fruges ſalſas hoſtiae imponit.* Morem hunc » expoſuimus fuſe ad Theophraſtum, capite περὶ Μικρο- » λογίας. Interpretum *infulae, vittae, coronae,* nihil ad Bac- » chum. « CASAUBONUS.

καλλίστας γεννώσης τῆς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. » Spar- » tanas foeminas a formâ fuiſſe commendatas indicant illa, » καλλίστας γεννώσης &c. Fidem facit huic dicto vetus » oraculum,

» ἵππον Θετταλικὴν, Λακεδαιμονίην δὲ γυναῖκα.

» Ideo Spartam καλλιγύναικα nuncupant poëtae. « CASAUBONUS. — Conf. Meurſii Miſcell. Lacon. lib. II. c. 3.

διὸ καὶ φασὶ περὶ Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως, γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ αἰσχρᾶς καὶ πλουσίας, – – ζημιῶσαι τοὺς ἐφόρους αὐτὸν, ἐπιλέγοντας &c. Poterat utcumque ferri oratio *absque* περὶ ante Ἀρχιδάμου, deleto commate poſt βασιλέως, & poſt φασὶ reiecto; at multo tamen commodiorem efficere videtur ſtructuram illa vocula in editis adiecta: quare ſuo loco ſtare paſſus ſum, licet eam uterque codex mstus ignoret. Pro ἑτέρας, perperam ἑταίρας ſcribitur in ed. Caſ. 1. & 2. conſentiente ms. *A*. Recte ἑτέρας ed. Ven. Baſ. & Caſ. 3. cum ms. *Epit.* Uterque quidem codex mstus in ſimili hiſtoria, quae de *Lyſandro* haud multo ante (pag. 553. c.) narrabatur, pro ἑτέραν pariter ἑταίραν habebat. De *Archidamo* confer Plutarchum, De Pueror. Educat. Opp. T. II. pag. 1. c. d. & in Ageſilao, Opp. T. I. pag. 596 extr. & ſeq. Pro ἐπιλέγοντας cur αἰτίαν λέγοντας ſcribendum cenſuerit VALCKENARIUS, ad Theocriti Adoniaz. pag. 288. non ſatis cauſſae vidi: ſed apud Plutarchum De Puer. Educ. in eâdem re, pro vulgato ὑπειπὼν, fere non dubito quin ἐπειπὼν ſcriptum oportuerit. Quod dein, pro τοῖς Σπαρτιά- b
ταις, uterque mstus ταῖς Σπάρταις habet, videri id poterat idem ac τῇ Σπάρτῃ valere: at nusquam alibi, quod ſciam, urbis huius nomen in *plurali numero* elatum reperitur.

Εὐριπίδης τε ἔφη· Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Quatuor *EURIPIDIS* verſus, quorum hic ſecundus eſt, isque nonnihil mutatus, habes apud Stobaeum, Serm. LXIII. quos ex fabula *Aeolo* ductos eſſe, e Stobaei codice Parienſi docuit Grotius, in Florilegio, Tit. LXV. pag. 268. Verſus ab Athenaeo citatus cum praecedente ſic connectitur:

Ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔκγον' ἀῤῥένων·
πρῶτον μὲν, εἶδος ἀξίους τυραννίδος.

Quae dein de *Helenae forma*, & de *Agamemnonis pulcri-* c
tudine referuntur, habes in Iliad. γ'. vs. 156 ſqq. & 170 ſq. Quod autem bis deinceps orationem ſic incipit Deipnoſophiſta, Ἐκπέπληκται γοῦν &c. & continuo deinde θαυμάζει γοῦν &c. non poteſt id non ingratum accidere auribus: nec negligentiae culpam, ſi ita ſcripſit auctor, video qui effugere poſſit. Prorſus tamen eodem modo ſcribitur non ſolum in cod. *A*. ſed & in *Epit.*

οἱ Ἀθάνατοι καλούμενοι Αἰθίοπες. Iidem qui Μακρόβιοι

Herodoto, III. 17. & 23. De quorum *rege* paria tradit idem Herodot. ibid. c. 20. ubi conf. quae notavit Valckenar.

οἱ ϑεοὶ ἀνηρείψαντο Διῒ οἰνοχ. τὸν Γανυμ. &c. Vide Iliad. d υ'. 234 ſq. Ut ibi κάλλεος εἵνεκα ſcribitur, ſic & hîc habet cod. *A.* non οὕνεκα, ut edd. Breviter Epitoma: Γανυμήδης ἡρπάγη.

ἀετὸς πτεροῦται πολλάκις, ὥσπερ καὶ ἐπ' Αἰγίνῃ. DALECAMPIUS: *nunc ignis prope Aeginam lucet.* Adiectâ notâ: »Aeginam, Aſopi regis Boeotiae filiam, e qua ſuscepit »(Iuppiter) Aeacum.« — Scilicet, pro ὥσπερ legendum ὡς πῦρ ſtatuerat: quemadmodum eſt apud Ovidium, Metamorph. VI. 113.

Aureus ut Danaën, Aſopida luſerit ignis.

At, *raptam a Iove* perhiberi ab aliis *Aeginam in aquilam mutato*, docuit HEYNIUS ad Apollod. III. 12. 6. p. 796. teſtes citans Clementem, Homil. 5, 13. & Nonnum, Dionyſ. VII. (ſic enim legendum, non VI.) vs. 212 ſqq. quibus adiici poterat hoc ipſum Athenaei teſtimonium; ubi vulgatam ſcripturam ὥσπερ καὶ recte tenent ambo codices msti. In ms. *Ep.* quidem, pro πτεροῦται, πετροῦται ſcribitur, ridiculo errore; qui tamen ita aliquatenus incruſtatur, ut a nomine ἀετὸς interpoſitâ diſtinctione ſeparetur id verbum, hoc modo: διὰ κεράμων χρυσὸς ἔρχεται· ταῦρος γίνεται· ἀετός· (intell. γίνεται:) πετροῦται πολλάκις, ὥσπερ καὶ ἐπ' Αἰγίνῃ. Hoc poſtremum, ἐπ' Αἰγίνῃ, non *prope Aeginam* verti debuit, ſed *propter Aeginam.*

e ὡς καὶ ὁ σεμνότατος Ἀριστοτέλης (ἥττων ἐστὶ) τοῦ Φασηλίτου μαθητοῦ. »*Diſcipulus Phaſelita, quem* ſuus prae»ceptor *Ariſtoteles deperiſſe* dicitur, *Theodectes*, opinor, eſt; »non alius. Sed mirum, hunc potius quam Hermiam »Atarnenſem in medium eſſe productum.« CASAUBONUS. — *Pulcritudine excelluiſſe Theodecten Phaſelitam*, Stephanus Byz. adnotavit, ubi de Phaſelide agit. Fuiſſe eumdem *Ariſtotelis diſcipulum*, diſerte tradidit Valerius Maximus, lib. VIII. cap. 14, 3. citatus Menagio ad Laërt. V. 24. &, *carum* fuiſſe *praeceptori*, ex eo ipſo quod de illo narrat Valerius, intelligitur. De turpi amore non magis hîc cogitandum, quam ubi de *Socratis* amore in *Alcibiadem* agitur.

Ἡμεῖς δὲ οὐχὶ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ κάλλιστα προκρίνομεν, ἐπαινοῦντες τῶν Σπαρτιατῶν τὸ ἔθος, τὸ γυμνοῦν τὰς παρθένους &c. Sic legebatur in editis, conſentiente (quod ſciam) vetere cod. *A.* Quae quam male cohae-

reant, satis adparet: nec probabile cuiquam videbitur, e ita scripsisse nostrum Deipnosophistam. Ne id quidem, quod nos edidimus, percommodum esse autumamus, sed utcumque tamen ferendum. Debemus illud codici Epitomae, in quo post προκρίνομεν maiori interpositâ distinctione, dein sic pergitur, Ἐπαινεῖται καὶ τῶν Σπαρτιατῶν &c. verbo Ἐπαινεῖται unciali literâ initiali rubrâ scripto. Ex quo colligi par erat, in pleniore opere, nisi etiam aliud nonnihil intercidisse statuas, saltem sic scriptum olim fuisse Ἐπαινεῖται δὲ καὶ τῶν Σπαρτ.

AD CAP. XXI.

Ταύτῃ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν, οὐ ῥοδοδάκτυλος οὖσα, κατὰ τὸν Κρατῖνον, ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος. » Mssti Ταῦτα καὶ τολμᾷς. CRATINI nomen restitutum » hîc ex antiquis: alii Καρκῖνον. Etsi non extat integer poë» tae locus ad quem alluditur; tamen non dubitamus de» scriptam his verbis fuisse *Empusam*. Hoc enim docuit nos » Aristophanes; qui alienis verbis, ut saepe solet, sic lo» quitur in Ranis: [vs. 295 sqq.]

» Δι. Ἔμπουσα τοίνυν γ' ἐστί. Ξαν. Πυρὶ χοῦν λάμπεται » ὅπαν τὸ πρόσωπον, καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.

» Δι. Νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ βολίτινον θάτερον. « CASAUBONUS. — Ταύτῃ, ut editum, non Ταῦτα, habet vetus noster codex: idem vero τὸν Κρατῖνον, ut edidit Casaubonus, cum in ed. Ven. & Bas. Καρκίνον legeretur. Casauboni interpretationi adstipulatus est KÜSTERUS, in Not. ad Aristoph. Ran. vs. 297. conf. Suidam in Ἔμπουσα, ibique eiusdem Küsteri Notas. Ea si placet ratio, statuendum fuerit, *Cratinum* Empusam, priusquam pedem habens asininum adparuisset, ῥοδοδάκτυλον induxisse, quae apud Aristophanem simpliciter ut γυνὴ ὡραιοτάτη primum adparuisse dicitur. βολίτινον σκέλος, quod *stercoreum crus* vulgo interpretantur, rectius *crus asininum* intelligi monuit Graecus Aristophanis interpres, & cum eo Suidas l. c. Cum quo consentit quod aliâs ὀνοσκελὶς & ὀνόκωλος eadem Empusa nominatur. Quidquid sit, his verbis utentem Cynulcum in Myrtilum inducit Athenaeus, quibus illum rideret, quod nec pulcrâ admodum formâ & *altero pede claudus* esset; ut intelligitur ex p. 568. e.

f ἐκείνου τοῦ ὁμωνύμου σοι ποιητοῦ τὴν μνήμην φορῶν, ὃς ἐν τοῖς καπηλείοις καὶ τοῖς πανδοκείοις ἀεὶ διαιτᾶται. » Fuit » quidem poëta comicus Athenienſis *Myrtilus:* ſed de eo » non loquitur Cynulcus: verum de alio, qui ea aetate » in ſordibus & paedore vitam degebat. Nam ait διαιτᾶ- » ται. Aut legendum διῆτᾶτο, quia dicit μνήμην φο- » ρῶν.« CASAUBONUS. — Deſunt iſta verba in *Epit.* cum eis quae modo praecedebant. In vetere cod. *A.* vero, ut ſub contextu monui, non τὴν μνήμην φορῶν ſcribitur, ſed τὴν κνήμην: quod quidem vocabulum quin mendoſum ſit vix dubitari poteſt. Cum vocabulum σκέλος, modo praecedens, in animo haberet ſcriba; pro eo quod hic debuerat, vicinae ſignificationis nomen κνήμην poſuit. Commodum utique foret τὴν μνήμην, quod (ex iunioris librarii, ut videtur, ingenio) in editos libros receptum eſt, hoc ſenſu, *qui illius memoriam renoves*, ut interpretatus eſt Dalecampius; ſi modo conſtaret, Graeci ſermonis uſum hanc dictionem, τὴν μνήμην τινὸς φορεῖν, iſta notione admittere. De quo cum dubitare liceat, videndum ne aut τὸ λῆμα φορῶν ſcripſerit Athenaeus, adludens ad Ariſtoph. Eq. 757. aut τὸ κνῆμα, *pruritum*, cum reſpectu ad eumdem Comici verſum, conſulto mutato vocabulo; aut τὴν λήμην, i. e. *pituitam*, *ſoliditatem*. Quidquid ſit, illud non dubitandum mihi videtur, *poëtam Myrtilum*, de quo hîc agitur, intelligi debere illum ipſum *veteris comoediae poëtam*, de quo Caſaubonus cogitaverat. Ac poterat verbum διαιτᾶται, ſi ita ſcripſit Athenaeus, in praeſentis licet temporis formâ poſitum, tamen de re praeteritâ intelligi. Sed equidem mihi perſuaſi, διαιτᾶται iſtud ex librarii errore ortum eſſe, qui pronomen ὃς ad poëtam Myrtilum referri putaſſet, cum ad eum Myrtilum, quem adloquitur Cynulcus, referretur: nec dubito, in ſecundâ perſonâ ἀεὶ διαιτᾷ hîc ſcriptum reliquiſſe Athenaeum.

καίτοι Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος &c. Exſtant *Isocratis* iſta verba in *Oratione Areopagiticâ*, pag. 257. edit. Pariſ. 1615. Ubi quum non nude οἰκέτης, ſed οἰκέτης ἐπιεικὴς, dicat orator; adiectivum illud nomen, quod omittere licuerat Deipnoſophiſtae, ignorantque libri Athenaei, adiecit editor Baſileenſis, unde etiam in editionem Caſ. receptum.

Ὑπερίδης δ' ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Ὑπερίδης recte ed. Caſ. cum ms. *Ep.* Eamdem *Hyperidis* orationem citans Harpocration in Νάννιον, eamdem

reſtrictionem adiecit, εἰ γνήσιος. Clauſulam iſtam omiſit Noſter infra, pag. 587. a.

περιφέρων αἰεὶ τοιαυτὶ βιβλία. αἰεὶ, pro eo quod a editum erat ἀεὶ, ſcripſi cum noſtris membranis. βιβλία vero contra illarum auctoritatem correxi: ſcriptura enim βυβλία ex minus probato medii aevi uſu eſt. Qui dein recenſentur auctores, qui *de Meretricibus* (ſive ſervatum Graecum vocabulum malueris, *de Hetaeris*) *Athenienſibus* ſcripſerunt: eorum primus *Ariſtophanes*, (ut ex p. 583. d. diſcimus,) Byzantius ille Grammaticus eſt, multis aliis ſcriptis celebris, qui regnante Ptolemaeo Philadelpho Alexandriae vixit. *Apollodorus* vero, Athenienſis ille, auctor Bibliothecae: cuius fragmenta ex libello, de quo hîc agitur, collecta dedit Heynius, T. III. Notarum ad Biblioth. pag. 1163 ſqq. De *Ammonio* non liquet: interim vide Fabricium, Bibl. Graec. T. IV. pag. 171 ſq. *Antiphanes*, qui ſequitur, quem rurſus Noſter p. 586. b. & f. & p. 587. b. citat, idem Ἀντιφάνης ὁ νεώτερος vocatur Harpocrationi, in Νάννιον. Confer Voſſium, De Hiſt. Graec. lib. III. pag. 325. & Ionſium, De Script. Hiſt. Phil. I. 6, 5.

κατ' οὐδὲν ἐμιμήσω Θεόμανδρον τὸν Κυρηναῖον. Sic recte ms. *A.* ignorans articulum, ante Θεομ. poſitum in edd. In nomine hominis, cuius nusquam alibi mentio occurrit, conſentiunt mssti ambo cum editis. Quae dein de *Ariſtide* b aliisque pictoribus ſubiiciuntur, ea ſic expreſſit Breviator: Ὅτι Ἀριστείδης καὶ Παυσανίας καὶ Νικοφάνης οἱ ζωγράφοι, πορνογράφοι ἦσαν ἐπιτυχεῖς.

τὰ Εὐβούλου αἰεὶ ἐκ Κερκώπων λέγει. Sic recte ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. Temere vocula ἐκ omiſſa in ed. Caſ. Ex eâdem *Eubuli* fabulâ, *Cercopibus*, alios recitatos verſus vidimus lib. X. pag. 417. c. quos his, qui hîc adponuntur, proxime ſubiectos fuiſſe, probabiliter monuit Toup, in Curis Noviſſ. in Suid. p. 203. Ad *verſ.* 2. haec notavit c Casaubonus: »λάχανόν τι τρώγων ὤκιμον διεφθάρην: »*veſcens ocimo olere ſum corruptus.* Sermo eſt figuratus. In»telligit *conſuetudinem cum Ocimo ſcorto:* [cf. p. 587. c. d.] »vel *lectionem fabulae ſpurcidicae cuiusdam*, cui fuerat no»men inditum *Ocimo*, ab illa nobili meretrice. Hanc in»terpretationem ſequentia nonnihil adiuvant.« — Nihil magis conſentaneum eſt, quam ut amphiboliam in eo poſitam ſtatuamus, quod iſtud τρώγειν ὤκιμον de *conſuetudine cum Ocimo meretrice* dixerit poëta. Cui quidem rationi ad-

c versari videri debet id quod paulo post subiicitur: Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς: quod ita dictum est, quasi iam proxime ante sermo esset habitus de aliquo *dramate, cui* item *titulus a meretrice quadam fuisset inditus.* Quare ad alteram istam interpretationem confugit doctus Animadversor: quae tamen ita per se improbabilis est, ut sequentibus illis verbis potius medicina quaecumque quaerenda videatur, quam probanda ista verborum poëtae interpretatio. Nec vero solum in dictione illa, τρώγων ὤκιμον, amphibolia inest; sed rursus in ista, (*vers.* 3.) κατελήρησα τὴν ἐξωμίδα: quae, ut Toupius l. c. pag. 204. docuit, valere potest, *tunicam auro ornavi;* (sunt enim λῆροι, apud Hesychium & alios, τὰ περὶ τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσωμένα:) sed &, *tunicam nugando perdidi.*

ὁ τῶν Κορινθίων σοφιστής. » Dalecampius, *rerum Corinthiarum sophista.* [Per se quidem admodum probabiliter: sed] » melius, *qui Corinthi sophistam egisti. Sophistam* vocabat aetas illa, qui acroases apud discipulos de Eloquentiâ aut »Literis humanioribus haberent. Horsum respiciens paulo post Myrtilus ait, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς καλῆς Κορίνθου, »ἐπειδή μοι τὴν αὐτόθι σοφιστείαν ὠνείδισας.« Casaubonus. — Vide infra, p. 573. c.

Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ, ὦ 'ναιδὲς, δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς. Casaubonus postquam sic scripta ista verba edidisset, καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ὧν αἰδ . . . . . δράματα &c. rursus in *Animadversionibus* eodem modo scripta repetiit, haec simul adnotans: » Sic erat in msstis. »Prius editum, ὦ 'ναιδές. Legi potest, πολλὰ τῶν ἀρχαίων »δράματα: vel πολλὰ ὧν αἰδοῦμαι τὰ ὀνόματα λέγειν δράμματα. Iis autem fabulis, quas exempli gratiâ profert, » multae addi possunt: ut Alexidis *Polyclea*, de qua libro » XIV. [p. 642. c.] Antiphanis *Archestrata*, & cum eiusdem »tum etiam Alexidis *Antea*, Timoclis *Neaera*, aliae.« — Si Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ legas, quemadmodum cum editis vetustae membr. *A.* habent, necesse est, (quod iam paulo ante monui) ut statuamus, in proxime praecedenti oratione iam nominatum fuisse unum certe aliquod drama eiusdem generis, scilicet quod ab hetaera aliqua titulum habuisset. Quod quum nusquam diserte factum reperiatur, Casaubonus in eam cogitationem venerat, verba illa Eubuli, τρώγων ὤκιμον, in istam quam secundo loco posui

ſententiam eſſe accipienda: quae quidem interpretatio quam c parum per ſe ſit probabilis, in aprico eſſe exiſtimamus. Quare ſupereſt, ut aut mendum ineſſe praedictis prioribus verbis huius ῥήσεως, in qua nunc verſamur, aut alia nonnulla verba ante iſta intercidiſſe ſtatuamus. Satis quidem commode in Epitoma ſcribitur: Ὀνόματα δ' ἑταιρῶν ἀφ' ὧν καὶ δράματα ἐπεγράφη, ἄλλα τε καὶ τάδε· Θάλαττα, Κοριαννὼ &c. Sed non valet haec ratio, qua Breviator uſus eſt, ad levandam eam de qua agimus difficultatem: neque ex illa ratione colligi poteſt, aliud quid in illo operis plenioris codice, quo uſus erat Epitomae auctor, ſcriptum fuiſſe, quam in aliis codicibus, qui hodie ſuperſunt. Pro eo quod nunc legitur, ſi omiſſo vocabulo ἄλλα (*alia*) ſic ſcriptum eſſet, Καὶ πολλὰ δὲ, aut, Ἀλλὰ καὶ πολλὰ, (id eſt, *Multa vero etiam dramata* &c.) nihil admodum deſideraretur. Sed probabilius mihi videtur, inter iſta verba, ὅτι Ὤκιμον ἑταίρας ὄνομα, & haec, Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ, interſerta ab auctore fuiſſe verba nonnulla in hanc fere ſententiam, Ἦν δὲ καὶ Ὤκιμον δράματος ὄνομα: id eſt, *Fuit vero* (aut *Adiiciebas tu, fuiſſe*) *Ocimum etiam dramatis alicuius titulum*: quae verba quum hodie deſint, per veteris librarii oſcitantiam omiſſa, inde enata eſt illa quam diximus difficultas. Iam quod Caſaubonus, poſt πολλὰ in codicibus, quorum ad ipſum notitia perveniſſet, ſic ſcribi ait ὧν αἰδ . . . . . δράματα, ſatis adparet a veſtigiis cum huius ipſius ſcripturae, tum eius quam editiones ſuperiores exhibuerant, ὦ ναιδὲς, longius recedere utramque emendationem a docto Animadverſore propoſitam. Quod intelligens MEURSIUS, Atticar. Lection. lib. I. cap. 17. monuit: » Vide annon ſcripſerit A» thenaeus, Πολλὰ ὦν οἶδα δράματα.« Haud diſſimiliter TOUPIUS, Emend. in Suid. P. I. p. m. 35. in propatulo eſſe ait, πολλὰ ὦν οἶδας corrigi debuiſſe. Perſpecte vero PORSONUS in Appendice ad Toupii Emend. pag. 438. (de quo me, cum ipſo libro caream, idem *Boiſſonadus* monuit, cui tam multa alia debeo ad ornandam hanc ſpartam, quam ſuscepimus, ſpectantia) ſaniſſimam eſſe cenſuit Aldinae (& Baſileenſis) editionis ſcripturam ὦ ναιδὲς, rectеque Dalecampium vertiſſe *os impudens*. Ac ſane eadem ſcriptura haud obſcure latebat in ea quae ex noſtris membranis in hunc modum enotata eſt, ωναιδ' εσδράματα. Mox in eisdem membr. pro ἀπὸ ἑταιρῶν temere ἀπὸ ἑτέ-

c ρων scribitur. Fabulis vero, quae a meretricibus nomen habent, adiici porro potuisse Menandri *Glyceram*, monuit Toupius l. c. Eiusdem generis sunt Diphili *Synoris*, Ephippi *Philyra*, aliae.

Μενάνδρου δὲ Θαΐς καὶ Φάνιον. Cum Φάννιον legeretur in editis, quibuscum etiam codex *A.* facit, Νάννιον scriptum oportuisse censuit Meursius l. c. cui adstipulatus est Clericus, in Menandri Reliquiis pag. 128 sq. neuter quidem certâ ratione usus. Verum est quidem, nusquam aliâs memoratum legi *Phanii* meretricis nomen: sed multum abest, ut inde colligas, fuisse nullam eo nomine: nec fabulam eo titulo edi a Menandro potuisse. Immo vero, sicut Φάνιον hoc loco simplici *ν* literâ in *Epit.* scribitur, (unde eam scripturam adscivimus) sic libro IV. p. 171. a. ex veterum etiam membranarum *A.* scripturâ citatum *Menandrum* ἐν Φανίῳ vidimus, ubi perperam ἐν Φανίᾳ editum erat: rursusque idem titulus haud dubie latet libro VII. 314. b. ubi ἐν Φανῷ vulgo legitur. Contra, *Nannium* pulcre quidem novimus fuisse *meretricis* nomen: sed Νάννιον ut *comoediae titulus* nusquam reperitur. Nam quod Clericus ex Stobaei Serm. XI. adfert, ubi in ora ed. Gesn. 2. & 3. adscribitur *Menandri in Nannis;* id non modo dubium, sed prorsus mendosum est: quo magis miror, in nova Stobaei editione, quae Lipsiae adornari coepta erat, pag. 294. etiam Graece sic scribi, Μένανδρος ἐν Νάννοις. In principe quidem Stobaei editione Aldina, item in Gesneriana prima, (ubi est Serm. IX. init.) nude Μενάνδρου scribebatur. Grotius vero, praeeunte optimo Stobaei codice Parisiensi, eidem eclogae nomen *Theognidis* adscripsit, in Floril. pag. 76. recte: quem & Brunckius (eodem codice Paris. usus) secutus est in edit. Theognidis, vers. 1179 sq.

d ὡς Ἀσκληπιάδης εἴρηκεν, ὁ τοῦ Ἀρείου. Quis fuerit ille *Asclepiades*, quave aetate vixerit; tum quis *Areus*, a quo ille nomen habet; denique utrum *Arei filius*, an (quod in Grammaticorum nominibus fere fert usus) *discipulus*, perinde incertum. *Asclepiadem Myrleanum* dici, eumdemque *Arei Didymi* non discipulum, sed *magistrum*, Ionsius censuit libro II. De Script. Hist. Phil. cap. 17. sect. 3.

AD CAP. XXII.

Ἔστιν δ' ἑταίρα &c. Sic recte Grotius in Excerpt.

pag. 601. cum Ἐστὶ vulgo praeter metri rationem ſcriberetur. *Ibid.* Ξρηνῶν τις αὐτὸν dedit ms. *A.* quod idem valet ac ἑαυτόν. Deſunt haec *Epit.* cum ſubiectis verſibus.

Cum *Timocles* comicus de *Ncaera* ait, ἡνίκ' ἔτι τὴν κάπταριν συνέλεγεν, *quum adhuc capparin* (vel *cappares*) *colligeret*, adparet hoc eum dicere, *cum adhuc pauper eſſet. Capparin* & ſeri ſolitam eſſe, & paſſim aridis in locis ſponte naſci, meliorem autem habitam eſſe eam, quae ſine culturâ nata eſſet, Theophraſtus aliique harum rerum ſcriptores docent. Quare conſentaneum erat, ut colligendâ vendendâque cappari ſponte creſcente pauperiores mulierculae ſubinde victum quaererent. *Verſu* 3. percommode οὔ πω τ' εἶχεν dedere veteres membr.

Extremam eclogae partem, quae ſic vulgo & in edd. & in membranis ſcribitur,

πάμπολλ' ἀναλίσκων ἐφ' ἑκάστῳ, τῆς θύρας
ἀπεκλειόμην:

doctiſſimus Iacobs cum in Attico Muſeo, T. III. Faſc. 1. pag. 40. tum in Notis msstis, ad hunc fere modum refingendam cenſuit:

» πάμπολλ' ἀναλίσκων, νῦν (vel ὧδ') ἐφεστηκὼς θύραις,
» ἀπεκλειόμην.

» *Multâ impenſâ factâ, ſic* (ſive, *nunc*) *ſtans in limine exclu-*
» *dor.*« — Percommode ſane, ſi modo in verbo ἀναλίσκω corripi poſſit antepenultima ſyllaba: de quo me valde dubitare, iam ad lib. VIII. pag. 343. a. profeſſus ſum. Videantur modo Ariſtophanis loca, in Graeco Indice huius Comici ſub voce ἀναλίσκειν indicata. Eadem difficultas premit Boissonadi noſtri coniecturam,

πάμπολλ' ἀναλίσκων τῆς ἐπ' ἐσχάτῳ θύρας &c.

Nobis in vulgato ἐφ' ἑκάστῳ viſum erat adquieſcendum, quo ſignificari poſſit, *quavis occaſione, quovis tempore, qualibet de cauſſâ*, fere ut παρ' ἕκαστον & παρ' ἕκαστα, de quibus vide Lexicon noſtrum Polybianum, pag. 187. quae idem valent ac adverbium ἑκάστοτε.

καὶ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δ' Ὀρεσταυτοκλείδης ὁ αὐτὸς Τιμοκλῆς φησί. Cum ἐν τῷ ἐπιγρ. Δορεὺς ταυτοκλείδης eſſet editum, perſpecte docteque monuit Casaubonus: » Har-
» pocration de Parabyſto Athenienſium foro loquens: μνη-
» μονεύουσι δ' αὐτοῦ ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν, καὶ Τιμοκλῆς ἐν
» Ὀρεσταυτοκλεῖ. Conſtat liquido, de eadem fabula loqui
» utrumque. Quare non poteſt, quin alterius horum cor-

e » rupta ſint exemplaria: immo, ut equidem iudico, utrius- » que. Alibi, quod ſciam aut meminerim, non invenies » nominatam hanc fabulam. Mssti ab edita lectione nihil » demutant: ſola eſt in ſubſidium relicta ingenii coniectu- » ra. Suſpicamur, ſcripſiſſe Athenaeum, Καὶ ἐν τῷ ἐπιγρ. » δ' Ὀρεσταυτοκλείδης. Exagitabatur hac fabula ſceleratus » quidam Athenienſis, quem poëta vocat *Oreſtautoclidem*, » ceu conflatum monſtrum ex Oreſtis & Autoclidis vitiis. » *Oreſtis* notum parricidium. *Autoclides* inſano puerorum » amore vulgo infamis. Harpocration: [ſub hoc ipſo vo- » cab.] Αὐτοκλείδης καὶ Θέρσανδρος ὡς παιδερασταὶ σφόδρα » διεσύροντο. Ita emendabis & in ſuperiore Harpocratio- » nis loco. Atque haec videtur *Timoclis* fabula, quam » ſimplici nomine Suidas [in Τιμοκλῆς] *Oreſtem* vocat. « — Caſauboni rationem probarunt Maussacus & Valesius ad Harpocrationem in Παράβυστος, pag. 277. & in Notis pag. 126. Et confirmat eamdem noſter vetus cod. *A.* in quo non δορεὺς, ſed δορεσταυτοκλείδης. Monuit autem *Valeſius* ex Ariſtophanis Scholiaſte ad Av. vs. 713. & 1491. non debere hîc tam de *Oreſte* Agamemnonis filio cogitari, quam de quodam graſſatore, qui furorem ſimulans noctu rapinas agere conſueverat, cui nomen vel potius cognomen fuit *Oreſtes*, verum autem nomen, ut videtur, *Autoclides*. De *Oreſte* hoc confer etiam Scholiaſt. ad Ariſtoph. Acharn. 1166. De *Autoclide*, cuius Harpocration meminit, ſupereſt teſtimonium Aeſchinis in Orat. adv. Timarchum, pag. 67 ſq. ed. Reisk. Quod autem *Mauſſacus* ad Harpocr. ait: » ſaepiſſime comicos fabularum nomina fin- » xiſſe ex diverſis nominibus compoſita: « reperiuntur quidem illius generis apud Athenaeum noſtrum exempla nonnulla, nec ea tamen admodum frequentia. Nec enim commode huc referas Strattidis *Anthroporeſten*, ex lib. III. pag. 127. c. quod nomen vitioſe vulgo ſic ſcriptum videri monuimus ad eum locum: utcumque in hunc cenſum venire poſſit Pherecratis fabula Μυρμηκάνθρωποι, ſed ne haec quidem ſatis apte: proxime ad id quod quaerimus accedit Eubuli *Sphingocarion*, de quo vide quae notavimus ad X. 449. e. Caeterum quum Suidas, *Timoclis* fabulam *Oreſtem* cum aliis nominans, diſerte unum Athenaeum teſtem citet; videndum ne titulus non tam fuerit Ὀρεσταυτοκλείδης, quam Ὀρέστης ἢ Αὐτοκλείδης: quae tamen duo nomina etiam in unum potuerint contrahi. Quod vero

apud Comici Scholiaſten ad Av. 1487. legitur Ὀρέστης ὁ Τιμοκράτους, videndum eſt ne non tam *patrem* illius nebulonis ibi nominare voluerit ille interpres, quam de *Timoclis fabulâ Oreſte* loqui; ut perperam ibi Τιμοκράτους hodie legi ſtatuendum ſit, pro Τιμοκλέους. Quod in Athenaei noſtri verbis, ubi nude αὐτὸς Τιμοκλῆς ſcribebatur, ὁ αὐτὸς Τιμ. poſuimus, id ſententia & ſermonis uſus deſiderare videbatur, ut eſſet *idem Timocles*, cuius teſtimonio ex Neaera proxime ante uſus erat Deipnoſophiſta.

Ἄμφις μνημονεύει ἐν Κουρίδι. AMPHIS in *Tonſtrice* f vertit Grotius in Excerpt. p. 520. in *Novaculâ* Dalecampius: equidem conſultius duxi, graecum tenere nomen. Eodem titulo ſaepius commemoratur *Alexidis* fabula, ubi Κουρίδι, ut hoc loco, antepenacute ſcribitur, VIII. 362. c. ſed Κουρίδι, X. 422. e. & 442. d. *Verſ.* 3. Temere in ed. Caſ. 2. & 3. omiſſa eſt καὶ particula, inter nomina Σινώπη & Λύκα. *Verſu* 4. recte ἑταίραις τε edd. ubi mssti noſtri ἑταίραις τε, perpetuâ partim in hanc partem, partim in illam, fluctuatione.

AD CAP. XXIII.

Ἄλεξις δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Ἰσοστάσιον. Ea- a dem *ALEXIDIS* fabula citabatur a Noſtro, III. 127. c. d. & IV. 134. c. ubi cum GROTIO in Excerpt. pag. 570. latine *Aequilibrium* reddidimus. Haud improbabiliter vero IACOBS in Attico Muſeo, T. II. Faſc. 3. pag. 175. coniectavit, fuiſſe *Iſoſtaſion* meretriculae alicuius nomen. Lepidiſſimam eclogam, quam in Germanicum ſermonem converſam idem Vir doctus ibid. pag. 149. exhibuit, dolui non usquequaque emendatam a nobis exhiberi potuiſſe. Nec tamen prorſus inanem fuiſſe noſtram operam reperiet aequus Lector.

Verſ. 1 *ſq.* In ed. Ven. & Baſ. initium eclogae fiebat ab illis verbis verſus ſecundi, Ῥάπτουσι πᾶσιν ἐπιβουλὰς &c. quae verba, quoniam metri ratio nulla eis ineſſe videbatur, veluti ſoluta oratio usque ad iſta τῆς τέχνης, (*verſ.* 4 extr.) adpoſita erant. CASAUBONUS vero in hunc modum edidit: Πρῶτον μὲν τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλας· τἄλλα αὐταῖς περίεργα γίνεται. Ῥάπτουσι δὲ πᾶσιν ἐπιβουλὰς, ἐπειδὰν δ' εὐπορήσωσι ποτὲ, ἀνέλαβον

Καινὰς ἑταίρας πρωτοπείρους τῆς τέχνης,

a Εὐθὺς ἀναπλάττουσι ταύτας, —

& sic porro, reliquis versibus satis commode distinctis. De verbis autem a se initio eclogae suppletis nihil aliud in *Animadversionibus* monuit, nisi haec ipsa: »τἆλλα αὐταῖς »περίεργα γίνεται. Lege ut apud Clementem Alexandri»num, Πρῶτον μὲν γὰρ ἐς τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς »πέλας Πάντα τ' ἄλλα αὐταῖς πάρεργα γίνεται.« — Atqui iam pridem monuerat *Petrus* VICTORIUS, Variar. Lect. lib. XV. cap. 23. in Athenaei exemplari calamo exarato (quem fuisse Codicem Florentinum Bibliothecae Mediceae docuimus in Praefatione nostrâ ad Athenaeum, pag. 36.) ante verba Ῥάπτουσι δὲ legi ista: Πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλας πάντα τ' ἄλλα αὐταῖς πάρεργα γίνεται. Eodem autem prorsus modo in nostris membr. *A.* scribitur. Et recte quidem hi libri πρὸς τὸ κέρδος, non ἐς τὸ κέρδος habent; nam istud unice desiderabat usus Graeci sermonis: dicimus enim, τἆλλα πάντα πάρεργα γίνεταί μοι πρὸς τοῦτο, non εἰς τοῦτο, *alia omnia respectu huius* (*cum hoc comparata*) *parvi habeo:* quin enim πάρεργα vera sit scriptura, non περίεργα, nemo dubitaverit. Eamdemque scripturam, Πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς τὸ κέρδος etiam in lectionibus Aegianis e Farnesiano codice excerptis ab ipso Casaubono ad oram sui olim exempli Athenaei notatam video; ubi quidem perperam dein περίεργα scribitur, sicut in editis. Monuit haud ita pridem vir omni doctrina politissimus BASTIUS, (in Notis ad Gallicam versionem commentarii *Boettigeri* de Cothurnis, pag. 9.) esse in Bibliotheca Parisiensi codicem Mstum Athenaei e Vaticana Bibliotheca translatum, num. XLVII. insignitum, in quo desit initium huius eclogae Alexidis usque ad verbum γίνεται: qua ex discrepantia & aliis gravioribus etiam eiusdem codicis a codice Veneto-Parisiensi dissensionibus colligit Vir doctus, non esse Vaticanum illum plane descriptum ad Veneti exemplum: *Cette variante*, inquit, *& d' autres différences encore plus considérables, que j'ai trouvées en collationnant plusieurs passages du 13me livre d'Athenée dans les deux manuscrits, prouvent que celui de Rome n'est pas entièrement copié sur celui de Venise; observation qui aura peut-être quelque intérêt pour le nouvel Editeur d'Athenée.* Scilicet, nec *adcurate* utique, neque etiam *proxime* aut *immediate* (quod aiunt) ex vetustissimo Veneto-Parisiensi descriptus ille Vaticano-Parisiensis est: neque vero eo mi-

nus verum certumque repertum iri confido id quod in a Praefatione ad Athenaeum demonſtratum dedimus, eſſe Veneras membranas communem omnium codicum ad hunc diem cognitorum, quibus plenius Athenaei opus continetur, fundum fontemque. Nec enim incognitus nobis iſte *Codex Vaticano-Pariſienſis* erat; quem novimus eſſe eumdem illum *Palatinum*, in Heidelbergenſi Bibliotheca olim aſſervatum, de quo in Praefatione noſtrâ pag. 61 & ſeq. rurſusque pag. 94 & ſeqq. diximus. Is igitur codex, ſicut per omnia fere (teſte Caſaubono) Aldino Athenaei exemplo ſimilis eſt, ſic & hoc loco in *Alexidis* eclogâ, de qua agimus, cum editione Ven. & Baſ. conſentit. Sed, ut ad id ipſum unde digreſſi ſumus revertamur, GROTIUS primum verſum ex *Caſauboni* fere praeſcripto ſic conſtituens,

Πρῶτον μὲν γὰρ εἰς τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλας:

non magis, quam ille, animadverterat, ſpondeum in prima ſede trochaici verſus ferri minime poſſe. Metri legi ſatisfacturus IACOBS in Attico Muſeo T. II. Faſc. 3. p. 175. ſtatuit, intercidiſſe primum tetrametri pedem, reliquumque verſum ſic concipiendum:

— — πρῶτον μὲν τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλας.

At multo expeditius, ſi quid iudicare valeo, certiusque remedium ipſe Clemens, e quo ſcripturam iſtam commendaverat Caſaubonus, offerebat: nam apud illum in editionibus omnibus, inde a prima Florentina Petri Victorii, non Πρῶτον μὲν, ſed Πρῶτα μὲν legitur. Locus eſt in Paedag. lib. III. cap. 2. pag. 169. ed. Heinſ. (pag. 255 ſq. ed. Pott.) ubi eadem Alexidis ecloga fere tota exhibetur. Unde legitime fluens naſcebatur verſus,

Πρῶτα μὲν γὰρ πρὸς τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλας.

Tum tres ſequentes quo pacto digerendi eſſent nullo mutato verbo, per ſe adparebat.

Verſu 7. quum in editis ſcriberetur, φελλὸς ἐν ταῖς καυ- b κίσιν, monuit CASAUBONUS: »In Excerptis βαυκίσι. Ita »ſcribe.« — At βαυκίσιν recte nobis non modo *Epit.* dedit, ſed & ms. *A*. Eamdemque ſcripturam ex Mediceo etiam Athenaei codice *Victorius* commendaverat.

Verſ. 9. Pro ἐπὶ τὸν ὦμον, eſt ἐπὶ τὸ νῶτον in ms. *Epit.* minus recte. Pro καταβάλλουσ' vero, quod habent editi, commodius καταβαλοῦσ' dedere ambo mssti, ut ſit pes tribrachys. Sic etiam ex coniect. ſcripſit *Grotius*.

Verſ. 11. ὑπενέδυσ' ἐρραμμένη αὐτήν. Sic edd. apud

b Athenaeum, & editio Flor. apud Clementem, apud quem Sylburgius (haud satis video cui commodo) ἔρραμμ' praetulit, quod dabat Palatinus codex; nullius alioquin auctoritatis vocabulum, nec analogiae consentaneum, quod ille *insumentum* interpretatus est. ὑπενέδυσε αὐτὴν ἐρραμμένα: *subtus induit* (vetus meretrix) *illi* (iuniori) *consuta quaedam.* Quod *versu seq.* consentientibus msstis editum erat, ἀναβοᾷν τοὺς ἰδόντας, id non ferebat metrum. Apud Clementem in ed. Flor. εἰσιόντας scribitur: quo cum vulgata apud Athenaeum scriptura collato, haud dubie verum erat εἰσιδόντας, quod & Sylburgius apud Clem. & Grotius in Excerpt. posuit.

Vers. 12 *sqq.* Post verba ἀναβοᾷν τοὺς ἰδόντας, sic pergitur in ed. Ven. & Bas. nullâ versuum habitâ ratione: κοιλίαν ἔχει * στήθιες ταυταισὶ τούτων ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοὶ ὀρθὰ προσθεῖσαι, τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας ὥσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγον. Ista in ed. Cas. in hos versus (si Deo placet) digesta videas:

ἀναβοᾷν τοὺς ἰδόντας. κοιλίαν ἀδρὰν ἔχει τις; τιτθείαις
ταυταισὶ τούτων, ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοὶ
ὀρθὰ προσθεῖσαι, τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας
ὥσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγον.

Ad quos versus spectat CASAUBONI animadversio huiusmodi: »In Excerptis non legitur pars illa tota huius ῥήσεως, quae *mulierum artificium* declarat *celandae ventris* »*amplitudini.* Scias iam tum sic depravata Athenaei exempla fuisse, ut putaverit satius eruditus ille vir aliquot »versus praetermittere, quam operam ludere exscribendo quae non intelligeret. Nec multo melius apud Clementem Alexandrinum haec scripta invenias, Paedagogi libro tertio, cap. secundo. Quaesivimus tamen nos »diligentissime de poëtae mente, in nostris De Re Vestiaria commentariis. Eo te lector reiicere fas & ius esto »nobis. Quod si spes humanae nos non frustrentur, ne »nos quidem tuam exspectationem, σὺν θεῷ εἰπεῖν, frustrabimur.« — Frustrata est autem (sic fata voluerunt) ista lectorum exspectatio: puto vero, si certi aliquid aut satis probabile, quod nos doceret, in promtu habuisset vir doctus, non in longam diem nos fuerat reiecturus. Apud Clementem in Florentinâ editione *Petri Victorii* ista

sic leguntur, versuum nullâ ratione habitâ: κοιλίαν ἀδρὰν b τις ἔχει τιτθίαις ταύταισιν τούτων, ὧν ἔχουσιν οἱ κωμικοὶ, ὀρθὰ προσθεῖσα ταῦτα, οὐτονυνδυτον τῆς κοιλίας ὥσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγεν. Quae *Sylburgius*, parum mutata, versibus si distinxit:

— κοιλίαν ἀδρὰν ἔχει,
τιτθίαις ταύταισι τούτων, ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοὶ,
ὀρθὰ προστιθεῖσα ταῦτα, τοὔνδυτον τῆς κοιλίας
ὥστερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγεν.

Vides, vocem ἀδρὰν, qua carent Athenaei codices, commode e Clementinis receptam a Casaubono; vides porro versum 13. multo commodius a Sylburgio quam ab eodem Casaub. constitutum. Vides etiam, quemadmodum versu 11. ὑπενέδυσε in singulari positum, sic commode *vers.* 14. & 15. apud Clementem προσθεῖσα vel προστιθεῖσα & ἀπήγαγεν in singulari numero scribi. Sed statim, quid sit in hac oratione illud τιτθίαις ταύταισι, non exputo. ταινίαις in animo habuisse videtur DALECAMPIUS, sic vertens: *venter si tumidior est, fascii rite adstringitur:* haud ita absurde; cum praesertim Pollux VII. 65. diserte doceat, τὸ τῶν μαστῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν & ταινίδιον dictum fuisse. GROTIUS, τιτθίαις ταύταισι tenens, in eamdem cum Dalecampio sententiam interpretatus est: nos integram illius versionem Graecis versibus subiecimus: in *Notis* idem vir eximius eadem verba τιτθίαις ταύταισι sic interpretatur: » *Mamillis factitiis,* quarum usus »in comoedia: unde (inquit) rectius forte legas αἱ κω»μικαὶ, id est, mulieres comicae.« Quo spectat IACOBSII observatio l. c. monentis, cogitandum in Graecorum theatris *viros* fuisse, *qui partes agerent mulierum;* quare saepius illis opus fuisse fasciis constringere corpus, quo sibi habitum muliebrem conciliarent. Nobis suspicio erat obortа, στήθιες istud, quod habent libri Athenaei, ex στήθεσιν esse corruptum; tum in voce ταύταισι latere nescio quod nomen substantivum plurale neutrius generis, ad sequens adiectivum ὀρθὰ relatum: nam adiectivum illud ὀρθὰ necessario substantivum nomen requirere videtur.

Iam quod in posteriore parte *versus* 14. legitur in Athenaei libris, τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας, id corruptissimum esse adparet. Plane diversum est, nec tamen minus monstrosum, quod Clementis libri exhibent, οὐτονυνδυ-

b τον: e quo quidem non ſine veri ſpecie SYLBURGIUS τοὔνδυτον extudit; ſed quo pacto intelligi voluerit illam ſcripturam haud ſatis adparet, cum in Notis ad Clementem ait: » Contractum τοὔνδυτον ex τὸ ἔνδυτον pro» xime accedit ad id de quo modo dixi ἔρραμμα. « — Luculentior eſt ſententia, quam vetus Clementis interpres, qui eamdem cum Sylburgio emendationem in animo habuiſſe videtur, his verbis expreſſit: *depreſſior eſt venter, veluti contis quibusdam adhibitis efficit ut is anterius procedat:* ſcilicet τὸ ἔνδυτον, veluti τὸ ἐνδύον, accipiens de eo quod *introrſum recedat.* Ingenioſum prorſus ac per ſe quidem perquam probabile eſt DALECAMPII inventum, qui hunc locum ex coniecturâ (ut ipſe profitetur) in hunc modum interpretatus eſt:

A tergo ſi pectoris gibbus prominet,
virgulis ſtatim & tabellis anteriora verſus,
ut contis, in ventrem repellunt.

Ac poſſis fortaſſe in eamdem ſententiam haud ita magno molimine Graeca ſic refingere:

ὀρθὰ προστίθησι ταῦτα. τ' ἀντία δὲ, τῆς (vel τ' ἀντίον τῆς) κοιλίας:

id eſt, *quae ventri oppoſita ſunt.* Quaecumque harum rationum placeat, ſive alia ſimilis; in priori hemiſtichio προστίθησι vel προστιθεῖσι in *tertia* verbi *perſona* ſcribendum videtur, non in participio: quia in medio hemiſtichio finitur ſententia, neque adeo participium illud (προστιθεῖσα, vel προστιθεῖσαι) ad verbum finitum ἀπήγαγεν vel ἀπήγαγον referri poteſt. GROTIUS quidem, poſterius hemiſtichium *verſus* 14. atque adeo etiam *verſum* 15. cohaerere cum praecedentibus verbis ratus, violentas manus ſcripturae librorum adferre coactum ſe vidit, Graeca ſic refingens:

ὀρθὰ προσθεῖσαι τοιοῦτα, τοὔξεχον τῆς κοιλίας
ὥσπερεὶ κόντοισι τούτοις εἰς τ' ὄπισθ' ἀπήγαγον.

(κόντοισι ſcripſit Grotius: κοντοῖσι ſcribitur cum apud Athenaeum, tum apud Clementem. Neutra ſcriptura patronis & auctoritate caret.) Loci huius difficultates ſilentio premens Gallicus interpres, quatuor *verſus* (12–15) in eamdem fere cum Grotio ſententiam interpretatus eſt: *A-t-elle un gros ventre? moyennant des buſes, qui lui font l'effet des machines droites dont ſe ſervent les comédiens, on*

lui renfonce le ventre en arrière. De vocabulo κοντὸς adnotavit aliquid TOUPIUS, Emend. in Suid. P. II. ad vocem Λορδούμενος, p. m. 257. quod quidem quid huc faciat parum percepi: intelligo tamen ex Boiſſonadi notis msstis, in noviſſima editione Emendationum Toupii (qua aegre ad hunc diem careo) eodem loco etiam iſta *Alexidis* verba adpoſita eſſe, eaque (ſi modo recte accepi) ſic a Toupio ſcripta, ὥστερ ἐν κόντοισι, non ὥσπερεὶ κοντ. Caeterum, in tractando hoc loco, conſulto omiſi imperita *Samuelis* PETITI commenta: quae ſi quis requirit, adeat eius Miſcellan. lib. VII. cap. 9. c

Verſ. 17. Cum ϕιμυθίῳ, ut alibi, eſſet editum, nihil quidem hic ex ms. *A.* adnotatum, ſed in ms. *Ep.* ϕιμυθίῳ ſimplici μ literâ ſcriptum vidi: quare hoc recepi; quemadmodum p. 557. f. & 558. a. *Verſ.* 18. παιδέρωτ' ἐντρίβεται. Idem vocab. occurrebat XII. 542. d. *Unguentum* aliquod ſic vocari ſatis conſtat. conf. auctores ab Heſychii Interpretibus laudatos: & in his maxime Salmaſium, Exercit. Plin. p. 808. Latinos *acanthum* dixiſſe, quem Graeci παιδέρωτα, Dioſcorides docuit. Quid ſit tamen potiſſimum e quo confici ſolitum ſit illud pigmentum, non liquet.

Verſ. 19. ταυτὸ γυμνὸν δείκνυται. ταυτὸ ms. *A.* cum editis. Praeſtare videtur τοῦτο, quod eſt apud Clem. τοῦτ' αὐτὸ habet ms. *Ep.* commodiſſime, ſi ferret metri ratio. Pro δείκνυται eſt δεικνύει apud Clem. *Verſ.* 21. ἵνα θεωρῶσ' οἱ παρόντες. Cum vulgatum θεωροῖεν reſpueret verſus, percommode ἵν' ἀθροῖεν corrigendum cenſuit IACOBS. Nec tamen ſatis nobis placuit verbum in optativo modo poſitum: quare ἵνα θεωρῶσ' praetulimus, quod dederunt Clementis libri. Sic etiam Grotius ſcriptum voluerat, ut in Notis declaravit, cum perperam in contextu ipſius ſervatum eſſet θεωροῖεν.

Verſ. 22. Nec διὰ τέλους rectum erat, quod cum ed. Ven. habent ambo noſtri mssti; nec διατελοῦσ', quod eſt in ed. Baſ. Multo vero minus διατελοῦσι, quod habet ed. Caſ. Unice verum erat διατελεῖ, quod ex Clemente recte adoptavit Grotius. Nec vero dein poſt ἔνδον (*verſ.* 23.) punctum interponendum, ut apud Grotium; nec *verſu* 25. ἔχουσι ſcriptum oportebat, ſed ἔχουσα in participio, de quo idem Grotius in Notis monuit: ut cohaererent iſta, διατελεῖ ἔνδον ἔχουσα ξυλήφιον μυρρίνης. Nempe: *quo conſueſcat puella diductis labiis elegan-* d

d *tes oſtentare dentes, domi conſtanter aſſulam ex myrthi ligno in ore inter labia erectam geſtat.* Iſte nexus orationis magis etiam perſpicuus eſt apud Clementem, ubi omiſſâ illâ comparatione cum *coquorum more, qui labia capitum caprinorum in macello venalium interſertâ aſſulâ quadam aut bacillo distendunt,* proxime coniunguntur iſta, διατελεῖ τὴν ἡμέραν ξυλήφιον μύρρινον ἔχουσα &c.

Verſ. 26. Quod apud Athenaeum conſentientibus libris edebatur, ὥστε τῷ χρόνῳ σεσηρέναι, id ferri utcumque potuerat, nec Grotius mutavit: ſed rectius nobis viſum erat σέσηρεν, quod habent Clementini libri. Deinde vero, pro βούλωντ', quod erat editum, aut βούλωνται, rectius βούληται in ſingulari numero habet ms. *Epit.* unde βούλητ' ſcripſimus, quemadmodum etiam GROTIUS, in Notis, corrigendum monuit. Neque aliud debuerant Clementini libri, in quibus mendoſe βούλετ'.

Poſtremum verſum praetermiſit & Clemens & Athenaei Breviator. Qui cum in edd. & in cod. *A.* iuſto brevior vulgo ſic ſcribatur,

ὄψεις διὰ τούτων σκευοποιοῦσι τῶν τεχνῶν:

duo verba, σώματα καὶ, ex GROTII coniectura initio adiecimus.

AD CAP. XXIV.

Θετταλὲ ποικιλόδιφρε. *Promiſcuae libidinis hominem* adpellatione iſta ſignificari ab auctore, exiſtimavit Dalecampius, & cum eo Gallicus interpres. Quale quidpiam in animo habuiſſe Athenaeum, cum iſta dictione uteretur, ut non nego, ſic nec definire auſim: illud ſatis ſcio, pertinere hanc compellationem, Θετταλὲ ποικιλόδιφρε, ad perpetuum illum Grammatici noſtri morem ex omnibus veterum ſcriptorum latibulis non modo dicta factaque & res quascumque, quae memorabiles ipſi viſae eſſent, verum etiam ſingula verba rariora conquirendi, eisque expromendis & quocumque modo conſuendis reconditae alicuius doctrinae laudem quaerendi. Igitur, quum natione *Theſſalum* finxiſſet ſuum *Myrtilum*, ſicut eum Θετταλὸν σόφισμα vocavit, I. 11. b. & Θετταλὸν πάλαισμα, VII. 308. b. ſic nunc eumdem Θετταλὸν ποικιλόδιφρον nominat; nihil aliud fortaſſe ſecutus, niſi quod meminiſſet illo vocabulo olim aliquando a Pythia in neſcio quo reſponſo compellatum fuiſſe Theſſalum aliquem hominem.

Caeterum ut pulcerrimas molliſſimasque olim laudatas fuiſſe *Theſſalicas ſellas*, (*τοὺς δίφρους* ſive *θρόνους*) cum ex Critiae poëtae verſu apud Noſtrum lib. I. pag. 28. b. tum ex Pollucis teſtimonio lib. VII. ſect. 112. conſtat: qua occaſione ibidem adnotavit Pollux, *διὸ καὶ ἡ Πυθία ἔφη, Θετταλὲ ποικιλόδιφρε.*

τὰς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἀσπάζεσθαι: *ut iis contentus ſis quae in lupanaribus proſtant*: ſcilicet, ne magnis impenſis ſumtuoſas alens concubinas, aut gravem mulctam incurrens ſi moechus deprehendaris, rem familiarem abſumas. Vide V. 220. d. & ibi not. XIII. 569. d. & 577. a. Plane in contrariam ſententiam vertit Gallicus interpres: *je te conſeille de ne pas t'attacher aux femmes des lieux publics.*

ἄριστα χωλὸς οἰφεῖς. Proverbii rationem exponit Dio- e genianus, Proverbior. Cent. II. num. 2. & Euſtath. ad Iliad. *γ'*. pag. 305. l. 19 ſqq. Brevius Suidas, in *Ἄριστα*. Vide ERASMUM, pag. 32. in Prov. *Claudus optime virum agit*: de quo monuerat etiam *Dalecampius*. Quemadmodum vero apud omnes, quos citavi, auctores *οἰφεῖ* ſcribitur, non *οἰφᾷ*: ſic & apud Athenaeum vetuſtae membr. *A. οἰφεῖς* habent; non *οἰφᾶς*, quod erat editum. In *Epit.* deeſt totum huius capitis exordium.

τοῦ κρηπιδοποιοῦ πατρὸς οὐ πολλά σε σωφρονίσαντος καὶ διδάξαντος σκύτη βλέπειν. »Legebatur *τοῦ κρηπιδ.* »*πρὸς οὐ πολλὰ &c.* non difficili ad corrigendum men- »do. Quis enim non videat, *πρὸς* loco *πατρὸς* eſſe ſcri- »ptum, ut fere ſemper in manu exaratis? Ante annos »XXX. de hoc errore monuerat eruditiſſimus vir *Henricus* »*Stephanus*, in Appendice ſua ad Eraſmi Chiliades. Stu- »dioſi inde petant totius huius loci interpretationem: nam »interpres excuſari non poteſt, qui recte praeeuntem vi- »rum doctum ſequi noluit.« CASAUB. — In membr. *A.* (quod ſciam) *πατρὸς* perſpicue ſcriptum. Dictionem *σκύτη βλέπειν* alienam prorſus in ſententiam, *torvum intueri*, interpretatus erat ERASMUS in Adag. pag. 663. DALECAMPIUS, *σκύτη* hic *foeminarum naturalia & pudenda* dici exiſtimavit; quem ſecutus eſt Gallicus interpres, ſic vertens: *vû que ton père, qui eſt cordonnier, a moins ſongé à te rendre ſage, qu'à t'apprendre à bien connoitre les cuirs*: adiecta Nota: »*Expreſſion equivoque, qui ſe ſent aſſez.*« At *σκύτος* etiam *lorum* ſive *ſcuticam* ſonat: & illud Ariſtophanis, in Veſp. 641:

e ἢ μὲν ἐγώ σε τήμερον βλέπειν σκύτη ποιήσω:
a vetere interprete exponitur πληγάς σοι ἐμβαλῶ. Unde *Henr.* STEPHANUS, in Animadverſionib. in Adagia Eraſmi, (fol. *d.* 5. verſo, & ſeq. edit. Wechel.) docuit ſimili ratione διδάσκειν τινὰ σκύτη βλέπειν hîc intelligi debere, *verberibus caſtigare*, vel *verberum metu corrigere aliquem*: coll. Zenob. Proverb. Cent. VI. num. 2. apud quem quae leguntur, eadem apud Comici Scholiaſten habes: monuitque ſimul Stephanus, negativam particulam οὐ ad verbum διδάξαντος aeque ac ad σωφρονίσαντος referendam eſſe. Quae ſicut ſane doctiſſima eſt interpretatio, ſic tamen non diffitendum, haud ſatis adparere connexionem orationis, ſi, dictionem iſtam non niſi in hanc partem accepiſſe auctorem, neque aliud quidpiam in animo habuiſſe, ſtatuamus: facileque mihi perſuadeo equidem, ſecutum eum ſimul eſſe amphiboliam illam, de qua ingenioſus cogitavit Dalecampius; quamquam in hanc ſententiam non tam καὶ διδάξαντος &c. quam ἀλλὰ διδαξ. dicendum fuiſſe videtur. Cum σωφρονήσαντος olim in ed. Ven. & Baſ. legeretur, de mendo monuerat H. Stephanus l. c. & tacite correxit Caſaub. conſentiente noſtro cod. *A*.

κατὰ τὴν Εὐβούλου Παννυχίδα, Τὰς φειδωλοὺς &c. Priora *EUBULI* verba in ed. Caſ. ac partim etiam in ſuperioribus editionibus ſic ſcripta erant, quaſi legitimi eſſent duo verſus:

Τὰς φειδωλοὺς κερμάτων παλευτρίας
πώλους Κύπριδος ἐξησκημένας.

Ubi ad *verſ.* 2. nonniſi hoc unum animadvertit CASAUBONUS: »Deeſt verbum fulciendo verſui neceſſarium: puta, πώλους φιλομήδους Κυπρ. vel χρυσῆς τε Κυπρ. « — At non magis legitimus erat qui *primus* exhibebatur *verſus*. Quare initium eclogae non verbotenus ab Athenaeo deſcriptum, ſed nonnihil mutatis ac fortaſſe omiſſis etiam nonnullis verbis adpoſitum eſſe liquebat. Si ἠσκημένας legeretur, non ἐξησκημένας, poſſet *ſecundus verſus* ſic conceptus ſtatui,

παλευτρίας πώλους Κύπριδος ἠσκημένας.

Vocabulum πῶλος de *puella* ſubinde a poëtis uſurpari ſatis notum eſt, monuitque H. STEPHANUS Theſ. Tom. III. pag. 644. g. h. non negligens hoc ipſum Athenaei teſtimonium.

Verſ. 3. γυμνὰς ἐφεξῆς ἐπὶ κέρως τεταγμένας.

Quum ἐπὶ κέρως in ed. Ven. ſcriptum eſſet, ſuâ auctoritate Baſileenſis editor ἐπικαίρως poſuit: quod conſulto ab illo factum cognovi ex exemplo editionis Venetae, quo utor, in quo ipſius *Bedroti* manu, cuius is liber olim fuerat, ἐπικαίρως correctum. Quae imperita ſcriptura cum ex ed. Baſ. in ed. Caſ. transiiſſet, monuit dein CASAUBONUS: »Aldi editio & ſcripti quidam ἐπικέρως, pro ἐπὶ κέρως. [Immo vero hoc ipſum ἐπὶ κέρως perſpicue ſic ſcriptum habet Aldina editio.] »Cui lectioni ſuffragatur lex metri. »Sed ἐπικαίρως omnes membranae meliores, [ſic quidem »& noſtrae vetuſtiſſimae,] etiam Excerpta, cum hîc, tum »in ſequentibus aliquot locis. [At noſter ms. *Epit.* cum hîc, tum p. ſeq. b. ἐπικαίρους habet.] »Ea vox idem ſignificat cum ἐφεξῆς. Suidas: ἐπικαίρως παραπλέοντας, τοῦτ' »ἔστι, μίαν κατακολουθοῦσαν τῇ ἑτέρᾳ. Suadet tamen lex »metri [cum hîc, tum pag. ſeq.] ut ἐπὶ κέρως potius ſcri»bamus, aut ἐπισχερῶ, quod eſt *continuâ ſerie*, ἐχομέ»νως, & κατὰ τάξιν: elegans Homeri vox & aliorum »poëtarum. Pindarus non ἐπισχερῶ, ſed ἐνσχερῶ dicere »ſolet, ut odâ ſextâ Iſthmionicarum, μυρίαι δ' ἔργων κα»λῶν τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐνσχερῶ κέλευθοι. Reſtitue hanc »dictionem odâ ultimâ Nemeonicarum, & ſcribe, ἐν»σχερῶ δ' οὔτ' ὤν μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν ἄρουραι: id eſt, »*arva non ferunt fructus continuos*, ſed per intervalla, & »ut ſtatim addit poëta, ἐν ἀμείβοντι, *alternis*. «— Sic ille. At vox ἐπισχερῶ a Comicorum ſtylo aliena. Unice verum erat ἐπὶ κέρως: neque aliter apud Suidam quoque ſcribi debuiſſe, ipſa etiam literarum ſeries docebat; ubi vide quae a KÜSTERO adnotata ſunt. Apud Appianum, Hiſtor. Mithrid. cap. 24. recte iam olim ἐπὶ κέρως editum erat ex codicibus Pariſienſibus; quibus adſentitur Wratislavienſis, poſt editum Appianum a nobis collatus: & manifeſte id ipſum debuerant alii codices eiusdem ſcriptoris in quibus non ἐπικαίρως unâ voce ſcriptum, ſed duabus ἐπὶ καίρως. Sonat autem ἐπὶ κέρως, *unâ longâ ſerie, uno poſt alterum collocato.* Conf. Graecum Thucydidis interpretem ad lib. II. cap. 90. & Hudſonum ad Thucyd. VI. 32. Dictio ex Tacticorum uſu petita; apud quos τὸ κέρας ſignificat *latus aciei*, in quo *unus poſt alterum* locatus eſt, cum in fronte (ἐν μετώπῳ) unus ſtet *iuxta alterum*. Eamdem mendam iterum in proxime ſequente ecloga, & in illa pag. 569. b. correximus.

e *Verſ.* 4. ἐν λεπτονήτοις ὑμέσι ἐστώσας. »λεπτόνητος, *ſubtiliter netus*, vel *e ſtamine ſubtili textus*. Eubulus »apud Athenaeum λεπτονήτους ὑμένας appellat *veſtimenta* »*ſeu peplos e tam ſubtili filo textos, ut videantur eſſe membra*»*nae*.« *Henr.* STEPHANUS, in Indice Theſauri. — Vocab. λεπτονήτοις unice hoc loco agnoſcit ms. *A*. cum editis: ſed in proxime ſequente ecloga λεπτοπήνοις habet idem codex mstus. Epitomae auctor vero, praetermittens proximam eclogam utpote huic ſimillimam, hoc ipſo loco λεπτοπήνοις in contextu poſuit, ſcripturam λεπτονήτοις autem inter lineas adnotavit.

Verſ. 5. οἵας Ἡλιάδας ἀγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας. »κηπεύει, *tamquam olitor rigat*.« DALECAMPIUS. — Heliadas dicit, Phaëthontis ſorores, ad Eridani ripam in populos arbores mutatas: de quibus Strabo, lib. V. p. 215. Diodor. Sic. V. 23. Ovid. Metam. lib. II. fab. 2. & 3.

Verſ. 6. Cum παρὼν eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Scribe, παρ' ὧν βεβαίως ἀσφαλῶς ἔξεστί σοι: non »παρών.« — Et παρὼν tenet quidem vetus cod. *A*. ſed recte παρ' ὧν ſcribitur in ms. *Epit.* Sed & percommode idem codex *Epit.* poſt ἀσφαλῶς coniunctivam particulam τ', quae deerat editis, adiectam dedit.

f *Verſ.* 7. μικροῦ πρίασθαι &c. Huc pertinet quod moecho cuidam dixiſſe Antiſthenem refert Diogenes Laërtius, VI. 4. Ἰδών ποτε μοιχὸν φεύγοντα, Ὦ δυστυχής, εἶπε, πηλίκον κίνδυνον ὀβολοῦ διαφυγεῖν ἐδύνασο: ubi μοιχὸν φεύγοντα non reddi debuit *moechum fugientem*; ſed, *hominem qui adulterii reus agebatur*.

καὶ ἐν Νεννίῳ· Εὐβούλου τὸ δρ. &c. Perſpecte CORAYUS in *Notis mſstis* monuit, εἰ Εὐβούλου legendum videri. *Verſ.* 5. cum λεπτοπήνοις dediſſent vetuſtiſſimae membranae, ut paulo ante docui; temere a iunioribus ſcribis, aut certe ab editoribus, hic rurſus (ut ſupra) λεπτονήτοις poſitum eſt. Valere autem idem λεπτόπηνος ac λεπτόνητος, ex Heſychianâ gloſſâ diſcimus, Πῆνος· ὕφασμα. Ac facile credi poteſt, altero loco unum ex iſtis vocabulis, altero loco alterum poſitum a poëtâ fuiſſe.

a *Verſ.* 8 *ſq.* αἰσχίστην νόσων πασῶν. »Pro ὅσων, ſcribo νόσων. Omnia vitia Graeci vocant νόσους. Alibi di»citur Euripidi, ἡ γλωσσαλγία αἰσχίστη νόσος.« CASAUBONUS. — Quem merito ſecuti ſumus, praeeunte *Grotio* in Excerpt. pag. 569. Cum eodem GROTIO *verſ.* 9. pro

ὕβρεως, quod erat editum, ὕβρεος ſcripſimus, ut eſſet a pes anapaeſtus in quartâ ſenarii ſede.

Verſ. 10 *ſq.* Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου πέρι
στένω, ἣ Κυδίαν ναύαρχον ἐξεπέμψατο.

»Poſtremi duo verſus huius ῥήσεως quomodo praecedentibus cohaereant non video.« CASAUBONUS. — Nec nos magis, quam Caſaubonus, exputare potuimus quid huc facerent duo iſti verſus; quos Grotius, ſuperiores verſus in Excerptis exhibens, prudens omiſit. Priorem ex iſtis duobus *Euripidi* ſubreptum eſſe (ex Iphig. Aul. 370.) adnotaverat ad oram ſui libri BRUNCKIUS: in poſteriore, ſi teneas verba qualia libri exhibent, effecerint duae voces στένω ἣ pedem iambicum, vocalibus ω & η in unam coalitis, aut anapaeſtum, correpta ω ante vocalem η: niſi cum IACOBSIO (in *Notis mſstis*) ſic ſcribere malueris:

στένω, Κυδίαν ναύαρχον ἣ ξεπέμψατο.

Cydiam Dalecampius pro *meretricis* cuiusdam nomine accepiſſe videtur ſic vertens: *quae Cydiam huic claſſi praefectam abire iuſſerit.* Gallicus interpres: *Je déplore le ſort de la Grèce malheureuſe, qui a banni pour ce ſujet Cydias, amiral de ſa flotte.* Cuius ratio licet minime nobis probetur, meliorem tamen in promtu non habemus. *Cydiae* nullius in veterum ſcriptis mentionem factam reperimus, niſi pictoris; cuius Plinius meminit lib. XXXV. cap. XI. ſect. 39. num. 26. & Euſtathius ad Dionyſii Perieg. vs. 525.

XENARCHI verſus 1. integer fortaſſe talis olim fuerat:

Ὦ δεινὰ, μὰ Δί', ὦ δεινὰ, κ' οὐκ ἀνασχετά.

Sed quid opus eſt lubricis huiusmodi coniecturis operam ludere? *Verſ.* 3. μειράκων cum edd. tenet cod. *A.* μειρακίων habet ms. *Ep.* b

Quartus verſus quum ſic ſcriptus legeretur in editis libris,

ἐπὶ τοῖσι πορνίοισι μάλ' ἔξεσθ' ὁρᾶν:

perſpecte TOUPIUS (Emend. in Suid. P. I. p. m. 63.) ex ingenio monuit, ita eſſe refingendum,

ἐπὶ τοῖσι πορνείοισιν, ὡς ἔξεσθ' ὁρᾶν.

Et eodem prorſus modo ſcriptum nobis dedere ambo noſtri codices mssti.

Quinto verſu, quum στέρνα τ' ἠμφιεσμένας nullo ſenſu legeretur, tam modeſte, quam erudite ingenioſeque vir praeſtantiſſimus *Thomas* TYRWHITT in Appendice ad Toupii Emend. p. 419. (ut ex *Boiſſonadi* Notis mſstis in-

tellexi) adnotavit: »Malim στέρν' ἀπημφιεσμένας.« Quae unice vera certaque emendatio nobis visa est.

Vers. 6. Pro γυμνὰς ἐφεξῆς τ', Toupius l. c. γυμνάς τ' ἐφεξῆς legebat. Pro mendoso ἐπικαίρως rursus ἐπὶ κέρως, ut paulo ante, corrigere debuimus.

Vers. 10. Ubi scribitur μὴ κλίμακ' αἰτησάμενον, nihil in verbo αἰτησάμενον mutant libri: de quo tamen dubitare subiit, satis-ne sanum esset, an ex alio nescio quo corruptum. *Vers.* 11. Operarum erratum, ἐκδῆναι pro ἐκδύναι vel ἐκδῦναι, ex ed. Cas. 1. fideliter in ed. 2. & 3. erat receptum. Quod ait, δι' ἀπῆς κάτωθεν ἐκδῦναι τῆς στέγης, monuit *Henr.* Stephanus, Thes. T. II. p. 1361. f. »Nota, apud Athenaeum ὀπὴν de *maiori* etiam *foramine* dici; »nisi malis *fenestram* interpretari: nam & ab Hesychio exponitur θυρίς.« — Vocem στέγης recte tenet ms. *A.* Miro vero errore in ms. *Ep.* duae posteriores voces in unam ἐκδυναστείης sunt contractae. Caeterum versum hunc Iungermannus ad Polluc. X. 25. contulit cum illo Aristophanis fragmento, δι' ὀπῆς κἀπὶ τέγους. *Vers.* 12. τέχνη, pro olim edito τέχναις, dedit ms. *A.* Ipsa illa vox omissa in *Epit.*

Vers. 15. πατρίδια, τοὺς δ' ἀπφάρια τοὺς νεωτέρους. »Eustathius [ad Iliad. λ'. pag. 839. l. 42 sqq.] postquam »docuit πατρὶς non esse diminutivum aut ὑποκοριστικὸν, »addit: Τὸ μέντοι παρὰ τοῖς ὕστερον πατρίδιον φανερῶς ὑποκορίζει κωμικώτερον. οἷον, Αὗται (ἤγουν αἱ ἑταιρίδες) βιάζονται εἰσελθοῦσαι, (scribe εἰσέλκουσαι) [hoc ipsum, εἰσέλκουσαι, recte tenet noster ms. *Ep.*] »τοὺς μὲν γέροντας ὄντας ἐπικαλούμεναι πατρίδια· ὅπερ ἐστὶ πατέρων ὑποκορισμός· τοὺς δ' ἀπφάρια τοὺς νεωτέρους. λέγει δ' ἀπφάρια, κατά τινας, τὰ ἀδελφια· μάλιστα δὲ ὡς εἰπεῖν πατέρια. ἀπφὺς »γὰρ Δωρικῶς ὁ πατὴρ, ἀφ' οὗ δηλαδή τις ἔφυ. Non probat Eustathius, ut ἀπφάρια exponatur *fraterculi.* Discedit non solum ab aliis, verum etiam a se ipso: nam saepius idem scribit alibi, ἀπφὰ vel ἀπφὰν usitatum Atticis nomen fuisse inter *blandientes* invicem *fratres aut soror*»*res.* Et ita praestat hîc accipere.« Casaubonus. — Vide *Henr.* Stephani Ind. Thes. in Ἀπφὺς, tum Suidam in Ἀπφὰ, & Hesych. in Ἀπφία.

Vers. 16. καὶ τῶνδ' ἑκάστην ἐστὶν &c. Quo pacto quove sensu teneri potuerit vulgatum ἕκαστον, non vidi equidem. Recte, me iudice, vertit Dalecampius:

& harum ſingulas, ut libet, vili pretio habere poſſis. In c Graecis verbis non legitur quidem verbum ἔχειν, commode ab interprete ſuppletum: ſed nimirum ſatis per ſe intelligebatur quid vellet poëta: & ſub finem ſequitur ipſum verbum, quod ad accuſativum ἑκάστην hîc quoque ſubintelligebatur, nempe βινεῖν: quod verbum alibi quidem fere abſolute poſitum, ſed & *cum accuſativo caſu* conſtructum legitur apud Ariſtoph. Av. 560. Nihil tamen ad editam olim ſcripturam ἕκαστον adnotatum ex ms. *A.* In *Epit.* vero deſinit ecloga in verſu 15.

Verſ. 18. τὰς δ' οὔτ' ἰδεῖν ἔστ'. Cum ἃς δ' hoc loco conſentientibus (quod ſciam) membranis legeretur, teneri id fortaſſe potuiſſet, ſi *verſu* 21. ſequeretur τὰς πῶς ποτ'. At quum ibi ἃς πῶς ποτ' perſpicue dederint membranae, neceſſario τὰς δ' hic ſcriptum oportuit; quod etiam apte congruit cum eo quod modo praecedebat, καὶ τῶν δ' ἑκάστην &c. Emendationem iſtam, quam in contextum recipere non dubitavi, occupaverat IACOBS, Animadverſion. in Anthol. Vol. II. P. I. pag. 217. qui tamen (*verſ.* 16.) in vulgato ἕκαστόν ἐστι nil mutavit.

Verſ. 19. Recte τετρεμαίνουτα edd. quod verbum eſſe uſus Attici, pro vulgato τρέμειν, monuit Moeris p. 365. Perperam τετραμένον τε membr. *A.*

Verſ. 20 *ſq.* δεδιότα τ' ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχουθ'.
ἃς πῶς ποτ', ὦ δέσποινα πουτία Κύπρι.

Quum δεδιότα ἐν τῇ χειρὶ legeretur, cum ſententia, tum vero metri maxime ratio inſertam poſt δεδιότα particulam τ' deſiderabat; de qua adiiciendâ monuerat VALCKENARIUS ad Hippol. pag. 208. quem hac parte, ut par erat, etiam *Toupius* ſecutus eſt, in Curis Noviſſ. pag. 233. & *Iacobs* l. c. Deinde quum duo verſus, quos adpoſuimus, ita eſſent ſcripti, ut prior deſineret in ἔχου-, alter vero inciperet a τα πῶς ποτ', VALCKENARIUS l. c. in fine prioris verſus ἔχουθ' ſcribi iuſſerat, initio vero ſequentis, οἳ πῶς ποτ'. IACOBS priorem verſum cum Valck. in ἔχουθ' finiens, initio ſequentis ὅπως ποτ' ſcripſit. Toupius vero l. c. editam ſcripturam tenuit. Denique PORSONUS, in Append. ad Toupii Emend. pag. 415. probans in poſteriore verſu οἳ πῶς ποτ', quod Valckenarius praeiverat; in fine praecedentis, ἔχειν corrigendum cenſuit. Nobis, cum in optimis noſtris membranis ſic ſcriptum intelligeremus, ἔχοντα ἃς πῶς ποτ', aptiſſimum huic lo-

c co illud ὡς pronomen viſum eſt in accuſativo poſitum & a ſequente verbo *βινεῖν* pendens: (conf. quae modo ad verss. 16. & 18. notavimus) participium ἔχοντα vero cur in ἔχειν mutaremus haud ſatis cauſſae vidimus, ſatis habentes eliſa vocali ἔχονθ' ſcribere. Κύπρι, non Κύπρις, recte dedere membranae. Potuit autem *Cypris* ποντία cognominari, quaſi *e mari nata*: ſed nec ullam vim aut gratiam hoc loco habere id cognomen, & omnino a Comicorum uſu alienum eſſe videtur: quare πόντια ſuſpicor ſcripſiſſe poëtam.

Ad iſtam dictionem (*verſ.* 20.) ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχοντα ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: »Proverbium eſt elegantiſſimum, de eo qui verſetur in ſummo diſcrimine, *habere animam in manu.* Praeter *Xenarchi* »hunc locum, non occurrit veterum Graecorum quisquam »aut Romanorum, qui eo ſit uſus. Hebraei vero ſcriptores paſſim uſurpant venuſtiſſime. David rex & propheta in divino illo Pſalmo CXIX. [verſ. 109.] *Anima* »*mea aſſidue eſt mihi in manu mea*: id eſt, *quotidie in periculum vitae vocor.* Tractat hunc locum Hieronymus in Epiſtola ad Suniam & Fretelam. Samuelis libro priore c. XIX. »[vs. 5.] de Davide, καὶ ἔθετο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ »αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξε τὴν ἀλλόφυλον. Et capite XXVIII. »[vers. 21.] ait mulier fatidica ad Saulem: Ἰδοὺ δὴ, ἤκουσεν ἡ δούλη σου τῆς φωνῆς σου, καὶ ἐθέμην τὴν ψυχήν μου »ἐν τῇ χειρί: id eſt, *ut tibi obtemperarem, grande periculum* »*adii.* Sic & Iobus loquitur cap. XIII. [vs. 14.] & auctor »libri Iudicum cap. XII. [vs. 3.] Et Moſes ben Maimon, »in More Nabokim lib. II. cap. 39. Ioſephus ben Gorion »libro V. *Hamilchamâh* &c. id eſt, καὶ πόλεμον τόνδε ὃν πε»πολέμηκα, καὶ ἐν ᾧ τὴν ψυχὴν ἐν τῇ χειρί μου ἐθέμην. »Homerus idem dixit paulo aliter: [Iliad. ι'. 322.]

»Αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

»Mutuatur interdum genus hoc dicendi a ſeptuaginta in»terpretibus B. Chryſoſtomus, ut in Epiſt. ad Epheſios: »Τὰς νύκτας ἀγρυπνοῦντα περιἰέναι, καὶ τοίχους διορύτ»τειν, καὶ ἐν σκότει βαδίζειν, καὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν ἐν χερ»σὶ, καὶ πρὸς φόνον παρατετάχθαι, καὶ τρέμειν τῷ καὶ »τεθνάναι δέει. Sic in Acta Apoſtolorum Homilia XX. & »alibi. In poſteriore autem Orationum DE Cruce, quae »ſub nomine Chryſoſtomi circumferuntur, eadem ſenten»tia proverbio paulum diverſo exprimitur, *ſanguinem ſuum*

» *in animâ ſuâ circumferre*: ubi nomine *ſanguinis* vita ſigni» ficatur; per *animam* autem, vel *animum*, voluntas prom» pta ſubeundi pericula, & mortem etiam (ſi opus ſit) » obeundi. Sic ibi: ἵνα πρὸς τοὺς κινδύνους ὦμεν παρατε» ταγμένοι, τὸ αἷμα ἡμῶν ἐν ταῖς χερσὶ περιφέροντες, » πρὸς σφαγὴν καὶ θάνατον ἕτοιμοι καθημερινόν. « — Poſtrema pars iſtius Animadverſionis non exſtat in ed. Caſ. 1. ſed ex Animadverſoris ſchedis in ed. Caſ. 2. & 3. exhibetur, non ſine mendo deſcripta: nam aut in Graecis verbis oportebat ἐν ταῖς ψυχαῖς, non ἐν ταῖς χερσί: aut in latinâ verſione ſcribendum fuerat, *ſanguinem ſuum in manibus circumferre*; non, *in animâ ſuâ*. De quo viderint hi, quibus evolvere ipſum locum vacaverit.

Verſ. 23. προσκινούμενοι. VALCKENARIO, vulgatum olim προσκυνούμενοι in παρατετιλμένοι mutari iubenti, obſecutus eſt IACOBS l. c. Sed, ut multo ſimplicior, ſic & certior videri debuit TOUPII emendatio, in Animadv. in Schol. ad Theocr. Idyll. V. verſ. 116. & in Curis Noviſſ. in Suid. pag. 223. commendata; quam unice veram iudicavimus. Vide Ariſtoph. Lyſiſt. 227. ubi προσκινεῖσθαι interpres Graecus συνουσιάζειν interpretatur. Conf. Brunck ad Concionant. vs. 256. De *Dracontis legibus in moechos*, quas commemorat poëta, vide TAYLORI Lectiones Lyſiacas in Reiskii Oratorib. Graec. Vol. VI. pag. 303 ſq.

AD CAP. XXV.

» Καὶ Φιλήμων δ' ἐν Δελφοῖς. Repete ex ſuperioribus, [hac pag. lit. *a.*] » ἐπιτιμᾷ τοῖς παραπλησίως σοι βιοῦσι. » Et putabit non nemo ſcribendum Ἀδελφοῖς: quo no» mine editae ſunt a multis fabulae. Sed Δελφοὶ legimus » & alibi. « CASAUBONUS. — Ego vero, ut lib. VII. pag. 290. b. (ubi vide notata) ſic & hoc loco non dubitandum duxi quin ἐν Ἀδελφοῖς corrigerem. Ut alia omittam, manifeſtum eſt ex ſubiectis PHILEMONIS verſibus, agi de *Athenienſium* inſtitutis, & de *Athenienſibus* adoleſcentibus: quo minus probabile eſt, a *Delphenſibus* neſcio quibus inſcriptum fuiſſe fabulae titulum.

Νίκανδρος ὁ Κολ. ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ Κολοφωνιακῶν. Conf. Harpocrationem in voce Πάνδημος, ubi idem *Nicandri* teſtimonium citatur: ſed ibi ἐν ἕκτῳ Κολοφ. vulgo ſcribitur.

Mox, quod ait Noſter, αἱ προστᾶσαι τῶν οἰκημάτων, haud ſatis ſcio, utrum de *ipſis meretricibus* accipiendum ſit, an de *mulieribus quae lupanaribus praeſunt*: ſed poſterior interpretatio veroſimilior videtur. Brevius apud Harpocrationem ſcribitur, ἐκ τῶν περιγινομένων χρημάτων: quod parum recte interpres, *de pecuniis reſiduis*, reddidit; cum debuiſſet, *de pecuniis inde redeuntibus*.

e Ad *PHILEMONIS verſum* 2. qui ſic vulgo ſcribitur,

σὲ γὰρ λέγουσιν τοῦτ' ἰδεῖν πρῶτον:

monuerat CASAUBONUS: » Deeſt ultima vox. Fortaſſe πρῶ» τον βροτῶν: vel μάλα, quod iungetur cum ſequenti» bus. « — Iſtud βροτῶν adoptans GROTIUS in Excerpt. p. 765. pro Σὺ δ' εἰς ἅπ. *verſu primo* Εὖ δ' εἰς ἅπ. ſcripſit. Et vidimus quidem alibi ſubinde permutatas a librariis voculas σὺ & εὖ: ſed hoc loco haud ita male dictum nobis illud videbatur, Σὺ δ' εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους εὗρες δημοτικὸν πρᾶγμα καὶ σωτήριον. Caeterum percommoda foret IACOBSII emendatio duorum priorum verſuum: (in Muſeo Attico, T. II. Faſc. 3. p. 167.)

Σὺ δ' εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους χάριν·
σὲ γὰρ λέγουσιν τοῦτ' ἰδεῖν πρῶτον, Σόλων:

niſi a veteris ſcripturae veſtigiis nimis recederet. Poſt πρῶτον quidem intercidiſſe vicini ſoni vocem βροτῶν, ſatis probabile viſum nobis erat.

Quartum verſum parentheſeos notis incluſimus cum Grotio. Quid ſit autem potiſſimum quod dicatur μοὶ λέγειν τοῦτ' ἐστὶν ἁρμοστὸν, (ad verbum, *mihi hoc dicere conveniens eſt*) haud ſatis adparet, cum neſciamus quaenam ſit perſona quae hîc loquens inducitur: niſi forte illud μοὶ ἐστὶν idem fere valet ac ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι, ut ſententia ſit, & *videtur mihi convenienter & recte hoc dici*; nempe, eſſe hoc inſtitutum *rem popularem & ſalutarem*. Quam in ſententiam interpretatus eſt IACOBS l. c. pag. 139. Quod *verſu* 5. ὁρῶντι vulgo legebatur, id haud dubie errori neſcio cuius debetur, qui participium iſtud ad *dativum caſum* μοὶ (verſu praec.) referendum putaſſet. Ex ms. *A*. nil adnotatum: in *Epit.* autem omiſſa tota ecloga. Perſpecte vero GROTIUS, quem ſecuti ſumus, ὁρῶντα correxit, nempe σὲ (ex *verſ.* 2.) *te Solonem*.

Verſ. 8. Cum ferri non poſſet editum πριάμενόν τι, nec commodus eſſet articulus τὰς, ad γυναῖκας a GROTIO adiectus; reſtituimus ex membranis ſcripturam πριάμενόν τοι,

quam ex ed. Ven. iam commendaverat BENTLEIUS, in Emend. in Menandr. & Philem. p. 112.

Verſus 11 & 12. tam in membr. quam in edd. ſic ſcripti ſ erant:

Οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων ἔχεις
πῶς ἡ θύρα ἔσται ἀνεῳγμένη,
εἷς ὀβολὸς, εἰσπήδησον, οὐκ ἔστ' &c.

Ibi CASAUBONUS monuit: »Lege:

»Οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις
»πῶς ἡ θύρα σοὶ ἔσται ἀεὶ ἀνεῳγμένη.
»Εἷς ὀβολός. εἰσπήδησον. οὐκ ἔστ' &c.

»id eſt: *Non bene ſe tuae res habent? habes quomodo ſemper* »*tibi fores patebunt. Unus obolus* petitur: *irrue. Nemo erit* »&c.« — Quem fere ſecutus eſt GROTIUS, niſi quod σοὶ ἔσται ἀν ἀνεῳγμένη ſcripſit: quod cum reliquis Grotii emendationibus adoptans CLERICUS, (in Menandri & Philem. Reliquiis, p. 298.) pro σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων (*verſ.* 11.) ſua auctoritate σεαυτὸν τυγχ. ἔχων poſuit, ἔχων pro compoſito κατέχων accipiens, *non bene te contines?* Nobis veriſimile viſum erat, tale quidpiam hìc poſuiſſe poëtam, quale a BENTLEIO propoſitum adpoſuimus, uncis (ut par erat) incluſum; cuius vim Venuſinus poëta illis verſibus expreſſit:

Nam ſimul ac venas inflavit tetra libido,
huc iuvenes aequum eſt deſcendere, non alienas
permolere uxores. (Sat. 2. lib. I. vs. 33.)

Verſ. 14. ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος, οὐδ' ὑφήρπασεν. Speciem utique habet GROTII emendatio, οὐδ' ὑφαρπαγή. Vulgatum ὑφήρπασεν defendit Bentleius: reciproce, puto, accipiens per ellipſin pronominis ἑαυτήν. Sic Dalecampius: *non illae ſe ſubtrahunt.*

Verſus 15. cum manifeſte depravatus in hunc modum ſcriberetur,

ἀλλ' εὐθὺς ὡς βούλει συχνὸν βούλει τρόπον:

eumdem ſic refinxit GROTIUS:

ἀλλ' εὐθὺς ὡς βούλει σὺ, καὶ συχνὸν τρόπον.

Mirabar quidni καὶ συχνὸν χρόνον corrigendum cenſuiſſet. Sed unice placuit luculentiſſima BENTLEII ratio,

ἀλλ' εὐθὺς ὡς βούλει σὺ, χ' ὃν βούλει τρόπον.

Ubi, ne tautologiam ineſſe in ὡς & ὃν τρόπον putes, ὡς ad εὐθὺς referri debet, ut valeat *ut primum, quam primum.*

Verſ. 16. Ferenda fortaſſe alicui videatur vulgata ſcri-

f ptura, ἀλλότρια τί σοι, adiectâ interrogationis notâ, *Aliena quid adtinent ad te?* At tam aliena ab hoc loco ista sententia fuerit, quam ea quae a Dalecampio his verbis expressa est, *Alienae quid ad te uxores?* Ferri utcumque poterat sic scriptum, ἀλλοτρία (in foem. sing.) τί σοι; *Aliena mulier quid ad te?* At haud dubie vera videri debuit GROTII ratio, ἀλλοτρία ὅστί σοι: *nihil illa ad te adtinet.*

Καὶ Ἀσπασία δὲ ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν. »*Etiam Aspasia Socratica multas habuit formâ praestantes foeminas ex quibus quaestum faciebat.* ἐνεπορεύετο non »est *praebuit:* [ut vertit Dalec.] sed id quod diximus. »Gallice dicimus, *faire marchandise de quelque chose.* Sic in »illo veteri versu, λόγους μὲν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.« CASAUBONUS. — At λόγοισιν (dativo casu, non λόγους μὲν) Ἑρμοδ. ἐμπορεύετο sonat ille versus, quem respexit vir doctus. Vide Suidam in Λόγοισιν, & Ciceronem ad Attic. lib. XIII. Epist. 21. ἐμπορεύεσθαι cum accusativo casu, sigillatim quidem, de *mercatore* usurpatur *merces invehente vel importante;* sed & simpliciter *importare, invehere* significat. Sic v. c. apud Lucianum in Nigrin. c. 1. γλαῦκας εἰς Ἀθήνας ἐμπορεύεσθαι idem valet ac εἰς Ἀθήνας κομίζειν.

καὶ ἐπλήθυνεν ἀπὸ τῶν ταύτης ἑταιρίδων ἡ Ἑλλάς. Dalec. *Iam inde scortis abundavit Graecia;* quasi non ἀπὸ τῶν ταύτης legeretur, sed nude ἀπὸ ταύτης: quod satis quidem placeret: sed vulgatum tenent ambo mssti, quod sonat, *scortis ab illa invectis repletam esse Graeciam.* Habet autem haec scriptura hoc insolentius, quod in ea abundat ἀπὸ praepositio: verbum enim πληθύω vel πληθύνω cum genitivo casu absque praepositione construi solet. Quare videndum, ne transpositis verbis scriptum oportuerit τῶν ἀπὸ ταύτης.

a ὡς καὶ ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης (ἐν Ἀχαρνεῦσι) παρασημαίνεται. Cum deessent in editis verba ἐν Ἀχαρνεῦσι, adnotavit CASAUBONUS: »Locus *ARISTOPHANIS de Aspasia* est *in Acharnensibus.* Vide ibi.« — Nempe vs. 524 sqq. ubi conf. Scholia, & Plutarch. in Pericle, pag. 168 sq. ed. Francf. Iam fieri quidem potest, ut *fabulae titulum*, quem cum edd. ignorant vetustae membranae, non adposuerit Athenaeus: quia tamen diserte nominatur in *Epitoma*, in qua perraro aliàs fabularum tituli adponuntur, non praetereundus nobis visus est. Scribitur autem in Epit. sic: ὡς Ἀριστοφάνης ὁ χαρίεις ἐν Ἀχαρνεῦσι παραδηλοῖ. Sed maio-

re aliâ difficultate hic locus laborat: qui cum ſic conceptus a legeretur in editis libris, λέγων τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ὅτι Περικλῆς διὰ τὸν Ἀσπασίας ἔρωτα, καὶ τὰς ἁρπασθείσας ἀπ' αὐτῆς Θεραπαίνας ὑπὸ Μεγαρέων, ἀνερρίπισε τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα τὸ δεινόν: poſtrema verba tenens Iacobs, in Muſ. Attic. T. III. Faſc. 2. pag. 264. initio delenda iſta τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον cenſuit. At (ut omittam, ex Graeci ſermonis uſu percommode dici τὸν πόλεμον ἀναρρίπίζειν, *ſuſcitare bellum*; perincommode vero & contra uſum, ἀναρρίπίζειν ψήφισμα) ipſum vocabulum ψήφισμα *ignorant vetuſtae* noſtrae *membranae*, nec τὸ κατὰ Μεγαρέων habent, ſed ὑπὸ Μεγαρέων: ut adpareat, eſſe hunc locum ex iunioris alicuius docti viri ingenio interpolatum, qui *decreti illius ſive plebiſciti adverſus Megarenſes Pericle auctore facti* recordatus fuiſſet. Idem vir doctus, cui debetur haec interpolatio, priora illa verba, λέγων τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, tamquam per ſe ſtantia nec cum proxime ſequentibus arcte connexa, in eam ſententiam acceperat, quam his verbis Natalis Comes expreſſerat, *bellum Peloponneſiacum narrans*, & Dalecampius, *Peloponneſiaci belli cauſſam explicans*: non cogitantes ſcilicet, iſtud λέγων τὸν Πελοπ. πολ. ὅτι Περικλῆς - - - ἀνερρίπισε, ex pervulgato Graeci ſermonis uſu idem valere, ac ſi dixiſſet auctor, λέγων ὅτι Περικλῆς τὸν Πελοπ. πόλεμον ἀνερρίπισε. Silet hoc loco Epitoma, in qua poſt verba paulo ante a nobis adpoſita ſtatim ad *Epicratis* eclogam, quae paulo poſt ſequitur, transitur. Iam ſi quis ex me quaerat, quid ergo ſibi velint iſta verba, quae in vetuſtis membranis poſt ἀνερρίπισε ſubiiciuntur, ὑπὸ Μεγαρέων τὸ δεινόν: primum obſervari velim, *poſt verbum ἀνερρίπισε interpoſito puncto* in eisdem membr. diſtingui haec a ſuperioribus; tum vero perquam probabiliter ſuſpicari licuerit, temere verba iſta in contextum eſſe inlata, cum in orâ vetuſtioris alicuius libri adſcripta fuiſſent, tamquam *lemma* quoddam, quo indicaretur argumentum de quo hic in contextu agitur: ac fuerit fortaſſe *vetus* quoddam *dictum*, ab Athenienſibus tempore Peloponneſiaci belli vulgo iactatum, ὑπὸ Μεγαρέων τὸ δεινὸν, id eſt, *a Megarenſibus ortum eſt huius mali initium.*

In *Aristophanis verſ.* 3. ſcripturam Μεγαρῆς ex noſtro ms. *A.* adſcivimus; de quâ ſcripturâ vid. *Brunck* ad Comici Nub. 210. Ex eodem codice *verſ.* 5. reſtitui κἀ-

κεῖθεν, quod & in ed. Ven. & Baſ. ſervatum erat; pro quo praeter neceſſitatem Caſaubonus vulgatam apud Ariſtoph. ſcripturam κἀντεῦθεν tacite in Athenaei editionem intulit. *Verſu* 4. pro δύο, quod editum erat, cum eodem codice δύω ſcripſi.

AD CAP. XXVI.

b *Epicratis* ex *Antilaide* eclogam priorem, multo nobis auctiorem dedere veteres noſtrae membranae, quam in editis legebatur, ubi facile intelligebatur omiſſa eſſe ipſa ea verba, quorum cauſſa teſtimonium iſtud citaverat Athenaeus. Epitomen ſi diligentius inſpexiſſet Caſaubonus, iam ex illa de his, quae per librariorum ſocordiam hîc omiſſa ſunt, coniecturam facere ſatis luculentam potuiſſet. Sic enim in ea ſcribitur: Αἱ μὲν ἄλλαι αὐλητρίδες Ἀπόλλωνος νόμον αὐλοῦσιν· αἱ δὲ μεγαλόμισθοι ἑταῖραι, Ἱέρακος νόμον. In membr. *A.* vero, poſt verba Ἀπόλλωνος νόμον, in quae deſinit in editis ecloga iſta, haec adiiciuntur: Διὸς νόμον. αὗται δὲ μόνον αὐλοῦσιν ἱέρακος νόμον. Ubi ſtatim illud perſpicuum erat, verbis iſtis,

αὗται δὲ – – Ἱέρακος νόμον:

integrum contineri ſenarium. Deinde adparet, lepide hîc ludere poëtam in ambiguitate vocabuli Ἱέραξ. Eſt enim *Hierax* & adoleſcentis alicuius in priſcis fabulis nomen, a quo (ut Pollux docet, lib. IV. ſect. 79.) *muſici* quidam *modi* νόμος Ἱεράκιος nominabantur: & eſt nomen notae illius *avis rapacis*, ſimilis *aquilae*, cum qua deinde idem poëta Laidem meretricem confert. Quae autem interſerta verba codex noſter exhibet, Διὸς νόμον, ea haud dubie pars fuerant *tertii verſus*; quo verſu ſimul alios νόμους nominaverat poëta, quorum nomina vel ab ipſo Athenaeo vel a vetuſto librario omiſſa ſunt. *Primo verſu*, γὰρ particulam, quam deſiderabat metrum, conſulto omittere Athenaeus potuit, cum aliam coniunctionem cauſſalem, διότι, ſuo nomine praemiſiſſet.

In poſterioris eclogae ex *Epicratis Antilaide*, *verſu* 1. ubi Αὕτη δὲ vulgo ſcribitur, fortaſſe Αὐτὴ δὲ ſcripſerat poëta. *Verſu* 3. vero haud dubie ταὐτὰ μοι (id eſt, τὰ αὐτά μοι) pro vulgato τἀυτὰ μοι ſcriptum oportuit.

c *Verſu* 4. ad editam ſcripturam ἀετοῖς, quam tenent

ambo noſtri mssti, CASAUBONUS monuerat: »Scribe *αἰε-* c
»*τοῖς*.« Quem ſecutus eſt GROTIUS, in Excerpt. pag. 667. Non meminerant viri doctiſſimi, diſerte moneri a Grammaticis, (Moeride, pag. 18. & Etymologo, pag. 31. l. 50.) pro communi *αἰετὸς*, *ἀετὸς* dicere Atticos, primâ ſyllabâ nihilo minus productâ. Conf. PIERSONUM ad Moer. pag. 231.

Verſ. 6. *μετέωρ' ἀναρπάζοντες ἀπὸ τῆς ἰσχύος.* »Ita in- »terpretare, *ſublimia rapientes attollentesque, pro viribus qui-* »*bus ſunt praeditae aquilae iuvenes.*« CASAUBONUS. — Poſſis *μετέωρα* ad *πρόβατα* referre, licet interiectum ſit nomen masculini generis *λαγὼς*, cum praeſertim ſubintelligi poſſit *ταῦτα τὰ ζῶα*: ſed rectius fortaſſe adverbialiter accipietur, quemadmodum etiam latine *ſublime ferri* dicimus, pro *in ſublime*.

Curtus vulgo *verſus* 7. ſic ſcribebatur: *ὅταν δὲ γηράσκωσιν ἤδη, τότε*: ubi monuit CASAUBONUS, aut *ἤδη, δ' ἡ τότε* corrigendum eſſe, aut *ἤδη ποτὲ, τότε*. Poſteriorem rationem ſecutus eſt GROTIUS: nobis prior placuit.

Verſ. 8. *ἐπὶ τοὺς νεὼς ἵζουσι, πεινῶντες κακῶς. Faſtigiis templorum*, inquit, *inſident aquilae aetate provectae*; ſcilicet, cibo e mactatis victimis inhiantes.

Verſu 13. recte *εἶδες δ' ἂν* dedere ambo mssti cum ed. Ven. Perperam *εἶδες ἂν* ed. Baſ. & Caſ. omiſſâ coniunctione. *Verſ.* 14. *ἐπεὶ δὲ δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει.* Cum d *δολιχὸς* diceretur *longiſſimus* qui *in ſtadio* a nonnullis athletis conficiebatur *curſus*, inde translatâ notione *δολιχὸς quilibet longus curſus*, & is quidem *ſub finem maxime vergens*, intelligitur. Sic *δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει* dicit poëta, *fere in extremitate verſatur longi vitae curſus*: cum qua dictione commode BURETTE in *Mem. de l'Acad. des Inſcript.* T. III. pag. 312. contulit Phocionis verbum illud, quod Plutarchus refert in *Πολιτικοῖς Παραγγέλμασι*, Tom. II. Opp. pag. 389 extr. de victoriâ initio belli reportatâ: *καλὸν τὸ στάδιον εἶναι, δεδιέναι δὲ τοῦ πολέμου τὸν δολιχόν.*

Verſ. 16. *ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾴον ἐστι καὶ πτύσαι.* »*πτύ-* »*σαι*, vel *contemtim adſpergere ſputo*: vel *inire*, quomodo »dixit Horatius, [lib. I. Sat. 2. vs. 44.] *Hunc perminxerunt* »*calones.*« DALECAMPIUS. — Priorem rationem probavit *Grotius*, alteram *Iacobs*. Nobis ſuſpicio erat oborta, *πτίσαι* fortaſſe ſcriptum oportuiſſe, eâdem ratione qua *permolere* dixit idem Horatius, loco cit. vs. 35. Diſerte Pol-

d lux adnotavit, VII. 24. πτίσσειν idem interdum ſonare ac ἀλεῖν, id eſt, *molere*.

Verſ. 18. δέχεται δὲ καὶ στατῆρα καὶ τριώβολον. Sic recte mssti cum ed. Ven. Perperam στατῆρα δὲ τριώβολον ed. Baſ. qui error in tres editiones Caſaubonianas eſt translatus. Sed recte ſcriptum verſum in Animadv. adpoſuit CASAUBONUS, haec ſimul adnotans: »*Olim ſtateribus multis* »*noctes ſingulas vendebat: nunc etiam triobolos lubens capit,* »*nedum ſtateres ſingulos.* Ingenioſe tamen Dalecampius, δέ»χεται δὲ καὶ στατῆρος ἀντὶ τριώβολον.« — Nempe ſic Dalec. *nec recuſat pro ſtatere triobolum.*

Verſus 20. ſic editus legebatur, οὕτω δὲ τιθασσὸς γέγον', ὥστ' &c. hiante metro. Recte vero γέγονεν ſcripſit Grotius: nec aliter codices mssti. Iidem mssti noſtri τιθασὸς dederunt, ſimplici literâ ſibilante.

Verſ. ult. »Extremae paupertatis argumentum, quod »τ' ἀργύριον ἐκ τῆς χειρὸς ἤδη λαμβάνει: »*pecuniam porrectâ manu capiat.* Hoc quam vim habeat non »intelligunt omnes: clarum eſt autem ex iis quae de *ca*»*vae manus protenſione* obſervabamus ad Sueton. lib. II. cap. »91.« CASAUBONUS. — Ἐκ τῆς χειρὸς λαμβάνει non tam ſonat, *protenſâ manu*, quam e *manu dantis, accipit.* Nempe, quam vs. 12. *ob auri copiam*, quae ei profundebatur, *ferocem* (veluti feram belluam) dixerat, eamdem nunc ait ita *cicuratam* eſſe & *manſuetam factam, ut numos e manu dantis accipiat.* In GROTII verſione latinâ, quam Graecis verſibus ſubiecimus, loco extremorum verborum, *e dextrae volâ*, quae ille poſuerat, nos *e dantis manu* poſuimus.

e In *ANAXANDRIDAE* eclogâ perſonarum partes diſtinximus, ut praeiverat Dalec. Fortaſſe vero iſta verba, νὴ τὸν Δία, (*verſ.* 4.) commodius perſonae *B.* fuerint adſcripta.

Verſ. 2. τὴν ἡμετέρειον. »Negotium facit nobis ver»bum ἡμέρειον. [quod hic legebatur in editis.] Ine»ptum ſit accipere, ἀντὶ τοῦ ἥμερος. Fortaſſe τὴν νῦν ἔρη»μον: nam hoc vetulae Laidi uſu venit. Aut, τὴν Ἱμε»ραίαν: [ea Dalecampii fuerat coniectura:] *quae nata* »*eſt Himaerae* in Siciliâ. Ut Homeri & aliorum celeberri»morum virorum, ita & *Laidis*, patriam veteres ignora»runt: nam, ut Solinus ait, *eligere ipſa maluit, quam fa*»*teri, patriam. Corinthiam* vulgo appellarunt, quia Corin»thum illa ſibi patriam elegerat. Fuere qui Pancarpiae in

»Phrygiâ natam dicerent: plerique aut *Hyccaris* aut Cra- e
»ſti, quae erant Siciliae oppida: quidam *Himerae*, ut con-
»iiſcimus ex hoc loco.« CASAUBONUS. — De *patriâ Laidis* vide infra, pag. 588. b. & eâdem pag. extr. & ſeq. a. Quibus ex locis haud improbabiliter ſtatuere licuerit, τὴν Ὑκκαραίαν hoc loco ſcriptum oportuiſſe: pro quo quidem τὴν ἡμέριον (ſic, nullo accentu, nec ſpiritu, quantum ſcio) ſcribitur in membr. *A*. In Epitomâ, prioribus verſibus omiſſis, de totâ eclogâ nonniſi haec adponuntur: Συνήκμαζον δὲ Λαΐδι Λαγίσκη, Νεολύτη, καὶ Ὠκίμον. Pro edito τὴν ἡμέρειον, TOUPIUS Emend. in Suid. P. I. pag. 134. τὴν ἥμέτερον ſcribi iuſſit: τὴν ἡμετέραν videtur voluiſſe; nam in foeminino genere terminationem masculinam non admittit illud adiectivum pronomen. Ingenioſe IACOBS, in Muſeo Attic. III. 2. pag. 230. ἦν τ' ἤμερ' εἶχον. (τήμερα, i. q. τήμερον, ut apud Ariſtoph. Nub. 699. & in Fragm. 5. ex Ὀλκαδ. T. III. pag. 259. ed. Brunck.) Cui tamen coniecturae non multum ſe tribuere vir doctus in Notis msstis profitetur. Nos in eo adquievimus quod expeditiſſimum videbatur, quod ante nos etiam ab ABRESCHIO in Dilucid. Thucyd. pag. 489. propoſitum intelleximus, τὴν ἡμετέρειον, *illam noſtrorum hominum*, vel *noſtratium*, ſcilicet *amicam*: quo de vocabulo nonniſi uno verbo Suidas monuit, ſed copioſius egit Etymologici auctor pag. 69. l. 50 ſqq. & Euſtath. ad Iliad. β'. pag. 177. l. 3. & ad Iliad. α'. pag. 48. l. 52. Scilicet ὁ ἡμετέρειος idem valet ac ὁ τοῦ ἡμετέρου vel ὁ τῶν ἡμετέρων.

Verſ. 3. Ἄνθεια. Sic (non Ἄντεια) ſcribitur in ms. *A*. Caeterum neutra ſcriptura auctoritate caret: & Ἄντεια conſentientibus libris edebatur pag. 567. c. Vide vero infra, pag. 586. e.

Quartum verſum mendoſe ſcriptum fuiſſe adparet, cum ſic legeretur,

Νὴ τὸν Δί' ἤνθει τότε Λαγίσκη. ἦν δὲ τότε.

Ubi commodiſſima utique videri debet IACOBSII emendatio, Λαγίσκιον· τότε &c. Nam ſi vel maxime *deleas* δὲ particulam iniquo loco inſertam, manet tamen hiatus inter Λαγίσκη & ἦν. Et ipſum verbum ἦν non ſatis commode ibi ſtare videtur: quae enim *iam nunc* dicitur *fuiſſe* μάλα εὐπρόσωπος, de ea parum convenit ut continuo adiiciatur *promiſiſſe fore ſe* καλήν. Ferri potuiſſet, ſi priori loco nude εὐπρόσωπος, deinde vero μάλα καλὴ aut καλλί-

e στη ſtaret: at id quidem nec membranarum auctoritas, nec metri ratio admittit. Facile quidem illa, quam commemoravi, difficultas levaretur, ſi cum eodem *Iacobſio* duos poſtremos verſus ſic ſcriberes,

καὶ Θεολύτη μάλ' εὐπρόσωπος καὶ καλή.
Τρύφαινα τότ' ἦν· ἦν δ' Ὤκιμον λαμπρὸν πάνυ.

At ὑπέφαιν' ἐσομένη in Τρύφαινα τότ' ἦν mutare, id vero nimis profecto violentum. Pro Θεολύτη, in ms. *Ep.* modo vidimus Νεολύτη ſcriptum: at Θεολύτη rurſus nominatur p. 587. e. idemque nomen ſupra lib. XI. p. 471. a. occurrebat. *Ocimum* meretricula cum infra ſaepius commemoratur, tum eiusdem mentionem iam factam vidimus pag. 567. c. Ridiculum Dalecampii errorem, ex verbis καλὴ ὑπέφαιν' *ingenioſiſſimam textricem* eruentis, notavit HEMSTERHUSIUS ad Luciani Dialog. Marin. VIII. cap. 2. vulgatam ſcripturam latine ſic reddens, *ſe bellulam aliquando fore non obſcuris indiciis patefaciebat.*

AD CAP. XXVII.

f *PHILETAERI* duo verſus priores ſic legebantur in editis, conſentientibus vetuſtis membranis:

Παῦσαι γέρων ὢν τοὺς τρόπους, οὐκ οἶσθ' ὅτι
οὐκ ἔστιν ἥδιστον ἀποθανεῖν βιοῦνθ' ἅμα:

nam quod pro βιοῦνθ' ἅμα in ms. Ven. βιοῦν θ' ἅμα, & in ed. Baſ. βιοῦνθ' ἅμα ſcribebatur, id quidem nimis manifeſtum ſphalma erat, cuilibet in oculos incurrens, excepto eo homine qui tertiam editionem Caſauboniana curavit; qui, cum βιοῦνθ' tacite correxiſſet Caſaubonus, rurſus abſurdum illud βιοῦνθ' invexit. Sed quum non minus manifeſte totus poſterior verſus contra metri leges peccaret, eum TOUPIUS, in Addendis ad Theocr. pag. 403. *deletâ negativâ particulâ* ſic refingendum cenſuit:

ἥδιστόν ἐστιν ἀποθανεῖν βιοῦνθ' ἅμα.

Non animadvertiſſe videtur acutiſſimus Criticus, prodire eâ ratione ſententiam prorſus adverſantem prioribus eclogae verbis. Quod perſpecte intelligens IACOBS, (in Muſ. Attic. III. 2. pag. 242. & in Notis msstis) cum quidem & ipſe deletam negationem voluiſſet, diverſas diverſarum perſonarum partes ſtatuit, ut iſtud Οὐκ οἶσθ' ὅτι &c. reſponderet *ſenex ille, quem alter monitum voluerat ut mores ſuos mutaret.* Quam in ſententiam hanc emendationem utrius-

que verſus propoſuit Vir doctiſſimus:

A. Παῦσαι γέρων ὢν νέους τρόπους. B. Οὐκ οἶσθ' ὅτι τοῦτ' ἔσθ' ἥδιστον ἀποθανεῖν βινοῦνθ' ἅμα;

Sed vel ſic nobis videtur alienum fuiſſe ab Athenaei conſilio, verſiculos iſtos hoc loco referre, ſi id dixiſſet poëta, quod eum dicentem faciunt docti quos nominavi viri. Quidquid ſit, nos in hac parte tenere debuimus veterem ſcripturam, quae nullum prorſus incommodum habere nobis videbatur. Et *negantem* quidem illam *particulam* non modo membranae *A.* tenent, ſed aliquanto etiam diſertius *Epitoma*; in qua, omiſſo primo verſu, ab his ipſis verbis initium fit huius eclogae: Οὐκ ἐσθ' ἥδιστον ἀποθανεῖν, φησὶ Φιλέταιρος, βινούνθ' ἅμα. Ad metri vero rationem quod ſpectat, ſi numerare ſyllabas, non ad quantitatem exigere liceret, nihil aliud deſideraretur niſi id ipſum, quod ex noſtro ms. *Ep.* modo protulimus,

Οὐκ ἔσθ' ἥδιστον ἀποθανεῖν βινοῦνθ' ἅμα.

Sed quum *ſpondeum* pedem in ſecunda ſenarii ſede non ferat metrica lex, unice probanda viſa eſt HERMANNI ratio, monentis (libro II. DE Metris, p. 155.) compoſitum verbum ἀποθανεῖν e verſu ſeq. huc irrepſiſſe, cum nude θανεῖν ſcriptum oportuiſſet:

οὐκ ἔστιν ἥδιστον θανεῖν βινοῦνθ' ἅμα.

Tertio verſu, ad editam ſcripturam Φορμήσιον nihil quidem e msto *A.* adnotatum, non magis quam lib. VI. p. 229. f. At quemadmodum ibi, propter conſtantem aliorum omnium auctorum conſenſum, vocalem *η* cum *ι* (quas perpetuo confundunt noſtrae membranae) permutandam putavimus: ſic & hic Φορμίσιον corrigere non dubitavimus; cum praeſertim accederet codicis *Epit.* auctoritas; in quo caeteroquin quidem monſtroſe ſcriptum nomen, ſed ita tamen ut intelligatur, per *ι* vocalem in medio ſcriptum fuiſſe in illo exemplari, e quo derivatus hic codex: ſic enim habet, ὥσπερ λέγουσιν ἀποθανεῖν Φορμίσι: ita quidem ut de *mendâ* monuerit ſuo more ipſe ſcriba codicis, *duobus punctis* ſuperne adpoſitis. Cum vero ſatis alioquin famoſus ſit homo ille de quo hic agitur; (vide loca a nobis citata ad VI. 229. f.) miratus ſum doctiſſimum Iacobs *mulieris* alicuius nomen *Phormeſium* ſibi viſum eſſe hoc loco reperiſſe.

ἢ ἥδιστόν ἐστί σοι. Poſſis ἥδιον coniectare pro ἥδιστον: ſed & vulgatum teneri nullo incommodo poteſt.

§ *Ibid.* ὡς ἐν Μαραθωνίαις φησὶ Τιμοκλῆς. Nil mutant membranae: ac satis probabilis ille titulus comoediae esse videtur, quamquam turbare nos aliquatenus Suidas potest, qui, ipsius Athenaei testimonio utens, Μαραθώνιοι inscriptam eam fabulam facit.

Timoclis versus primus quum sic conceptus in ed. Cas. legeretur,

Θεῶν μεταξὺ μετὰ Κορίσκης ἢ μετὰ &c.

istud Θεῶν unius Casauboni auctoritate hic positum erat, qui tamen in Animadv. prorsus silentio praetermisit hunc locum; ita quidem, ut, quid ille spectaverit sic corrigens, vix hariolari possis. Hariolando Dalecampius, cum scripturam editionis Bas. Θεὸν τὸ μεταξὺ (quae eadem in ed. Ven. & in membranis exhibetur) ob oculos habuisset, in versione latina scripserat: *Quaeso an tibi suavissimum est, vitae finem iam cernenti* &c. Nescio an hanc sententiam, *vitae finem iam cernenti*, Graecâ istâ formulâ Θεῶν μεταξὺ exprimi potuisse Casaubonus censuerit. Pursanus, qui Dalecampii coniecturas de Latino sermone in Graecum transferendas sibi sumserat, Γέροντα μεταξὺ correxit. Gallicus interpres, Casaubonianum exemplum ob oculos habens, & vocabula κορίσκη & χαμαιτύπη cum Dalecampio pro *propriis nominibus* accipiens, initium eclogae in hunc modum interpretatus est: *Oui, c'est être au rang des Dieux, que de passer une nuit à coté de Corisque, ou de Camétype.* Veram scripturam felicissime divinasse mihi visus est Iacobs, in Animadv. in Anthol. Vol. II. Part. III. pag. 88. ex Θεῶν audaci quodam ingenii impetu Ὅσον faciens. Et audacior quidem fortasse, quam par erat, videri illa coniectura deberet, si id ipsum Θεῶν, quod a Casaub. huc invectum esse docuimus, etiam veteres libri agnoscerent. Nunc, cum ΘΕΟΝ illi habeant, tot exempla prostant literarum Θ & Ο, itemque Ε & Σ inter se a librariis permutatarum, ut, quo pacto ex ΟΣΟΝ enasci ΘΕΟΝ potuerit, haud aegre intelligatur. Praeterea vero non negligendum putavi articulum τὸ, quem eaedem membranae nostrae cum ed. Ven. & Bas. agnoscunt: ut sit Ὅσον τὸ μεταξὺ, *quantum est quod interest!* Porro nomina κορίσκη & χαμαιτύπη cum eodem docto Viro, ut par erat, pro *communibus* & *adpellativis*, ut vocant, accepi. Nihil in his nos iuvit Epitoma, in qua de totâ eclogâ nihil comparet.

Verſu 3. Sicut τὸ χρῶμα habent libri, ſic & τὸ πνεῦμα cum articulo ſcribendum IACOBS cenſuit: in quo citra dubitationem adſenſurus eram Viro doctiſſimo, ſi de proximo vocabulo δαίμονες ſatis certus eſſem; ſub quo ſuſpicatus equidem eram latere fortaſſe aliud neſcio quod nomen, eodem ſpectans quo ſuperiora, ἢ στιφρότης, τὸ χρῶμα, & πνεῦμα. *Verſ.* 5. Pro vulgato ῥαπισθῆναί γε a non dubitavi quin cum eodem IACOBSIO ῥαπισθῆναί τε corrigerem.

καὶ τοῦ Μάγνου ἐπιῤῥαπίσαι βουληθέντος αὐτόν. Hic ille *Magnus* eſt, cuius nomen in Deipnoſophiſtarum recenſu lib. I. cap. 2. temere in Μόνιος mutatum diximus in Animadv. Tom. I. pag. 12. Quem ut hîc continuo deinde *Syrum* obiter nominat Athenaeus, ſic haud dubie in Praefatione totius operis, ſi integra illa ad nos perveniſſet, expoſitum ab auctore reperturi eramus, qua ex Syriae civitate oriundum, & cuius profeſſionis hominem, convivam hunc finxiſſet. ἐπιῤῥαπίσαι vero non eſt *colapho percutere*, ut cum Dalecampio intellexit Gallicus interpres: ſed, quod iam ſaepius obſervavimus, *obiurgare*, *conviciis petere*, *verbis caſtigare*. Sic etiam paulo ante, in Timoclis eclogâ.

CALLIMACHI verba, quibus mox utitur Myrtilus, ex metri lege digeſta, in Fragmentis Callimachi num. CXXXIV. ex hoc Athenaei loco retulit BENTLEI.

Sequitur ἀποσπασμάτιον, ex *EPHIPPI Philyrâ* (meretriculae id nomen eſt, pag. 586. e.) decerptum; quod in duos ſenarios huiusmodi digeſſit GROTIUS, Excerptor. pag. 679.

Ὡς σκαιὸς εἶ καὶ ἄγροικος, αἰσχροεπῶν; ἐπα-
ρίστερον ἐνὶ τῷ στόματι τὴν γλῶτταν φορεῖς.

Latinam Grotii verſionem Graeco contextui ſubiecimus: Graecorum verſuum distributionem non probavimus, quum apud Comicum poëtam non ferendum videretur unum vocabulum ita in duas partes dividi, ut prior pars verſum claudat, altera verſum ſequentem inchoet. Omiſſum eſt hoc fragm. in *Epit.* Sed quum codex *A.* pro edito olim ἐπαρίστερος ἐν τῷ στομ. ſic ſcriptum daret ἐπαρίστερα ἐν τῷ στόματι, (adverbialiter, pro ἐπαριστέρως) ſponte exſiſtebat perfectus & integer poſterior ſenarius,

ἐπαρίστερ' ἐν τῷ στόματι τὴν γλῶτταν φορεῖς.

Priori vero,

ὡς σκαιὸς εἶ, καὶ ἄγροικος, αἰσχροεπῶν, – –

poſtremus pes deeſſe videbatur. De *Ephippi* fabula *Philyrâ*, conf. notata ad VIII. 358. f.

b Subiicitur lacinia ex *Parodi* neſcio cuius (nomen ipſe Athenaeus ignoraſſe videtur) carmine abſciſſa:

— οὓς ἐδίδαξαν ἀριστερὰ γράμματα Μοῦσαι.

Quae verba in Adagiis Eraſmianis p. m. 751. ſub titulo, *Siniſtras literas edoctus*, auctore IUNIO relata ſunt, commodeque conferuntur cum illis *Theogneti*,

Ἐπαρίστερ' ἔμαθες, ὦ πόνηρε, γράμματα:

apud Noſtrum, III. 104. c. & XV. 671. b.

AD CAP. XXVIII.

» κατὰ τὰς Μεταγένους Αὔρας, ἢ τὸν Ἀριστα γόρου Μα-» μήκουθον. Haec lectio duos poëtas, *METAGENEM* & » *ARISTAGORAM*, itemque dramata duo, *Auras* & *Mame-*» *cythum* ſive *Mammacuthum*, nobis prodit. Sed iſtum *Ari-*» *ſtagoram* unde repente prodiiſſe poëtam exiſtimabimus? » Nam veterum, opinor, nemo huius meminit, ne Suidas » quidem. Praeterea *Mammacuthum EPIGENIS* fabulam » fuiſſe ex libro VIII. [pag. 355. a.] & Suida conſtat ſa-» tis. Certum etiam, idem Epigenis drama duplici nomi-» ne *Auras aut Mamacuthum* fuiſſe inſcriptum: vide libro » VIII. cap. XIV. [Animadv. ad locum modo cit.] Fa-» ciunt iſta, ut ſuſpecta illa habeam, τὸν Ἀριστα γόρου. At-» que adeo aut inducenda ſunt, meo iudicio: aut in aliam » ſententiam concinnanda. Solebant Comici emendatis a » ſe fabulis nomen novum imponere. Exempli gratia: Di-» philei dramatis, quod erat inſcriptum *Haereſiticheus*, ἢ » διασκευὴ nomen habet *Eunuchus aut Miles*. Puto idem » uſu veniſſe in hac fabulâ *Epigenis*. Poëta cum illam pri-» mum edidit, Αὔρας inſcripſit: cum eamdem recentavit, » titulum fecit Ἀριστα γόρας ἢ Μαμμάκουθος. Haec nos ita » divinamus: qui aliquid probabilius excogitaverit, is eſto » μάντις ἄριστος. Interea legemus hîc, κατὰ τὰς Μετα-» γένους Αὔρας, ἢ Ἀριστα γόραν ἢ Μαμμάκουθον. « CASAUBONUS. — In ἢ τὸν Ἀριστα γόρου nil mutant veteres membranae: deinde vero non Μαμήκουθον, ut editum erat, ſed Μαμμάκυθον ſcriptum nomen hîc dederunt,

prorſus ut ſupra, lib. VIII. pag. 355. a. & apud Ariſtoph. b in Ran. 1021. (990. ed. Brunck.) de cuius nominis ratione vide Animadv. ad VIII. 355. a. Caeterum, ad difficultatem huius loci quod ſpectat, notandum, nonniſi uno iſto loco quem modo citavimus, duplici titulo citari *Metagenis* fabulam Μαμμάκυθον ἢ Αὔρας, alibi conſtanter nude *Metagenis* Αὔρας, ut hîc apud Noſtrum, rurſusque IX. 385. b. tum apud Harpocrat. in Οἰκίσκῳ, & apud Schol. Ariſtoph. ad Av. 873. Suidas vero etiam (in Μεταγένης) ut *diverſas fabulas* recenſet *Metagenis* Αὔρας, & Μαμμάκυθον: qui videtur iſtum Athenaei locum VIII. 355. a. ſic accepiſſe, quaſi ibi non duplicem fabulae titulum edere voluiſſet auctor noſter, ſed dubitaſſet *utrum ex* Μαμμακύθῳ, *an ex* Αὔραις *Metagenis* ducta eſſet ecloga. Denique de fabulâ Μαμμάκυθος, *cuiusnam* eſſet *auctoris*, iam olim inter ſe diſſenſiſſe auctores reperimus. Ut enim ibi quidem *Metageni* eam tribuere videtur Athenaeus, hîc vero *Ariſtagorae* neſcio cui; ſic eamdem ab aliis *Platoni* Comico tributam fuiſſe docet Ariſtophanis vetus interpres ad Ran. 1021.

Verſuum initium ex iſto dramate citatorum, in ed. Ven. fit demum a verbis ἀρτι χνοαζούσας: in ed. Baſ. & Caſ. a verbis ὡραίας πρότερον. Nos vero etiam nonnulla ex praecedentibus pro poëtae verbis accepimus. *Poſtremum verſum*,

ἀνδρῶν φορτηγῶν ὑπὸ γούνατα μισθοῦ ἔλυσαν:

cum haud ſatis certus eſſem de ſententiâ, ad verbum fere latine reddidi. Haud multo magis perceperam ſententiam, quae *Dalecampii* verſioni ineſſet: *virorum baiulae mercedo genua ſummiſerunt.* Fuerint fortaſſe quibus arriſerit Gallici interpretis verſio, ſatis illa quidem perſpicua, nec abſurda utique, his verbis expreſſa: *qui à peine nubiles énervent les hommes les plus robuſtes, en ſe faiſant même bien payer.* Dictionem γούνατα ἔλυσαν ab Homero mutuatam eſſe ſatis adparet: ſed licuerat, puto, comico poëtae in aliam etiam ſententiam, quam qua uſus erat pater poëtarum, eâdem abuti. ἀνὴρ φορτηγὸς poſſit ſignificare *baiulum*; coll. Polluc. VII. 131. ſed fortaſſe denotaverit hîc *peregrinum mercatorem, qui cum navi onerariâ mercibus onuſtâ*, quas Athenis venderet, in Piraeeum *adpulit*: de cuius generis hominum commercio cum Atticis meretricibus paſſim dictum libris ſuperioribus.

c τουτέστι, τῶν φιλίαν &c. Iſtud verbum τουτέστι, quod aberat editis, adiectum nobis dedit ms. *A*.

περὶ ὧς φησιν ὁ Ἀθηναῖος Ἀπολλόδωρος. Articulum ὁ, cum deeſſet editis, ex coniecturâ iam adieceram, quum animadverti eumdem recte ſuo loco poſitum in membranis *A*. In *Epit.* omiſſum eſt auctoris nomen. Ipſa *APOLLODORI verba* non ultra illa, τοῦτο δ' ἐστὶ φίλας, progredi ſtatuit HEYNIUS in Apollod. Fragm. pag. 1056 ſq.

d Videndum tamen, ne etiam *SAPPHUS* teſtimonia, quae continuo deinde adponuntur, atque etiam *Menandri* teſtimonium, ab eodem Apollodoro in libello *De Diis* fuerint citata, atque indidem ab Athenaeo huc translata.

Μένανδρος ἐν Παρακαταθήκῃ. »Menandreae huius memi»nit Pollux libro IX. [ſect. 76.] Proferam eius verba, »non alio fine niſi ut obiter emendem. Τὸ δὲ χρυσίον ὅτι »τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν, σαφῶς ἂν τις ἐκ τῆς Με»νάνδρου Παρακαταθήκης μάθοι. προειπὼν γὰρ,

»Ὁλκὴν ταλάντου χρυσίου σοὶ, παιδίον,
»ἔστηκα τηρῶν·

»ἐπάγει μετὰ ταῦτα, περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγων·

»Μακάριος ἐκεῖνος, δεκατάλαντον καταφαγών.

»Etiam Harpocration eandem nominat: item Heſychius; »cuius verba, in libris editis perperam ſcripta, ita reſti»tue: Ὄφεις· τὰ δρακοντώδη γινόμενα ψέλλια Μένανδρος »ἐν Παρακαταθήκῃ τοὺς ὄφεις λέγει. Καλούς γέ μοι ἠγόρα»σας ὄφεις. « CASAUBONUS.

MENANDRI verba cum ſic ſcripta in ed. Ven. & Baſ. legerentur:

e Πεποιήκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων ταῦτα δ' ὄντα γράμματα,
τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ:

eodem modo exhibentur in ed. Caſ. niſi quod in hac temere Πεποίηκα τ' (ſic) ſcribitur, & *poſt* οὐχ ἑταίρων *punctum minus* interponitur. Veteres membr. *A*. nihil a ſcripturâ editionis Ven. discedunt: in *Epit.* autem deeſt totum Menandri teſtimonium. Perſpecte vero monuit CASAUBONUS: »Πεποιήκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων. ταῦτα δ' ὄν»τα γράμματα. Verſus hic non eſt verſus: ſuperſunt »enim legitimae menſurae nonnulla. Sine dubio hîc quo»que ſolennia peccarunt librarii, & genus mendae com»miſſum eſt de quo dicebamus libro XI. capite IV. [vide ad XI. 466. d. Animadv. T. VI. p. 44.] »Lege igitur:

» Πεποιήκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων νὴ Δία, e
» μᾶλλον δ' ἑταιρῶν· ταυτὰ δ' ὄντα γράμματα
» τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ.

» Ita aperte, quod Athenaeus ait, ἀπὸ τῶν ἑταιρῶν τοὺς » ἑταίρους διαστέλλει. Appellat προσαγόρευσιν οὐκ εὔσημον, » parum honeſtum ἑταιρῶν (id eſt, meretricum) nomen. « — Praeiverat Caſaubono DALECAMPIUS, niſi quod hic interpres *priori verſu* ἑταιρῶν poſuit, *poſteriori* ἑταίρων: cuius rationem GROTIUS probavit, (in Excerpt. pag. 739.) » dictum hoc in laude exiſtimans « ut ipſe in Notis profeſſus eſt. Nobis haud dubie verior *Caſauboni* ratio viſa. Quod autem *adpellationem* οὐ σφόδρ' εὔσημον dicit poëta; id haud ſatis ſcio, rectius-ne Grotius cum Dalecampio *ambiguam*, *parum perſpicuam* interpretatus ſit; an Caſaubonus, *parum honeſtam*. Neutra quidem interpretatio ſpecie caret: ſed poſteriorem in ſententiam εὔσχημον potius, quam εὔσημον, ſcriptum oportebat; ac fortaſſe reſtituendum iſtud poëtae fuerit. Vide proximam Animadverſionem ad Capitis ſequentis initium.

AD CAP. XXIX.

Περὶ δὲ τῶν ἑταιρῶν Ἔφιππος ἐν Ἐμπολῇ τάδε φησίν. &c. Cum Εὔσχημος ἐν Ἐμπολῇ legeretur hoc loco in editis & msstis, monuit CASAUBONUS: » Extremo » libro octavo [nempe VIII. 363. c.] deſcriptus eſt hic » idem locus, ſub *Ephippi* comici nomine, non *Euſchemi*. » An igitur hîc quoque ſic legemus? Non videtur de eo » dubitandum. Suidas tamen legit ut nos hodie, Εὔσχημος. » Sed non ſemel depravati codices illi Grammatico fraudi » fuerunt: exſpectabimus tamen eruditorum ſuper hoc » ſententiam. « — Sic ille. Et turbare nos quoque aliquantisper Suidas potuerat, ſub ipſa voce Εὔσχημος ita ſcribens: Εὔσχημος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἐμπολή· ὡς Ἀθήναιος λέγει: niſi vanas prorſus turbas temere excitatas ſaepius ab hoc Grammatico obſervaſſemus, ſive ſuâ incogitantiâ aut praecipitantiâ miros in errores inducto, ſive vitioſi codicis erroribus decepto. Ne longius abeam, ſupinae hominis negligentiae & ridiculae prorſus halucinationis documentum haud multo ante vidimus, hoc ipſo libro in Animadv. ad pag. 559. f. cum *Carcini* fabulam quamdam ſtatuit, cuius titulus fuiſſet Σεμέλη ἢ

e Ἀρχή: quamquam & ibi fortaſſe codicis Athenaei maxime, quo uſus erat, vitio deceptus ſic ſcripſit, cum pro ἧς ἀρχὴ fortaſſe ἡ ἀρχὴ ſuo in codice ſcriptum reperiſſet. Alium mirum errorem ab eodem Suida (ſub voc. *Φίλιππος*) in eiusdem *Ephippi* comici nomine, de quo hîc agitur, ſimul ex vitioſi codicis culpâ, qui ex *Ephippo* (haud ſecus ac vetus noſter cod. *A.*) *Philippum* fecerat, ſimul vero etiam ex propriâ halucinatione commiſſum, notavimus ad VIII. 558. f. Quare ex his quae de *Euſchemo* comico idem Grammaticus adnotavit, nihil aliud efficitur, niſi ut intelligamus, Athenaei codicem, quo ille uſus erat, in hoc loco, quem prae manibus habemus, eodem vitio laboraſſe, quo veteres noſtrae membranae tenentur, Εὔσχημος pro Ἔφιππος exhibentes. Sed hoc loco etiam perquam probabili ac paene certâ ratione intelligitur, quid ſit unde error ille originem ceperit. Scilicet, pro vocabulo εὔσημον, quod legitur in proxime praecedente Menandri eclogâ, εὔσχημον maluerat olim doctus aliquis librarius: quod vocabulum cum animo eius obverſaretur, imprudens ille hoc loco Εὔσχημος pro Ἔφιππος ſcripſerat: aut ipſum vocabulum εὔσχημον, tamquam diverſa lectio pro εὔσημον, in orâ vetuſtiſſimi alicuius libri adnotatum erat; quod perperam accipiens librarius aliquis, ad *poëtae nomen* retulit, de quo hîc agitur, & *Euſchemum* pro *Ephippo* nobis obtruſit. Quibus rationibus perſuaſus, IACOBSIO adſentior, in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. III. pag. 73. fidenter monenti, »ex Comicorum catalogo *Euſchemum* expungendum. « *Ephippi* fabulam Ἐμπολὴν rurſus citat Noſter lib. XV. pag. 617 extr. & ſq. De cuius tituli ratione videndus CASAUBONUS *ad Suetonii Calig. cap.* 40. qui locus tunc nobis in promtu non fuerat, cum in interpretando Athenaei libro VIII. pag. 363. c. verſaremur. Nunc, meliora edoctus, Ἐμπολὴν non, ut ibi, *Mercaturam* interpretatus ſum; ſed, quemadmodum etiam GROTIUS in Excerpt. p. 674. praeiverat, *Capturam:* cuius de vocabuli uſu huc ſpectante Lexica Latina conſuli poſſunt.

Primus Ephippi verſus cum ſic hoc loco editus eſſet:

Ἔπειτά γ' εἰσιόντα γ' ἐὰν λυπούμενος:

monuit CASAUBONUS: »Ita lege:

»Ἔπειτά γ' εἰσιὼν ἐὰν λυπούμενος

»τύχῃ τις. « —

At γ' particulam posteriori loco iterum intrusam cum e ignorent veteres membranae, eodem modo in his scribitur iste versus, ut libro VIII. pag. 363. c. neque aliâ medicinâ egebat, nisi ut in εἰσιόντα elideretur ultima vocalis.

Secundus & tertius versus quum sic scripti legerentur,

τύχη τις ἡμῶν ἐκολάκευσεν, ἢ
κατεφίλησ' οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα:

nil aliud adnotavit doctus Animadversor, nisi: »*Versu* »*tertio* lege κατεφίλεσε, non κατεφίλησε. « — At istam aoristi formam in hoc verbo numquam Graeci sermonis usus agnoverit. Dein κατεφίλησεν cum ν literâ in fine (sicut ἐφίλησεν, VIII. 363. c.) scribitur in membranis: quam si sequamur scripturam, fuerint duae priores syllabae huius verbi superiori versui adiiciendae, ut secundus desinat in ἢ κατε-, *tertius* vero a φίλησεν incipiat; quam rationem Abreschio in Dilucid. Thucyd. pag. 81. probatam fuisse intelligo. At mihi quidem (ut paulo etiam ante professus sum) non probatur in comici poëtae iambis unum verbum ita discerptum duobus attribui versibus: tenui tamen eam scripturam, nec prorsus antiquare volui, quoniam sub ea fortasse aliud quid latere possit: verbi caussa ἢ κα τε, & dein ἐφίλησεν. Quamquam haud satis scio, an Homericae voculae ἤκα in Atheniensis comici versibus fuerit locus: quae cum idem valeat ac πράως, ἠσύχως, ἠρέμα, fortasse ne satis quidem convenire videbitur subiectae osculi descriptioni. Caeterum paratam huic loco medicinam offerebat locus superior, ubi *secundus versus* in vocem ἠδέως desinebat, *tertius* vero a verbo ἐφίλησεν incipiebat.

Vers. 4 *sqq.* Si verum est id, quod *quarto versu* scribitur, πολέμιον, neque aliud quidpiam sub hac voce latet; intelligi debebit, ὥσπερ τις καταφιλεῖ πολέμιον, scilicet συμπιέσας τὸ στόμα. Caeterum conf. not. ad IX. 366. Ad reliqua, quae sequuntur, haec monuit Casaubonus: »Postea sic lege,

» — ἀλλὰ τοῖς στρουθίοις
» χαυνοῦσ' ὁμοίως, ἧσε, παρεμυθήσατο,
» ἐποίησε θ' ἱλαρὸν, εὐθέως τ' ἀφεῖλε πᾶν
» αὐτοῦ τὸ λυπροῦν, κἀπέδειξεν ἵλεων.

»Graecis στρουθία φιλήματα vel στρουθιακὰ appellantur »*oscula libidinosa.* Nota passerum salacitas: etsi vocem στρου- »θία generalius accipit in hoc loco Eustathius. Turne-

»BI emendatio eſt τὸ ἧσε, quâ nihil certius.« — Iſtud ἧσε haud obſcure latebat in mendoſâ ſcripturâ, quam h. l. mstus codex cum editis tenet, ἧς ἐπαρεμυθήσατο. Particulam τ' poſt εὐθέως (*verſ. penult.*) rectè h. l. membranae dederunt: mendoſum λοιπὸν e ſuperiori loco facile certâque ratione corrigebatur. Euſtathius, partem huius eclogae citans ad Odyſſ. α'. pag. 47. l. 32. cognitam illam ex *Epitomâ* habuerat, quae eam hoc quidem loco prorſus ignorat, ſed priorem illius partem (usque ad verba χαυνοῦσα ὁμοίως) in nono libro exhibebat.

a *EUBULI* ex *Campylione verſus* 4. *& ſeq.* cum in edd. ſic concepti legerentur:

— ἀλλ' ἑκάστου μικρὸν
ἀνεπέτευ', ὥσπερ παρθένος Μιλησία:

hariolando Dalecampius verterat:

— *ſed os pendulum*
diducens, perinde ac virgo Mileſia.

Tum vero CASAUBONUS: »Quid ſit ἀναπετεύειν, inquit, »ne Apollo quidem omniſcius ſcivit. πεττεύειν enim nihil »ad hunc locum. Interpres longe abiit, ut mentem auctoris »fugeret. Scribendum eſt:

»— ἑκάστου μικρὸν
»ἂν ἐπέγευ', ὥσπερ παρθ. Μιλ.

»*Similis virgini Mileſiae de ſingulis parum deguſtaſſet.* T po»ſitum loco Γ, ut ſaepe. Non poterat felicius emendari »hîc locus.« — Sic ille, ad ſententiam ſane feliciſſime: quem ſecutus eſt GROTIUS, in Excerpt. pag. 951. ſic tamen, ut ἂν particulam, ut par erat, in fine ſuperioris verſus poneret; poſteriorem vero ab ἐπέγευεν incipere. At verbum ἐπιγεύειν Graecus ſermo non agnoſcit. Quod Latine *deguſtare* dicimus, id Graece ἀπογεύεσθαι ſonat; ut apud Polyb. III. 57. 8. Lucian. Dial. Deor. V. 2. & alibi. Quare, ad verba quod ſpectat, haud paulo felicius PIERSONUS ad Moerin pag. 101. ſic ſcribi iuſſit:

— ἀλλ' ἑκάστου μικρὸν ἂν
ἀπεγεύεθ', ὥσπερ παρθένος Μιλησία.

Ad quam ſcripturam hactenus quidem aliquanto propius accedit ms. *A.* quod non ἀνεπέτευ', ſed ἀναπέτευε (cum vocali α in ſecunda verbi ſyllaba) habet. Quod ait poëta, ὥσπερ παρθένος Μιλησία, *Mileſias virgines* veluti modeſtiae & temperantiae exemplaria laudans, eodem pertinet id quod lib. X. p. 429. a. ex Theophraſto retulerat auctor

noſter. ἀπέβρυκον, non tam *arrodunt* verti debuit, ut fecit Grotius; quam *deglutiunt, avide & guloſe vorant:* de quo verbo vide Pierſonum loc. cit.

Ἀντιφάνης Ὑδρᾳ. Rectius videtur Ὑδρίᾳ, quod eſt lib. III. pag. 104. a. Ignorat hanc quoque eclogam Epitoma. Habet GROTIUS, Excerptor. pag. 631. Ut *verſ.* 5. ἦθός τι χρυσοῦν πρὸς ἀρετὴν dixit *ANTIPHANES*, ſic *aureos mores* Horatius, Od. 2. lib. IV. vs. 22 ſq.

Verſ. 6. αἱ μὲν ἄλλαι. Vitioſe αἱ μὲν ἄλλοι ms. *A.* αἱ γὰρ ἄλλαι equidem malebam.

ANAXILAE ex *Neottide* (ſive *Iuvenculâ*, ut Grotius interpretatur) *duo priores verſus* cum ſic editi legerentur: b

— Ἐὰν δέ τις μέτρια λέγουσα
τοῖς δεομένοις τινῶν ὑπουργῇ πρὸς χάριν:

haec adnotavit CASAUBONUS: »Excerpta, τοῖς δυναμένοις. In acroteleutio voces transponendae, λέγουσα μέτρια.« — Ab iſtâ animadverſione, ut videtur, occaſionem ceperat GROTIUS (in Excerpt. pag. 861.) duos iſtos verſus miro quodam auſu in hunc modum refingendi:

Ἐὰν δέ τις μετριολογοῦσα δυναμένους,
τοῖς δεομένοις μενοῦν ὑπουργῇ πρὸς χάριν.

Quos latine ſic reddidit:

Si qua ex divitibus colligens mediocria,
pauperibus gratis copiam faceret ſui.

Quo conamine non modo a ſcripturâ librorum ſatis perſpicuâ, nec eâ admodum alteratâ, verum etiam a poëtae mente mirum quantum aberraſſe videtur vir praeſtantiſſimus. In *primo verſu* utique claudicabat metrum: ubi λέγουσα cum editis tenet ms. *A.* λέγουσι vero Epitoma habet. Nos probavimus expeditiſſimam IACOBSII emendationem in *Notis mſstis* propoſitam: »Minimâ (inquit) mutatione lege:

— »ἐὰν δέ τις μέτρια λέγουσ' ἀεὶ:

»*Si qua modeſtis ſemper verbis uſa gratificetur iis qui aliquid* »*deſiderant.*« In eamdemque ſententiam in verſione latinâ duos priores verſus, utcumque nobis licuit, mutavimus, ſervatâ dein reliquâ *Grotii* commodiſſimâ verſione. Caeterum potuerat primus verſus etiam in hunc modum conſtitui:

Ἐὰν δέ τις μέτρια λέγουσα . . . . .

Quod pro δεομένοις Caſaubonus in Excerptis δυναμένοις ſcriptum reperit; in eo (ut in multis aliis) Hoeſcheliano

b codici praestat optimus noster Parisiensis codex *Epit.* qui τοῖς δεομένοις recte tenet.

AD CAP. XXX.

Ὁ δὲ ὑμέτερος φιλοσοφομειρακίσκος. In Epit. haec non leguntur: sed ὑμέτερος dedit ms. *A.* quod temere ab aliis in ἡμέτερος mutatum. De sequente vocabulo φιλοσοφομειρ. monuit CASAUBONUS in *Addendis*: » Lege ὁ δ' ἡμέτε- » ρος σοφὸς φιλομειρακίσκος. « — Nempe sic etiam *Dalecampius* in versione posuerat, *Noster hic sapiens adolescentulorum amator.* At, non agi hic directe de philosopho adolescentulorum amatore, sed de *adolescentulo amasio*, satis adparet e proxime subiectis poëtarum versibus & ex Aeschinis testimonio. Quare φιλοσοφομειρακίσκος cum *Henr.* STEPHANO (Thes. Tom. III. pag. 900. a.) intelligi debuit *adolescentulus philosophiae deditus*, aut *adolescentulus philosophorum sectator.* Cynulcum compellans Myrtilus loquitur hic de illis ξυρωμένοις τὰ γένεια ἐρωμένοις, *quos a Cynicis circumduci* supra dixerat, pag. 564. f. & 565. f.

Ἄλεξις ἢ Ἀντιφάνης ἐν Ὕπνῳ. Fabula Ὕπνος simpliciter *Alexidi* auctori tribuitur, X. 449. d. simpliciter vero *Antiphani*, XV. 671. d. Quare quod hoc loco inter duorum poëtarum nomina fluctuat Athenaeus, id non tam ita accipiam, quasi significet incertum se esse *Alexis-ne*, an *Antiphanes* fabulam Ὕπνον docuerit: sed hoc dubitasse videtur, versiculi isti, quos adponit, (quos nimirum non ipse ex integra fabula excerpsisset, sed alicubi sic excerptos legisset: aut, si ipse excerpserat, auctoris nomen adnotare neglexisset,) sint-ne ex *Alexidis* Ὕπνῳ, an ex *Antiphanis* cognomine fabulâ ducti. Fieri etiam potest, ut in utriusque poëtae fabulâ iidem versus fuerint positi.

c *EPHIPPI* ex fabulâ *Sappho* duo priores versiculi quum sic editi legerentur:

— Ὅταν γὰρ νέος
ὢν ἀλλότριον εἰσελθὼν ὄψον ἐσθίειν μάθῃ:

haec adnotavit CASAUBONUS: » *Ephippi* exemplum ἐν Σαπ- » φοῖ, ita legimus:

» — Ὅταν γὰρ εἰσελθὼν νέος
» ὢν ἀλλότριος σὸν ὄψον ἐσθίειν μάθῃ.

» Iuvant Excerpta, ubi est ἀλλότριος, non ἀλλότριον. « — At isto molimine nec erat opus: nec optimus noster co-

dex *Epit.* ἀλλότριος habet, ſed ἀλλότριον tenet cum editis c & msto *A.* GROTIUS in Excerpt. pag. 679. duos verſiculos ſic concinnavit:

— Ὅταν γὰρ ὢν νέος
ἀλλότριον ἐλθὼν ὄψον ἐσθίειν μάθῃ.

Et vocem ὢν (quam omiſit quidem Epitomator) *ante νέος poſitam* dedere nobis etiam veteres membr. *A.* Vulgatum vero εἰσελθὼν tenent ambo mssti: nec id neceſſe erat in ſimplex ἐλθὼν mutare: ſatis fuit ἐσελθὼν primâ ſyllabâ brevi ſcribere. Et cum ait poëta, *μάθῃ ἐσελθὼν ἐσθίειν ὄψον ἀλλότριον*, facile intelligitur ἐσελθὼν εἰς δῶμά τινος vel εἰς δῶμα ἀλλότριον. Confer quae de verbo εἰσελθεῖν notamus ad pag. 579. c.

Quartum verſum, qualem & editi & mssti dabant, talem tenuit cum Caſaubono *Grotius:*

δίδοναι νόμιζ' αὐτόν σοι τῆς νυκτὸς λόγον:

non animadvertentes, contra metri legem ſic *ſpondeum pedem* occupare quartam ſenarii iambici regionem. At ne ſententia quidem commoda ex iſtâ ſcripturâ σοι naſcebatur. Nam quod ait poëta, auditorem vel ſpectatorem adloquens, νόμιζε αὐτὸν δίδοναι λόγον τῆς νυκτός, id eſt, *hunc tu puta rationem redditurum noctu;* ex eo intelligitur, priores etiam verſus in hanc ſententiam eſſe accipiendos: *Si tu videris adoleſcentem quempiam* &c. Atqui non *huic, qui viderit*, ſed (quod per ſe intelligebatur) *ei apud quem ſine ſymbolâ coenavit*, rationem habiturus ille adoleſcens eſt. Quare pronomini σοι non erat hic locus. Nihil autem librariis noſtris ſolennius eſt, quam vocalium οι & υ promiſcua permutatio. Itaque σὺ (nempe νόμιζε σὺ) corrigere non dubitavi. Nullo metricae artis ſenſu tactum fuiſſe TAYLORUM oportet, qui non ſolum in quarto iſto verſu nihil ſiniſtri ſuſpicatus, verum etiam initium eclogae ſic ſcribens, (in Notis ad Aeſchinis Orat. contra Timarch. pag. 11.)

— Ὅταν νέος
εἰς ἀλλότριον εἰσελθὼν ὄψον ἐσθίῃ:

ſecundum illum *ſenarium* nunc a ſe perſanatum ſibi gratulatus eſt.

Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. Vide *AESCHINIS Oration. contra Timarchum*, p. 97 ſq. ed. Reisk.

AD CAP. XXXI.

d *Φιλέταιρος ἐν Κυνηγίδι &c.* Eosdem verſiculos ſupra (p. 559. a.) non e *Venatrice*, ſed e *Corinthiaſtá* PHILETAERI citatos vidimus; ibi conſule notata. Ibi alius e deipnoſophiſtis, *Leonidas*, loquens inducebatur: hic *Myrtilus*. Fieri poteſt (quod ibi monuimus) ut duabus in fabulis idem poëta eosdem verſus poſuerit, eâque cauſſâ eosdem hic repetierit Athenaeus.

ἑορτὴν τὴν Ἑταιρίδεια: intellige καλουμένην. Scribitur autem ſic, Ἑταιρίδεια, in ms. *A.* & in editis, cum hoc loco, tum rurſus bis deinceps paulo poſt lit. *e.* In ms. *Ep.* nonniſi bis omnino in hac narratione ponitur iſtud nomen, utrobique vero Ἑταιρείδια ſcribitur: quae ſcriptura hactenus quidem probabilior, quod non ἀπὸ ταῖς ἑταίραις aut ἑταιριδίοις, ſed ab Ἑταιρείῳ Iove nomen invenerat illius feſti ſolennitas. In eodem tamen ms. *Ep.* ubi iterum poſitum id nomen, ibi inter lineas alia indicatur ſcriptura huiusmodi, Ἑταιρίδια. Quod vero in *HEGESANDRI* verbis τὴν τῶν ἑταιρίδων ἑορτὴν in ed. Ven. & Baſ. conſentiente msto *A.* ſcribebatur, id quidem manifeſte mendoſum erat: ubi nos Ἑταιριδείων correximus, quod etiam in ed. Caſ. 3. ſic ſcriptum reperimus.

e τοὺς φρουροὺς τοὺς ἐν αὐτῇ ποτε ξύσαντας, ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης. Ad editum olim ξύσαντες nihil e ms. *A.* adnotatum. Quod vero in Caſaubonianis editionibus τῆς (pro τοὺς) ἐν αὐτῇ legitur, operarum illud erratum eſt, ex edit. Baſ. temere in ed. Caſ. 1. translatum, & religioſe etiam in ed. 2. & 3. ſervatum, licet diſerte in *Animadverſion.* monuiſſet CASAUBONUS: »Volui editum, τοὺς φρουροὺς »τοὺς ἐν αὐτῇ ποτε ξύσαντας.« Mirum autem videri poſſit, cur *infinitá* & *obliquá oratione*, quam dicimus, concepta ſit iſta narratio; cum tamen interiecta verba ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης videantur *rectam* orationem deſideraſſe. At nimirum intelligi debet, Athenaeum iſtam narrationem non in ipſis *CLEANTHIS Mythicis* legiſſe, ſed totam ex *PAMPHILI Lexico*, in quo haec ex Cleanthis libro citata legebantur, petiiſſe. Itaque initio huius ῥήσεως, ubi poſt iſta verba, ὥς φησι Πάμφιλος, ſic pergitur: Κατεχομένης γὰρ &c. ibi per familiarem Noſtro ellipſin intelligendum, φησὶ γὰρ (ſcil. ὁ Πάμφιλος) κατεχομένης τῆς πόλεως &c. Quos autem *cuſtodes* ait Cleanthes, facile intelligitur *ar-*

cis cuſtodes dici: aut *Abydenos*, qui deinde nominantur, fuiſſe exſules, qui, patriam a tyrannis liberaturi, urbem obſediſſent. In *Epitomâ*, omiſſo & *Pamphili* & *Cleanthis* nomine, omnia iſta in oratione rectâ enunciata exhibentur.

Ἄλεξις δ' ὁ Σάμιος ἐν δευτέρῳ Ὡρων Σαμιακῶν. Ad f editam olim ſcripturam Ὁρων nihil h. l. e membranis adnotatum. Vide vero Animadv. ad XII. 540. d. & ad IV. 175. e.

Τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην, ἣν οἱ μὲν ἐν Καλάμοις καλοῦσιν, οἱ δὲ ἐν Ἕλει, Ἀττικαὶ (φησὶν) ἑταῖραι ἱδρύσαντο. Cum imperite οἱ δὲ ἐν Ἑλειατικαῖς ederetur, ſatis commode DALECAMPIUS in verſione poſuerat, *quam in Arundinibus quidam vocant, alii in Paluſtribus.* Eamdem in ſententiam haec adnotavit CASAUBONUS: »Malim ἑλεατικοῖς: id eſt, ἑλείοις τόποις. *Venus* iſta in *ea parte Sami* »erat dedicata, ubi Pericles caſtra metabatur: ad litus »nempe maris, ubi erant *paludes*, & in iis *arundines*. Ideo »Venerem hanc alii vocabant ἐν Καλάμοις, quaſi dicas, »*inter arundines conſecratam:* [quidni, *in Arundinibus?*] alii, »ἐν Ἕλει vel ἑλειατικοῖς, propter naturam loci.« — Mireris non vidiſſe doctos interpretes, ſub longâ mendoſi vocabuli caudâ latere adiectivum Ἀττικαὶ, ad ἑταῖραι referendum; de quo perſpecte VALCKENARIUS in Epiſt. ad Roeverum pag. 38 ſq. monuit: cuius feliciſſimam emendationem veteres noſtrae membranae confirmant; id ipſum, quod voluerat vir eximius, perſpicue exhibentes. In ed. Caſ. 1. temere ἵν' οἱ μὲν ἐν Καλ. ſcriptum erat, errore ex ed. Baſ. derivato. In accentu vocis ἑταῖρα & ἑταῖραι fluctuare video libros noſtros, aliâs *acutum*, aliâs *circumflexum* notantes. Hoc quidem loco circumflexum tenent mssti cum editis.

ἱερὰ ἱδρύσθαι ἑταίρᾳ Ἀφροδίτῃ. Ad olim vulgatum a ἱερὰ ἱδρύσασθαι, monuit CASAUBONUS: »Lege Breviatoris »fide, ἱερὸν ἱδρύσθαι.« — Commode ἱερὸν habet etiam noſter cod. *Epit.* Nec tamen a veterum membranarum ſcripturâ ἱερὰ discedere auſus ſum: a qua ſuo arbitratu fortaſſe diſceſſerit Breviator. ἱδρύσθαι vero recte dederunt etiam eaedem membr. *A.* cum *Epitoma*, in qua quidem ἵδρυται ſcribitur, utpote in rectâ oratione.

De *Gyge*, *Lydiae rege*, narratiunculam habet CLEARCHUS, quam ignorat Herodotus & alii qui ſuperſunt ſcriptores. In eâ quod (conſentientibus quidem mssti) vul-

a go legitur περὶ ζῶσαν τὴν ἐρωμένην περιβόητος γέγονεν: aut aliud nescio quod vocabulum pro illo περιβόητος hîc poni debuerat, aut tali quodam modo scriptum oportebat, ἐπὶ τῇ περὶ ζῶσαν τὴν ἐρωμένην σπουδῇ περιβόητος γέγονεν. Suspicatus eram, περισπούδαστος fortasse, ubi hodie περιβόητος legitur, scriptum reliquisse Clearchum: quod vocabulum tametsi *passivâ notione* aliâs accipitur, tamen etiam *notione activâ* usurpare illi licuerat: quod in aliis similibus adiectivis verbalibus ab Atticis certe scriptoribus haud raro factum novimus: verbi caussa, in ἄγευστος, apud Nostrum cum alibi, si recte memini, tum XIV. 644. a. in ἄμεμπτος, (de quo vide Moerin p. 88. & ibi Pierson.) in ἀθέατος, de quo Thom. Mag. p. 14. & ibi Interppr. Caeterum eâdem notione activâ *studiosum alicuius* περίσπουδον dixit Simplicius in Epict. sub finem Commentarii in cap. XVIII. pag. 189. nostrae editionis: quod quidem vocabulum ibi ex veterum librorum auctoritate, pro eo quod temere editum erat περὶ σπουδὴν, auctori a nobis restitutum est. Mox vero ἐγχειρίσας, pro mendoso quod editum erat ἐγχειρήσας, recte dedit codex ms. uterque. Deinde ubi legitur ἔχωσε μὲν Λυδίας τὸ νῦν ἔτι καλούμενον, quid sibi velint duae voces μὲν Λυδίας, quas prudens omisit Breviator, haud adparet; nisi forte (quod nobis probabile videtur) sub illis latet amasiae nomen, verbi caussa, Μεναλίας, Μεναυλίας aut aliquod tale: ut monumentum non τῆς Ἑταίρας μνῆμα *nominatum fuisse* dixerit Clearchus; sed *Menalias* (sive quodcumque nomen fuit) *monumentum, amicae Gygis.*

b πᾶσι τοῖς τὴν Λυδίαν οἰκοῦσιν ἄποπτον εἶναι. Sic recte mstus uterque: non ἔποπτον, quod vocabulum vix usquam eâ notione, quae hic locum habet, usurpatum reperias.

Δημοσθένης δ' ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ, εἰ γνήσιος. A *Demosthene* scriptam fuisse illam orationem, multi aut negarunt aut dubitarunt. Vide Dionys. Halicar. Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος, cap. 57. pag. 1126 sq. ed. Reisk. & Phrynich. pag. 112. Quare saepe eam citans Harpocration, plerumque adiicit dubitationis significationem, εἰ γνήσιος ὁ λόγος: & Athenaeus eamdem orationem rursus citans pag. 586. e. ne nominat quidem *Demosthenem*, satis habens dicere ὁ τὸν κατὰ Νεαίρας λόγον γράψας. Quod si *scripsit* eam orationem *Demosthenes*, certe *non ipse* eam *di-*

xit: quod proximis verbis significat Athenaeus, ἐν Ἀπολ- b
λόδωρος εἰρηκε. Quae verba *Dalecampius* (praeter rationem ὡς Ἀπολλ. εἰρ. legens) interpretatus erat, *ut Apollodorus censuit*. — » Non bene ita acceptum fuit, ac si Apollodo- » rus Grammaticus censuram orationum Demosthenicarum » egisset: est enim *Apollodorus* Pasionis filius, qui *multas* » *dixit causas orationibus, quas Demosthenes scripserat, habi-* » *tis*: idem subscripserat accusationi Neaerae.« Verba sunt HEYNII in Apollodori Fragmentis, p. 1178 sq. — Iniquior hoc loco in Athenaeum CASAUBONUS adnotaverat: » Et- » si multa *Apollodori* mentio in ea Demosthenis oratione, » non tamen Apollodoro, sed Theomnesto scripta est. Qua- » re fallitur hic Athenaeus.« — Nempe coepta quidem actio a Theomnesto est, sed longe maxima pars dicta & perorata ab *Apollodoro*. Vide Argument. p. 1344. ed. Reisk. & Notas Reiskii, in Apparatu ad Demosth. T. III. p. 1684.

τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν παλλακείας. »In » editionibus summi oratoris legimus hodie [consentienti- bus msstis] » τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας » τοῦ σώματος. Athenaeus, ut omnia eius exemplaria testi- » ficantur, legit, τῆς καθ' ἡμέραν παλλακείας.« CASAU- BONUS. — Vide Reiskii Demosthenem, pag. 1386. Eam- dem cum libris Demosthenicis lectionem etiam Stobaeus repraesentavit, Serm. LXV. Scripturam παλλακείας, quam apud Nostrum cum editis agnoscit uterque noster codex mstus, ex Epitomâ Athenaei exhibet Eustathius ad Od. ξ'. pag. 542. l. 10. Eamdem scripturam & alios item multos & Harpocrationem dare, ait REISKIUS, in Indice Graec. Demosth. voc. Παλλακή. Quinam sint illi *alii*, praeter Athenaeum, vellem aperuisset vir doctus: nobis quidem nullus innotuit; nec apud Harpocrationem quidquam, quod huc faceret, reperire nobis licuit.

AD CAP. XXXII.

Καταλέξω δέ σοι, Κύνουλκε, Ἰωνικήν τινα ῥῆσιν, ἐκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλον, περὶ ἑταιρῶν. Sicut Ἰωνικὸν (pro satis in vulgus decantato *Ionum* ingenio) τρυφερὸν interpre- tantur Hesychius & alii, id est, *molle, delicatum, luxurio- sum, lascivum, voluptarium*: sic consentaneum erat ut Ἰω- νικὴ ῥῆσις intelligeretur *sermo*, qui aut *ingenium tale prode- ret*, aut certe qui *de rebus id genus ageret, & tales mores de-*

b *pingeret*: cuius generis ſermo hic intelligitur, ubi περὶ ἑταιρῶν dicturus eſt Myrtilus. Porro, quum in vulgatis Athenaei libris poſt verba Ἰωνικήν τινα ῥῆσιν nulla diſtinctio poneretur, IUNIUS in Adagiis Eraſmianis p. 232. ſequentia cum his iungens, &, pro vulgato κατὰ τὸν Αἰσχύλου, κατὰ τὴν Αἰσχύλου legens, (niſi is typothetae error eſt) praeſcripta Graeca verba latine ſic reddidit: *Commemorabo tibi Cynulce & proferam Ionicum dictum, ut Aeſchyli more loquar.* Similiter Dalecampius vertit, paulo etiam diſertius vim verbi ἐκτείνας exprimens: *Tibi, o Cynulce, prolixum & Ionicum, ut ait Aeſchylus, ſermonem ordiar.* Uterque vir doctus, verbum ἐκτείνας nihil ad Aeſchylum pertinere ratus, ſtatuit poëtam hunc Ἰωνικὴν ῥῆσιν alicubi dixiſſe, pro *molli* quodam *& laſcivo dicto vel ſermone.* STANLEIUS in Aeſchyli fragmentis, (pag. 650. ed. Pauw.) tria verba Ἰωνικὴν ῥῆσιν ἐκτείνας pro Aeſchyleis accepit: recte quidem verbum etiam ἐκτείνας Aeſchylo tribuens, ſed vim illius minus commode exprimens, cum ſic vertit, *Ionicum ſermonem proferens.* Iam facile quidem credi poteſt, verba haec, Ἰωνικὴ ῥῆσις, praedictâ notione in aliquo *Aeſchyli* dramate poſita fuiſſe: ſed ea mihi viſa erat verborum Athenaei hoc loco ſtructura, ut ſuſpicarer, nihil fortaſſe aliud in his de Aeſchylo mutuatum eſſe Deipnoſophiſtam, niſi unum verbum ἐκτείνας: quo ipſo verbo alicubi ſignificanter uſus eſſe videtur hic poëta eâ notione, qua illud nunc Deipnoſophiſta noſter uſurpat, cum ait: *Commemorabo tibi Ionicum aliquem ſermonem, & eum quidem in longum admodum extendens,* (ἐκτείνας) *ut ait Aeſchylus.* Nempe per reliquum fere totum hunc decimum tertium librum dehinc continuatur Myrtili, qui iſta dicit, disputatio de *Hetaeris* & aliis rebus adfinis argumenti. Quod ad vulgatam ſcripturam κατὰ τὸν Αἰσχύλου ſpectat: licet ea per omnes editiones propagata ſit, nec ullus ab ea diſſenſus e vetuſtis membranis adnotatus, (in *Epit.* iſta omnia deſunt) tamen facile tibi perſuadeas, κατὰ τὸν Αἰσχύλον ſcriptum oportuiſſe. Sin genitivus Αἰσχύλου ab Athenaei manu eſt, *interciderit* oportet *nomen perſonae,* quae apud Aeſchylum eo verbo uſa erat, quod ab illo mutuatur Deipnoſophiſta.

c ἐπειδή μοι τὴν αὐτόθι σοφιστείαν ὠνείδισας. Dalecampius, *quandoquidem Corinthiacam ſapientiam mihi exprobraſti.* Immo vero: »*Quod Corinthi literas docuerim, mihi vitio ver-*

»tisti. Dictum iam capite tertio. Quam absurde haec viri »eruditi!« CASAUBONUS. — Vide pag. 567. c. & ibi notata.

καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι. »Significat, *non so-*»*lum concipiendis votis frequentes adfuisse* de more profituti »pudoris mulieres: verum etiam *postea sacris interfuisse*, »quae voti sui rei Corinthii Deae reddebant. Sic accipe »etiam mox, [lit. *d.*] τὰς τότε ποιησαμένας τὴν ἱκετείαν, »καὶ ὕστερον παρούσας: neque putemus, παρεῖναι τοῖς ἱε»ροῖς idem esse ac ἐν τῷ ἱερῷ περιμένειν.« CASAUBONUS. — Nempe imperite Dalecampius: *post aliorum discessum in templis permanerent:* cuius rationem secutus est Gallicus Interpres. Confer quae infra ad lit. *f.* notamus.

Καὶ ὅτε δὴ &c. Particulam δὴ commode nobis obtulit uterque cod. mstus. Eorumdem codicum auctoritate dein εὔξαντο rescripsi, quod praeter necessitatem in ηὔξαντο d mutatum erat. Paulo post quidem (lit. *e.*) scripturam εὔξατο editi etiam libri cum membranis tenuere.

SIMONIDIS *Epigramma* exhibet etiam *Plutarchus*, in libro DE Malignitate Herodoti, Opp. T. II. pag. 871. & *Pindari vetus Interpres Graecus* ad Olympionic. Od. XIII. Tum Henr. Stephanus in Append. Anthol. pag. 512. & Brunck in Analect. T. I. p. 132. In Epitomâ Athenaei haud comparet.

Versu 1. Doricam formam Ἑλλάνων restitui, quam non modo alii hoc loco, sed & ipsi libri Athenaei postremo versu tenuerant. πολιητᾶν recte edd. ut apud Plut. Nec aliud debuerat noster cod. *A.* in quo vitiose πολιν ταν. Apud Pindari Scholiasten πολιτᾶν editur, (in principe quidem editione Romanâ, qua utor) reclamante metro.

Vers. 3. ἐμήσατο tenet cod. ms. cum edd. ἐμήδετο est e apud Plutarchum: ἐβούλετο apud Schol. Pind. ex interpretamento. *Vers.* 4. Πέρσαις apud Nostrum tenet Ms. cum edd. Usui vero veterum convenientius est Μήδοις, quod habet Plut. & Schol. Pind.

Καὶ οἱ ἰδιῶται δὲ κατεύχονται τῇ θεῷ — — ἀπάξειν αὐτῇ τακτὰς ἑταίρας. ἐπάξειν forsitan malles, id est, *adducturos;* quemadmodum pag. 574. a. ἐπήγαγε scribitur. Nec tamen admodum in usu est verbum ἐπάγειν hâc notione, *adducere aliquem alteri* vel *ad alterum.* Et ἀπάξειν hîc tenet codex ms. uterque: moxque rursus καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ms. *A.* cum edd. ubi silet *Epitoma.* Nec sane incom-

e mode hîc poſitum verbum ἀπάγειν, *adducere* veluti qui *debitum reddat aut tributum pendat.* Sic enim dicunt Graeci, φόρον ἀπάγειν, δασμὸν ἀπάγειν, Ariſtoph. Acharn. 643. Veſp. 707. Xenoph. Cyrop. II. 4, 12. III. 1, 10. Iam quod eodem hoc loco in *Epit.* ſcribitur ἀπάξειν αὐτῇ καὶ ταῖς ἑταίραις, id quidem manifeſte vitioſum: nec vero multo praeſtat quod eſt in ms. *A.* καὶ τὰς ἑταίρας. Percommode vero ἀπάξειν αὐτῇ τακτὰς ἑταίρας: (quisquis tandem fuerit cuius ingenio emendatio illa debetur:) id eſt, *certum, definitum numerum meretricum.* Sic τακτὸν μέτρον, τακτὴ ἡμέρα, apud Polybium & alios. Quod in SCHNEIDERI *Fragmentis Pindari* (ubi totus hic Athenaei locus p. 11 ſq. adpoſitus eſt) ſic ſcribitur, ἀπάξειν αὐτῇ ταύτας ἑταίρας, id vel operarum ſphalmati deberi videtur, vel invito docto viro excidiſſe.

AD CAP. XXXIII.

καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ἑταίρας εὔξατο. Poſſit adquieſcendum videri in hac ſcriptura. Quod ſi vero recte paulo ante editum eſt τακτὰς ἑταίρας eâ qua diximus notione, exſpectaſſes utique ut *definitus* aliquis *numerus* hîc nominaretur. Quare quum in ſubiectis *Pindari* verbis ſignificari videatur *numerus quinquagenarius*, qui in Graecâ ſcripturâ per notam ν'. exprimi ſolet; perquam fit probabile, poſt verbum ἀπάξειν in ν literam deſinens adiectam fuiſſe olim illam notam ν'. & per librariorum negligentiam intercidiſſe.

f Πίνδαρος – – ἔγραψεν εἰς αὐτὸν ἐγκώμιον &c. »*Oda* »*PINDARI*, cuius initium Τρισολυμπιονίκαν ἐπαινέων οἶκον, »decima tertia eſt libri primi.« CASAUBONUS.

σκολιὸν τὸ παρὰ τὴν θυσίαν ᾀσθέν. Parum commode Dalecampius, *ſcolium carmen, quod cecinerunt dum victimam immolaret.* θυσία non modo *immolatio victimae* intelligitur, ſed *univerſa ſacrificii caerimonia & feſtivitas*; ac perſaepe ſigillatim eo vocabulo ſignificatur *convivium quod inſtituitur peracto ſacrificio.* Sic hoc loco accipi debet: eſt enim σκολιὸν (ſive σκόλιον, ut Euſtathius voluit) *convivale carmen*; quo de genere ſub finem libri XV. ex profeſſo agit auctor noſter. Eodem fere modo intelligam etiam id quod paulo ante dicebatur (lit. c.) ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι.

Ὦ Κύπρου δέσποινα, &c. Non eſt hoc *exordium* Scolii: nam modo ipſe dicebat Deipnoſophiſta, *initium Scolii ce-*

pisse poëtam *a compellatione meretricum.* Verba autem ista hic prae reliquis citat auctor noster, quoniam illis declaratur id quod modo dixerat, *vovisse Xenophontem Deae certum numerum meretricum.* In edenda autem & hac parte Scolii, & praesertim in eiusdem carminis primoribus versibus, qui continuo deinde adponuntur, etiam atque etiam doleo non licuisse nobis doctissimi Viri & in hoc genere, si quis alius, solertissimi *Godofr.* HERMANNI inventis uti: cuius operâ emendatius editum esse hoc Scolion Tomo IV. pag. 21 sq. novae editionis Pindari Heyniani, ex *Iacobsii* Commentario de Hetaeris Atticis (in Attico Mus. T. II. Fasc. 3. pag. 165.) didici: ipsum *Hermanni* librum oculis usurpare nondum mihi contigit. Nunc nonnisi eis praesidiis uti nobis licuit, quae tenuia admodum hoc loco & membranae nostrae *A.* (nam in *Epitoma* totus locus omissus) & Casauboni Animadversiones, & Schneiderі Fragmenta Pindari, a iuvene tunc Viro doctissimo edita, nobis obtulerunt: nam quae in eumdem hunc locum *Sam.* PETITUS Miscellaneor. lib. VII. cap. 8. commentatus est, eorum (sicut fere aliorum eiusdem Viri conaminum, quibus difficiliora & corruptissima quaeque Athenaei loca a se emendata dare voluit) vix ulla ratio habenda videbatur.

Versiculos, continuo tenore in editis scriptos, nos ita distinximus, ut SCHNEIDERUS praeivit: in *verbis* nihil de eo quod editum erat mutavi, nisi quod (*vers.* 4.) ἐπήγαγ' εὐχωλαῖς praeeuntibus membr. per apostrophum scripsi, ubi ἐπήγαγε εὐχ. editum erat. Recte vero *vers.* 3. κορᾶν edd. ubi κόραν mstus codex. Ad eamdem priorem eclogam haec spectabat CASAUBONI *Animadversio*: »Verba haec Scolii, quod cecinit idem poëta, sic scribe: »Ὦ Κύπρου δέσποινα τὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος φορβάδων κορᾶν »ἐς ἀγέλαν, ἑκατόγγυον, Ξενοφῶν τελείαις ἐπήγα»γεν εὐχωλαῖς ἰανθείς. Et iunge ἄλσος ἑκατόγγυον: ne»mus centum iugerum, id est, *amplum.*« — Ubi quod ἐς ἀγέλαν scribendum ait, id imprudenti puto excidit, aut ab operis peccatum est: certe, cur ibi ἐς voculam inferram voluerit, non exputo. Praeterea durum admodum fuerit, adiectivum ἑκατόγγυον ad ἄλσος referre. Nihil quidem simplicius planiusque, quam iungi ἀγέλαν ἑκατόνγυιον, (ut quidem scribunt membr. cum editis) intelligique *gregem centum pedum*: nam γυῖα quidem utique *manus* etiam subinde intelliguntur, sed proprie *pedes*, ut monuit Etymolo-

a gus, pag. 242. l. 29. Itaque si de *pecudibus* ageretur, *viginti quinque* dicturus erat poëta pecudes: nunc, quum de *puellarum grege* loquatur, *quinquaginta puellas* dicere videtur: qui numerus convenit cum notâ numerali ν'. quam paulo ante intercidisse coniectabamus. DALECAMPIUS, γνῖα generatim *artus* (nempe *manus & pedes*) intelligens, *viginti quinque puellas* dixisse poëtam statuit.

ἤρξατο δ' οὕτως τοῦ μέλους. Cum τέλους vulgo scriberetur, tenendam CASAUBONI emendationem putavi, monentis: »Scribe, ἤρξ. δ' οὕτως τοῦ μέλους:« quem etiam Schneiderus secutus est. Et praeiverat DALECAMPIUS: *Carmen vero illud sic aggressus est poëta.* Nisi vim quamdam nobis plane ignotam hic habet vox τέλος, videtur illa temere invecta ab homine, qui, *prioribus versibus* iam adpositis *initium carminis* contineri ratus, nunc subiici eiusdem *conclusionem* sibi persuaserat.

Πολύξειναι νεάνιδες &c. Ad hanc carminis partem haec spectat CASAUBONI *Animadversio:* »In sequentibus non pauca meliorum librorum auxilium desiderant: multa enim »corrupta: ut ista, ὦ παῖδες ἑρατειναῖς εὐναῖς μαλθακω»τέρας [at μαλθακώρας (sic) scribitur in ed. Ven. Bas. & Cas. 1. consentiente Msto.] »ἀπὸ καρτὸν δρέπεσθαι. Scri»bendum, ἑρατεινᾶς ὥρας μαλθακώτεραι: vel μαλθακώτε»ρον ἀπὸ καρτὸν δρεπ. Omnia suavia *lectorum mollitiei* com»parant non solum poëtae, verum alii quoque scriptores. »Philostratus: Ἡ γῆ δὲ ὑπεστόρνυ ποίας μαλακωτέρας ἢ αἱ »εὐναί. Idem, in Epistolis: ῥόδα ἅψασθαι μαλακὰ καὶ πά»σης στρωμνῆς ἁπαλώτερα.« — Tum ad illa, quae sic in editis scripta erant, σὺν δὲ ἀνάγκαι πάγκαλον, monuit IDEM: »Scribe, σὺν δὲ ἀνάγκᾳ πάγκαλον.« — In totâ istâ parte nihil a vetustis editionibus discedunt membranae. [Ex superiori Casauboni Animadversione, μαλθακωτέρας receptum in ed. Cas. 2. & 3.] Et nos nihil mutavimus, nisi Πειθοῦς cum SCHNEIDERO, pro vulgato πειθοῦσ'. Coniecturas quasdam qualescumque nostras contextui subiecimus: illud unum faciendum putavimus, ut ἀνάγκα scriberemus, quod ipse usus membranarum nostrarum desiderabat; in quibus constanter *ad latus* ponitur *vocalis iota*, quam posteriores scribae vel *subscribere* vel prorsus negligere consueverunt. Ad eamdem carminis partem SCHNEIDERI est adnotatio haec: »Equidem faciliori »sensu (quam Casaubonus) legerim: ὦ παῖδες, ἑρατειναῖς

» εὐναῖς μαλθακὸν ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι σύν τε » ἀνάγκᾳ καὶ καλόν: quibus quidem verbis poëta vi- » tae genus excusare videtur velle, cui puellae servitio » Veneris adstrictae obsequebantur.« Ad superiora verba, monuit IDEM: » Non obscurum quidem est, verba λιβά- » νου ξανθὰ δάκρυα referri ad sacrificium, cum *thus* in ara » adoletur: sed verbum, quo adolitio significetur, nullum » apparet. Si ματέρας in ματέρος mutaveris, tum vero se- » quenti versu etiam οὐρανίας & ἀπτόμεναι νοάματι resti- » tuendum videtur. ἀπαγορίας forte ex ἀπ' ἀπορίας cor- » ruptum.«

Ἀλλὰ θαυμάζω τί με λεξοῦντι &c. » Addit: Ἀρξά- b » μενος θ' οὕτως, ἐξῆς φησίν· Ἀλλὰ θαυμάζω τί με λέξαν- » τι δμοῦ δεσπόται, τοιόνδε μελίφρονος ἀρχὰν εὑράμενον » σκολιοῦ ξυνάορον ξυναῖς γυναιξί. Primum λέξοντι » scribendum, pro λέξαντι. Deinde quaerendum, quid il- » la sibi velint, δμοῦ δεσπόται. Cave enim putes, gene- » rosi spiritus virum appellasse *Corinthios*, *suos* δεσπότας. » Ignorabat adhuc melior illa aetas istiusmodi blanditias. » An scripserat ille Ἰσθμοῦ δεσπόται? Nam revera Corin- » thii erant *Isthmi domini*: quorum oppidum vocat idem » vates in carmine cuius quasi appendix fuit hoc scolium, » ἰσθμίου πρόθυρον Ποσειδᾶνος ἀγλαόκουρον.« CASAUBONUS. — Nec λέξαντι, nec λέξοντι dedere nostrae membranae: sed λεξοῦντι, recte, Doricâ formâ; qua circumflectitur terminatio primi futuri. Caeterum *Corinthios* utique Pindarus *dominos* non *suos* vocat; sed (quod PETITUS monuit, loco cit. pag. 173.) *meretricum*: » quia hae servae » erant, & a Corinthiorum plerisque aere emtae Veneri- » que dicatae.«

Ἐδιδάξαμεν &c. » Non est plena sententia in istis ex eo- » dem scolio, Ἐδιδάξαμεν χρυσὸν κιθάρᾳ βασάνῳ: &, ut » videtur, καθαρᾷ melius.« CASAUBONUS. — Facile patiar καθαρᾷ scribi; quod *Schneidero* etiam placuerat. Cum tamen non videam quid admodum lucremur, nisi aliis simul coniecturis eidem emendationi succurras; κιθάρᾳ loco movere non sum ausus, quod cum editis adcurate tenent veteres membranae. Nec vero multum tribuo *Dalecampio*, vulgatum sic vertenti: *Aurum quam pretiosum sit, citharâ nos ostendimus, Lydio quasi lapide.* Nec a PETITO ad liquidum perducta res est, haec adnotante: » Confidit Pin- » darus, fore ut sibi ignoscant Corinthii, quia ἐδιδάξαμεν

» χρυσὸν κιθάρᾳ βασάνῳ. *Alio opere*, inquit, *Corinthiorum* » *laudes* (id adpellat χρυσὸν) *praedicavimus*; nimirum Ode » Olympionicarum XIII. quam non tam Xenophontis Co- » rinthii, quam omnium Corinthiorum honori ſcripſit, & » cuius quaſi appendix fuit iſtud Scolion. «

AD CAP. XXXIV.

d ἐγγυτάτω τῆς Κολώνης ἵνα τὸ Διονύσιόν ἐστιν. Vide Pauſaniam in Laconicis, lib. III. cap. 13. p. 239. *Ibid.* ὑπὲρ τὸ τῆς Χαλκιοίκου. Nil mutant membr. *A.* In *Epit.* vero deſunt *Polemonis* verba. De *Minervae Chalcioecae* templo & aenea Deae ſtatua vide eumdem Pauſan. ibid. cap. 17. pag. 250. Ad ὑπὲρ τὸ DALECAMPIUS vocabulum ἄγαλμα intelligebat, *ſupra Minervae Chalcioeci ſtatuam*: Gallicus Interpres, ἱερὸν vel ναὸν, *ſuper templo* vel *aede Minervae*. Nobis conſultius viſum erat, in medio rem relinquere. Opportune vero καὶ particulam, quae deerat editis, ad verba τὸ προειρ. εἰκ. adiiciendam nobis exhibuit ms. *A.*

In priore ex adlatis verſiculis, Ἀλκιβιάδην τὸν ἁβρὸν commode ſcriptum dedere ambo mssti: quod temere in καλὸν neſcio quis primus mutavit; ſcilicet hoc ſecutus, quod eumdem Athenaeus proximis verbis *pulcrum Alcibiadem* ſuo more nominaſſet.

e Μεδοντίδος γοῦν &c. Vide lib. XII. pag. 534 extr. & ſeq. Quod dein ait, καὶ ταύτης ἐκοινώνησεν αὐτῷ, alieno loco ibi poſita videri poterat καὶ particula; quam tamen cum editis uterque codex mstus ibidem tuetur. Referri coniunctivam particulam puto ad id quod modo dixerat de *Axiocho*, ὃς ἦν αὐτοῦ τῆς ὥρας ἐραστής: nempe huic non modo ſuam formam proſtravit perditae laſciviae adoleſcens, ſed & meretricem cum eodem communicavit.

Δαμασάνδραν, τῆς Λαΐδος τῆς νεωτέρας μητέρα &c. Vide XII. 535. c. & quem ibi laudavimus HEMSTERHUSIUM ad Ariſtophanis Scholiaſt. in Plut. vs. 179. pag. 59. Adponamus hoc loco quae PALMERIUS huc facientia notavit in Exercitat. pag. 522. »Nomen eius foeminae va- » riat apud Auctores. Ipſe Athenaeus (qui pag. 535. *Ti-* » *mandram* nominabat) p. 574. *Damaſandram* vocat. Scho- » liaſtes Ariſtophanis ad Plutum *Epimandram* nominat. At » Plutarchus in Alcibiade cum Athenaei priore loco con- » cordat, & *Timandram* eam appellat. Ideo credo prae-

» ferendam eam lectionem. [Risus causſâ a Comico quodam *Damaſandram* nominatam fuiſſe probabile fecit *Hemſterhuſius.*] » Sed idem Plutarchus cum Athenaeo etiam pu» gnat. Nam eam *Timandram* matrem *prioris Laidis* facit, » quae Hyccaris urbe Siciliae Athenas advecta fuit. At » Athenaeus Δαμασάνδραν τῆς Λαΐδος τῆς νεωτέρας μητέ» ρα dicit expreſſe: quis verius, difficile eſt decernere; » ratio temporis certe videtur magis cum Plutarcho con» cordare. «

εἰδομεν δὲ καὶ ἡμεῖς τὸ ἐν Μελίσσῃ τοῦ Ἀλκιβιάδου μνῆ- f
μα, ἐκ Συνάδων εἰς Μητρόπολιν ἀφικνούμενοι. Quamquam haec loquentem Myrtilum inducit Athenaeus, facile tamen adparet, ipſum *de ſe* hoc intelligi voluiſſe. *Synada*, ut hîc ſcribitur, ſive *Synnada*, ut conſtanter apud alios, & *Metropolis*; Phrygiae oppida, multis ſcriptoribus commemorata. De quibus, praeter Stephanum Byzantinum, vide quae collegere Cellarius Geogr. Antiq. lib. III. cap. 4. p. 148 ſq. & 159 ſq. Harduin. ad Plin. V. XXIX. 29. & Weſſeling. ad Itinerar. pag. 677. Loquitur autem Athenaeus de illo ſuo per Phrygiae oppida itinere, veluti de re ſatis nota lectoribus libri ſui; ut videatur ſignificare, ſe officii publici causſâ illud iter ſuscepiſſe: puta, conventuum agendorum causſâ, cum fortaſſe *Praeſes Phrygiae* fuiſſet.

AD CAP. XXXV.

Χάρης ὁ Μιτ. ἐν τῷ δεκ. τῶν Ἱστοριῶν τῶν περὶ Ἀλέξ- a
ανδρον. Sic recte ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* ut alibi ubi idem opus citatur. Temere περὶ Ἀλεξάνδρου ed. Caſ.

Duas voces, ἄμφω καλοὶ, ex *Epitomâ* adſciverunt primi editores: quas (ut videtur) ſuo arbitrio adpoſuerat Epitomae auctor, qui etiam proxima nonnihil mutavit, ſic ſcribens: ἄμφω καλοὶ Ἀφροδίτης οὖν καὶ Ἀδώνιδος αὐτούς φασιν οἱ ἐπιχώριοι. Facile quidem iſtis duobus verbis carebat narratio; cum praeſertim *Hyſtaſpis* forma nihil huc faciat, *Zariadris* autem pulcritudo deinde (lit. *b.*) rurſus diſerte laudetur.

ἐκυρίευσε δὲ ὁ μὲν Ὑστάσπης Μηδίας καὶ τῆς ὑποκάτω χώρας· ὁ δὲ Ζαριάδρης τῶν ὑπεράνω Κασπίων πυλῶν μέχρι τοῦ Ταναΐδος. Sic ms. *A.* cum editis. Videndum vero, ne mutatis vicibus τῆς ὑπεράνω χώρας & τῶν ὑποκάτω Κασπίων πυλῶν ſcriptum oporteuerit. At Epitoma qui-

dem, ὑποκάτω Καστ. πυλ. ſcribens, etiam antea τῆς ὑποκάτω χώρας tenet.

b Ὁμάρτῃ βασιλεῖ Μαραθῶν. Quum de *Marathis* illis apud alios omnes auctores altum ſit ſilentium, HOLSTENIUS ad Steph. Byz. pag. 196. ſuſpicatus eſt, Μαιωτῶν fortaſſe aut Σαρματῶν ſcriptum oportuiſſe. In *nomine regis* variant editi, primum Ὁμαρτ. ſcribentes, deinde Ὁμαρτ. Ex ms. *A.* nil enotatum. In ms. *Ep.* vero conſtanter Ὁμάρτης cum *leni ſpiritu* ſcribitur. *Mox*, ὡς ἄρα κατὰ τὸν ὕπνον recte dedit ms. *A.* ignorans καὶ particulam, incommode hîc in editis inſertam. Brevius iſta in *Epit.* concepta ſunt.

c ἐποιεῖτο τοὺς γάμους. Satis videri debebat ἐποιεῖτο γάμους: ſed *articulum* hîc cum editis tuentur ambo mssti. Paulo poſt recte ὦ θύγατερ Ὀδάτι ms. *A.* ubi Ὀδάτις edd. In *Epit.* deeſt nomen.

d λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην καὶ πληρώσασα δὸς ᾧ θέλεις γαμηθῆναι. »Pulcherrima illa ſive fabula ſive hiſtoria eſt, »quae narratur ſuper *Odatidis, Homartae regis filiae, cum* »*Zariadre* nuptiis. Videtur autem moris fuiſſe cum affini»tatem inter ſe divites contraherent, ut gener a ſocero, »vel a ſponſa ſponſus phialâ donaretur. De ſponſa eſt ex»emplum in iſtis, Ἡμεῖς ὦ θύγατερ – – – δὸς ᾧ θέλεις »γαμηθῆναι. Aliquanto poſt in aliâ hiſtoriâ, [pag. 576. a.] »ἔδει μετὰ τὸ δεῖπνον εἰσελθοῦσαν τὴν παῖδα φιάλην κε»κραμένην ᾧ βούλοιτο δοῦναι τῶν παρόντων μνηστήρων. De »ſocero teſtimonium praebent Pindari haec, in ſeptima »Olympionicarum:

»Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀ-
»φνείας ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν
»ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοι-
»σαν δρόσῳ δωρήσεται
»νεανίᾳ γαμβρῷ.

»Atque hinc fortaſſe eſt, quod φιαλεῖν Graeci uſurpant »pro *rem aliquam aggredi*, & πράγματος ἄρχεσθαι, ut ex»ponit Scholiaſtes Ariſtophanis, qui & in Pace & alibi »ita uſus eâ voce. Si quis tamen ad ritus libationum re»ferre malit, per me licet.« CASAUBONUS.

Κἀκείνη περιβλέψασα πάντας, ἀπῄει δακρύουσα. Dalecampius: *omnes illa intuebatur, & flens circumibat.* Nempe περιῄει legens, ſpecioſâ quidem per ſe coniecturâ, ſed quam nec libri noſtri admittunt, nec ea quae paulo poſt

subiiciuntur: (lit. e.) ubi ait auctor, καὶ παρελθὼν (ὁ Ζα- e
ριάδρης) εἰς τὴν αὐλὴν, καὶ ἰδὼν τὴν Ὀδάτιν ἑστηκυῖαν
πρὸ τοῦ κυλικείου, (sic recte ms. *Ep.* cum edd.) καὶ
δακρύουσαν, κιρνῶσάν τε βραδέως τὴν φιάλην &c. E quibus intelligitur, *abacum* super quo reposita erant vasa potoria, & ubi miscebatur vinum, non fuisse in ipso triclinio in quo erant convivae, sed foris, ἐν τῇ αὐλῇ, in *atrio*. Quare istud verbum ἀπῄει non solicitandum: nempe, licet illa inter convivas frustra quaesisset amatum Zariadren, tamen obtemperare patri tenebatur: *exiit* igitur *lacrymans in atrium, & cunctanti manu vinum ibi infundebat*, cum subito ei adparuit Zariadres &c. Paulo ante (lit. *d.*) oborta nobis suspicio erat de illa scriptura, διῆλθε διὰ τῆς πόλεως: ubi τῆς χώρας aut aliud quid desiderabam: sed vulgatum tenent ambo mssti.

Quod in fine scripsimus ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς βασι- f
λείοις, repetitum ibi articulum membranae *A.* dederunt: in *Epit.* desunt ista verba.

AD CAP. XXXVI.

ἐμπορίᾳ χρώμενοι. Consulto tenui editam scripturam. a Sic sane aliâs ubique scriptum reperitur, ἐμπορία, *negotiatio*, *mercatura*; legitime ab ὁ ἔμπορος formato vocabulo. Neque vero minus analogiae consentanea videtur forma nominis ἐμπορεία, quam exhibent membr. *A.* a verbo ἐμπορεύομαι ducta. In *Epit.* deest id vocab. & admodum in breve contracta est tota haec narratio.

Νάνῳ τῷ βασιλεῖ. Sic ms. *A.* cum edd. rectius (ut videtur) quam quod est in Epitomâ, Νάννῳ. Nam, quoniam *pumilum* aliâs significat vocab. νάνος, eâ causâ verba ista adiecit auctor, τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ ὄνομα, ne ambiguitate nominis turbaretur lector. Paulo post, ἐγίγνετο scripsi cum ms. *A.* Moxque dein, τὴν παῖδα: ubi operarum sphalma, μὲν παῖδα, ex ed. Cas. 1. in ed. 2. & 3. imperite propagatum erat. Deinde κεκερασμένην ex ms. *A.* restitui, quod praeter necessitatem in κεκραμένην mutatum erat: licet enim multo frequentior haec sit verbi forma, tamen & ista passim reperitur, a praesente κεράννυμι ducta. Sic sane κεκερασμένου οἴνου ex Plutarchi Numâ citatum videas in Lexicis: ad eamdemque formationem pertinet aoristus primus passivi κερασθείς, apud He-

rodian. VII. 2, 14. Pro eo quod pluribus verbis hoc loco ex *ARISTOTELE* refertur institutum reguli Massiliae, simile ei quo usus erat Scytharum ille rex de quo superiori capite agebatur; Epitomae auctor breviter sic scripsit, Νάννῳ τῷ βασιλεῖ – – κατὰ τὸν ἀνω ῥηθέντα τρόπον γάμους τελοῦντι.

b Quod dein pro τοῦτον εἶναι νυμφίον, quod percommode editum est, in membranis scribitur τοῦτον εἶναι νῦν: nescio utrum νῦν νυμφίον (aut νυμφίον νῦν) scriptum ibi oportuerit, excideritque alterum vocabulum; an per scripturae compendium νῦν ibi pro νυμφίον sit scriptum. Extremo hoc cap. καὶ τῆς Ἀριστοξένης adiecto *articulo* dedere membr. *A*. Diversa totius orationis structura in *Epit.*

AD CAP. XXXVII.

c Θεμιστοκλῆς τε, ὥς φησιν Ἰδομενεὺς &c. »Verba *IDOMENEI* de *Themistocle* expensa sunt libro superiore.« CASAUBONUS. — Vide XII. 533. d. Quam parum autem haec cohaereant cum proxime praecedentibus, satis adparet: quo magis mireris nullam adhibitam esse formulam, aut particulam saltem, qua transitus orationis ad diversum argumentum significetur. Nempe cohaerent haec cum eis, quae de *Alcibiade* extremâ paginâ 574. dixerat auctor: & videtur ille narrationes istas, quae cap. 35. & seq. continentur, scriptis iam reliquis interponens, non cogitasse deinde de aptâ transitionis formulâ adhibendâ, qua sequentia cum proximis utcumque connecterentur. At ne sic quidem, etiamsi istis de *Alcibiade* haec de *Themistocle* proxime subiecta essent, videtur coniunctione τε usurus fuisse auctor noster. Sed omnino aut ante verba Θεμιστοκλῆς τε intercidit aliquid, ad quod referebatur illa *coniunctiva* particula τε: aut non dubitandum videtur, quin hic pariter, atque constanter alibi, δὲ particulâ *continuativâ* usus sit Athenaeus, & Θεμιστοκλῆς δὲ scripserit. *Ibid.* πληθούσης ἀγορᾶς. Nota formula, illud diei tempus indicans, quo maxime in foro convenire solent homines. Cf. Xenoph. Memorab. I. 1, 10. Aelian. Var. Hist. XII. 30. Suid. in Ἀγορᾶς ὥραν, & ibi Küster.

ὄνομα Ἀβροτόνου. Sic recte ms. *Ep.* cum edd. quemadmodum postulat metri ratio in proximo hexametro. Perperam Ἀβροτόννου ms. *A*. *Ibid.* ὡς Ἀμφικράτης ἱστορεῖ

ἐν τῷ περὶ Ἐνδόξων Ἀνδρῶν συγγρ. Eumdem auctorem c eumdemque libri titulum laudavit Diogenes Laërtius in Aristippo, lib. II. sect. 101. Eiusdem nominis rhetorem commemorat Plutarchus in Lucullo p. 506. qui apud Tigranem voluntariâ inediâ vitam finivit: quem libri hîc citati auctorem fuisse, Ionsius existimavit, De Scriptorib. Hist. Phil. lib. II. cap. 15. sect. 15. suffragante Ruhnkenio in Notis ad Longin. de Sublim. cap. 3. (p. 136. edit. Toup. in 4to.) Per incogitantiam nescio cuius librarii accidit, ut pro Ἀμφικράτης in nostro codice *Epit.* Ἀμφικτύων scriberetur: quae scriptura cum nos adverteret, cumque apud Suidam nomen hoc quaereremus, nullum quidem *scriptorem Amphictyonem* laudatum apud hunc Grammaticum reperimus, sed per eamdem occasionem deprehendimus negligentiam in Küsteriana editione Suidae admissam; in qua quippe frustra quaeras super isto nomine observationem quamdam, quae & in principe editione Mediolanensi & in omnibus aliis exstat. Observatio illa huiusmodi est: Ἀμφικτυών· Ἀμφικτυόνος. Ἀμφικτύων δὲ, Ἀμφικτύονος. Cuius haec vis est, ut doceat Grammaticus, *acute* pronunciari scribique illud nomen, cum est quodammodo *commune*, significans *aliquem ex Amphictyonum collegio; penacute* vero, ubi est nomen proprium viri, puta *prisci regis Athenienſium*, cuius etiam in hoc opere nonnumquam mentio facta.

Epigramma in Abrotonum legitur etiam apud Plutarchum, initio vitae Themistoclis, & in Brunckii Analectis T. III. pag. 283. num. 623. Ante Brunckium ex Anthologiâ tunc inedità primus ediderat Ruhnkenius ad Longin. l. c. Ac multo quidem commodius in Anthologia sic scriptum exhibetur Epigramma:

Ἀβρότονον Θρῇϊσσα γυνὴ πέλον· ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.

Id est:

Abrotonum Threſſa fui: attamen peperiſſe
magnum Graecis autumo Themiſtoclem.

Editam apud Nostrum scripturam tenet ms. codex uterque. Apud Plutarchum vero, priore quidem versu γένος, ut hîc, vulgo legitur; sed posteriori versu φημὶ, non φασί.

Κῦρος δὲ – – – τὴν Φωκαΐδα τὴν σοφωτάτην καὶ καλ- d λίστην γενομένην εἶχε συστρατευομένην; ἣν Ζηνοφάνης φησὶ πρότερον Μιλτὼ καλουμένην, Ἀσπασίαν μετονομασθῆ-

d ναι. συνηκολούθει δὲ αὐτῷ καὶ ἡ Μιλησία παλλακίς. De *Aſpaſiâ* hac (diverſâ a ſuperiore illâ Socraticâ, cuius ob celebritatem Cyrus huic idem nomen impoſuit, ut Plutarchus ait in Pericle, pag. 165. e. f.) videndus idem Plutarchus, cum loco modo citato, tum praeſertim in Artaxerxe pag. 1024 ſq. & Aelianus Var. Hiſt. XII. 1. In Athenaei verbis praeſcriptis particulam καὶ ante καλλίστην tacite adiecit *Caſaubonus*, praeeunte Dalecampio. Quis vero ſit *Zenophanes*, cuius teſtimonium hîc citatur, iuxta cum ignariſſimis ignoro; nec usquam aut apud veterum aliquem aut apud recentiorem nomen iſtud commemoratum reperi. Si *Xenophanem* per librarii oſcitantiam in *Zenophanem* mutatum ſtatuas, quod apud eumdem Athenaeum noſtrum etiam lib. X. pag. 424. c. factum videtur; temporum certe ratio vetat, ne, ut ibi, ſic & hîc de *Colophonio Xenophane* cogitemus; ſed ad alium neſcio quem *Xenophanem*, nemini alii memoratum, referendus fuerit hic locus. Nobis ſuſpicio (haud ita vana, puto) oborta erat, *Xenophontem* hoc loco ab Athenaeo nominatum fuiſſe. Nec deſunt alia exempla eorumdem nominum temere inter ſe a librariis permutatorum. In Homeri codice msto Leidenſi (teſte *Valckenario*, in Diatr. Euripideâ, p. 195.) *Xenophonti* tribuuntur duo verſus, quorum auctor in Scholiis Venetis Villoiſoni ad Iliad. λ'. 27. itemque apud Euſtathium recte *Xenophanes* nominatur. Pariter apud Etymologum, pag. 231. lin. 3. Ξενοφῶν pro Ξενοφάνης legitur. Ac pulcre quidem intelligo, procliviores in hanc partem eſſe debuiſſe librarios, ut loco *Xenophanis* multo notius ac familiarius ſibi nomen *Xenophontis* ſubſtituerent, quam in alteram partem. Sed quis negabit, non potuiſſe etiam ab homine, cui forte fortunâ *Xenophanis* nomen in animo haeſiſſet, huius nomen loco Xenophontis poni? Iam vero apud Xenophontem, verum ſi quaeris, ne reperitur quidem hodie in vulgatis libris *Aſpaſiae* illius nomen; nec nomen *Milto* ibi reperias: ſed leguntur tamen apud illum, libro I. De Exped. Cyri, pag. 212 extr. (ſub finem libri) haec verba, quae omnino in mente hoc loco habuiſſe Athenaeus videtur: βασιλεὺς δὲ (*Darius*) τὴν Φωκαΐδα τὴν Κύρου παλλακίδα, τὴν σοφὴν καὶ καλὴν λεγομένην εἶναι λαμβάνει. ἡ δὲ Μιλησία ἡ νεωτέρα, ληφθεῖσα ὑπὸ τῶν ἀμφὶ βασιλέα, ἐκφεύγει γυμνὴ &c. Quae *Xenophontis* verba ſi (ut eſt probabile) in animo habuerat Athenaeus,

ſupereſt ut ſtatuamus, aut memoriâ hactenus lapſum eſſe Deipnoſophiſtam, quod etiam nominis *Myrto* in *Aſpaſiam* mutati mentionem ab eodem factam ait, aut intercidiſſe nonnihil vulgatis Xenophontis libris, aut denique alio quodam loco, qui hodie deſideretur, de eâdem *Aſpaſiâ* verba feciſſe Xenophontem. Moleſtum nobis accidit, quod in *Epitomâ*, cum hoc loco, tum lib. X. p. 424. c. *praetermiſſum ſit auctoris nomen* ab Athenaeo citati. Ita fit ut utrobique vulgata ſcriptura Ζηνοφάνης unius veteris codicis *A.* ſtet auctoritate.

Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος οὐ Θαΐδα εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ &c. »De *Thaide* & *incenſâ Perſepoleos regiâ* Diodorus Siculus »lib. XVII. & alii. « CASAUBONUS. — Confer Hemſterhuſ. ad Ariſtophanis Plutum pag. 62.

Εὔνοστος ὁ Σόλων τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλεύς. »Interpres, e »*quae Solonis Eunoſti regis Cypriorum uxor fuit.* Imo vero, »*Eunoſti regis Solorum, quod eſt oppidum in Cypro inſulâ. So-* »*los* urbem recenſet Ptolemaeus in *Cypri* deſcriptione in»ter duo promontoria, Crommyon & Selinuſam. « CASAUBONUS. — Alios auctores nominavit Cellarius, Geogr. Antiq. lib. III. cap. 7. pag. 267. quibus adiici poterat Laërtius, lib. I. ſect. 51.

Βιλιστίχην. Sic ms. *A.* cum edd. Βιλιστύχην ms. *Ep.* ſed adiectâ notâ ſuſpectae ſcripturae. Βλίστιχιν ſcribitur apud Clementem Alex. in Cohortat. p. 42. l. 31. ed. Pott. Βελεστίη apud Plutarchum, in Amatorio, pag. 753. e. edit. Francof. qui eidem templum a Ptolemaeo erectum ait, ſub nomine Ἀφροδίτης Βελεστικῆς: ubi Βλιστίχη & Βλιστίχης corrigendum cenſuit VALCKENAR. ad Callimachi Fragm. pag. 166. Pariter vero fortaſſe apud Noſtrum etiam rectius Βλιστίχην ſcripſeris.

Πολύβιος δ' ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδ. τῶν Ἱστοριῶν &c. Exhibuimus in Reliquiis *libri XIV. POLYBII*, cap. 11. ubi vide notata. Κλεινοῦς hoc loco cum editis tuentur codices noſtri ambo, qui apud eumdem Noſtrum in eâdem hiſtoriâ, lib. X. p. 425. e. in Κλίνης conſentiebant. De ῥυτῷ vide XI. 497. c. ubi etiam Arſinoës reginae ſtatuis *rhytum* (i. e. *cornu copiae*) fuiſſe tributum legimus. *Mox*, quemadmodum Μνησίδος ſcribunt mssti cum editis, ſic & dein Μνησὶς *acute* ms. *A.* non Μνῆσις, ut editum erat.

Μύρτιον δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων. Non habet iſta verba *Epit.* Poſtremam vocem

tacite sic correxit *Casaubonus*, mstorum ope (puto) adiutus. Nostrae quidem vetustae membr. δικτηριάδων habent; Romanus vero codex quo Ursinus usus erat, (de quo ad Polybium l. c. diximus) δικτηριάδων dabat: recte autem (ut videtur) Casaubonus pro prima vocali ι vel η diphthongum ει posuit: quamquam, quaenam maxime vis subiecta sit huic vocabulo ἅπαξ λεγομένῳ, haud certo constat. Probabili quidem coniecturâ DALECAMPIUS ait: »Sic »*prostibula* & *meretrices vilissimas* Alexandrini vocabant.« — *Mimas* sive *histriones* quasdam *foeminas* intelligebat VALESIUS in Notis ad Excerpta de Virt. & Vitiis ex Diodoro Sicul. pag. 385. conferens cum hoc vocab. illud quo usus est Diodorus, cum iunctim nominat μίμους, προδίκτας, (vel προδείκτας, ut est apud Suidam in hac voce) καὶ καθόλου πάντας τοὺς θαυματοποιούς. Non recordatus videtur vir doctissimus, in veterum theatris partes *mulierum* non a foeminis, sed a *viris* agi solitas. PALMERIUS τοὺς προδείκτας apud Diodorum *homines* intelligens *qui futura praedicerent*, apud Athenaeum Dalecampii maxime acceßit sententiae. »Quae fuerint illae δεικτηριάδες, inquit, »non est in proclivi demonstrare, cum alibi ea vox non »occurrat. Forte fuerunt eae, quae *deploratae prorsus pu-* »*dicitiae* habebantur, & digito δεικτικῷ passim monstra- »bantur tamquam vulgo notae, *quae meretriciam* palam *pro-* »*fitebantur*. Vel forte ἀπὸ δεικτηρίου, qui erat *locus* in ur- »be Samo, [vide Etymol. pag. 261. l. 9.] *ubi mercium spe-* »*cimina proponebantur*, & talis locus Athenis Δείγμα vo- »cabatur: & ab eo loco, ubi prostabant meretrices, ut »sui specimen exhiberent populo, dictae *meretrices vulgo* »*prostitutae* δεικτηριάδες.« Vide *Palmerii* Exercitat. p. 523.

a De *Agathocleâ* illâ, quae *Ptolemaeum Eupatorem in potestate habuit*, confer alia Polybii loca, in Indice Historico Polybiano a nobis indicata.

Ἱερώνυμον, φησὶ, τὸν τυραννήσ. In *Hieronymi* nomine consentiunt vetustae membr. cum editis. At *Hieronymum*, quindecim annorum puerum mortuo avo Hierone regnum adeptum, haud multo post occisum esse novimus. Quare, an rectius *Hiero* in hac re nominetur in *Epitomâ*, viderint docti. Sic quidem diserte in nostro cod. *Epit.* scribitur: Ἱέρων δὲ τυραννήσας Συρακουσίους ἠγάγετο γυναῖκα &c. *Ibid.* γυναῖκα τῶν ἐπ' οἰκήματος προεστηκυιῶν. Ad hunc locum, in ed. Cas. 2. & 3. pag. 704. exhibetur

Animadverſio Viri docti, cuius nomen literis initialibus *L. I.* deſignatur. Scilicet ad praeſcripta Graeca verba adnotaverat ille haec: » *Unam ex illis mulieribus, quae in cellis meretriciis proſtant.* Nam in veteribus Gloſſis, οἴκημα »eſt *cella meretricia.* Inepte Dalecampius, *cuiusdam filiam »qui praefuerat domeſticis rebus.* Suidas: Οἰκήματα, τὰ χαμαιτυπεῖα. &c. « — Vide p. 568. d. & ibi not.

AD CAP. XXXVIII.

Φιλέταιρον δὲ, τὸν Περγάμου καὶ τῆς Καινῆς ταύτης b λεγομένης βασιλεύσαντα χώρας. De *Philetaero* illo, *Pergameni* regni fundatore, conſulendus Strabo lib. XIII. pag. 623 ſq. ed. Caſ.

Ἀριστοφῶν δὲ ὁ ῥήτωρ &c. Vide RUHNKENII Hiſt. Crit. Orator. Graec. in Reiskii Oratorib. Graec. T. VIII. p. 129 ſq. & TAYLORI Vitam Lyſiae, pag. 149. ed. Reisk. — » *Legi Ariſtophontis*, quae lata dicitur *praetore Euclide*, ὃς ἂν »μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται, νόθον εἶναι, ſtrempſe legem de iure » connubiorum habes in ea Demoſthenis contra Neaeram. « CASAUBONUS. — Eadem lex, quam inſtauravit *Ariſtophon*, iam olim a Pericle lata fuerat, ſed paulo poſt abrogata; ut docet Plutarchus in Pericle. *Euclides* archon eponymus Athenis fuit Olymp. XCIV. 1.

ἐκ Χορηγίδος. Sic ſcriptum nomen iſtud dedere no- c bis ambo codices mssti: pro quo quum in ed. Ven. & Baſ. ἐκ Χορίδος poſitum eſſet, ſuâ auctoritate CASAUBONUS tacite Χωρίδος per ω in contextu poſuit: deinde vero, quaſi iſtam ſcripturam in vetuſtis libris reperiſſet, adnotavit in Animadverſionibus: »Χωρὶς ἑταῖρα, fortaſſe non »*Choris*, ſed *Chloris* vocabatur. « — Inde etiam TAYLOR in Vita Lyſiae l. c. eamdem probavit coniecturam. Quod adiicitur, ὡς ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ Καρύστιος, recte ὁ αὐτὸς dedit ms. *A.* cum articulus temere omiſſus eſſet in edd.

AD CAP. XXXIX.

Μάχων δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Χρείαις. d De *MACHONIS Chriis*, id eſt, *Scite dictorum & reſponſorum* Collectione, vide quae notavimus ad VIII. 348. d. Paulo poſt easdem Χρείας ipſe auctor noſter ἀπομνημονεύματα vocat, pag. 579. d. κωμῳδιοποιὸς rurſus hìc, ut conſtanter, dedit ms. *A.* κωμῳδαπ. edd.

d Ὑπερβολῇ δὲ τῆς λεαίνης σχήματι περαινομένης εὖ, παρά τε τῷ Δημητρίῳ εὐημερούσης. —

Cum Ὑπερβαλῇ vulgo legeretur, *Dalecampius* ſic vertit: *Leaenae tu quidem cedis habitu corporis, quae migravit ad Demetrium, & cum illo nunc vitam beatam agit.* Ad haec CASAUBONUS nil aliud, niſi: » Περαίνεσθαι, in *Machonis* » verſibus, non eſt *migrare;* ſed aliud, quod non dicam. « — Gallico interpreti ſi perſpecta fuiſſet poëtae ſententia, non tam ille futurus erat verecundus. Nunc Dalecampium, in primorum quidem verborum interpretatione, fideliter ſecutus eſt: *Tu l'emportes par la belle taille ſur Leaena.* Quid dixerint Graeci ganeones, λεαίνας σχῆμα, docet Ariſtophanis vetus Interpres ad Lyſiſtr. 231. & ex illo Suidas voce Τυρόκνιστις, & BRUNCK ad Lyſiſtr. l. c. Nempe περαίνειν, in illorum hominum ſermone, valet συνουσιάζειν, ut breviter Suidas interpretatur: conf. Laërt. II. 27. & IV. 34. & Heſych. locis a Küſtero ad Suidam citatis. Iam vero, quo pacto cohaereat poëtae oratio, aut quaenam inſit commoda ſententia, ſi editam lectionem Ὑπερβαλῇ teneas, non vidi equidem. Quo minus dubitavi membranarum *A.* ſcripturam Ὑπερβολῇ adoptare. (In *Epit.* deeſt maior pars horum verſuum.) Valet autem ὑπερβολῇ idem ac ἐς ὑπερβολὴν, i. e. *mirum in modum, ſingulariter:* & iuncta intelligi debent verba ὑπερβολῇ εὖ. At ne ſic quidem ſatis explanata eſt huius loci difficultas. Nam cum in *Demetrii amaſiis*, quae proxime ante nominatae ſunt, poſtremo loco commemoretur *Leaena, Attica meretrix*, & continuo deinde ſubiiciatur hoc *Machonis* teſtimonium, videri poterat hoc loco eadem *Leaena meretrix*, quae modo nominata erat, debere intelligi. Id vero ſi ſtatuas, oportebit vocabulum σχήματι ita accipere, quaſi dixiſſet poëta τῷ ἑαυτῆς σχήματι vel τῷ συνωνύμῳ αὐτῆς σχήματι, id eſt, *ſuo more*, vel *eo more habituque qui ab illa nomen habet.* At & per ſe durum fuerit, nudum nomen σχήματι iſto modo interpretari, & praedictus Ariſtophanis Scholiaſtes nomen τοῦ τῆς λεαίνης σχήματος non a *meretrice* aliquâ *Leaenâ* repetit, ſed a *leaenae figurâ habituque in crura procumbentis.* Quare ſi in eisdem verſibus, qui hîc citantur, de *Leaenâ concubinâ Demetrii* locutus eſt Machon, ſtatuendum fuerit, proxime ante hos verſus ab Athenaeo citatos nominatam illam concubinam a poë-

tâ fuiſſe. Sed fortaſſe ne *Machon* quidem de *Leaenâ Demetrii concubinâ* cogitaverat umquam: verum poſteriores nonnulli ſcriptores, cum meminiſſent *Leaenam* quamdam *Atticam meretricem* in priſcâ Graecorum hiſtoriâ celebratam, (cuius etiam Athenaeus meminit, pag. 596. e. f.) exiſtimarunt in iſtis *Machonis* quoque verſibus *Leaenam meretricem* memorari, *Demetrii concubinam*: quae quidem, verum ſi quaeris, nulla fuiſſe videtur. Igitur haec, quam *Macho* ait *leaenae ſchemate ſingularem voluptatem praebere ſolitam Demetrio*, aut alia fuerit, cuius nomen ſuperioribus verſibus (quos non adpoſuit Athenaeus) ediderat poëta, aut, quod mihi fit probabile, eadem ipſa *Lamia*, de qua etiam continuo deinde loqui pergit. d

Verſ. 3 *ſq.* φασὶ καὶ τὴν Λαμίαν &c. Adeo frequenter in permutandis φησὶ & φασὶ errarunt librarii, ut, ubicumque neceſſe fuerit, non dubitare debeat Editor, quin id, quod deſiderat ſententia, etiam invitis libris in alterius locum reponat. Quo pacto autem hoc loco vulgatum φησὶ potuerit ferri, exputare non potui. Paulo poſt vero (lit. *e. verſ.* 4.) pro edito φησὶ diſerte etiam φασὶ dedit ms. *A*. Sic vero & in eiusdem Machonis iambis pag. 579. d. ὡς φασὶ ſcribitur: rurſusque pag. 581. e. & f. &c. ſimiliterque λέγουσι pag. 579. a. *Mox deinde*, uno verbo ὑπερεπαινεθῆναι ſcribebatur in ed. Ven. & Baſ. in quibus non diſtincti ſunt hi verſus: in ed. Caſ. vero ita diviſum eſt id verbum, ut *quartus verſus* deſinat in ὑπερ-, *quintus* vero velut ab alterâ parte verbi επαινεθῆναι incipiat. Mihi praepoſitio ὑπὲρ a verbo ſeparanda viſa erat, & ad βασιλέα referenda. De verbo κελητίζειν videndus BRUNCK ad Lyſiſtr. 60.

Verſ. 6. πρὸς ταῦτα καὶ λέαιναν, εἰ βούλει, κράτει. Laſcive translatus verſus ex Euripidis Medea, num. 1355. ita quidem, ut pro κάλει, quod dixerat Euripides, κράτει dicat Lamia. Miratus ſum vero, nec ſatis percepi quid eſſet quod »paullo mendoſius apud Athenaeum κράτει h. l. »pro κάλει legi« cenſuerit doctiſſimus PORSON ad Euripidis Med. l. c. Immo, quam recte apud Euripidem κάλει ſcribitur, tam incommode (ſi quid video) idem verbum huc translatum foret: ac reliqua Euripidis verba ſua faciens Lamia, utique κράτει aut tale quid, pro κάλει, dicere debuit.

ἦν δὲ ἡ Λαμία σφόδρα εὔθικτος καὶ ἀστικὴ πρὸς τὰς

d ἀποκρίσεις. In scripturam εὔθικτος cum editis consentiunt ambo mssti; recte id quidem: nec satis causſae fuerat cur eamdem olim, praeeunte *Henr.* STEPHANO, in Thes. T. I. pag. 1560. suspectam quodammodo haberem, in Notis ad Polybii lib. XVII. cap. 17, 4. dubitaremque annon εὐθικτος scriptum oportuerit. Valet enim εὔθικτος non modo *tactu facilis*, sed & *qui scite tangit*, nempe *qui commode ac salſe vel acute dictis tangere novit homines.* Sic rursus paulo post, p. 583. f. σφόδρα δ' ἦν εὔθικτος πρὸς τὰς ἀποκρίσεις ἡ Γνάθαινα. (ubi vide not.) Sic & Philippum Polybius l. c. εὔθικτον fuisse ait, quod Livius interpretatur, *& erat naturâ dicacior.* Nempe adiectiva verbalia in τος non semper *passive* significant, sed subinde etiam *active*: de quo haud multo ante monuimus, ad pag. 573. a. Similiter adverbium εὐθίκτως positum apud Herodianum, Hist. IV. 7. εὐθίκτως πρὸς τὰ λεχθέντα ἀποκρίνασθαι. Et libro II. Maccabaeor. sub finem, εἰ μὲν καλῶς καὶ εὐθίκτως. Quod dein adiiciebatur vulgo apud Nostrum, καὶ Ἀττικὴ πρὸς τὰς ἀποκρίσεις, tenent id quidem ambo codices mssti, & speciem quamdam videri possit ea scriptura habere: nec tamen dubitandum duxi quin ἀστικὴ corrigerem. Similiter certe paulo post, pag. 578. e. eumdem hunc locum respiciens Athenaeus noster, rursus ait, ὅτι δ' ἦν καὶ ἀστεία τις ἀποκρίνασθαι. Et Diogenes Laërt. V. 76. ἀστῇ καὶ εὐγενεῖ συνῴκει Λαμίᾳ. Nil mirum vero, frequenter a librariis permutata esse nomina Ἀττικὸς & ἀστικός: cuius confusionis bene multa exempla collegit RUHNKENIUS ad Longin. de Sublim. sect. 34. Nec turbare nos Ammonius debet, monens aliud significare vocab. ἀστεῖος, aliud ἀστικός: nam, ut multa alia ab illo Grammatico praecepta, sic & horum vocabulorum differentiam minime constantem esse, & promiscue utrumque usurpari, idem doctissimus Ruhnkenius ibidem docuit.

e *Vers.* 3 *sq.* — ἦ σφόδρ' ἡδέως
ἔχειν φασὶ νυσθῆναί τε τὸν Δημήτριον.

Et scripturam ἡδέως & φασὶ, pro eis quae hic legebantur, ἀδέως & φησὶ, recte dedit ms. *A.* De corrigendo φησὶ monuerat etiam metrum, ne spondeus esset in secunda senarii sede. Et, in φασὶ quidem constanter produci primam syllabam apud epicos poëtas novimus; sed apud Comicos fortasse indifferens ea fuerit. In quo si me (quod vereor equidem) fallit opinio, posset huiusmodi tentari emen-

datio, φασίν τ' ἔχειν &c. nisi etiam reliqua pars senarii contra metri legem offenderet, ut maiori opus sit molimine, si in integrum restituere hunc locum velis. Quod si quidem omittere verbum φασὶ liceret, & per ellipsin subintelligere, facilis foret medicina:

ἔχειν τε κνισθῆναί τε τὸν Δημήτριον.

Sed verbo isto non video qui carere possit haec oratio. Adnotavit doctissimus IACOBS, in *Notis mssis*: »In corruptissimo *MACHONIS* fragmento vide an legendum sit:

»μὴ Λαμία δ' οὖν ἡδυλιτρὶς, οὐ σφόδρ' ἥδεως

»ἔχειν ἔτι, κνίζουσα τὸν Δημήτριον.«

Eamdemque fere emendationem IDEM in Attico Musco, Tom. III. Fasc. 1. p. 36. proposuerat. Quam in sententiam olim etiam DALECAMPIUS hunc locum interpretatus erat: *ut illa non ita iucunde olere dixit, nonnihil commotum* (Demerrium) *& tanquam vellicatum* &c. Sed vide denique, ne leniissimâ medicinâ certissimâque sanari is versus in hunc modum possit:

σχεῖν φασὶ, κνισθῆναί τε τὸν Δημήτριον.

In *Epit.* omissi sunt duo isti versus. Pro ἢ σφόδρ' ἥδ. legendum ἢς σφόδρ' ἡδέως ἔχειν censuit LENNEP ad Phalar. pag. 332. provocans ad locum inferiorem pag. 581. c. ubi habes,

τὸν Ἀνδρόνικον ἡδέως αὐτῆς ἔχειν.

Ac facile quidem credam, potuisse bene Graece sic dici, ἡδέως ἔχειν τινὸς, (scilicet, τινὸς ἕνεκα) *bene alicui velle, delectari aliquo:* quâ ipsâ orationis structurâ usus fortasse poëta est loco modo citato, quo vitaret hiatum, qui ingratam redditurus erat orationem, si αὐτῇ ἔχειν dixisset. Sed eâdem structurâ, quae hic obtinet, ἡδέως ἔχειν τινὶ etiam alios probatissimos auctores usos esse novimus; in his Demosthenem, in Orat. de Pace, p. 60 extr. ed. Reisk. & περὶ Συμμοριῶν, pag. 181. l. 7. Et sicut ἡδέως ἔχειν valet ἥδεσθαι, sic ἢ ἡδέως ἔχει idem valet ac ἢ ἥδεται. Deinde cum κνησθῆναί τε in vetustis membr. *A.* scribatur, restitui fortasse hoc auctori debebat, pro κνισθῆναί τε quod habent editi: nam idem fere sonant verba, κνήθω, κνάω, & κνίζω. Conf. ad I. 18. c. & ad IX. 373. a. Et sicut κνήθω & κνάω de *aurium* maxime *pruritu* usurpantur, (cuius usus plura exempla a Wetstenio ad Epist. II. ad Timoth. cap. 4. vs. 3. congesta videas) sic nil impediebat, quo minus etiam κνήθεσθαι & κνᾶσθαι perinde ac κνίζεσθαι

e de *amantium pruritu* usurparentur. Sed tamen hoc sensu verbum κνίζω & nomen κνισμὸς maxime in usu fuisse reperitur: & quidem non modo de *offensionibus amantium*, aut ζελοτυπίᾳ, de quo significatu Berglerus ad Alciphr. pag. 122. consuli potest, (conf. quae notavimus ad Athen. XI. 487. d.) verum etiam de ipsius *amoris pruritu*, & verbo ut dicam, de *pruritu venereo*. Sic quidem differte Aristophanis Scholiastes ad Plut. 974 sq. ait: Κνισμός ἐστι κυρίως ἡ πρὸς τὴν μίξιν βαυχεία καὶ πύρωσις. ἐνταῦθα οὖν κατακέκνισμαι, ἀντὶ τοῦ ὑπ' ἔρωτος πάσχω. At nunc quidem maxime animadverto, eodem loco Brunckium in contextu κατακέκνησμαι & κνησμὸν scripsisse, in Notis tamen profitentem perinde esse utrâ scripturâ utaris. At apud Appianum, De Rebus Hispan. cap. 37. T. I. nostrae edit. pag. 145. communi librorum consensu sic scribitur, Σύφακα δ' ἄρα τὸν δυνάστην ἔρως ἔκνιζε τῆς παιδός: id est, *Syphacem urebat amor puellae; Syphax deperibat puellam* Rursus vero apud eumdem Appianum De Rebus Punicis, cap. 10. pag. 315. ubi ait, Σύφαξ δὲ κνιζόμενος ὑπ' ἔρωτος ἐπὶ τῇ παιδὶ, ibi quidem paulo diverso sensu positum videtur verbum κνιζόμενος, valens *morsus*, & *quasi punctus*, id est, *indignatus*, quemadmodum ibi interpretati sumus, vel ζελοτυπίᾳ *commotus*, *ob amorem puellae*.

Vers. 5. ἀποδοκιμαζούσης δέ. Ad vulgatum τε nihil quidem ex ms. *A.* adnotatum; sed iam ex coniecturâ δὲ eram correcturus, cum hanc ipsam δὲ particulam in ms. *Ep.* hoc loco positam vidi, eamdemque in Iacobsii etiam *Notis msstis* ex coniectura docti Viri commendatam reperi.

Vers. 6. κατεγχλιδώσης τῷ βασιλεῖ. Verbum κατεγχλιδάω H. Stephanus in Indice Thes. pag. 1169. hunc ipsum locum citans, interpretatur *delicias facio*, *delicatiusculo & morosiusculo fastidio reiicio*. At molliori illâ notione non videtur cum dativo casu commode construi id verbum: & ipsa verbi compositio constructioque fortiorem quemdam significatum videtur indicare; nempe similem ei, quo ὑπερχλιδᾶν dixit Sophocles, Trachin. 281.

κεῖνοι δ' ὑπερχλιδῶντες ἐκ γλώσσης κακῆς.

In eamdem sententiam Dalecampius vertit, *quod improbans omnia petulantius illuderet.*

f *Septimus versus cum sequenti* quum sic scripti essent in editis,

διένευσ' ἐνεγχεῖν, τῇ χειρί τε

αἰδοῖον ἀποτρίψας, καὶ διγὼν τοῖς δακτύλοις : f
adnotavit CASAUBONUS : »Scribendum,

— »νάρδον τινὰ
»διένευσ' ἐνεγκεῖν . . . . . τῇ χειρί τ' αἰ-
»δοῖον ἀποτρίψας. —

»In lacuna deeſt, κ' ἐγχέειν.« — Multo probabilius IACOBS, in Notis mſstis :

»διένευσ' ἐνεγκεῖν [πολυτελῆ,] τῇ χειρί τε
»τ' αἰδοῖον ἀποτρίψας, διγών τε δακτύλοις.

In *Epit.* deeſt id ipſum verbum, quod in editis omiſſum; deinde vero τῇ χειρί τ' αἰδοῖον ſcribitur: in ms. *A.* vero perſpicue ſic ſcribitur, διένευσ' ἐνεγκεῖν εὐχερῆ, τῇ χειρί τε τ' αἰδοῖον &c. Ubi ſuſpectum quidem fortaſſe nonnullis hoc loco vocab. εὐχερῆ videbitur: nos vero in illo adquieſcendum putavimus, eâ notione quam in verſione expreſſimus. Pro τ' αἰδοῖον vero, quo verſui conſtaret ratio, τ' αἰδοῖ' ſcripſimus, quod τὰ αἰδοῖα valet.

Verſu 10. Atticam verbi formam εἴσει dedit ms. *A.* εἴσῃ cum edd. tenet ms. *Ep.* Sequenti verſu recte κείνη edd. ubi metri rationem nullam habentes mſsti, ἐκείνη dabant.

Ferendus utique non erat *verſus* 12. ſic olim editus :

δοκεῖ νομίζειν μοι σαπρότατον πάντων πολύ.

Quem ſic refingendum, ὄζειν δοκεῖ μοι &c. cenſuit LENNEP, ad Phalar. pag. 332. ſuffragante IACOBS in Attico Muſ. l. c. Eamdemque emendationem PURSANUS occupaverat. Breviter Epitoma : ἀλλὰ τοῦτ' ἔφη τάλαν δοκεῖ μοὶ σαπρ. παντ. πολ. In ms. *A.* vero ſic ſcribitur, νομίζειν δοκεῖ μοι : ſub quo latere id ipſum nobis videbatur quod edidimus, νόμιζε δοκεῖν μοι. In *verſ.* 14. adluſio eſt ad βάλανον μυρεψικόν, ſive *myrobalanum* quod vocat Plinius, XII. XXI. 46. e quo *unguentum* parabatur.

AD CAP. XL.

Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος &c. Hiulca oratio : nempe au- a
ctoris citati verba, e connexione cum praecedentibus ſequentibusque avulſa, ut ſaepe aliâs, ſic & hîc, adpoſuit Deipnoſophiſta. *Ibid.* Φίλιννα τὴν ὀρχηστρίδα. Conf. ſupra, pag. 557. c. d.

Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ τριακ. Sic noſtrae membr. *A.* Eaedem deinde commode ἐπιμανῆναι καὶ b
τὸν πατέρα dedere.

b καὶ ἀποκτεῖναι Ὀξύθεμιν. DALECAMPIUS in Indice in Athenaeum, hunc locum citans, *Oxythemis meretrix* scripsit. At, de *viro* hic agi, ex adiectis participiis, in masculino genere positis, satis adparet: &, fuisse *Oxythemidem* aulicum Demetrii, ex XIV. 614. f. discimus.

AD CAP. XLI.

Vers. 2. τῶν νῦν ἀκροατῶν: *ex his qui nunc haec audiunt*; id est, *qui haec nunc* (hac aetate) *legent*. Quos hodie *lectores* dicere consuevimus, eos a Graecis scriptoribus ἀκροατὰς dici solitos satis notum. Quod eò hîc tenendum, ne haec *in dramate* quodam *in scena peracto* dici putes.

Ibid. εἴ τις, quod ex ingenio etiam corrigere cuivis licuerat, recte scriptum dedit codex noster Epit.

Vers. 3. Cum ait, προσηγορεύετ' ἢ ἐνομίσθη Μανία, quid differat inter duo illa verba, aut quid potissimum dicat poëta ἐνομίσθη, haud satis scio. Dalecampius: *est appellata aut credita Mania*. Gallicus interpres: *ait été nommée Manie, ou regardée comme ayant vraiment eu ce nom*. Nobis haec videbatur esse sententia: *quo pacto aut Attica quaedam mulier adpellata fuerit Mania, aut quo pacto, cui Mania nomen fuerit, ea haberi potuerit civis Attica*.

Vers. 4. αἰσχρὸν γὰρ, ὄνομα Φρυγιακὸν γυναῖκ' ἔχειν. »Nam *Phrygiacum & servile* nomen est *Manes*: cuius foe»mininum *Mania* iure videatur.« CASAUBONUS. — De nomine *Manes* conf. Sextum Empir. libro II extr. Pyrrhoniarum Hypotyp. & quos ibi Fabricius laudavit. *Maniam*, Phrygiae mulieris nomen, habes apud Xenophontem, Hist. Graec. lib. III. pag. 376. ed. Bas.

c *Vers.* 6 *& seq.* Cum in fine notata non esset *interrogatio*, monuit CASAUBONUS: »Legendum cum interrogatione,

»ἢ τὴν Ἀθηναίων τί κωλύσαι πόλιν,
»ὑφ' ἧς ἅπαντές εἰσιν ἐπηνωρθωμένοι;

»Quis satis obiurgaverit Athenienses, a quibus honestas »in reliquos Graecos censetur propagata, si Phrygiacum »nomen civi Atticae indi fiverint? τί κωλύσαι; *quid coëgerit »in ordinem*, & sui officii admonuerit? Aut scribe, τί κο»λάσαι ἂν;« — Quid sit quod μὴ κωλύσαι scribatur in *Epit.* equidem non exputo. Scripturam ἐπηνωρθωμένοι, cum duplici augmento, tenet ms. *Ep.* cum editis. Nec vero spernendum ἐπηνορθωμένοι, quod est in ms. *A*.

Verſ. 9 *ſqq.* τῷ μὲν μεγέθει οὖν &c. Cum in vocabulum μεγέθει deſineret *nonus verſus* tam in editis, quam in msstis, monuit rurſus CASAUBONUS: »Poteſt verſui conſuli per »dialyſin, hoc modo, τῷ μεγέθεϊ. Notemus autem, poë»tam, qui facit iſtis verbis Melittam *ſtaturae mediocris*, po»ſtea tamen (*verſ.* 12.) καταπληκτικὴν ipſam appellare, »propter formae venuſtatem. Ait enim, πάνυ δ' εὐπρόσω»πος οὖσα καὶ καταπληκτική. Vulgo tamen καταπληκτι»κὰς aut καταπλήξεις inſani amantes vocabant quas ſta»turae proceritas & amplitudo commendabat. Lucretius: [IV. 1157.] »*Magna atque immanis*, κατάπληξις, *plenaque* »*honoris*.« — Nobis iſta dialyſis μεγέθεϊ (*vs.* 9.) minus placuit: cumque initio periodi, quae a verbis τῷ μὲν μεγέθει incipit, percommodus ac paene neceſſarius videretur coniunctioni οὖν locus, adiiciendam eam putavimus.

Verſ. 14. ὅπου περὶ τῆς γυναικ. Interſerto τῆς articulo, qui abeſt vulgo, commodiſſime fulciri labans metrum poſſe iudicavimus.

Verſ. 15 *& ſeqq.* μανίαν τὴν Μέλιτταν ὡς καλήν. »Apd»paret, veteres cum aliquid vehementer extollerent, ſo»litos tanquam exclamantes orationi ſuae vocem μανία in»ferere. Unde manarunt illae dictiones, μανικὸν ὅσον μέ»γα, & *Inſanum magnum molior negotium*. Hoc genus lo»quendi cum plurimum uſurparet *Melitta*, ſuaviludii ho»mines ex eo cognomen illi fecerunt *Maniae*. Hoc ita »MACHON:

»διὸ τῆς μανίας ἐπίῤῥημ' ἐκτείνας δοκεῖ
»καλέσαι τις αὐτὴν τῶν ἐραστῶν Μανίαν.

»Senſus eſt: *quia plurimum in ore habebat Melitta nomen* μα»νία, *quidam amatorum eam appellare coepit M a n i a m, pro»ductâ primâ ſyllabâ*, quae in voce μανία eſt brevis. ἐπίῤ»ῥημα eſt cognomen quod priori nomini accedit. Prima »in μανία ſemper corripitur: in Μάνης, quod ſervi eſt no»men, producitur. Ergo etiam in Μανία, cum eſt mulieris »proprium, *prima producetur*: ita exponendum eſt τὸ ἐκτεί»νας.« CASAUBONUS. — Sin minus vera eſt (quod non disquiram equidem) illa nominis origo, ſatis certe probabiliter a poëta inventa. Plutarchus vero, De Iſid. & Oſir. pag. 360. b. ait, μανικὰ ipſorum *Phrygum* ſermone dici τὰ λαμπρὰ καὶ θαυμαστὰ τῶν ἔργων, a *Mani* vel *Mane* quodam priſco rege. Conf. Eraſmi Adagia, in Μανικὰ, p. 186. Caeterum *verſum* 21. ſic vulgo ſcriptum,

διὸ τῆς μανίας ἐπίῤῥημ' ἐκτείνας δοκεῖ

contra iambici metri legem peccare adparet, ut qui quartâ in ſede ſpondeum habeat: de quo HERMANNUS etiam monuit lib. II. DE Metris p. 166. in eorum numero referens hunc ſenarium, qui vix videantur mediciuam admittere. Nobis ſuſpicio oborta erat, ἐπίθετον forraſſe ſcripſiſſe poëtam, eâ fere notione qua latini Grammatici *interiectionem* (id eſt, interiectam exclamationem) dicunt; quoniam vero vulgo *adiectivum* nomen Graece ἐπίθετον dicitur, ſubſtitutum eſſe a nonnemine huic alterum vocabulum ἐπίῤῥημα, quod *adverbium* vulgo ſonat, quo ſub nomine *interiectiones* etiam comprehendere ſolent Graeci.

e *Verſu* 23. coniunctiva particula τε ad ſententiam deſiderari videbatur: qua accedente, paulo quidem ſalebroſior fit ſenarii greſſus, nec tamen contra metri neceſſariam legem offendit verſus.

Verſ. 25 *ſq.* Γνάθαινά τ' εἰς τὰ στρώμαθ' ὅτι προΐεται,
ἐνομοθετήθη τοῦτό πως ὑπὸ Διφίλου.

Ad verba iſta, εἰς τὰ στρώμαθ' ὅτι προΐεται, eſt in ms. *Ep.* ſcholion, partim interlineare, partim marginale, huiusmodi: Τοῦτ' ἔστι καὶ ὁ ἀλλαχοῦ φησι προπετεστέραν ἔχειν κοιλίαν. Scilicet conferat qui voluerit pag. 584. c. d. ubi eadem repetitur ſpurcities, mutatis quidem perſonarum nominibus. *Verſus* 26. cum ſic ſcriberetur in editis libris,

ἐνομοθέτητο τοῦτ' ὑπὸ Διφίλου,

eumdem repetens CASAUBONUS in *Animadv.* τοῦθ' ὑπὸ, pro mendoſo τοῦτ' ὑπὸ, ſcripſit, monuitque: »Adde a »fine ποτὲ, ut ſtet verſus. « — Porro pro ἐνομοθέτητο VALCKENARIUS ad Euripidis Phoeniſſ. vs. 1596. νενομοθέτητο poni iuſſerat. Nobis vero veteres membr. *A.* aliam verbi formam ἐνομοθετήθη dederunt, in qua nihil deſideres. (In *Epit.* omiſſus ille verſus.) Dein ex eodem cod. *A.* haec enotata ſcriptura, τοῦτ' ὅπως ὑπὸ Διφίλου, qua quidem haud obſcure continetur id quod edidimus τοῦτό πως: quo poſito, nihil amplius ad integritatem verſus deſideratur. *Diphilum* in comoediis ſuis traducere ſolitum eſſe Gnathaenam, mox perſpicue docet idem poëta Machon, pag. 579. f. Iocoſe autem hîc ait, ἐνομοθετήθη τοῦτο, *veluti lege ſtatutum eſt*, id eſt, ita fidenter ac pro certo id adfirmaverat Diphilus, ut ab omnibus vulgo crederetur. Fortaſſe vero iſtud verbum refertur etiam ad certam quamdam dicendi formulam, qua ipſe *Diphilus* in aliqua ſua-

rum comoediarum usus erat, ubi de Gnathaena verba fecit. Cum *versu* 30. conferes Aristophanis Plut. vers. 818. (817. ed. Br.)

AD CAP. XLII.

Ὅτι δ' ἦν καὶ ἀστεία τις ἀποκρίνασθαι. Conf. p. 377. d. e. & ibi not.

Vers. 1. Λεοντίσκος. Huius *pancratiastae*, Messanienſis ex f Sicilià, meminit Pausanias lib. VI. cap. 4. pag. 461. De *Antenore*, pancratiasta, qui *vers.* 3. nominatur, consulendus CORSINUS, Agonist. Dissert. IV. 12. laudatus *Iacobsio*, in Attico Mus. III. 2. pag. 221.

Versus 4. sic editus legebatur,

μοιχευομένην αἰσθανόμενος αὐτὴν ὕστερον.

Ibi ut tolleretur proceleusmaticus, id est, quatuor continuae breves syllabae in verbo αἰσθανόμενος occurrentes, adeoque ne esset dipodia iambica, cuius prior pes dactylus esset, posterior anapaestus, subtilissimus in hoc genere iudex HERMANNUS, DE Metris lib. II. pag. 155. αἰσθόμενος scribi iusserat. Iam quamvis dubitari possit, poëtas omnes stylum suum legi a doctissimo Viro latae submissuros fuisse, hoc tamen loco emendationem ab illo commendatam, quae ad sententiam etiam percommoda erat, vetus liber confirmavit. Ex cod. *A.* quidem nullus ab editâ scripturâ dissensus enotatus est: sed in ms. *Ep.* perspicue αἰσθόμενος scribitur.

Versu 5. ἠγανάκτησ' cum apostropho scripsi, pro vulgato ἠγανάκτησεν. *Ibid.* Pro edito olim μηδὲν, codex *A.* μηθὲν dedit. In *Epit.* nude est μή σοι. *Versu* 7. δυεῖν, pro edito olim δυοῖν, ut frequenter aliàs, sic & hîc, dedere ambo mssti. Et curtus vero ad metrum, nec ad a sententiam satis perfectus est *octavus versus*,

πληγὴν, τί δύναταί ποτ' ἤθελον.

Nec tamen quidquam vel mutant vel adiiciunt nostri mssti. Professus est CASAUBONUS, non adeo facile impleri defectum huius versus posse. At quum ad vocabulum νυκτὸς (*versu praec.*) utique desideretur adiectivum μιᾶς, quumque δὴ particula, opportuna huic loco, facile intercidere ante δύναται potuerit, vix dubito quin ita scripserit poëta:

πληγὴν μιᾶς, τί δὴ δύναταί ποτ', ἤθελον.

Neminem in Graecorum scriptorum lectione mediocriter

a verſatum turbaverit illa orationis ſtructura, μαθεῖν τὴν πληγὴν, τί δύναται, ἤθελον: pro, μαθεῖν ἤθελον τί δύναται ἡ πληγή. Eiusdem generis eſt id quod infra (*verſ.* 40.) ait, ὑποδέδοικά σε μὴ τοὐμπλόκιόν μου ἐντράγῃς.

Verſ. 12. δόντος δ' ἐπιστρ. Particulam δ', quam & orationis connexio, & metrica maxime ratio flagitabat, exhibuit nobis ms. *Epit.* *Verſ.* 13 *ſq.* Ἀγαμέμνονος παῖ &c. »Duo verſus ſunt ex prologo Sophocleae Electrae.« Casaubonus. — *Poſteriorem* iſtorum verſuum *uncis incluſimus*; utpote contra veterum librorum fidem praeter neceſſitatem a iunioribus adiectum. Satis in vulgus noti illi verſus erant, ut percommode (immo etiam multo commodius) omittere poſteriorem potuerit & poëta Machon & ipſa Mania; quippe qui ſponte occurreret ei qui priorem audiviſſet.

Verſ. 15 *ſqq.* Εἶναι δοκῶν &c. Hanc partem *Chriarum Machonis* (a *verſ.* 15. usque *verſ.* 35.) Excerptis ſuis ex Tragoediis & Comoediis Graecis p. 853. inſeruit Grotius: cuius & emendationibus nonnullis & Latinâ verſione uſi
b ſumus. Sic quum *verſu* 18. deeſſet vox ad ſententiam neceſſaria, Grotio praeeunte vocabulum πότον ſupplevimus. In Epit. omiſſus totus iſte verſus cum aliis: in ms. *A.* nulla eſt defectus nota. In editis vero ſpatio nonnullo vacuo relicto ſic ſcribebatur:

εἰς τόνδε . . . . . ἦν συμπαρειληφώς τινας.

Ubi adnotaverat Casaubonus: » Lego:

»ἦν δ' εἰς τὸ δεῖπνον συμπαρειληφώς τινας.«

Nihil autem profecto expeditius certiusque erat, quam πότον ſupplere: de quo etiam Corayus in *Notis mſstis* (occupatam iam a Grotio emendationem eſſe ignorans) monuit, atque hoc etiam rectius idem Vir doctus, quod pro εἰς τόνδε, quod tenuerat Grotius, εἰς τὸν δὲ ſcribi iuſſit, ut ſenſus eſſet quem his verbis ipſe expreſſit: »*ad* »*compotationem autem aſſumſerat aliquos.*«

Verſum 20. ſic vulgo ſcriptum,

ἅπαντά τοι στρέφουσιν ἀεὶ πρὸς χάριν,

absque Animadverſione praetermiſerat Caſaubonus. Grotius, praeeunte Scaligero, ut ipſe profeſſus eſt, οἳ πάντα τοι στρεφ. correxit. Iacobsius l. c. pag. 219. ἅπαντά δ' οἳ στρεφ. At nulla luculentior certiorque, ſi quid video, excogitari emendandi ratio potuerat, quam

quae eſt ab eodem quem modo laudavi acutiſſimo Co- b
RAYO in *Notis msstis* commendata,

ἅπαντα τοῖς τρέφουσιν.

» Agitur, inquit Vir doctiſſimus, de κόλαξι & παρασίτοις, » *qui omnia agunt dicuntve in eorum gratiam, a quibus aluntur.* » Supra, pag. 237. e. de his loquens Timocles, dixit:

» Πράσσεις τι; πράξει συμπαρὼν ὅ τι ἂν δέῃ·
» δίκαια ταῦτα τῷ τρέφοντι νενομικώς.

» De iisdem Lucianus: (in Paraſito, T. VII. p. 107. ed. Bi- » pont.) Τὸ δέ γε ἐπίστασθαι λόγους λέγειν ἐπιτηδείους, » καὶ πράγματα πράττειν δι' ὧν - - - εὐνούστατον ἑαυτὸν » τῷ τρέφοντι ἀποδείξει, ἆρ' οὐ συνέσεως κ. τ. λ. « — Pro ἀεὶ quod *eodem verſu* editum erat, αἰεὶ correxerant *Grotius* & *Iacobs:* idque ipſum nobis ms. *A.* obtulit.

Verſ. 21. Non ſatis equidem vidi, cur hunc verſum cum *Iacobſio* loco ſuo movendum & poſt iſtum ἀνισταμένης τε &c. reponendum ſtatueremus. Quod ad ſententiam ſpectat, connexus quidem utique hic verſus eſt cum illis verbis (*verſ.* 24.) αὐτὴν ἐπικροῦσαι βουλόμενος: ſed nihil opus erat, ut eisdem proxime coniungeretur. *Verſu* 24. vero, aut *verſ.* 25. ſubintelligendum φησὶ ſatis adparet.

Verſ. 23. ἀνισταμένης τε πολλάκις εἰς δασύποδα.
» *Cum aſſurgeret ſaepe, ut ad leporem, qui menſae erat appo-* » *ſitus, pervenire manus ipſius poſſet.* Quid ſit ἀνίστασθαι εἰς » δασύποδα, non ignorabunt, qui revocaverint in memo- » riam Plautinum verſum in Milite: [Act. III. Scen. I. verſ. » 166.]

» *Sed procumbunt & ſe percellunt, dimidiati dum appetunt.* » *Dimidiatum* aliquid *appetere*, eſt ἀνίστασθαι εἴς τι τῶν πα- » ρατιθεμένων. « CASAUBONUS. — Sic ille: docte ac ſpecioſe. Sed claudicat metrum, ni πρὸς δασυπ. pro εἰς δασυπ. legas. Longe vero in aliam partem verba poëtae accepiſſe Epitomae auctor videtur, ſic ſcribens: ἀνισταμένην πολλάκις, καὶ παίζουσαν ὡς δασύποδα, ἐπικροῦσαι βουλόμενος.

Verſ. 26. Ἰηρίων. Praetuli *genitivum* caſum, quem de- c dit ms. *Ep.* in quo quidem caeteroquin mendoſe Ἰυρίων ſcribitur. *Verſ.* 27. ἡ Μανία δ'· Αὐτόμολος &c. Particulam δὲ, quam ignorat ms. *A.* cum editis, commode dedit ms. *Ep.*

Verſ. 28. Μετὰ ταῦτα δ' ὡς εἰσῆλθε πάλιν ἡ Μανία.
Dalecampius: *Poſtea rurſum ingreſſa ad illos:* quaſi de eodem convivio ageretur, de quo modo dictum. Quod di-

c fertius etiam Grotius expreſſit, ſic vertens:

Egreſſa rurſum quum introiiſſet Mania.

At, *egreſſam eſſe*, non dixit poëta. Immo de diverſo congreſſu hic agitur, cum *alio tempore poſt iſtud prius convivium* Mania eiusdem hominis *domum convenit*. Sic perſpecte interpretatus eſt Iacobs in Germanica verſione horum verſuum: (in Muſeo Attic. III. 2. pag. 172.) Et hoc ipſum ſonant verba, μετὰ ταῦτα πάλιν: *poſtea rurſus alio tempore*. Et εἰσέρχεσθαι εἰς τινὰ ſigillatim ſonat *aliquem domi ſuae convenire*. Cf. p. 572. c. 584. e. 585. b. In ſolâ ed. Caſ. 1. perperam ſcribitur ὡς εἰς εἰσῆλθε, temere repetitâ voculâ εἰς.

Verſ. 30. προσβολῆς οὔσης ποτέ. Verbum οὔσης non a Grotio ex ingenio receptum, ut exiſtimavit vir doctus, quem modo laudavi: ſed agnoſcunt illud ed. Ven. & Baſ. & Caſ. 1. cum utroque msto. Operarum & correctoris incuriâ omiſſum illud eſt in ed. Caſ. 2. & 3.

Verſ. 31. ὁ δὲ στρατιώτης, ὑπό τι [δὴ] σκυθρωπάσας. Cum nude vulgo ὑπό τι σκυθρωπάσας legeretur, adnotavit Casaubonus: »Scribe ὑπό τι τότε σκυθρωπ. ob me»trum. De illis ὑπό τι. & ſtatim ὑπό τι δέδοικά σε, ſa»tis ad Suetonium.« — Quid ad Suetonium huc ſpectans adnotaverit vir doctus, cum locum nobis indicare non dignatus ſit, nunc non vacat operoſe quaerere. Nec video quid difficultatis iſta locutio ὑπό τι habeat: illud quidem ſatis liquet, praepoſitionem ὑπὸ ad *verbum* eſſe referendam, ut ſit ὑποσκυθρωπάσας, ὑποδέδοικα. Pronomen τι vero intelligendum κατά τι, *nonnihil*, *aliquatenus*. Labanti metro Grotius ſuccurrebat, ſic ſcribens:

— ὑπό τι καὶ σκυθρωπάσας.

Nobis ὑπό τι δὴ placuit. Et habet δὴ hanc vim, quaſi dixiſſet, *ut conſentaneum erat*, vel, *ut facile cogitaverit quisquis haec legerit vel audierit*. Audacior Iacobs, ὀφρύσι τι σκυθρωπάσας maluerat.

Verſ. 32 & *ſeq.* ſic ſcripti in editis libris erant:

ἀπέπεμψε ταύτην, διαλιποῦσα δ' ἡ ἑταίρα
μηθὲν, παρὰ τοῦτο φησὶ λυποῦ φίλτατε.

Et in verbis nil mutat ms. *A.* niſi quod poſt ἑταίρα diſtinctionem ponit, & μηθὲν (ut par erat) ad ſequentia refert. Conſentit etiam ms. *Ep.* niſi quod poſteriore verſu ſic ſcribit, μὴ παρὰ τοῦτο λυποῦ ἔφη φίλτατε. Grotius ſic corrigebat:

— διαλιποῦσα δ' ἡ 'τέρα,

» verſum hoc poſcere« dicens in Notis. Longius a librorum ſcriptura recedens IACOBS, διαλιποῦσα δ' οὐδὲ ἓν ſcripſiſſe poëtam ſtatuit. CASAUBONUS monuerat: »Scribe propter verſus legem:

— »διαλιποῦσ' ἡ ἑταίρα δέ.«

Quem ſecutus ſum. Poterat quidem & per apoſtrophum ἡ 'ταίρα δὲ ſcribi: ſed & ἡ ante ἑταίρα correptum manere poteſt, quemadmodum τῇ in illo

παρὰ Δεξιθέᾳ δειπνοῦσα τῇ ἑταίρᾳ ποτέ:

pag. 580. b. verſu 38. Quod ait hic διαλιποῦσα, id ſonat, *poſtquam aliquantisper conticuiſſet, brevi morâ interpoſitâ.* Videndum tamen ne ſub illo verbo aliud lateat. *Verſu* 33. bene habet παρὰ τοῦτο, valens *propter hoc:* nec in παρὰ τούτου mutari debuit, quod Grotio placuerat.

Verſ. 36 *ſq.* Ἐν συμποσίῳ δ', ὥς φασι, παρὰ τῇ Μανίᾳ d
παρεδέξατ' αὐτὴν τῶν πονηρῶν τις πάνυ.

Et doctum & ingeniosum eſt utique IACOBSII inventum, (in Attico Muſ. III. 2. p. 218.) παρελέξατ' αὐτῇ corrigentis; id eſt, *ad illius latus adcubuit.* Quam emendationem lubens in contextum recepiſſem, niſi teneri utcumque poſſe viſa eſſet vulgata ſcriptura, verbum παρεδέξατο eâdem notione accipiendo, qua frequentius quidem aliâs ὑποδέχεσθαι dicitur; & ἐν συμποσίῳ, per pleonaſmum ſatis uſitatum, *pro nudo συμποσίῳ poſitum* intelligendo. Id ſi ita ſumere licet, ſententia haec fuerit, *hominem illum*, de quo agitur, *Maniae exhibuiſſe convivium*, non apud ſe, in ſuâ domo vel hoſpitio, ut fecerat is de quo ante dictum, ſed *in ipſius Maniae aedibus.* Nihil in vulgatâ ſcripturâ mutat ms. *A.* In *Epit.* vero iſti duo verſus cum quatuor ſequentibus deſunt.

Verſ. 38. κἄθ' ὥς ἐπηρώτησε. Ut nihil ſimplicius, ſic nihil certius nobis viſum erat iſtâ emendatione, quam CORAYI feliciſſimo ingenio debemus. *Protaſi* illi κἄθ' (i. e. καὶ εἶτα) ὡς ἐπερώτησε, reſpondet dein *apodoſis*, γελάσασα (ſcil. Μανία) φησίν.

Verſ. 39 *ſeqq.* ἅμα βαλεῖν idem valet ac συμβαλεῖν, *congredi, coire:* quod de congreſſu venereo hîc intelligitur. *Tres poſtremos verſus* ſic ſcriptos exhibebant libri impreſſi:

ἐλθοῦσ' ἅμα βαλεῖν ἡ κάτω, γελάσασα δὲ
ἄνω μὲν οὖν γε φησίν. ὑπό τι γὰρ δέδοικά σε
μή μου προπεσούσης τὸ ἐκπλιόκιον (τό τ' οὐμπλόκιον ed. Caſ.) ἐκτράγῃς.

d Manuſcriptus vero codex *verſ.* 39. δὲ ignorat: *verſ.* 40. pro μὲν οὖν γε habet βέλτιστε: denique *verſ.* 41. προσπεσούσης & τὸ ἐμπλόκιον. Inde facile liquebat, verſum 39. & 40. ſic conſtituendos eſſe:

— γελάσασ᾽· »Ἄνω,
βέλτιστε, φησίν· ὑπό τι γὰρ δέδοικά σε,

De poſtremo verſu addubitari poſſit: quem in hunc modum concinnavit IACOBS:

μή μου προπεσούσης τοὐμπλόκιον τόδ᾽ ἐκτράγῃς.

Nos, codicis ſcripturam προσπεσούσης tenentes, ſedem pronominis μου mutavimus. Quid ſit ἐμπλόκιον, haud ſatis conſtat: *opus implexum* vertunt, & *torquem*, praeſertim eum *qui crinibus capitis implectitur*. Vide Heſychii Interpp. ad vocab. Ἐμπλόκια: & Bielii Theſ. Philolog. Ver. Teſt. nam Graecis praeſertim Sacrarum Scripturarum Interpretibus prae caeteris in uſu eſt id vocabulum. Verbum ἐκτραγεῖν, an umquam in uſu fuerit Graecis, valde dubito. ἐντραγεῖν ſatis frequens: quare ἐντράγῃς hic ſcripſiſſe poëtam ſuſpicatus ſum; *devores*, id eſt, *ſubripias*.

AD CAP. XLIII.

e Quum poſt *primum verſum*,

Παρὰ Γναθαίνῃ Δίφιλος πίνων ποτὲ

in editis continuo ſequeretur ille,

ἐπὶ δεῖπνον, ὡς λέγουσι, τοῖς Ἀφροδισίοις·

haud difficile erat ad intelligendum, non cohaerere iſtam orationem: nam Graece vix ac ne vix quidem πίνων ποτὲ ἐπὶ δεῖπνον dici poteſt: ἐν δείπνῳ oportebat. Quos nos *interiecimus quatuor verſus*, eos eodem modo quo a nobis editi ſunt ſcriptos dedere ambo noſtri codices mssti. Sunt illi quidem eiusdem fere argumenti cum his qui paulo poſt adponuntur; (vide *verſ.* 26 *ſq.*) ſed tamen diverſo quodam modo expreſſi: &, inſeri hoc loco debuiſſe, non modo fidem facit optimorum noſtrorum vetuſtiſſimorumque codicum auctoritas, ſed & illud ipſum quod modo monuimus de incongruâ orationis ſtructurâ in editorum librorum ratione.

Verſ. 6. τοῖς Ἀφροδισίοις. Vide ſupra, pag. 574. b. c.

Verſ. 7 *ſq.* τιμώμενος μάλιστα τῶν ἐρωμένων,
λήθῃ θ᾽ ὑπ᾽ αὐτῆς ἐκτενῶς ἀγαπώμενος.

Cum λήθη δ' ὑπ' αὐτῆς *verſu* 8. legeretur, CASAUBONUS adnotavit: »Forte ἆτ' ἀεὶ ὑπ' αὐτῆς: vel, ὡς δῆθεν ὑπ' αὐτῆς. « — GROTIUS vero (in Excerpt. p. 853.) permutatis inter ſe duorum verſuum ſedibus ſic ſcripſit:

ὡς δῆθ' ἁπ' αὐτῆς (ὑπ' αὐτῆς, puto, voluerat)
ἐκτενῶς ἀγαπώμενος,
τιμώμενός τε μάλιστα τῶν ἐρωμένων.

Fidentior IACOBSIUS (in Muſ. Attic. III. 1. p. 29.) hinc prorſus eiiciendum octavum verſum & duodecimo ſubiungendum cenſuit, ſic reſictum:

καὶ τῶν ἐραστῶν Συριακοῦ τινος ξένου
λάθρη δ' ὑπ' αὐτῆς ἐκτενῶς ἀγαπωμένου.

Nobis commodiſſime eo ipſo loco, quo vulgo poſitus eſt, ſtare is verſus videbatur. *Diphilum Gnathaena ex omnibus ſuis amatoribus maxime honorabat, utpote quem & ipſa prae caeteris ſingulariter amaret.* Ipſe hic verſus, de quo quaerimus, omiſſus eſt in Epitomâ: in ms. *A.* vero λήθη ὑπ' αὐτῆς ſcribitur, nec comparet δ' coniunctio. Ibi vocem Λήθη ex Δῆθεν vel Δῆθ' corruptam eſſe perquam erat probabile: aptiſſima autem dein ad ſententiam καὶ particula eſſe videbatur, quae metro etiam peracta eſt, ut, diphthongo αι ob ſequentem vocalem correptâ, ſecundus ſenarii pes anapaeſtus ſit. Quare ſic primum correxeram:

δῆθεν καὶ ὑπ' αὐτῆς ἐκτενῶς ἀγαπώμενος.

Sed minore etiam mutatione, eamdem in ſententiam, in hunc modum edere placuit, λήθη θ' ὑπ' αὐτῆς &c. ut λήθῃ cum iota ſubſcripto idem ac λάθρᾳ (*clam*) ſignificare intelligeretur. Nec vero improbem ſi quis ſic legere maluerit,

ὡς δῆθ' ὑπ' αὐτῆς ἐκτενῶς ἀγαπώμενος:

ea ſententia, quam GROTIUS his verbis expreſſit:

eximio amore ſe ab ea credens diligi.

Quod ſi placet, duobus iſtis verſibus *cauſſam* declaraverit poëta, *cur tam ſplendida munera ſecum attulerit Diphilus.*

Verſ. 9. δύο Χία: intellige κεράμια. Conf. I. 3. f. & ibi not. ubi librorum lectionem Χῖον κεράμιον tenendam monuimus.

Verſ. 17. εἶπε ταχέως ἀποφέρειν. Sic recte ms. *Ep.* non f ταχέως τ' ἀποφ. ut edd. Ex ms. *A.* quidem nil adnotatum. Qui ἄλες dicuntur *verſ.* 18. poſſint fortaſſe *ſalſamenta* intelligi: quamquam ſatis notum, ipſum *ſalem* Graece vulgo ἅλες plurali numero dici.

a *Verſus* 20. ſic ſcriptus in editis erat:

τῷ παιδί τ' ἐπέταξεν, ἐγχέουθ' ὅσον δέκα.

Ibi CASAUBONUS monuit: Scribe, τῷ παιδί τ' ἐπέταξ' »ἐγχ. « — Deeſt iſte verſus Epitomae. Codex *A.* vero, metri rationem parum curans, ἐπέταξεν tenet: ſed in eodem ἐγχέανθ' ſcribitur, quod non negligendum putavi.

Verſ. 27. αἰεὶ, pro olim edito ἀεὶ, dedit ms. *A.*

b *Verſ.* 28 *ſqq.* Μαστιγίας &c. Simillimam hiſtoriolam habes infra, pag. 585. e. Ignorat autem hanc eclogam *Epit.*

Verſ. 31. τὸ νῶτον. Non piget quidem nos τὸν νῶτον alibi edidiſſe, praeeuntibus praeſertim libris mstis, lib. IX. pag. 387. f. & pag. 395. e. Nam ſic vulgo dicebant Graeci, ὁ νῶτος: & in masculo genere uſurpaſſe hoc nomen probabile eſt Alexandrum Myndium, cuius teſtimonia praedictis locis citabantur. Sed quod ad IX. 387. f. in Animadv. T. V. pag. 132. citra exceptionem ſcripſi, in ſingulari numero eſſe hoc nomen generis masculini, in plurali vero neutrius generis, in eo me erroris convincunt Grammatici, Moeris pag. 267. & Thomas Mag. p. 637. diſerte docentes, Atticos in *ſingulari* etiam numero τὸ νῶτον, non ὁ νῶτος, dixiſſe: atque ita apud Ariſtophanem tribus in locis ſcriptum reperitur, a PIERSONO ad Moerin citatis, qui etiam hoc loco apud Machonem τὸ νῶτον ſe malle profeſſus eſt. Et erat quidem Machon poëta non Atticus; (vide Athen. XIV. 664. a.) ſed in hac praeſertim narratione mediis ex Athenis petitâ noluerit, puto, ſtylo uti ab uſu Atticorum prorſus alieno. Quidquid ſit, non dubitare debuimus, quin veteſtas noſtras membranas hîc ſequeremur, τὸ νῶτον ſcribentes.

Verſus 34 & 35. ſic vulgo mendoſe ſcribebantur:

ὅτι παῖς ποτ' ὢν ἐνήλατ' εἰς πυράν ποτε,
παίζων μετά τινων ἡλικιωτῶν ἐνέπεσεν.

Nec aliud ex membr. notatum, niſi quod in eis παῖς ποτε & ἐνήλατο abſque apoſtropho ſcribantur. GROTIUS in Excerpt. pag. 554. tenens poſteriore verſu verbum ἐνέπεσεν, priore vero εἰς τε πυρὰν τότε corrigens, verbum ἐνήλατο interpretatus eſt *ſaltu ludere, ſaltu ſeſe exercere:* quam in ſententiam περιήλατο ſaltem aut aliquid tale maluiſſes. Nobis haud certiſſima quidem, ſed probabilior tamen emendandi ratio viſa erat, ſi poſteriori verſu ἐμπεσών ſcriberetur: quod etiam Dalecampius in animo habuerat, & ex eius ſententia PURSANUS ſic correxit.

Verſ. 41. Cum mendoſe ἤδει eſſet editum, monuit c CASAUBONUS *in Animadv.* ἤδειν eſſe corrigendum: & hoc ipſum nobis dedere ambo codices mſsti.

Verſ. 43. Ἐπεὶ προέβη. Ἐπεὶ δὲ προὔβη, quod deſiderabat Atticorum uſus, corrigendum cenſuit PIERSON ad Moer. pag. 302. atque adeo, quo ratio conſtaret metro, totum verſum ſic refingi iuſſit:

Ἐπεὶ δὲ προὔβη τοῖς ἑτέροις γνάθαινα, καὶ.

Quod ut facile quidem patiar, non tamen neceſſarium iudicavi. In vulgatâ ſcripturâ nil mutat vetus codex *A*. Et nusquam alibi, ubi ab uno apophthegmate ad aliud transit hic poëta, coniunctiva particulâ utitur, niſi uno verſu 54. Epitomae quidem auctor, a poëtae ſtylo ſaepius discedens, & haec omnia veluti ſolutâ oratione ſcripta adponens, & aliâs plerumque per particulam δὲ varia iſta apophthegmata coniunxit, & hic ſic ſcripſit, Γηράσασα δὲ καὶ ἤδη οὖσα σορός. Idem Breviator, quae poſt verba πωλεῖθ' ἕκαστον ſequuntur, (*verſ.* 47 & ſeqq. usque *vs.* 53.) ea omiſit omnia.

Verſ. 44. ἣν ὁμολογουμένως σορός. Hoc eſt, quod latine dicunt *capularis ſenex*. *Verſ.* 45. ἑξῆναι recte ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. Verbum λέγουσιν omittens Breviator, ἑξῆσι ſcripſit.

Verſ. 50. πῶς ἵστης. Scribebatur ἵστης in editionibus d omnibus; nec aliud ex ms. *A*. enotatum. Nec vero dubitare debui, quin ἵστης corrigerem. At non perinde neceſſarium viſum eſt, πόσου ἵστης corrigere; quod a LENNEPIO ad Phalarid. pag. 95. propoſitum probavit IACOBS in Anim-adv. ad Anthol. Vol. II. Part. 1. pag. 213. Nam πῶς ἵστης; *quomodo adpendis*, idem valere poſſit ac *quanti adpendis?* i. e. *quanti vendis libram carnis?* Ex reſponſo autem adoleſcentuli intelligitur, eum quaeſtionem iſtam diverſâ prorſus notione (ſive ſerio, ſive, quod probabilius videri debet, ſimulate) accepiſſe: nempe, quaſi quaeſiſſet illa, πῶς vel πόσου ἵστης σὲ, vel ἵστασαι, aut στῆναι ἔοικας? Itaque *arridens ille reſpondit*, (*verſ.* 51.) κύβδα τριωβόλου: id eſt, *inclinando, conquiniſcendo, proſto tribus obolis*. De obſcoeno vocabulo κύβδα nonnihil ſupra dictum, ad X. 442. a. & 447. c. Conf. TOUPIUM, Emend. in Suid. P. II. pag. 230. ed. Lipſ. & BRUNCK ad Theſmoph. 489.

Regerit Gnathaena: (*verſ.* 52 ſq.)

Τίς δ' ὁ ἀπιτρέψων ἐστί σοι, φησὶν, τάλαν,

d ὄντα γ' ἐν Ἀθήναις Καρικοῖς χρῆσθαι σταθμοῖς; Ad quae verba eſt CASAUBONI Animadverſio haec: »Il»le verſus, ὄντα γ' ἐν Ἀθήναις &c. docet nos in idiomate »Carum βαρβαροφώνων, ut ait poëta, menſurae neſcio »cuius nomen fuiſſe κύβδα. Athenis vero id verbum inter »obſcoena; ut ſcimus ex Ariſtophane. Lanius uſurpave»rat Ἀττικιστί: ſignificans obſcure, ſe vix tribus obolis »emturum, ut cum iſta anu caput poſſet limare: ſcortil»lum accipit Καριστί.« — Sic vir optimus doctiſſimusque. At haud paulo rectius, ut nobis quidem videtur, mentem poëtae Gnathaenaeque interpretatus erat ingenioſior DALECAMPIUS; qui cum praeſcriptos duos verſus latine ſic reddidiſſet:

Ecquis vero, inquit, o miſer, permiſit tibi,
Athenis cum ſis, uti librá Caricá?

in ora hanc adiecit interpretationem: »*Cur te minimo pre»tio aeſtimas?* Vide proverbium, *In Care periculum.*« — Cum σταθμοὶ proprie dicantur *pondera & menſurae*, commode nunc σταθμοῦς per metonymiam ſatis obviam *pretium* dicit Gnathaena: *Caricum* vero *pretium*, *vile pretium* intelligit. Igitur iocanti adoleſcentulo & ipſa Gnathaena per iocum (& quidem urbanum illum ſatis, ut in tali argumento) reſpondet: *At quis tibi permittet, ut cum tam pulcher & venuſtus ſis, & mediis in Athenis vivas, tam vili pretio te ſiſtas?*

Verſ. 54. Στρατοκλῆς δ' ἐρίφους. Perperam huc invecta δ' coniunctio videtur. Nusquam certe alibi, (quod paulo etiam ante monuimus) ubi ab uno apophthegmate ad alterum transit hic poëta, coniunctivam particulam adhibitam videmus. *Stratoclem* autem illum non opus eſt ut *tabernarium* ſtatuamus cum Dalecampio & aliis doctis viris. Nam etiam, qui non tabernarius aut caupo eſſet, poterat inſtitor eſſe coenae e ſymbolis inſtitutae. Ac potuerit hic *Stratocles* idem eſſe lurco, cuius ſupra mentio facta, lib. IV. pag. 135. b. c. & 137. c.

e Recte ξυναρτύειν (*verſ.* 55.) & ἐπιξυνάπτειν (*verſ.* 57.) ſcribitur in editis; ubi, contra quod metrum flagitabat, συναρτ. & ἐπισυναπτ. habent vetuſtae membranae. Eaedem membr. *A.* in corruptis *verſibus* 56 & 57. nil mutant, niſi quod in his pro δίψαν perperam διψᾶν ſcribitur, recte vero (ut videtur) omiſſa eſt δ' particula, quae in editis poſt ὑπολειπόμενοι inſerebatur. Spectat ad hunc

locum CASAUBONI *Animadverſio* haec: »καὶ δίψαν ὑπο- e
»λειπόμενοι δ' εἰς τὴν αὔριον. Corruptus locus. Nec vi-
»deo quì corrigam, niſi cui placet:

»καὶ δίψαν ὑπολειπόμενά τιν' ἐς τὴν αὔριον.

»Interpres (Dalecampius) ſimplicem narrationem unam
»in duas diviſit: quod non oportuit factum. Auctor Epi-
»tomae ſummam hoc verborum compendio eſt comple-
»xus: Στρατοκλέους δ' ἐρίφους διδόντος τοῖς γνωρίμοις λο-
»πάδας τε συνάλμους, ἀφ' ὧν συνέβαινε δίψαν τε καὶ μα-
»κρὰς [πράττειν recte interſerit noſter cod. Epit.] εἰς τὰ
»λοιπὰ συμβολὰς, [ξυμβολὰς noſter cod. *Ep.*] Γνάθαινα
»ἔφη· Στρατοκλῆς ἐπὶ ἐρίφοις χειμῶνα ποιεῖ. Id eſt: *Cum*
»*Stratocles ſuis familiaribus in coena dediſſet hoedos & pati-*
»*nas ſalitas probe, ob quas contingebat ut ſitirent illi, &*
»*Stratocles magni pretii ſymbolas pro caeteris quae fuerant ap-*
»*poſita exigeret; Gnathaena dixit, Stratocles in hoedis* [ſive *poſt*
»*hoedos* malueris] *tempeſtatem excitat.* Acumen omne huius
»dicti eſt in illis, ἐπ' ἐρίφοις: quae verti poſſunt, *poſtquam*
»*dedit hoedos:* &, *in hoedorum exortu:* id ſignum valde pro-
»celloſum eſt. Theocritus, Thalyſiis: [VII. 52 ſqq.]

»Ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλοῦς ἐς Μιτυλάναν
»χ' ὅταν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκει [διώκῃ]
»κύματα. —

»Sic autem res habet. Promiſerat *Stratocles* ſuis ſodalibus,
»ſe illis *hoedinam* appoſiturum, ſi ad ſe venirent. Vene-
»runt, & quod erat appoſitum comederunt. Sed ut pe-
»cuniâ ſuos convivas emungeret Stratocles, id egerat
»callide, quo diu pitiſſantes, & aliud ſemper ex alio po-
»ſcentes ſibi dari, ut fit, ad multam noctem convivium
»traherent. Id autem effecit, *praeſalſa condimenta* illis ex-
»hibens. Inde *convivas ſitis occupat:* quam dum conantur
»extinguere, improbi convivatoris dolo tanguntur. Erat
»autem mos eorum qui *e ſymbolis* aut collatitiâ ſtipe unà
»fuerant, menſâ remotâ impenſarum rationem inire. Ma-
»le editur,

»ἐπισυνάπτειν βουλομένοις τὸν ἑωθινόν.

»Corrige, βουλόμενος: *cum id ageret* Stratocles *ut veſper-*
»*tina coena ad diluculum produceretur.*« — De *hoedorum ex-*
ortu, ex vulgata opinione, tempeſtates inferente, conſuli
etiam Arati Phaenom. verſ. 158. iuſſit IACOBS, Muſ. At-
tic. III. 1. pag. 29. De certa ratione emendandae vulga-
tae ſcripturae deſperavi equidem, felicioribus ingeniis eam

e laudem non invitus relinquens. Sententiam coniectando expressi, Breviatoris indicia maxime secutus.

Vers. 60. στραγγευόμενον ὁρῶσα περὶ τὰς συμβολάς. »Ferat aliquis fortasse, στρατευόμενον &c. *cum videret Gnathaena unum e convivis pugnantem de symbolis.* Scimus quidem, τὸ μάχεσθαι sic solitum eleganter accipi: »sed στρατεύεσθαι hic aures nostrae non ferunt. Lego, »στραγγευόμενον. Eleganter στραγγεύεσθαι usurpatur »de eo qui *rixatur de pretio.* In idiomate nostro, *barguigner.* »Sed Graecum verbum generaliter id significat, quod vulgo dicimus, *marchander à faire quelque chose.*« CASAUBONUS. — Emendationem docti viri calculo suo merito comprobavit VALCKENARIUS, in Animadv. ad Ammon. cap. 13. pag. 130 sq. *cessandi, commorandi, laborandi* potestatem vindicans huic verbo. πιέζομαι καὶ συνθλίβομαι interpretatur Scholiastes Comici ad Nub. 131. ἀναβάλλομαι & διατρίβω Suidas.

Vers. 64. καὶ λιπαρὸν ἔτι δὲ &c. λιπαρὸν alibi (lib. VI. pag. 242. e. Animadv. T. III. pag. 427.) *pinguem, crassum, bene saginatum,* cum omnibus interpretibus intelleximus: quae notio quam ab hoc loco aliena sit, satis adparet. Supereſt ergo, ut, si vulgatam teneamus scripturam, (in qua quidem nil mutat ms. *A.* silet autem Epitoma, totam hanc historiolam cum sequenti omittens) fuerit λιπαρὸς *nitidus* intelligendus, nempe *unguentis nitens:* quae notio satis videri possit convenire huic loco, si esset λιπαρὸν δὲ, vel ἀλλὰ λιπαρὲν, ut hoc praedicatum *oppositum* esset quodammodo aliis qualitatibus, quas illi homini tribuit poëta. Nunc, ubi cum reliquis praedicatis, quae *foedum adspectu* hominem produnt, coniungitur hoc, & illis paene medium interferitur; fieri non potest quin suspecta illa scriptura sit, oboriaturque suspicio, *squalidum* potius, quam *nitidum,* dicere voluisse poëtam. Id vero fuerit καὶ ἀλίπαρον: quam scripturam perinde admiserit metri ratio. Et vocabulum ἀλίπαρος nusquam quidem alibi aut legere memini aut nunc quaerens reperi: sed, quin analogiae prorsus conveniens sit illius formatio, nemo negaverit: &, cum ἀλιπαρὴς istâ notione in usu fuisse reperiatur, quidni perinde ἀλίπαρος dici commode potuerit? — Sed cedat nostra coniectura doctiori multo feliciorique CORAYI nostri emendationi: »Repono (ait in *Notis mss.*) »λαπαρὸν, *vacuum, tenuem.* Similem

» confuſionem τοῦ λιπαρὸς & λαπαρὸς animadvertere me » olim memini apud Hippocratem. « — Conf. H. Stephani Theſ. Tom. II. pag. 600. *e. f.*

Verſ. 65. ἔσκωπτεν (intellige αὐτὸν) εἰς Ἄδωνιν. Recte Dalec. *per iocum Adonin eſſe dixit.* Sic enim cum εἰς praepoſitione conſtrui illud verbum ſolet: maxime quidem cum nomine abſtracto quod aiunt, id eſt, qualitatem ſignificante; v. c. σκώπτειν τινὰ εἰς φιλαργυρίαν: ſed & ſcite & eleganter hîc cum concreto.

Verſ. 68. Cum θυγατρὶ μετὰ ταύτης συμπορευομένῃ f conſentientibus membranis eſſet editum, ferebat quidem eam ſcripturam metrica ratio; ſed ad ſententiam parum commoda videri illa debuit. Monuerat CASAUBONUS: » θυγατρὶ μεθ' αὐτῆς. « — Nobis nihil aliud, niſi μετ' αὐτῆς, deſiderari videbatur.

Verſ. 69. Gnathaenae illud dictum,

Δικαιότερον ἦν, ὦ τέκνον, νὴ τὼ θεώ.

ſatis-ne integrum ſit ſubiit dubitare. DALECAMPIUS vertit, *Aequius huic, o fili, te per Deos;* ſcilicet (ut in ora notavit) *tam inſolenter obvium fieri:* nimis manifeſte ab auctoris mente prorſus aberrans; nempe τέκνον ad *adoleſcentulum* referens, θυγατέρα autem *pediſſequam ancillulam* intelligens. Si ſana & integra eſt Graeca oratio, intellige *Gnathaenam* oratione *ad filiam ſuam* directâ dixiſſe, *Merito hoc mihi accidit*, quod ruſtice mihi ille reſpondit, quem falſo *Adonin* adpellaveram, cum ſit revera foedus ruſticusque homo. Recte editi, νὴ τὼ θεώ. At ea verba a *muliere* pronunciata non ſonant *per Deos*, ſed *per Deas, per Divas.* Vide ad X. 441. d. Animadv. Tom. V. p. 461. Perperam in ms. *A.* ſcribitur νὴ τῶι θεωῖ, id eſt, νὴ τῷ θεῷ.

Verſ. 72. πρωὶ γενόμενον. Poteſt nominativus pro genitivo abſolute poſito accipi. Videndum tamen ne γενομένου ſcriptum oportuerit: πρωὶ γενομένου, *cum iam mane eſſet, cum iam luceſceret.*

AD CAP. XLIV.

Cum ſic editum eſſet principium huius capitis: Καὶ Γνα- a θαινίου τῆς δέ γε τῆς θυγατριδοῦς αὐτῆς τάδε ἀναγράφει: pro mendoſo θυγατριδοῦς recte θυγατριδῆς dedit ms. *A.* conf. pag. 583. e. Id vero non *ex ſorore neptin* ſonat, ut cum Dalecampio accepit Gallicus interpres; ſed

ex filiâ neptin. Quaenam vero vis ineſſe hoc loco poſſit iſtis τῆς δέ γε, non exputo: nec fere dubito, nude καὶ Γναθαινίου δὲ τῆς θυγ. ſcripſiſſe Athenaeum: niſi fortaſſe τῆς τε θυγατρὸς καὶ τῆς θυγατριδῆς ſcripſerat, aut τῆς θυγατρὸς ἢ καὶ θυγατριδῆς. Certe & θυγάτριον & θυγάτηρ Gnathaenae nominatur Gnathaenium, hac p. lit. c. & pag. 582. a. conf. pag. 585. a.

Claudicat *ſecundus verſus*, ſic vulgo ſcriptus:

σατράπης πάνυ γέρων ὡς ἐνενήκοντ' ἐτῶν.

Ubi ex ms. *A.* nil aliud citatur, niſi vox ἐνενήκοντα plene ſcripta. Nos emendationem adoptavimus a TOUPIO commendatam, Emend. in Suid. Part. I. p. 70. ed. Lipſ.

b *Verſ.* 9. ὁ δ' ἀφνω καιρίμην πληγείς. κιρίμην membr. *A.* manifeſto vitio. Nec vero vocabulum καίριμος, quod pro iſto probabiliter poſuerunt editores, alibi (quod ſciam) reperitur. Poſſit tamen καιρίμην πληγεὶς idem valere ac καίριον πληγείς: id eſt, *lethali vulnere, certiſſimo ictu percuſſus. Vulnus* autem illud facetus poëta ſubitum amorem dicit in decrepito ſene excitatum.

Verſ. 10. ζωγρεῖς, γύναι, φησὶν, ἕνεκα τοῦ στρατιωτικοῦ. Dalecampius: *Quoniam exercitu me ſtipatum vides, vivum capis.* Videtur hoc dixiſſe homo ille: *Quia me vides Athenis hominem militarem ſatellitibus ſtipatum, agis mecum ut cum hoſte captivo, quem in tua habeas poteſtate.*

c *Verſus* 14 & *ſequens* ſic editi legebantur:

εἶπεν δὲ δὸς ὅσον ἐπιθυμεῖς πάτερ. οἶδα γὰρ
ἀκριβῶς καὶ πέπειθ' ὅτι †

Ibi CASAUBONUS: »Mutilos, inquit, verſus duos ita li»cet concinnare:

»εἶπεν δὲ αὐτῷ δὸς ὅσον ἐπιθυμεῖς, πάτερ.
»οἶδα γὰρ ἀκριβῶς, καὶ σαφῶς πέποιθ' ὅτι. «

At illum hiatum εἶπεν δὲ αὐτῷ numquam tulerint Graecae aures. Mihi vero locus hîc videbatur eſſe dativo ἐμοὶ vel ἡμῖν, cui dein opponatur alter ille dativus, τῷ θυγατρίῳ. Deinde, particulâ ὦ ante πάτερ poſitâ, iuſtam menſuram habebat ſenarius. Poſteriorem verſum talem, qualem nos edidimus, obtulit nobis codex *A.* Breviator iſta omnia in hunc modum expedivit: Καὶ Γναθαίνιον δὲ φησὶ Μάχων ἡ θυγατριδῆ Γναθαίνης σατράπη πάνυ γέροντι ἰδόντ' (ſic noſter cod. *Ep.* pro ἰδόντι) αὐτῆς τό τ' εἶδος καὶ τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ πυθομένῳ πόσου μίσθωμα πράττεται, δραχμὰς χιλίας ἔταξεν. εἶτα πέντε ἐπράξατο. καὶ πολλὰ τοιαῦτα

λιπεῖ περί τε τῆς Γναθαινίου καὶ ἑτέρων. Tum ex reliquâ c totâ hac paginâ nihil amplius adposuit, nisi haec verba ex *verſ.* 26. Ἀνάγωγος ὢν φησὶ καὶ βάναυσος. Dein ſtatim ad iſta transit ex pag. 582. b. Ὅτι ἡ Γναθαίνιον φησὶ Μάχων εἰς Πειραιᾶ ποτε &c.

Verſ. 16. εἰς νύκτ' ἀποδώσεις τῷ συγατρίῳ μου διπλοῦν. »Praeter ſenſum planum & cuique obvium (*mille drachmae* valent *duplum quinque minarum*) ſubeſt alius ſenſus »ſubtilior & obſcoenus, καὶ σκώπτει εἰς τὸ ἄστυτον τοῦ »γέροντος καὶ εἰς ἀναδίπλωσιν τοῦ αἰδοίου, ὡς οὐ δυναμέ»νου αὐτὸ ἁπλοῦν καὶ τείνειν.« PALMERIUS, *Exercitat.* pag. 524.

Verſ. 18. καταλελυκυίας: ſcil. τὴν ἑταιρείαν: ut apud Polyb. VII. 10, 4. καταλύσας τὴν ἄθλησιν.

Verſ. 19 *ſeq.* — διὰ τὸ πῶς
τὸν Ἀνδρόνικον ἡδέως αὐτῆς ἔχειν.

Nil mutant membranae: ac poſſit forſaſſe ferri iſta ſcriptura. De qua conf. quae notavi ad pag. 577. e. Sed mire ac paene unice placet doctiſſimi CORAYI emendatio:

»— διὰ τὸ πρὸς
»τὸν Ἀνδρόνικον ἡδέως αὐτὴν ἔχειν.

Sic, ἡδέως ἔχειν πρός τινα, idem valebit ac ἡδέως ἔχειν τινί.

Verſ. 26. Ἀνάγωγος δ' ὤν. Coniunctivam particulam d recte dedit Mstus codex. *Verſ.* 27. Cum hic vulgo, conſentientibus membranis, ſcribatur,

ἐν σκυτοτομίῳ τινι μετὰ τινων καθήμενος:

»pronomen illud τινὶ ſine cauſſa a ſcribis adiectum« iudicavit acutiſſimus PORSONUS, in Addendis ad Notas in Euripidis Hecub. pag. 82. edit. ſecund. Ac poterat ſane hoc pronomine utcumque carere oratio: & commode etiam abfuturum illud erat, ſi σκυτοτόμος fuiſſet Andronicus, & *ſuâ in officinâ* iſta narraſſet: nunc, ſententiam ſi ſpectes, peropportune adiectum τινὶ videri debet, *in quadam coriaria officina.* Et quamquam ſalebroſior inde enatus eſt ſenarius, cuius primus pes ſit dactylus, ſecundus anapaeſtus, tertius tribrachys, tum quartus rurſus anapaeſtus, tamen non ita ſubtilem poëtam ſe *Machon* in his quidem *Chriis* praeſtitit, ut a talibus verſibus abhorruiſſe eius ſtylum nobis perſuadeamus. Utique, ſi *prima ſyllaba* vocabuli σκυτοτομίῳ *neceſſario produci* debeat, quod ſtatuiſſe videtur Vir doctiſſimus, eiicienda ex hoc verſu vocula

d τινὶ fuerit. Ac novimus quidem, & apud patrem poëtarum σκῦτος & σκυτοτόμος primâ productâ legi, & apud Ariſtophanem eamdem ſyllabam in hoc vocabulo eiusque compoſitis ſaepius produci. At idem tamen Comicus, cum in Veſpis vs. 643. ait:

ἦ μὴν ἐγώ σε τήμερον βλέπειν σκύτη ποιήσω:

primâ ſyllabâ vocabuli σκύτη, pari in ſede tetrametri iambici, manifeſte correptâ uſus eſt. Item Theocritus, Idyll. XXV. 142. ubi ait:

ὃς δή τοι σκύτος αὖον ἰδὼν χαροποῖο λέοντος.

Verſ. 28. κατεσχόλαζε τῆς Γναθαινίου intelligere περὶ τῆς Γναθ. per ellipſin praepoſitionis ſatis uſitatam: poſſis vero etiam ſic accipere, quaſi dixiſſet poëta, ἐσχόλαζε λέγων κατὰ (i. e. περὶ) τῆς Γναθαινίου. *Verſ.* 29. Recte ab editoribus abiecta eſt μὴ particula, quam importune inſertam habent membranae.

Verſ. 30. ἑξῆς καθιππάσαι δ' ἐπ' αὐτῆς πεντάκις. Delevi *comma*, quod poſt ἑξῆς alieniſſimo loco inſertum erat in ed. Caſ. Eodem in verſu cum ὑπ' αὐτῆς vulgo legeretur, reſpiciens iſtum verſum IACOBS in Animadv. in Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 408. ait: »Apud Machonem »meretrix κέλητος ſchemate uſa, καθιππάζειν dicitur.« — At, ſi de *meretrice* hoc diceretur, καθιππάσθαι ὑπ' αὐτῆς paſſivo verbo dictum oportuiſſet: quod quidem nec verſus ferebat, nec dicere voluit iſte homo, qui *ſe* ait καθιππάσαι. Ac ſatis intelligi puto, longe aliud eſſe ſchema quod in obſcoenis illis myſteriis κελητίζειν dixere, atque id quod καθιππάζειν hic dicit poëta, quod eſt illud ipſum quod a Mania petiiſſe Demetrius ſupra dicebatur pag. 579. a. Quare neceſſario ἐπ' αὐτῆς hic fuit corrigendum: de quo perſpecte etiam CORAYUS in *Notis msstis* monuit: »*Legendum* ἐπ' αὐτῆς.« — In permutandis ἐπ' & ὑπ', cum ubi ſeparatim ſcriptae illae voculae, tum in verbis quae ex illis compoſita ſunt, frequentiſſime erraverunt librarii.

e *Verſ.* 33. πικρῶς δὲ λοιδορούμενος. Iſta verba hoc loco inſerta dedere membr. *A.* quibus verbis vel initium continebatur vel poſterior pars ſenarii, qui totus omiſſus eſt in editis libris.

a *Verſ.* 48. Cum mendoſe prorſus in editis ſcriberetur, ἔπειθε, πῶς οὐχ ὁρᾷς &c. monuit CASAUBONUS: »Scribe ἔπειτα.« — At id non ſatis erat: oportebat porro

οὐ χὶ, pro οὐχ: utramque vero emendationem nobis ve- a
tus cod. *A.* obtulit.

Verſ. 50. Ferri poterat τάλαιν', quod erat editum; conſtructione *ad ſenſum* relatâ, non *ad literam*, ut aiunt Grammatici. Sed τάλαν, ad τέκνον relatum, dedit idem codex mstus. Ex eodem codice recipi fortaſſe etiam (*verſ.* 51.) debuerat ſcriptura εἰ θέλεις, pro editâ εἰ θέλει.

Verſ. 53 *ſq.* τὸν μηθὲν ὠφέλιμα τῶν ὑπὸ τὰς στέγας &c. »Et hic & qui ſequitur Euripidis aut alius Tragici »ſunt verſus: ſed in aliam ſententiam ingenioſe detorti. »Nam τῶν ὑπὸ τὰς στέγας, periphraſis eſt τῶν ἑταιρουσῶν, »*in lenonis pergulâ proſtantium.*« CASAUBONUS. — Vera nobis viſa erat emendatio τῶν ὑπὸ τὰς στ. quae in editis omnibus exhibetur, pro τὸν quod eſt in vetuſtis membranis. Video tamen *Caſauboni* manu in orâ libri, qui ipſius olim fuerat, hanc ſcriptam notam: »Forte τὸν.« — Utra vera ſit ſcriptura, certo vix definiri poterit, niſi veteris Tragici locus reperiatur, e quo iſti verſus translati ſunt.

Verſu 60. quo pacto teneri potuiſſet vulgata ſcriptura, b
Ἔπειτ' ἐν αὐταῖς – – ἐνέτυχέν τις, non vidi. ἐντυγχάνειν τινὶ eſt *occurrere alicui, incidere in aliquem.* Iam pulcre quidem novimus, per pleonaſmum interdum poni ἐν praepoſitionem ubi non erat illa neceſſaria: at ibi id fit, ubi *nomen* adeſt ſignificans vel *inſtrumentum* vel *modum* aut *qualitatem* aliquam, & ubi in latino ſermone *ablativo* caſu utimur; non item, ubi verbum cum *dativo* caſu conſtruitur. Praeterea non erat hic locus coniunctioni ἐπεὶ, *poſtquam, cum;* ſed adverbio temporis, ἔπειτα. Quare ἔπειτα δ' αὐταῖς omnino corrigendum exiſtimavi.

Verſ. 64. ἀλλὰ στενοχωρῶν. De hoc verbo, neutrali ſignificatione hîc poſito, confer HEMSTERHUS. ad Luciani Nigrin. cap. 13. T. I. ed. Bip. pag. 246 *ſq.* *Verſ.* 65. ὀνηλάτ'. c
ὀνηλάτα plene ſcriptum in ms. *A.* *Verſ.* 69. οὐδέποτε γὰρ τοῦτ' ἐστί σοι πεπραγμ. Iſtud Gnathaenii dictum ex Athenaei Epitomâ in Commentarium ad Iliad. ω'. retulit Euſtathius, pag. 1481. l. 38.

AD CAP. XLV.

Verſ. 3. πινακίδα καὶ γραφεῖον ἐξηρτημένον ἔχοντ'. ἐξηρτημένον ἔχοντα perperam Dalec. *paratum habentem* reddide-

rat. Quare monuit CASAUBONUS: »πινακίδα – – ἔχοντα: »id eſt, *habentem tabellam in manibus, & thecam atramenta»riam appenſam*: ſive, de zonâ pendentem. Quod hodie »fieri amat a recoctis formulariis, ut ſcribendi inſtrumen»ta cingulo adpenſa geſtent, id ipſum & olim fiebat. Te»ſtis eſt hic locus, & ſimilis alius prophetae Ezechielis, »cap. IX. [verſ. 2.] καὶ εἷς ἀνὴρ ἐν μέσῳ ἐνδεδυκὼς λινῆν, »καὶ πινακίδιον γραφέως ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ. Sic ex He»braeo vertit eum locum Symmachus, melius quam LXX. »Alii ſervatâ voce hebraicâ, κάστυ γραμματέως.« — At γραφεῖον non vidi quidni cum Dalecampio ſimpliciter *ſtylum* intelligeremus; quemadmodum H. STEPHANUS acceperat, hunc ipſum locum citans, in Theſ. T. I. p. 866. f.

d *Verſ.* 6. Ἐρρ' αἰσχροποιέ. Ex Medeâ, vs. 1346.

Ibid. Cum καταπλαγεὶς δ' ὁ Εὐριπίδης in mſstis ſcriberetur, articulum ὅ, quem non admittebat verſus, merito abiecerunt editores.

Verſus 7. cum in membranis *A.* ſic eſſet conceptus,

τὴν τόλμαν αὐτῆς, σὺ γὰρ ἔφη τις εἶναι:

nec ad ſententiam, nec ad metrum integer erat. Commode editores in fine verbum δοκεῖς adiecerunt: ſed illegitimus erat verſus, ſic ſcriptus:

τὴν τόλμαν αὐτῆς, σὺ γὰρ εἶναί τις ἔφη δοκεῖς:

ob ſpondeum in quarta ſenarii ſede. Tum vero etiam qui ſequebatur *verſus* 8. cum in editis tum in membranis,

αἰσχροποιός. ἡ δὲ γελάσασ' ἀπεκρίθη:

miſere ille claudicabat. Quos ſic refinxit LEOPARDUS:

τὴν τόλμαν αὐτῆς. σὺ γὰρ εἶναι ἔφη δοκεῖς
τὶς αἰσχροποιός. ἡ δὲ γελάσασ' ἀπεκρίθη.

In quorum priori, quo vitaretur ingratus hiatus, deſideraſſes ſaltem εἶναί γ', ἔφη, δοκεῖς. Nos elegantiſſimam BRUNCKII adoptavimus emendationem. Breviter Epitoma: σὺ γὰρ, ἔφη, τὶς εἶ αἰσχροποιός.

Verſ. 9. Τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ &c. Ex eiusdem Euripidis Aeolo. Vide Euripidis Fragm. p. 444. ed. Barneſ. p. 539. ed. Musgr. Adde Ariſtoph. Ran. 1475. ed. Br. & ibi BRUNCKII notata. Iam olim vero de his monuerat *Paul.* LEOPARDUS, Emend. lib. I. cap. 7.

Verſ. 11. Κορίνθιον παράπηχυ καινὸν λήδιον.

λήδιον absque vocali iota hic dabat uterque codex mſstus. Infra vero (*verſ.* 20.) uterque λητδιον dedit, quemad-

modum editum erat. Utraque ſcriptura per ſe proba, & d
a Grammaticis diſerte obſervata: denique vero etiam λήδιον ſcribi poterat. Sed quoniam λαῖδιον quatuor ſyllabis efferri ab Atticis ſolitum eſſe diſerte Euſtathius ex priſcorum Grammaticorum ſcriptis monuit, ad Iliad. σ'. p. 1199. l. 24. tenuimus illam ſcripturam in *Atticae mulieris* oratione, ubi eam verſus ferebat, correptâ ſcilicet η vocali ob ſequentem vocalem iota. *Verſu* 11. vero, quamquam & ibi utcumque ferri editum λαῖδιον potuerat, praeeuntibus msstis λήδιον *absque iota* ſcribere placuit. Iam cum ex narrationis connexione intelligatur, agi hic de *pretioſiore* aliquâ veſte, parum apta huic loco videri debuit Heſychii & aliorum nonnullorum Grammaticorum interpretatio: Λήδιον, τριβώνιον εὐτελές: rurſusque, Λαῖδιον, εὐτελὲς ἱμάτιον: aut χλαμύδιον παλαιὸν, ut Philemon apud Euſtath. l. c. l. 27. Sed ſignificatum potius habebit a λεῖος, *laevis* & *delicatus*, ductum; a quo fonte id vocab. derivat Tryphon, apud eumdem ibid. l. 24 ſq. quam in ſententiam ipſe Euſtathius ad Od. λ'. pag. 437. l. 52. praeeuntibus priſcis magiſtris, λήδιον interpretatur λεῖόν τι περιβόλαιον, οἰκεῖον τοῖς τρυφῶσι. Iam παράπηχυ λήδιον vel ἱμάτιον, collatis Heſychii & Pollucis interpretationibus, intelligi videtur dictam fuiſſe *veſtem albam cui manicae adpoſitae eſſent purpureae.* Hanc autem, de qua hic agitur, *Corinthiacam* fuiſſe ait poëta: recte; nam Corinthum, ſicut aliorum artificiorum, ſic & exquiſiti *operis textorii* nomine celebratam fuiſſe, alibi etiam obſervavimus. Vide ſupra, ad XII. 525. d.

Verſ. 16. Claudicat metrum: niſi forte in τεταρτημορ. ſe- e
cunda ſyllaba ob liquidam ante mutam corripi poſſit.

Verſ. 17 *ſq.* κόμισαι. τὸ κωλύον γάρ ἐστι τοῦτό γε.
Ἡ δ' ὡς ἀπήγγειλεν· »Τάλαιν', εἶπεν, κακῶν.

Recte κόμισαι ed. Ven. cum msstis. Perperam κομίσαι ed. Baſ. & Caſ. Recte porro τοῦτό γε in fine prioris verſus poſuere editores; perperam vero in poſteriore omiſerunt ὡς particulam. In ms. *Ep.* omiſſâ maiori parte prioris verſus, ſic ſcribitur: κόμισαι. ὡς δ' ἀπήγγειλε. Sub mendoſâ codicis *A.* ſcripturâ, τοῦτο μὲν δὲ ὡς ἀπηγγ. latebat haec ipſa, τοῦτό γε. ἡ δ' ὡς ἀπηγγ. Dein, pro ἀπήγγειλε· τάλαινα εἶπεν, metri ratio deſiderabat ἀπήγγειλεν· τάλαιν', εἶπε. Denique pro κακὸν, quod perperam habebant editi libri in fine verſus, recte κακῶν dedere ambo msssti. Nota exclamandi formula, τάλαινα κακῶν, ſcil.

ἕνεκα. *Verſ.* 20. Pro edito olim μοι, quod per ſe quidem non ſpernendum erat, μου dedere rurſus ambo mssti. De vocab. λαΐδιον paulo ante dictum.

Verſ. 21. Ὁ τοῦ Σοφοκλέους Δημοφῶν ἐρώμενος. Conf. XI. f 482. d. ibique notata. *Verſ.* 24. De cauſſâ cognominis *Caprae*, quod habuit *Nico meretrix*, conf. pag. 587. a. & Harpocrat. & Suid. in Νάννιον, apud quos quidem id cognomen non *Niconi*, ſed *Nannio* tribuitur. Adde Heynii Fragm. Apollodori, pag. 1165. At verſui hîc non conſtabat ratio ſic ſcripto,

ὅτι τὸν μέγαν κατέφαγ' ἑραστὴν ποτε.

In quo cum nil mutarent veteres membranae, ex coniecturâ δ' ἡ particulam inſeruimus, & κατέφαγεν plene ſcripſimus. In *Epit.* ſic ſcribitur, ὅτι τὸν μεγαν ἑραστὴν ποτε κατέφαγε Θαλλὸν τὸν κάπηλον, poſtremo vocabulo ex p. 587. a. ducto.

Verſus 26. quum ſic conceptus legeretur in editis,

ὠνησόμενος μέλι, Χελιδονίας τ' ἰσχάδας:

locum hunc, ut infinitos alios, absque animadverſione praetermiſit Caſaubonus. Atqui, quum *mel*, quod emturus ille homo erat, verſu ſequenti diſerte nominetur, ſuſpectum eſſe hoc verſu vocabulum μέλι debebat. Accedit laeſum metrum in voçab. Χελιδονίας, cuius ſecunda ſyllaba corripi non poteſt. Totus ille verſus cum ſequenti omiſſus in *Epit.* In ms. *A.* vero nonniſi haec verba leguntur,

ὠνησόμενος Χελιδονίας ἰσχάδας:

ubi ſi Χελιδονείας penultimâ longâ ſcripſeris, nihil amplius deſideratur. Et nominantur quidem rurſus χελιδόνιοι ἰσχάδες, XIV. 652. *d.* & *e.* qui locus cum hoc conferendus: item χελιδόνια σῦκα, III. 75. c. d. ubi vide notata: parique modo ἰσχάδες χελιδόνιοι nominantur apud Polluc. VI. 11. Sed perinde χελιδόνειος & χελιδόνιος dicere licuit. Quare nec male apud Suidam χελιδόνειον (non χελιδόνιον) μέλος ſcribi videas: & in Epigenis verſu, qui apud Noſtrum III. 75. c. d. citatur, ipſa metri ratio neceſſario flagitaverat, ut χελιδονείων cum Bentleio, pro vulgato χελιδονίων, ſcriberemus. Quare hîc quoque dubitare non debuimus, quin χελιδονείας corrigeremus. Accedit etiam ipſa nominis terminatio: nam ſi penultima per *ſimplicem* vocalem *iota* efferri debuiſſet, χελιδονίους ſcribendum fuerat, non χελιδονίας: quia terminatio ος in χελιδόνιος foemininо generi cum masculino communis eſt.

A masculino vero in ειος definente potuit foemininum formari in εία exiens.

Ad *versum* 31. sic vulgo scriptum, a

Σοφοκλεῖ δῶς φησὶ παρ' ἐμοῦ λαβὼν φίλτατε,

nihil e ms. *A.* adnotatur, nisi quod ibi δωῖς (i. e. δῷς) recte scribitur. In *Epit.* breviter sic: ἵνα Σοφοκλεῖ δῶς παρ' ἐμοῦ λαβὼν φίλτατε: omisso verbo φησί. Adnotaverat h. l. CASAUBONUS: »Scribe,

»Σοφοκλεῖ δίδως, παρ' ἐμοῦ λαβὼν ὦ φίλτατε.«

Nobis tenendum verbum φησὶ videbatur: quod ipsum, licet ex pleonasmo repetitum, tuentur veteres membranae, nec videri debuit a librariis temere adiectum. Quare mutatâ verborum serie sic scribendum censuimus,

Σοφοκλεῖ παρ' ἐμοῦ δῶς, φησὶ, λαβὼν, ὦ φίλτατε.

Ubi neminem turbare debet verborum mira ista traiectio; quae nonnisi ei suspecta videri poterit, qui in Graecis poëtis hospes plane fuerit.

Versu 32. cum Καλλιστοῦς δὲ &c. scriberetur, obsecutus sum CASAUBONO monenti: »Restitue metrum, »& scribe Καλλιστόος.« *Versus* 37. sic scribebatur:

ἀλλη κορώνη δ' ἕτέρ' ἐκείνη μέμφεται.

Ibi CASAUBONUS: »Postremus narratiunculae huius versus ita legendus:

»ἀλλ' [ἄλλ' voluerat] ἢ Κορώνη χ' ἕτερ' ἐκείνη μέμφεται.

»id est: *Alia queritur Corone, alia autem illa.* Alludsum est ad »proverbium, Ἄλλο μὲν γλαὺξ, ἄλλο δὲ κορώνη φθέγγεται. Non aliud hic acumen quaerendum est.« — Proverbium istud, cuius omnes meminere Paroemiographi, hoc ait: *Aliud noctua, aliud cornix sonat.* At, hîc *duae sunt cornices, quarum altera alteri conviciatur.* Quare nobis, abiectâ θ' particulâ, cui nullus erat hîc locus, sic scribendum videbatur:

ἀλλ' ἢ κορώνη ἕτέρ' ἐκείνη μέμφεται.

Nisi sic potius placuerit:

ἀλλ' ἢ κορώνη ἢ ἕτέρ' ἐκείνη μέμφεται.

Nam utramque scripturam admittit metrum. Pleonastice πλὴν ἀλλ' ἢ pro nudo πλὴν dicitur. Membranae *A.* quidem editam olim scripturam absque ullâ mutatione tuentur. In *Epit.* vero deest tota pericopa.

Vers. 39 *sq.* τὸν ἐπὶ τοῦ χόρτου ποτὲ (sive τότε malueris, quamquam vulgatum tenent ambo mssti) γενόμε-

νον: id eſt, *foeno praefectum;* nempe *horreis regiis foeni.* Itaque Euſtathius, locum hunc citans ad Iliad. φ'. p. 1307. l. 33. interpretationis cauſſâ ait, ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ χόρτου. Monuit etiam CASAUBONUS: »*qui Ptolemaeo regi fuerat a* »*curâ pabuli & iumentorum.*«

b *Verſ.* 44. Vulgatam ſcripturam παπία nec uſus nec verſus ferebat. Iam alibi quidem (VIII. 358. f.) pari modo παπία vulgo apud Noſtrum ſcriptum vidimus, ſed & ibi notavimus errorem. Utrobique vox illa omiſſa eſt in *Epit.*

Verſſ. 45 & 46 ſic editi legebantur:

Ἀλλ' ἐγχέτω μοι τίς τέτταρας
κοτύλας, ἔπει τ' εἰς τὴν μεγάλην † ἔπειθ' ὁ βασιλεὺς
λέγει.

Ibi CASAUBONUS: »Duos verſus in hoc ſermone depra»vatos ita reſtituo:

»Ἀλλ' ἐγχεέσθω μοι ποτοῦ τὶς τέτταρας
»κοτύλας, ἔπειτ' εἰς τὴν μεγάλην. βασιλεὺς λέγει,
»εἰς τὴν λεκάνην μὲν οὖν.

»Explicat pluribus Euſtathius ad βαλ. φ'. Iliadis.« — Quae habet Euſtathius loco citato, ea ex Epitomâ ducta ſunt, in qua ſic ſcribitur: Ἐπεὶ Πτολεμαῖε ἔφη (ἡ Ἵππη) διψῶ σφόδρα, ἐγχέετω μοι τις τέσσαρας κοτύλας ἔπειτ' εἰς τὴν μεγάλην, ὁ βασιλεὺς λέγει &c. Ubi verba ἔπειτ' εἰς τὴν μεγάλην cum prioribus iunguntur; rectius (ut videtur) quam apud Euſtathium editur, ubi *ante* ἔπειτ' *comma* ponitur, quaſi voluiſſet Hippe, *primum ſibi quatuor infundi cotulas, tum rurſus vinum ſibi in maius poculum infundi.* In cod. *A.* omiſſo pronomine τις ſcribitur: ἀλλὰ ἐγχέετω μοι τέτταρας κοτύλας ἔπειτα εἰς τὴν μεγάλην. ἔπειθ' ὁ βασιλεὺς λέγει. Unde ſic concinnandos duos verſus putavi:

ἀλλ' ἐγχέτω μοι τέτταρας κοτύλας ἔπειτ'
εἰς τὴν μεγάλην. ἔπειτα δ' ὁ βασιλεὺς λέγει.

Vocula τις, quae verſui non erat apta, omitti poterat, intelligendo ad verbum ἐγχέτω nomen ὁ οἰνοχόος. Non nimis grata videri poteſt vox ἔπειτα in duobus continuis verſibus repetita: at non ita ſubtilis poëta Machon, qui haec talia multum curaret. Illud vero obſervatum velim, priori loco non tam pro adverbio temporis *deinde, poſthac*, accipiendum ἔπειτα videri, quam eo ſenſu quem latine vocabulis *proinde, igitur, quare*, exprimere ſolemus.

c *Verſ.* 50. Manifeſte mendoſus ille verſus eſt,

κἄπειτα αἰτήσασαν αὐτὸν μνᾶν μίαν.

Et ferendi vix sunt duo illi hiatus, κἄπειτα αἰτ. & αἰτήσασα αὐτ. nec orationis structura admittebat nominativum illum αἰτήσασα, quem tacite hîc posuit Casaubonus, non magis quam accusativum αἰτήσασαν, quem habent ed. Ven. & Bas. cum msstis. Quare, ni qua alia commodior occurrat emendatio, videndum ne κἄπειτα δ' αἰτησάσῃ scriptum oportuerit. Commodius videri poterat αἰτησάσης, si ferret metrum. Poterit vero dativus αἰτησάσῃ ad sequens verbum εἶπεν referri. *Versu* 53. pro eo quod perperam edebatur ἕως ἂν οὐ recte *Paulus* LEOPARDUS Emend. lib. X. cap. 20. ἕως ἂν οὗ correxit: quod etiam perspicue sic scriptum in ms. *Ep.* video, in quo quidem codice haec narratiuncula paulo inferius post alia nonnulla exhibetur. ἕως ἂν αὖ legendum censuerat IACOBS in Notis msstis, & in Mus. Att. III. 1. pag. 39. Pro καὶ σὺ, perperam καὶ σου scribitur in cod. *A.* Veram scripturam tuetur ms. *Ep.*

Vers. 57. Recte εἶτ' ἐς ὕστερον edd. quod idem valet ac εἶθ' ὕστερον.

Versus 59-61. sic concepti leguntur in editis:

πρὸς τὸν μετιόντα παῖδα νῦν Πύθων ἔφη,
ἐπεί γε τῶν ὑῶν διάμεστος ἐγένετο
ἐπὶ τὴν αἶγ' οἷος ἐστι ἀνακάμπτειν πάλιν.

Ex ms. *A.* notatur, *deesse* in illo (*vers.* 59.) *vocem* νῦν; tum pro ἔφη (si recte accepi) scribi φη mutilâ voce. Pro his, quae *vers.* 60. edita leguntur, ex eodem cod. haec verba citantur: ἐπειδὴ ἤδη τῶν ὑῶν ἐγένετο διάμεστος. Denique pro illis (*vers.* 61.) ἐπὶ τὴν αἶγ' οἷος, haec, ἐπειδὴ γιαιοῖος. Quibus e monstris partim, partim disiectis poëtae membris, doctus nescio quis librarius istam satis probabilem lectionem concinnavit, quam in editis libris exhiberi dixi. Et versus quidem antepenultimus cum penultimo tam commode concinnati, ut nihil in eis mutandum existimaverim. Unus postremus illegitimus: in quo quidem illud facile adparet, ἐστιν ἀνακ. scriptum oportuisse, quod habent etiam ed. Ven. & Bas. pro ἐστι, quod est in ed. Cas. Sed spondeum in secunda senarii sede non ferendum putavi: &, quamquam ab HERMANNO, DE Metris lib. II. pag. 166. hunc versum in eorum numero relatum viderim, qui vix videantur mutationem admittere, probabilis tamen ac satis obvia nobis visa erat, quam adferre conati sumus, medicina:

ἔπειτ' ἐπ' αἶγ' οἷός ἐστιν ἀνακάμπτειν πάλιν:

d ubi prior ſyllaba vocis οἷος, licet circumflexo accentu notata, in verſu tamen corripi ob ſequentem vocalem poteſt, ut tertius ſenarii pes anapaeſtus ſit. Verſum iſtum citans HERMANNUS, non οἷός ἐστιν ſcribit, ſed οἷός τ' ἐστίν: quod conſulto-ne factum ſit a doctiſſimo Viro, an caſu ita poſitum, neſcio: illud perſuaſum habeo, tenendam hoc loco librorum ſcripturam οἰὸς ἔστιν, id eſt, *paratus eſt, vult redire.* Nec enim id dicit Nico, quod dicentem Dalecampius fecit, vertens, *reverti denuo poteſt;* quem Gallicus interpres ſecutus eſt. Sed mirabunda & indignabunda ait: *nunc ad capram vult reverti? nunc ad capram reverti cupit?* In Epitomâ ſic ſcribitur: Πύθων, ἔφη, ἐπεὶ ἤδη τῶν ὕδων ἐγένετο διάμεστος, ἐπὶ τὴν αἶγ' οἷος ἐστὶν ἀνακάμπτειν πάλιν.

AD CAP. XLVI.

Μέχρι μὲν τούτων μνημονεύω. Sic ms. *A.* ignorans οὖν particulam, in editis inſertam. *Ibid.* Ἔσον ὅχλον εὐανδροῦσα πόλις οὐκ ἔσχεν. Deſiderabam οὐδεμία ἔσχεν, pro οὐκ ἔσχεν: ſed vulgatam ſcripturam ad verbum tenent ambo veteres codices. De uſu verbi εὐανδρεῖν dictum ſupra ad pag. 565. f. Hoc loco εὐανδροῦσαν πόλιν dixiſſe auctor videtur *civitatem fortibus viris claram.* Sic Appianus, in Rebus Syriacis cap. 37. de phalange Macedonica loquens, ait, εὖ γεγυμνασμένης καὶ εὐανδρούσης τότε μάλιστα, καὶ δόξαν ἀμαχόν τε καὶ φοβερὰν ἐχούσης. Tom. I. edit. noſtr. pag. 591.

ὁ Γοργίας δ' ἔτι πλέονας. Abſurda utique ſcriptura videri debuit: Ἀπολλόδωρος δὲ τούτων πλείους· ὁ Γοργίας δὲ πλέονας. Nec dubitandum, ὁ Γοργίας δ' ἔτι πλέονας (id eſt, *adhuc plures*) ſcripſiſſe auctorem: aut certe δὲ καὶ πλέονας, *etiam plures.* Sed quam facile ex ΔΕΤΙΠΛΕΟΝΑΣ enaſci ΔΕΠΛΕΟΝΑΣ potuerit, in oculos occurrit. Deceptus autem fuiſſe videtur librarius eo, quod *poſt* πλέονας *omiſſa* eſſet *orationis diſtinctio*, qua etiam editiones omnes carebant; quaſi cohaererent iſta verba, πλέονας παραλειφθῆναι φάσκοντες: quod plane contra eſſe liquebit cuilibet, qui proxime ſequentia perlegerit. Qui hic nominatur *Gorgias*, Athenienſis ille Gorgias eſt, ſupra iam memoratus p. 567. cuius liber Περὶ Ἑταιρῶν rurſus infra (p. 596. f.) citatur. Brevius h. l. Epitoma: Ἀπολλόδωρος δὲ πλείους, καὶ ἄλλοι.

καὶ τάσδε· τὴν Πάροινον ἐπικληθείσαν, καὶ Λαμπυρίδα, e καὶ Εὐφροσύνην. Addubitare ſubit, vera-ne ſit ſcriptura τάσδε, an ſub eâ voculâ lateat proprium aliquod meretricis nomen. Tum vero & illud dubitari potuerit, ſint-ne tria iſta trium diverſarum meretricum, an unius eiusdemque cognomina. Fidenter quidem Gallicus interpres vulgatam ſcripturam ſic convertit: *entre celles qu'a omiſes Ariſtophane, on compte celles-ci, ſçavoir: une Anonyme, ſurnommée l'Ivrogneſſe; Lampyris; Euphroſyne, fille d'un ſoulon.* Omnia iſta nomina omiſit *Epit.*

Θεόκλεια· αὕτη δ' ἐπεκαλεῖτο Κορώνη. Conf. ſupra, lit. *a.* & infra, pag. 587. b. c. *Ibid.* Γνάθαινα, καὶ ταύτης συγατριδῆ Γναθαίνιον. Conf. pag. 581. a. & ibi notata. Perperam apud Suidam Γναθαινία & Γναθαίνιος, pro Γνάθαινα & Γναθαίνιον: de quo Toupius monuit, Emend. in Suid. P. I. pag. 69.

καὶ Γρυμαῖα. Sic ms. *A.* In *Epit.* deeſt hoc nomen, cum adſint proxime praecedentia & ſequentia. Eſt aliâs nomen appellativum γρυμαῖα vel γρυμαία, de quo vide ad VII. 293. b. Animadv. T. IV. pag. 178 ſq. In nomine Θρυαλλὶς nil mutat ms. *A.* Θρυλλὶς, quod in *Epit.* eſt, poterat a nomine θρύλλος, *ſuſurrus, murmur*, derivari. Mox dein, pro edito olim κωμῳδοποιὰς, rurſus κωμῳδιποιὸς dedit ms. *A.*

ἐν ἀγῶνι οὖν ποτε (τὸν Δίφιλον) ἀσχημονήσαντα σφόδρα, f ἀρθῆναι ἐκ τοῦ θεάτρου συνέβη. Ἀγὼν eſt *actio fabulae*: & intelligitur ex hoc loco, *Diphilum*, ut multos alios & comicos & tragicos poëtas, non modo *docuiſſe* ſuas fabulas, ſed & ipſum *egiſſe*. Ἀσχημονεῖν proprium verbum in actore ſcenico, qui *ſusceptam perſonam male tuetur*, aut omnino *partes ſuas inepte agit.* Conf. Epicteti Enchirid. cap. 37. (al. 59.) & Hemsterhus. ad Luciani Nigrin. cap. 8. T. I. ed. Bipont. pag. 242. ἀρθῆναι hìc eodem modo dicitur, quo ἄρασθαί τινα μέσον dictum vidimus lib. VI. pag. 238. b. nempe *medium corripi* & *ſublime ſublatum eiici.* ἐκβάλλεσθαι ait Lucian. l. c.

Recte, paulo poſt, παιδείας ἀντεχόμεναι legitur in ed. Ven. & in msstis. Nec vero opus foret, ut talium minutiarum mentionem faceremus, niſi adeo frequenter commiſſum videremus, ut vel manifeſtiſſimi errores per plerasque editiones ac praeſertim per tres deinceps Caſaubonianas propagati ſint: quos ſi nos corrigimus, iure ſuo

e nobis quaesiverit studiosus lector, utrum ex nostrâ coniecturâ, an e vetustis libris ducta sit ea scriptura, quam in locum mendosae lectionis posuerimus.

διόπερ καὶ εὔθικτοι πρὸς τὰς ἀπαντήσεις ἦσαν. » Sic » membranae: non ἀποκρίσεις, quomodo aliquoties iam » locutus. Sed & ἀπαντήσεις vocant Graeci acute dicta e » re nata: prorsus ut sermo vernaculus, *des rencontres*. εὔ» θικτος autem per ι semper mssti, non εὔθηκτος per η: » etsi dicitur utrumque, & exponitur vocabulum utrum» que a veteri Hermogenis interprete. Τὸ δὲ εὔθηκτα, in» quit, διὰ μὲν τοῦ η γραφόμενον, τὰ τμητικὰ δηλοῖ καὶ » ἐνεργῆ καὶ δραστήρια, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τεθηγμένου ξί» φους· διὰ δὲ τοῦ ι τὰ οἱονεὶ εὐαφῆ καὶ εὐμεταχείριστα, » καὶ πολλὴν τὴν ἐπιτυχίαν ἐμφαίνοντα, καὶ εὔθετον τῷ » λόγῳ τὴν ἐπαφὴν παρεχόμενα.« Casaubonus. — De vocab. εὔθικτος confer supra dicta, ad p. 577. d. πρὸς τὰς ἀπαντήσεις recte h. l. agnoscunt ambo nostri codices: & vel ex hoc ipso loco intelligi par erat, idem valere ἀπαντᾷν ac ἀποκρίνεσθαι: qua notione iam plus semel usurpatum istud verbum in his libris vidimus, & sic rursus XIV. 648. *c. d.* Confer Lexicon nostrum Polybian. p. 63. num. 3.

a ἀνωφελῆ καὶ ἐρωτικὰ σοφίσματα διδάσκοντα, ἐμέ τε ὠσαύτως. » Quid appellat ἐρωτικὰ σοφίσματα? An *de amo*» *re* disputabat Stilpon, ut Plato in Convivio, & alibi? » Sed eiusmodi diatribae aut scholae quare appellentur » sophismata? an igitur scribendum ἐρωτητικά? Nam so» phismata semper interrogabantur. « Casaubonus. — Locum istum citans Berglerus ad Alciphr. pag. 144 sq. ἐριστικὰ corrigebat: probabiliter admodum, cum & tota *Megaricorum* schola, cuius lumen *Stilpo* fuit, *Eristica* vulgo adpellaretur, teste Laërtio, II. 106. & de *Stilpone* sigillatim loquens idem Laërtius, II. 119. diserte dicat, δεινός τε ἀγαν ὢν ἐν τοῖς ἐριστικοῖς. At quoniam non est probabile, *Glyceram* dicere voluisse, *se pariter contentiosis sophismatibus corrumpere iuvenes*, speciem utique insignem habet Iacobsii emendatio, in Attico Mus. T. III. Fasc. 2. pag. 249. proposita: ἀνωφελῆ καὶ ἐριστικὰ σοφίσματα διδάσκοντα, ἐμέ τε ὠσαύτως ἐρωτικά. Vulgatam vero scripturam studiose defendit Cresollius, in Theatro Veterum Rhetor. lib. II. cap. 7. in Thesaur. Antiq. Graecar. Tom. X. pag. 79.

μηθὲν οὖν διαφέρειν ἐπιτριβομένοις. διαφέρει exſpe- a
ctabam: ſed poteſt infinitivus, quem cum editis tenent vetuſtae membranae, a verbo λέγουσι pendere. Commode quidem, ſed ſuo (ut videtur) iudicio, Epitomae auctor ſcripſit, ὡς μηδὲν διαφέρειν. Scripturam μηθὲν ex membr. *A.* adoptavi. Ἐπιτρίβειν valet *perdere, corrumpere, depravare.* Vide VII. 300. b. VIII. 335. f. & XIII. 610. c. ubi opponuntur ἐπιτρίψαι & σοφρονίσαι.

AGATHONIS teſtimonium omiſſum in *Epit.* Ex ms. *A.* nullus a vulgatâ ſcripturâ diſſenſus adnotatus; quae cum in ed. Ven. & Baſ. nullâ interpoſitâ diſtinctione ſic exhiberetur,

Γυνὴ τὸ σῶμα δι' ἀργίαν
ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ:

in ed. Caſ. *poſt* ψυχῆς interſertum eſt *comma*, quaſi cohaererent iſta δι' ἀργίαν ψυχῆς. Sed, ſive teneas illam diſtinctionem, (quae quidem vix ulli lectori probabitur) ſive tollas, recte iudicaſſe GROTIUS videtur, (in Notis ad pag. 437. Excerptor. ex Trag. & Comoed. Graec.) ſine ſenſu & contra verſum eſſe iſta verba, Γυνὴ τὸ σῶμα δι' ἀργίαν: quae ille ſic corrigenda cenſuit, ut in ſcholio ſub contextu indicavimus,

— Γυνὴ δὲ σώματος δι' ἀργίαν,

adiectâ eâdem verſione latinâ, quam nos noſtram fecimus.

AD CAP. XLVII.

Χαριέντως γ', ἔφη, ὦ νεανίσκε, τὸ σωμάτιον διάκεισαι. b
Sub χαριέντως τ', quod habent veteres membranae, haud dubie χαριέντως γ' latebat. Particulâ carent edd. & *Epit.*

οἶνον ἐν ψυκτηριδίῳ μικρόν. οἶνος μικρὸς, *parvum vinum*, i. e. *exile, tenue, parvi pretii.* Aliud eſt μικρὸς οἶνος, *tenue vinum:* aliud μικρὸν οἴνου, *parum vini;* quam in ſententiam in ſimili hiſtoriâ p. 585. e. dicitur ὀλίγος οἶνος vel ὀλίγον οἴνου.

οὐ γὰρ στεφανίτης ὁ ἀγὼν ἐστιν, ἀλλ' ἀργυρίτης. Vidi- c
mus ſupra, XII. 522. d. ἀργυρικὸν ἀγῶνα dici, *certamen cuius victori certa pecuniae ſumma propoſita eſt.* Idem valet ἀργυρίτης: ſed & ſignificare poteſt certamen *cuius victor magnam argenti vim impendere cogitur;* & ſic hoc loco accipitur.

ὃ τὴν μνᾶν. μνὰν & hic & conſtanter alibi ſcribitur in ms. *A.*

Εἰ δὲ λίθον εἶχες; ἔφη· Ἀποψήσασθαι ἂν σοι ἔδωκα. Cum ἔφη *ante* εἶχες vulgo poneretur, neceſſario permutandae inter ſe vices horum verborum fuerunt. Omiſit hoc loco totam rem Breviator, quae ſupra a Machone (p. 578. e.) mutatis perſonarum nominibus narrata eſt. De dictione αἰτίαν ἔχειν vide notata ad IX. 368. b.

d Τῶν δὲ πινόντων παρ' αὐτῇ βαλλομένων εἰς βολβοφάκην. » De *bolbophace* diximus libro quarto, cap. XV. [vide ad »IV. 158. b.] Dalecampium hic ſequor ſcribentem, βαλ- »λομένων ἑαυτοὺς τῇ βολβοφάκῃ. « CASAUBONUS. — Vertit Dalec. *bolbophacen effuſam disiecerant;* haud incommode, quidquid ſit quod de Graeca ſcriptura ſtatuas, quam cum editis tuentur ambo noſtri missti. Ac poterit fortaſſe hoc ſenſu teneri librorum ſcriptura, ut intelligamus *alterum ferientem alterum impegiſſe in vas, in quo erat pulmentum lenticulae cum bulbis paratae, illudque confregiſſe.* *Ibid.* καὶ τῆς παιδίσκης ἐν τῷ καθαίρειν εἰς τὸν κόλπον ἐμβαλλομένης τῶν φακῶν. ἐν τῷ καθαίρειν, *repurgans menſam*, in quam excuſſum fuit pulmentum; ſive *converrens*, ut vertit Dalecampius, nempe *in pavimento.* εἰς τὸν κόλπον, intellige, *in ſinum veſtis ſuae*, ſcilicet quod ſibi comedendum ſervaret. Satis autem ſpiſſum fuiſſe adparet id pulmentum.

Ἀνδρονίκου δὲ τοῦ τραγῳδοῦ ἀπ' ἀγῶνός τινος, ἐν ᾧ τοὺς Ἐπιγόνους εὐημερήκει &c. Dalecampius ſatis commode: *Andronicus tragoedus ludorum publicorum certamine Epigonos feliciter cum egiſſet:* adiectâ Notâ: » Inter *Aeſchyli* tragoedias »illa recenſetur. *Epigoni*, poſteri illorum qui ad Thebas »pugnarunt. Pauſanias lib. X. « — Recte *Andronicus tragoedus:* id eſt, actor tragoediarum; non *tragicus poëta*, ut intellexit Gallicus interpres. Ἀνδρόνικον τὸν ὑποκριτὴν dixit Machon, pag. 581. c. ἀγὼν vero hîc non *ludorum publicorum certamen* debuit verti, ſed ſimpliciter *actio fabulae*, ut p. 583. f. *Epigonorum* meminit Pauſanias lib. X. cap. 10. pag. 822. item lib. IX. cap. 9. pag. 729. Sed praeſertim videndus Apollodorus, Biblioth. III. 7, 2. ibique Heynii notata, & Diodor. Sicul. IV. 66. Non *Aeſchyli* autem fabulam *Epigonos*, ſed *Sophoclis* hoc loco intelligendam eſſe probabile fecit BRUNCK in Sophoclis Fragm. ex Epigonis, num. 4. De verbo εὐημερεῖν dictum eſt ad VI. 248. e. conf. XIV. 631 extr. Similiter paulo poſt, pag. 585. c. habes Μενάνδρῳ δυσημερήσαντι. Mirum vero videri poſſit, quid ſit quod dicatur, *Epigonos cum plauſu egit*, quandoquidem

Epigoni *ſeptem* fuerunt, quorum non ſingulorum partes unus Andronicus agere potuit. Egerit ille fortaſſe principes partes *Alcmaeonis ducis:* itaque dicere auctor, qui haec narrat, potuerat ἐν ᾧ τὸν Ἀλκμαίωνα εὐημερήκει: nunc, cum ait ἐν ᾧ τοὺς Ἐπιγόνους εὐημερήκει, dicit, *poſtquam partes ſuas in fabulâ Epigonis cum plauſu egiſſet.* Qui ſubiicitur *verſus* a Gnathaenâ pronunciatus, eum ex eâdem fabulâ *Epigonis* ductum eſſe intelligitur.

εἰς Σίγειον εἶπεν. »Σιγὴ, *ſilentium. Sigeum*, Troadis oppidum vicinum Scamandro. « DALECAMPIUS. — Imprudenti exciderat eidem Interpreti, ut pro ἀφ' Ἑλλησπόντου in latinâ verſione *in Peloponneſum* poneret.

Εἰσελθόντος δέ τινος ὡς αὐτήν. Sic ms. *A.* non ἐς. Sic rurſus pag. ſeq. b. editi & mssti. *Ibid.* Ἔγχαλκα, ἔφη, παιδίον. »Ἔγχαλκα *ova*, quae aeneâ patellâ friguntur. « DALECAMPIUS. — Commodius CASAUBONUS: »*Sunt aerea, inquit:* hoc eſt, *aere paranda*, ſi quis velit edere. « — Nempe non gratis coenabatur apud illam.

ὃς οὐδὲ καλούμενος ἔρχῃ. »Iocus eſt in particulâ οὐδὲ: »quae, iuncta verbo ἔρχῃ, ſententiam faciet, *qui ne vocatus quidem venias:* id autem *ſuperbi* hominis. Eadem, »iuncta participio καλούμενος, eum ſignificat *qui veniat invocatus*, ut paraſitus Plautinus. « CASAUBONUS.

Ἦτοι τὴν λήκυθον, ἔφη, ἢ τὰ ὑποδήματα. »Iocatur f »in paraſiti egeſtatem. *Negaverat* ille *ſe triduo quicquam comediſſe*, vim morbi ſui ita declarans. Illa aliter accepit: »&, *Rogas*, inquit, *hoc triduo quid te putem ediſſe? Ego vero aut ampullam tibi comeſam arbitror, aut calceos.* In ſum»mâ rerum inopiâ, ut cum deeſt annona, aut in obſidio»nibus, & *calceos & ampullas ſcorteas*, quae ὄλπαι dicebantur proprie, aliaque talia fuiſſe manducata, teſtis eſt »Graecorum hiſtoria, & noſtrorum temporum confir»mat experientia. Paraſitorum epulae domeſticae quales »fuerint, docet eius ordinis homo Ergaſilus:

»*Paraſiti*, ait, *rebus prolatis latent*
»*in occulto miſeri victitant ſucco ſuo.* «

CASAUBONUS. — Tacite ὑποδήματα correxit vir doctiſſimus & in contextu poſuit; recte vero, & certiſſimâ coniecturâ. De *ſcorteis* (id eſt, *coriaceis*) *ampullis* vide ad XII. 552. d. In *Epit.* deeſt poſtrema narratiuncula, eiusque loco nonniſi haec verba adpoſita ſunt: Ταῦτα ὁ Λυγκεύς.

AD CAP. XLVIII.

Μετάνειρα δὲ ἡ ἔτ. Coniunctivam particulam recte adiiciunt ambo mssti. *Ibid.* Λαγυνίωνος ἐπίκλην. *Mollem, effoeminatam* interpretatur Dalec. Immo vero, a *lagena* cognomen invenerat. *Ibid.* καταπεσόντος ἔν τινι κονιάματι &c. »Ineptum hominem deridet, qui in plano & laeviga»to solo, tanquam foret lapidibus & calculis impeditus ac »salebrosus, lapsus esset.« DALECAMP. — Intelligitur ex hoc loco, *tectorio opere* (sic latine vocant τὸ κονίαμα) non modo parietes incrustari solitos, sed interdum etiam pavimenta.

a Ἀριστόδημος δ' ἐν δευτέρῳ Γελοίων Ἀπομνημονευμάτων. Ex isto *ARISTODEMI* scripto ducta sunt quae & reliquo hoc capite & capite sequente continentur. *Ibid.* λάκκον αὐτὴν εἰπόντος. Λάκκος, *fovea, puteus, cisterna, lacus.* Inde obscoeno sensu λακκόπρωκτοι dicti impudici.

δύο ποταμοὶ ἐμβάλλετέ μοι, Λύκος καὶ Ἐλεύθερος. »Duo »sunt fluvioli sive torrentes agri Attici, qui in idem ba»rathrum praecipitant. Inde est iocus.« CASAUBONUS. — At quis, quaeso, auctor rivorum hoc nomine in Attica meminit? Nullus, cuius ad nos quidem notitia pervenerit. *Lycus*, nomen multorum Asiae fluminum, in his unius in Phoenicia: *Eleutheros*, item Phoeniciae flumen, cuius & Strabo meminit lib. XVI. pag. 753. c. & Plinius lib. V. cap. 20. sect. 17. & IX. 12, 10. aliique quos citat Cellarius in Geogr. Antiq. lib. III. c. 12. p. m. 456. Istos fluvios a Gnathaena (doctrinam nonnullam adfectante) hîc dici, iam olim observaverat *Paul.* LEOPARDUS, Emendat. lib. XII. c. 10. simul monens, *militem* a rapinâ *lupi* nomine significari; *mastigiam* vero seu *verberonem*, per antiphrasin vel ironiam, *Eleutherum*, id est, *liberum.* Adnotaverat idem LEOPARDUS, apud Eustathium ad Iliad. ω', (pag. 1481. l. 34. ubi hunc locum citat) ita scribi: ἢ ὅτι δύο ποταμοὶ ἐμβάλλετόν μοι ὁ λύκος καὶ ὁ μαστιγίας: cui scripturae perspecte ille praeferendam eam censuit, quae in Athenaei libris vulgo legitur. Ducta est autem illa Eustathii scriptura (quemadmodum alia omnia quaecumque ab illo ex Athenaeo adferuntur) ex Epitomâ, in qua eodem modo scribitur: noster vero codex *Epit.* etiam δυὸ ποταμῶ habet, non δύο ποταμοί.

Ἐπὶ δὲ τὴν θυγατέρα τὴς Γναθαίνης. Intelligi videtur *Gna-*

thaenium, eadem quae θυγατριδῆ *Gnathaenae*, i. e. *neptis*, a modo dicebatur. Conf. ad pag. 581. a.

ἐννοχέναι γὰρ δικέλλας ἅμας [τε· »Ἀλλ'] εἰ ταῦτ' εἴχεθ' ὑμεῖς. In ed. Ven. & Baſ. ſic ſcribitur: ἐννοχ. γὰρ δικέλλας, ἀλλὰ εἰ ταῦτ' ἔχεθ' ὑμεῖς. In ed. Caſ. vero: ἐνην. γὰρ δικέλλας ἅμας. τί ἀλλὰ εἰ ταῦτ' εἴχεθ' ὑμεῖς. Tum ad hunc locum eſt CASAUBONI Animadverſio haec: »ἐνενοχέναι γὰρ δικέλλας ἅμας. Haec ita iun»gunt mssti, ut in aliis ſcriptoribus ſaepe. *Hamarum* in »hunc uſum meminit Iurisconſult. lege tertia Digeſt. De »Officio praef. vigilum. Sed locus leviter caſtigandus, & »aliter accipiendus quam factum eſt ab Interpretibus. δι»κέλλας ἅμας τε. ἀλλ' εἰ ταῦτ' εἴχετε ὑμεῖς, εἶπεν »ἢ Γνάθαινα, ἐνεχυρασθέντες τὸ μίσθωμα ἂν ἀπτε»στείλατε. Negat verum eſſe quod minitantes iſti dice»bant, habere ſe ligones & hamas ad parietes fodien»dum, & fores effringendum. *Nam*, ait, *ſi haec inſtrumen»ta haberetis in veſtra poteſtate, dudum ea pignori oppoſuiſſe»tis, & mercedem miſiſſetis* quam poſtulo. μίσθωμα turpe »verbum eſt, & *capturam meretricis* ſignificat, ut moneba»mus ad Suetonium. [Calig. c. 40.] Vir doctus pro εἴ»χετε legit ἔχετε, perverſâ ſententiâ totâ.« — Haec ille. At, ut a proximo incipiam, non ſuâ auctoritate Dalecampius ἔχετε legerat, ſed ita ſcriptum invenerat in ed. Baſ. itemque in ed. Ven. εἰ ταῦτ' ἔχεθ': male id quidem; pro quo recte εἴχεθ' exhibent mssti. Similiter vero Caſaubonus pravâ ſcripturâ editionis Baſileenſis deceptus ἐνεχυρασθέντες edidit. Et eſt quidem probum per ſe verbum ἐνεχυράζω: ſed pro eâ notione, quae eſt huius loci, ἐνεχυράσαντες aut ἐνεχυρασάμενοι deſiderabatur, non paſſiva verbi forma. Leviori errore ἐνεχυραθέντες ſcribitur in ed. Ven. quod verbum in duo erat partiendum, ἐνέχυρα θέντες: quemadmodum legitur in utroque noſtro msto codice. Caeterum rectiſſime utique ſententiam auctoris interpretatus eſt doctus Animadverſor. De priorum autem verborum ſcripturâ dubitari etiamnum poteſt. In utroque noſtrorum codicum ſic ſcribitur, ἐννοχέναι γὰρ δικέλλας ἅμας, [ſic, cum leni ſpiritu] εἰ ταῦτ' εἴχεθ' ὑμεῖς. Videtur autem iunior aliquis librarius, qui vim vocabuli ἅμας, quod habebant veteres codices, parum percepiſſet, ex ἀλλὰ ortam illam vocem putaſſe, adeoque pro δικέλλας ἅμας εἰ ταῦτ' &c. ſic ſcripſiſſe, δικέλλας.

a ἀλλὰ εἰ ταῦτ': quae coniectura eo maiorem etiam speciem habebat, quod *desiderabatur coniunctio*, qua vocabula δικέλλας & ἄμας iungerentur. At non fortuito aut per errorem huc irrepsisse videtur vocabulum ἄμας: de cuius proprio significatu quamquam haud satis constat, (conf. H. Stephani Indicem Thes. Martini Lexicon Etymol. & alia Lexica latina in *Hama*, praesertim vero SALMASIUM ad Hist. Aug. pag. 392 sqq.) tamen negari nequit peraptum illud huic loco esse. Sane, sicut apud Latinos scriptores passim iunguntur *hamae* [sive *amae*) & *ligones*, sic & apud Aeschinem adv. Ctesiphontem, simili in argumento, pag. 514. ed. Reiskii, iunguntur ἄμαι (sive ibi ἄμαι scriptum oportuit) & δίκελλαι. Denique satis certum est, ἄμην dictum fuisse *instrumentum fossorium*, sive illud *palam* sive *rutrum* aut *ligonem latiorem* latine reddere volueris. Hesychius: ἄμη, σιδηροῦν σκεῦος. Photius in Lexico Msto, citatus ab Hesychii editore, σκαφεῖον & ἄμην idem dici instrumentum docet. Pari ratione apud Scholiasten Thucydidis, ad lib. IV. cap. 26. ubi ἀμὴ exponitur σκαφίον πλατὺ, haud dubie σκαφεῖον scriptum oportebat: nam verbum διαμώμενοι, quo utitur Thucydides, διασκάπτοντες interpretatur idem interpres, a nomine ἄμη derivatum monens. Confer Aristoph. Av. 1145. & Pac. 299. & 426. Ad priorem ex Avibus locum vetus interpres ἄμας similiter interpretatur ἐργαλεῖά τινα ἐπιτήδεια πρὸς τὸ ἀνορύττειν. Iam cum apud Athenaeum hoc loco, in quo versamur, commode quidem poni potuerit particula ἀλλὰ, nec vero eam agnoscant veteres libri; facile credam, nullâ aliâ medicinâ indiguisse librorum nostrorum scripturam, nisi ut adiectâ coniunctione scriberetur δικέλλας καὶ ἄμας. Tum nude, εἰ ταῦτ' εἴχεθ' &c. Quod ait, *mercedem misissetis*, dicere videtur *debitam iam inde ab alio tempore mercedem.*

b ὡς αὐτὴν καὶ τὴν θυγατέρα. Sic recte ms. *A*. Verba ista omissa in Epit. *Ibid.* καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο· Ὅδε ὁ νόμος &c. Perperam olim sic scribebatur, ὃ δὲ ὁ νόμος, & ante ista verba in ed. Bas. & Cas. maiori puncto distinguebatur oratio. Porro perperam Dalec. interpretatus erat, *Trecentis ac viginti tribus versibus paribus atque similibus haec lex descripta est.* Quae spectans CASAUBONUS: »Perversa, ait, illorum mens: ὅδε ὁ νόμος &c. de quibus »libro sexto, cap. X.« — Vide Animadv. ad VI. 244. a.

AD CAP. XLIX.

Καλλίστιον. In hanc exstat epigramma Meleagri, in BRUNCKII Analect. Tom. I. num. 70. Quod hic de *mastigia* narratur, simile quid in Gnathaenae dictis commemoravit Machon supra, pag. 580. b. *Ibid.* τοὺς τύπους τῶν πληγῶν: id est, τὰ ἴχνη τῶν πληγῶν, τοὺς μώλωπας. Contulit hunc locum IACOBS cum Meleagri epigr. 53. vs. 4. c

μόσχειος. Scripturam hanc cum editis tenet ms. *Epit.* Recte adnotavit DALECAMPIUS: »Scutica e *vituli corio* »facta.« — Nempe non modo μόσχειος ἱμὰς, sed & nude μόσχειος, *lorum* dicebatur.

ἦν γὰρ ἐφιστεκυῖα γραῦς αὐτῷ. DALECAMPIUS: *quod anum superstare diceret:* adiectâ Notâ: »τὴν γραῦν. Ita Grae»ci dicunt quod in summo tum lacte tum iusculo pingui »concrescit: obscure tamen Glyceram *anum* appellare is »videbatur.« — Scilicet *rugosam cuticulam*, quae lacti superne solet esse obducta, γραῦν dicebant Graeci. *Ibid.* Ἀποφύσα, καὶ τῷ κάτω χρῷ. »Ἀμφίβολον. Quasi diceret: *Ne spe»cta faciem; reliquo corpore utere.*« DALECAMP. d

πηλός ἐστι. *Lutum est.* »*Lutosa via* est. — *E luto sigil»lum* est: lutum misit, non argentum.« DALECAMP.

πρὸς γράσωνα πορευομένη ἑταστήν. Γράσωνα maiusculâ literâ initio vocis scribitur in ed. Bas. & Cas. & sic mox rursus Γράσωνι. Similiter in ed. Ven. & in ms. *Ep.* lineolâ transversâ superne impositâ vocibus γράσωνα & γράσωνι indicatur nomen proprium hoc esse. Atque ita etiam Eustathius accepit, ex Epitomâ hunc locum citans in Comment. ad Od. ι'. p. 362. l. 24. At, commune & adpellativum (quod aiunt) nomen esse, significans *hominem hircosum*, i. e. *male olentem*, Suidas docet in Γράσος, & in Τράγος. conf. Gatakerum ad M. Antonin. V. 28. *Ibid.* ποῦ πορεύεται. Sic commode mssti ambo. ποῦ, pro ποῖ, ut frequenter apud optimos quosque auctores. e

Αἰγεῖ συνοικήσουσα &c. »Senarius est ex Euripidis Me»dea. [vers. 1382.] *Aegeum* vocat ἀπὸ τῆς αἰγὸς, quod »instar *caprae* aut *hirci* foeteret.« DALECAMPIUS. — Confer, quem idem interpres etiam laudavit, *Paul.* LEOPARDUM, Emend. lib. I. cap. 8. Adnotavit porro Eustathius, loco modo citato, intelligendum esse, Thaidem per iocum Αἰγὶ pronunciasse, pro eo quod est apud Euripidem Αἰγεῖ.

e ἄρασα φορίνην· Λάβε, εἶπε, καὶ κατάτραγε. φορίνην *cutim* dici, inprimis *ſuillam*, ex Polluce ſupra docuimus ad IX. 381. c. qui locus cum hoc conferendus. Quid ſit vero quod Euſtathius l. c. lin. 28. ait, ἔστι δὲ κλαδῶδές τι, (i. e. *ramoſum quidpiam*) φασὶν ἢ φορίνη, prorſus non exputo: niſi forte κλαδῶδες eâ notione dixit, qua aliâs κλαδαρὸν uſurpatur, nempe *fragile:* quod in *ſuillam cutim*, *probe toſtam* haud ita male conveniat. Caeterum, quod in verbo κατάτραγε (ut praeeunte Euſtathio monuit LEOPARDUS, Emend. I. 9.) continetur nomen τράγε, id eſt, *o hirce;* frigidiſſimus is iocus fuerit, cui quid tandem vel acuminis vel facetiae inſit non video, ſi praeſertim vulgatam ſcripturam καὶ κατάτραγε teneas; quam quidem cum editis libris tuentur manuſcripti noſtri ambo. Nam cum in huiusmodi dictis ſaltem ex amphibolia quadam exiſtat iocus atque gratia qualiscumque; in iſto dicto καὶ κατάτραγε ne ulla quidem ambiguitas ineſt. Inerit aliqua, & iocus fuerit utcumque tolerabilis, ſi *deletâ* καὶ *particulâ* nude κατατραγε absque accentu ſcripſeris; ut pro diverſo accentu quo iſtud verbum pronuncietur, poſſis intelligere, λάβε, κατάτραγε: *cape, comede*: & λάβε, κᾆτα τράγε: id eſt, *cape, & deinde, o hirce* . . . omiſſo per ἀποσιώπησιν alio verbo, quod ſubintelligi poterat. Gallicus interpres vocem κατάτραγε, quatenus ad hominem hircoſum refertur, pro adiectivo vocabulo accepit, cuius ſignificatus per praefixam praepoſitionem auctus ſit; quaſi dicas, *o hircoſiſſime!* Sed vel ſic delenda fuerit ante iſtud verbum καὶ particula. Adnotavit *Leopardus*, videri etiam aliquam paronomaſiam hic obtinere inter Φρύνην & φορίνην. Sed vix tanti haec erant, ut eis vel tantillum immoraremur.

οἶνον χρηστὸν μὲν, ὀλίγον δέ. Haud multo ante (pag. 584. b.) in ſimillimo argumento οἶνον μικρὸν dicebat Lynceus Samius: quod ibi *exiguum*, i. e. *vile vinum* interpretati ſumus. Rectius fortaſſe fuerat, ibi pariter atque hîc *parum* intelligere: quamquam in latino ſermone non ita commode exprimi amphibolia poſſit.

διὰ τίνα αἰτίαν οἱ στέφανοι κρήμνανται; εἶπεν, ὅτι ψυχαγωγοῦσι. Salis quidnam, aut omnino quae ſententia huic dicto inſit, non magis nobis liquet quam doctiſſimo IACOBS, qui illud in Muſ. Attic. III. 1. pag. 55. commemoravit. H. STEPHANUS, idem dictum citans in Theſ.

Gr. Ling. T. II. pag. 753. b. verbum ψυχαγωγέω interpretatus erat, *animum oblecto, eáque oblectatione ad me adlicio;* quae & aliâs ſatis uſitata ac fere vulgatiſſima verbi notio eſt: ſed, quid ea huc faciat, haud adparet. Gallicus interpres τὸ ψυχαγωγεῖν hîc de oratoribus accipiens qui *blandiendo* & miſericordiam ciendo *decipiunt* auditores, (conf. p. 590. e. f.) ſententiam dicto hanc ineſſe exiſtimat, *ſuſpendio necandos* qui id faciant.

Ὀργίζομαί σοι, εἶπεν, ὅτι πολλὰς ἔχεις. » Audiendum f » eſt *plagas;* intellexit autem ille *amicas.* « DALECAMP.

Ἀφροδίσιον εἶ Πραξιτέλους. — Σὺ δ' Ἔρως Φειδίου. » Πρα- » ξιτέλης, *qui exigit tributa.* Videtur obſcure perſtringere » Laidem petaciorem. Φείδεσθαι, *avarum eſſe.* Tenacitatem » amatoris hoc arguit. « DALECAMPIUS.

AD CAP. L.

Δημοσθένης μὲν γὰρ ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος. Exſtat locus, pag. 610. ed. Reisk.

Ἄβυδος ἐλέγετο διὰ τὸ γραῦς εἶναι. » Effoeta anus (*Si-* a » *nope*) dicta eſt *Abydus*, poſtquam de ſummo ſplendore, » in quo vixerat ad parem vilitatem eſt redacta, facta dio- » bolaris. Credo cauſſam cognominis eſſe, quia tunc iace- » bat Abydus: non autem quod *abâd* ſignificet Hebraeis » *periit.* Quamquam videtur ea urbs id nomen inveniſſe » ab Hebraea voce, propter ſitum ad mare periculoſum, » in litore importuoſo. Fieri etiam poteſt, ut, quoniam » alia quaedam meretricula *Seſtus* vulgo dicebatur, cuius » nominis ratio paulo poſt [p. 591. d.] explicatur, *Aby-* » *dus* iſta ſit dicta laſcivorum amantium ioco. « CASAUBONUS. — Verbum ἐλέγετο, quod praeter rationem in ἐκαλεῖτο mutatum erat, reſtitui ex msstis: ſic etiam apud Harpocrationem legitur in Σινώπη: ubi item *Herodicus* auctor citatur, ſed ἐν γ'. Κωμῳδουμ. habent codices Harpocrationis, pro eo quod apud Athenaeum ἐν ἕκτῳ ſcribitur. Voculam ἐν, quae deerat editis, adiectam dedere noſtrae membranae.

Ἀντιφάνης ἐν Ἀρκάδι. ἐν Ἀρκαδίᾳ ſupra ſcriptum vidimus, X. 444. b. *Ibid.* ἐν Ἀλιευομένῃ. Exſtat locus apud Noſtrum, lib. VIII. pag. 338. f.

Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογόρας. Conf. Harpocrat. in Ἀφύαι, & ibi Mauſſac. De Ariſtagora cf. p. 590. c.

b »Ὁ δ' αὐτὸς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου αἰτίας. »Omnino ſcribendum αἰκίας: *in ea contra Mantitheum »quae eſt actio iniuriarum.* Sic inter Demoſthenicas una eſt »quae inſcribitur ὁ κατὰ Κόνωνος αἰκίας λόγος. « Casaubonus. — Recte monitum: & αἰκίας perſpicue ſcriptum in ms. *A.* Conf. VI. 266. f. & 267. a. Adde Polluc. VI. 154. & VIII. 131.

c ἢ παρ' Ἀρπάλῳ συνοῦσα. Sic vetus cod. *A.* non συνοικοῦσα. In *Epit.* deſunt iſta verba. *Ibid.* Θεόπομπος ἐν τοῖς Περὶ τῆς Χίας Ἐπιστολῆς. »Editum fuerat a »Theopompo volumen Epiſtolarum: quas fuiſſe Ἀρχαϊ»κὰς inſcriptas, duobus locis ait Dionyſius Halicarnaſſen»ſis, niſi nos fallunt eius codices. Non abs re igitur du»bitaveris, num & hîc legendum ἐν ταῖς Ἀρχαϊκαῖς ἐπι»στολαῖς. Vir optimus & eruditiſſ. *Fredericus* Sylburgius »ſcribebat ἐν τῇ πρὸς τοὺς Χίους ἐπιστολῇ. Sic paulo poſt »citatur eiusdem ad Alexandrum epiſtola. « Casaubonus. — Ex ms. *A.* nullus adnotatus eſt ab editâ ſcripturâ diſſenſus: Breviator vero, pro ſuo more, auctorem nominaſſe contentus, titulum libri aut epiſtolae non adiecit. Quare nonniſi coniecturâ hîc agi poteſt: quae quamcumque in partem te vertas, lubrica admodum eſt. Theopompi Ἀρχαϊκὰς ἐπιστολὰς nominavit Dionyſius Halicarn. in Epiſt. ad Pompeium, cap. 6. Tom. VI. Opp. ed. Reiskii, pag. 782. & 786. ubi tamen de ſcripturâ dubitatur, cum Ἀχαϊκὰς in codicibus nonnullis ſe reperiſſe profeſſus ſit H. Stephanus: quam ſcripturam ibi Latinus interpres ſecutus eſt. Priori loco, ubi vulgo ſcribitur ἐπιστολάς τε τὰς ἀρχαϊκὰς γραφομένας, Valckenarius ſuffragante Ruhnkenio (in Hiſtoria Critica Orator. Graec. pag. 163. ed. Reisk.) τὰς ἀρχαϊκῶς γραφομένας legendum cenſuit: probabiliter ſane: attamen poſteriore loco rurſus ἐκ τῶν ἀρχαϊκῶν ἐπιστολῶν ſcribitur. Sed nimis longe profecto utraque harum ſcripturarum ab ea recedit, quam apud Athenaeum hîc habemus. Quare hactenus quidem probabilior videri poſſit Sylburgii emendatio, quae a Caſaubono relata eſt: quae tamen rurſus hoc nomine ſuſpecta eſſe debet, primum, quod haud adpareat, cur de *Harpali commercio cum meretricibus* in Epiſtolâ potiſſimum *ad Chios* data differuerit Theopompus; tum vero eo maxime,

quod eadem res, de qua hîc agitur, paulo poſt (p. 595. *d.* c coll. eâdem pag. lit. *a.*) ex eiusdem *Theopompi Epiſtolâ ad Alexandrum data* referatur. Quem locum ſi cum hoc noſtro contuleris, haud improbabile forſan videbitur, *Epiſtolam illam ad Alexandrum* a Theopompo eo conſilio fuiſſe ſcriptam, ut apud eum quereretur de vi atque iniuria quae patriae ipſius Chio a nonnullis eſſet illata, puta ab Harpalo & ab aliis qui ſub illius auctoritate paſſim tyrannidem exercerent. Quo etiam pertinere videtur, quod *apud eumdem Alexandrum* (ſive in eâdem Epiſtolâ, ſive in aliâ ſimilis argumenti) de *Theocrito Chio* idem *Theopompus* conqueſtus eſt, teſte Athenaeo lib. VI. pag. 230. f. (quo de Theocrito, quod ad illum locum adnotare oblitus ſum, conferendus Strabo lib. XIV. p. 645. c. & Suidas in Θεόκριτος.) Itaque ſuſpicari licuerit, *Theopompi illam ad Alexandrum Epiſtolam*, quae hoc ipſo titulo pag. 595. a. citatur, eamdem hîc quoque eſſe intelligendam, utpote περὶ τῆς Χίας, id eſt, *de terrâ Chiâ*, & pro Chiis eorumque agro, *ad Alexandrum ſcripta:* adeoque ſtatuendum, aut ſic ſcripſiſſe hîc Athenaeum, ἐν τῇ περὶ τῆς Χίας Ἐπιστολῇ, aut (ſi plures ſimilis argumenti epiſtolae ab eodem ſcriptae fuerint) ἐν ταῖς περὶ τῆς Χίας Ἐπιστολαῖς.

μετὰ τὸν τῆς Πυθιονίκης θάνατον. De *Pythionica* vide infra, pag. 594. e. & pag. 595 totâ. *Ibid.* ἀπειρῆσθαι τε ἐπὶ πᾶσι. Placet nudum πᾶσι, quod habet *Epit.* Infra, ubi eadem res repetitur, pag. 595. d. nude ſcribitur, ἀπειρηκέναι τὸν Ἅρπαλον μὴ στεφανοῦν &c. Poteſt tamen ἐπὶ πᾶσι ſatis uſitata notione intelligi *poſt haec omnia, ad haec omnia:* niſi forte ita accipiendum, *quavis intentatâ poenâ, omni ſuppliciorum genere propoſito* his qui contra facerent.

ἐν Ῥωσσῷ δέ. Haud ſpernendum eſt ἐν Ῥωσῷ, quod habet ms. *Ep.* Pariter certe ſimplici literâ ſibilante ſcribitur illius oppidi nomen apud Stephanum Byzantinum; ſed circumflexâ penultimâ, Ῥῶσος. Etiam gentile nomen Ῥωσικὸς ſimplici σ in medio ſcriptum ſupra vidimus, lib. VI. pag. 229. c. ubi conf. notata. Pro edito olim ἑστάναι »Scribendum ἱστάναι« recte monuit CASAUBONUS. Opus enim erat verbo *activam* notionem habente. In *Epit.* ſcribitur στῆσαι ἐτόλμησε: quod idem valet ac ἱστάναι. Pag. 595. d. in eâdem re ἔστησε ſcribitur. Pro vulgato παρ' αὐτὴν ἑαυτοῦ, monuit idem CASAUBONUS: »Scribendum παρὰ τὴν ἑαυτοῦ.« Ferri ſane παρ' αὐτὴν

nullo modo potuit: sed ex p. 595. d. suspicari licet, fortasse παρ' αὐτὴν τὴν τοῦ βασιλέως καὶ τὴν ἑαυτοῦ hîc olim scriptum fuisse.

d Ὁ δὲ γράψας τὸν Ἀγῆνα τὸ Σατυρικὸν δραμάτιον &c. Huius *dramatis* iam supra mentio facta, lib. II. pag. 50. f. Conf. infra, p. 595. e. & f. & seq. Omnibus istis locis Ἀγῆνα scribitur, ut & mox hîc Ἀγῆνος, circumflexâ penultimâ: quare eamdem scripturam hîc quoque restituimus. In *Epit.* h. l. omissa ista omnia.

Vers. 2. »αὐτοῖσι τόνων Ἀγῆνος οὐκ ἐλάττονος. Ine»pta lectio, & quae interpretationem non poterat non »ineptam parere. Scribe:

»αὐτοῖσι τῶν Ἀγῆνος οὐκ ἐλάττονας.

»*Audio*, ait poëta, *Harpalum misisse* Athenienſibus *myria»das tritici non pauciores quam Agen. Agenis* historia obscu»ra est; de *Harpalo* omnia nota ex oratione Dinarchi, »Plutarcho in Demosthene, & aliis scriptoribus. Vide in»fra hoc libro, [p. 596. a. b.] ubi haec melius descripta.« Casaubonus. — τῶν Ἀγῆνος recte hîc dedit ms. *A.* sicut inferiore loco: in mendosum vero ἐλάττονος cum editis consentit hîc idem codex. De *Harpalo* interim consuli potest Baylii Dictionarium Tom. II. hac voce, donec publici iuris facta fuerit doctissimi Dutheil Commentatio, in Academia Inscriptionum olim praelecta. De *Agene* nihil prorsus liquet nobis. Videtur autem fictum nomen esse, ex Ἀγήνωρ decurtatum; quo ipse fortasse Alexander designabatur.

AD CAP. LI.

e Λυσίας δ' ἐν τῷ πρὸς Λαΐδα. Non *ad Laidem* verti debuit, ut fecit Dalec. sed *adversus, contra Laidem:* quam in sententiam κατὰ Λαΐδος scribitur pag. 592. e. πρὸς Λαΐδα vero habes etiam apud Harpocr. in Λαγίσκα. In meretricularum recensu, qui subiicitur, recte Λαγίσκα scribitur in ms. *A.* quemadmodum alibi etiam editum erat.

Μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας, Ἀντειαν; »Cuius sit haec coniectura potest dubitari. Nam etiam »Harpocration totidem verbis sic scribit: Ἀνθεια. ὅτι μὲν »ἑταῖρα δῆλον. μήποτε δὲ Ἀντεια γραπτέον διὰ τοῦ τ, »ἐπεὶ οὕτως εὕρομεν παρὰ Λυσίᾳ. Sed verius est, Athe»naei hunc locum spectasse Harpocrationem: qui & alia

»id genus nonnulla fatetur accipere de noſtro.« Casaubonus. — At Harpocration, quemadmodum quidem verba eius edita leguntur, contrarium dicere videtur eius quod ait Athenaeus. Noſter enim haud obſcure hoc dicit, *ſe in Lyſiae oratione ſcriptum nomen per θ literam reperiſſe: videri autem ſibi, per τ ſcribi debuiſſe.* Harpocration vero ait, Ἄντειαν per τ apud Lyſiam ſcribi. Sed perperam transpoſita huius Lexicographi verba videntur, cum ſic ſcriptum oportuiſſet: Ἄνθεια, ὅτι μὲν ἑταῖρα δῆλον, ἐπεὶ οὕτως εὕρομεν παρὰ Λυσίᾳ. μήποτε δὲ Ἄντεια γραπτέον διὰ τοῦ τ. Caeterum, ſicut h. l. Ἄντια ſimplici vocali in penultima ſcribitur in ms. *A.* ſic & apud Demoſthenem in Orat. contra Neaeram, pag. 1351. l. 14. Sed ſupra, pag. 567. c. & pag. 570. e. idem codex (quod ſciam) cum editis in Ἄντεια conſenſerat, quam ſcripturam pag. 570. e. ipſum etiam metrum deſiderabat.

ἀπὸ δὲ Ἀντείας καὶ ὅλον δρᾶμα ἐπιγραφόμενον &c. Vide ſupra pag. 567. c. Mireris vero, nec ibi, nec hîc, Alexidem & Antiphanem nominari, a quorum utroque etiam fabula *Antea* edita eſt.

καὶ ὁ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον γράψας. Vide ſupra, p. 573. b. & ibi notata. Locus, qui hic ſpectatur, is ipſe eſt, quem modo indicavimus, in Demoſthenis Orationibus p. 1351. ed. Reisk.

ἐν δὲ τῷ κατὰ Φιλωνίδου βιαίων. Conf. pag. 592. c. Eodem titulo orationem illam citat Harpocration, voce Κακώσεως: nude vero, ἐν τῷ κατὰ Φιλωνίδου, idem in Νάννιον.

Ibid. κἀν τῷ. Sic ms. *A.* ubi καὶ ἐν exſerte edd. Mox, ψευδομαρτυριῶν tacite correxit Caſaub. & ſic Ms. Perperam ψευδομαρτυρῶν ed. Ven. & Baſ.

Ἀντικύραν αὐτὴν φάσκων κληθῆναι. Cum iam & proprium nomen Οἶα, & cognomen Ναΐς, fuerit adpoſitum, nunc utique exſpectaſſes, ut aut καὶ Ἀντικύραν αὐτὴν, ſcriberetur, id eſt, *etiam Anticyram*; aut Ἀντικύραν τὴν αὐτὴν φάσκων κληθ. id eſt, *eamdem Anticyram adpellatam.* Nempe huc confugiendum fuerit, ſi praecedentia verba ſana atque integra ſtatuas: ſed illa vix fieri poteſt quin turbata atque defecta ſint. Nempe *Nais* cum *Anticyra* nihil commune habet. *Anticyra* cognomen fuit meretricis, cuius proprium nomen vulgo minus cognitum, ut ex Antiphane iuniore (conf. not. ad pag. 567. a.) Athenaeus docet, *Hoia* fuerat: *Nais* vero, non cognomen, ſed proprium

nomen alius meretriculae. Itaque etiam Harpocration in Ναΐς, nullam *Anticyrae* facit mentionem: rursusque in Ἀντίκυρα non meminit *Naidis*, sed docet cognomen illud fuisse meretricis, cuius proprium nomen (utpote vulgo vix notum) non adiecit ille. Quid multa? in praecedenti sermone post illa verba, κἂν τῷ πρὸς Μέδοντα ψευδομαρτυριῶν, nisi plura quaedam verba omissa sunt, certe hoc unum omnino intercidisse videtur Ἀντικύρας (scil. μέμνηται) eodem fere loco olim positum, quo a nobis ex coniecturâ restitutum est. Eodem fere modo succurrendum turbatae vulgo scripturae, in brevibus doctissimi Viri DELAPORTE DUTHEIL Notis msstis monitum reperi. Sed vetus illud in Athenaei libris ulcus est, quod etiam Epitomae auctor in suo codice Athenaei repererat: itaque & ille, nomen quidem proprium Οἶα silentio praetermittens, *Naidem* vero & *Anticyram* pro eâdem habens, locum hunc sic contraxit: Ὅτι Ναΐδι τῇ ἑταίρᾳ ὁ ἰατρὸς Νικόστρατος, ὁ ταύτην ἀναλαβών, ἀποθνήσκων κατέλιπε πολὺν ἔλλεβορον, ἄλλο δ' οὐδέν.

συνέπινε παρακινοῦσι καὶ μεμηνόσιν. De isto usu verbi παρακινεῖν vide Animadv. ad XII. 531. b.

Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Νικοστράτους Εἰρηνίδος ἑταίρας μέμνηται. Exstat ea oratio, in eaque *Irenidos meretricis mentio*, Vol. IV. Orator. Graec. p. 148. ed. Reisk.

a Νικοῦς δὲ Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. Mirus locus. Νικοῦς habent editiones omnes inde ab Aldina. Et de *Nico* hîc agi fidem faciebat id quod continuo sequitur: αὕτη δὲ ὅτι Αἶξ ἐπεκαλεῖτο προείπομεν διὰ τὸ Θαλλὸν &c. quod cognomen Αἶξ, id est, *Capra*, diserte *Niconi* supra tribuebatur pag. 582. e. f. praeeunte *Machone*, qui eamdem etiam rationem cognominis, quae hîc refertur, reddidit. Rursus ad eamdem *Nico* idem cognomen ab eodem *Machone* disertissime refertur, pag. 583. c. d. itemque a *Lynceo Samio*, pag. 584. e. At communi consensu & vetus codex *A.* & *Epitoma* Νάννιον, (vel Νάνιον, ut in Epit. scribitur) hîc agnoscunt, nomen Νικὼ prorsus ignorantes. Pariterque Harpocration, (in Νάννιον) & ex eo Suidas, ad *Nannium* eadem referunt. Νάννιον· (sic Harpocrat.) Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἑταιρῶν Αἶγα λέγεσθαί φησιν ταύτην ἑταίραν, διὰ τὸν Θαλλὸν τὸν κάπηλον καταφαγεῖν. ὅτι γὰρ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, &c. eisdem paene, quibus Athe-

naeus, verbis; nisi quod Harpocration in reddenda nomi- a
nis ratione *Apollodorum* auctorem citat, cuius nomen hic Athenaei codices nostri silentio praetermittunt; quod per veteris alicuius librarii incuriam commissum videtur: nam qui Harpocrationem cum Athenaeo contulerit, vix dubitare poterit ex ipso hoc Athenaei loco ducta esse quae de Nannio Harpocration in Lexicon suum transtulit. Caeterum cum scripturâ illâ, Ναννίου δὲ Ὑπερίδης μνημονεύει, quam hic exhibent vetustissimi libri, convenit etiam id quod deinde subiicitur: Μνημονεύει τῆς Ναννίου καὶ Ἄλεξις: id est, *Nannii meminit etiam Alexis*: quod ita plane dictum, ut intelligatur, iam paulo ante de eâdem Nannio locutum esse Athenaeum. Similiterque Harpocration, appositis Sophoclis versibus eisdem, quos Athenaeus citavit, sic pergit: ἔστι δὲ αὐτῆς μνήμη καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ &c. Iam in promtu quidem erat, ut statueremus, *Apollodorum*, quo auctore hic usus est Athenaeus, ad *Nannium* retulisse idem nomen, quod ab aliis auctoribus *Niconi* tributum est. At id si ita est, monere de illo auctorum dissensu Deipnosophista noster debuit: qui si ita scripsit, ut libri nostri habent, Ναννίου δὲ, mire inconstans & oblivioſus fuerit, sic pergens, αὕτη δὲ ὅτι Αἴξ ἐπεκαλεῖτο προείπομεν. Quare supereſt ut statuamus, turbatum hic nonnihil & omissum a librariis esse: suspicemurque, eidem fortasse mulierculae & Νικὼ & Νάννιον nomen fuisse, & Αἴξ cognomen.

ὅτι δὲ ἄλλῳ χαίρουσιν – – ἄλλος ἔσται λόγος. Nil mutant membranae: quae si vera scriptura, non liquet quid in animo habuerit Athenaeus, quave occasione de illo argumento fuerit disputaturus. Sane verba ita, ἄλλος ἔσται λόγος, id ipsum sonant quod in versione latina expressimus, quod ipsum etiam Dalecampius his verbis reddidit: *de hac re alibi nos agemus.*

Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσιν &c. Conf. notata ad VII. 277. e. in Animadv. T. IV. pag. 45. ubi eosdem, qui hic adponuntur, Sophocleos versus, ab Harpocratione etiam in Νάννιον citatos, correctos a CASAUBONO vidimus. Eosdem versus in *Sophoclis Fragmentis ex* Ποιμέσιν exhibuit BRUNCKIUS, num. IV. ubi de vocab. αὐλητῶν (*vers.* 1.) monuit, spectare ad illud glossam Hesychianam: Αὐλητήν· τὸν τοῦ κόπρου ἐπιμελούμενον τῶν προβάτων. Ad *vers.* 2. hoc loco monuit CASAUBONUS: »Ἄλλον χιμαίρᾳ προσφέρων νεὸς

»πόδα. Vere emendamus, nullum dubium eſt, νεοσπά-
»δα. ἄλλος νεοσπὰς, *termes olivae* aut *ramus alius recens*
»*avulſus*. Emendabis hinc Harpocrationis locum in Νάν-
»νιον: cuius tamen verba libro ſeptimo paullo aliter re-
»cenſuimus ex coniecturâ, cum huius loci tum in men-
»tem non veniret.« — Quid in vetuſtis Harpocrationis editionibus pro iſto vocabulo legatur, non habeo compertum: *Mauſſacus* quidem νεοσπάδα edidit, nullam commemorans ſcripturae varietatem: eamdem vocem nos Athenaeo reſtituere non dubitavimus, quae ſub νεὸς παῖδα, quod habent membranae, non obſcure latebat. In *Epit.*
b totus deeſt locus. *Verſ.* 3. Pro παρ' ἁλίαν ἄκραν, quod habent Athenaei libri, quodque eodem modo apud Harpocrationem editum eſt, ſuo iudicio Brunckius παραλίαν πέτραν poſuit: de παραλίαν unâ voce ſcribendo provocans ad alium Sophoclis locum, ubi ait παρακτίαν στείχων: πέτραν vero pro ἄκραν eo conſilio, puto, corrigens, ut ultima ſyllaba vocabuli παραλίαν produceretur, quae tamen etiam ſequente ἄκραν produci potuiſſe videtur. Casaubonus (ſupra ad VII. 277. e.) τὴν γῆν παραλίαν correxerat.

Μνημονεύει τῆς Ναννίου. Perperam μνημονευτὴς Ναννίου ms. *A.* *Alexidis* verba ſubiecta, quae veluti unus verſus ſcripta erant, ſic distribuimus, ut priora eſſent hemiſtichium poſterius ſenarii, poſteriora vero initium ſenarii ſequentis. *Ibid.* μαίνεται ἐπὶ τῷ Διονύσῳ. »Male ver-
»titur. Eſt, *cupide Bacchum appetit*.« Iacobs in *Notis mſstis*. — Nempe perperam Dalec. reddiderat, *Bacchanalibus furit*. Recte Gallicus Interpres: *Nannion aime Bacchus à la fureur*.

κωμῳδῶν αὐτὴν ὡς μέθυσαν. Quod edebatur μέθυσον, id vel iunioris alicuius librarii vel Editoris Veneti ingenio debebatur. In *Epit.* haec deſunt. In ſcripturâ μέθυσαν vero, quam codex *A.* exhibet, contineri nobis videbatur id ipſum quod edidimus, μέθυσαν: niſi μεθύουσαν malueris, quod fortaſſe veriſſimum fuerit. Nam ex μεθύουσα potuerat quidem per ſyncopen formari ἡ μέθυσα, τὴν μέθυσαν: at nusquam, quod ſciam, ſic formatum vocabulum reperitur: ſed ἡ μεθύση dixit Ariſtophanes, in Veſp. 1402. ed. Br. & τὴν μεθύσην idem in Nub. 555. de quâ formâ etiam veteres Grammatici omnes monuerunt. In maſculo genere, quamquam improbantibus Gramma-

ticis, ὁ μέθυτος a multis eisque probatis auctoribus usurpatum reperitur; de quo infra ad XV. 685. f. dicemus: foemininum vero ἡ μεθυσος, sic formatum ut hoc loco editum erat, nusquam alibi reperitur, nisi apud Libanium, cuius verba οὐκ ἔστιν ἡ γυνή μοι μέθυσος Thomas Magister citavit pag. 602.

ἦν δὲ Κορώνη τῆς Ναννίου θυγάτηρ. Sic recte edd. Videndum tamen ne quid aliud lateat sub scripturâ codicis *A.* in quo Κορώνης. De *Corona* sive *Cornice* conf. pag. 583. a. & e. *Ibid.* τὸ τῆς Τήθης ἀναφέρουσα ἐκ τριπορνείας ὄνομα. DALECAMPIUS: *cui scortatores in lupanari* [quasi ἐν πορνείῳ legeretur] *Nutricis appellationem indiderunt:* adiectâ Notâ: » Fortassis ob mammas grandiores. Alii: *quam & nutricem* » *& tripornen appellarunt:* tanquam *insigne scortum.* τρὶς enim » vocabulorum significatum auget: posthac. « [scil. respicit pag. 595. b.] Gallicus interpres: *Nannion avoit une fille appellée la Corneille, à qui son extréme lubricité avoit mérité le surnom de Theethee.* Nobis loci huius sententia minime liquet: ἡ τρίπορνος pag. 595. b. (unde formatum hîc nomen τριπορνεία) potest denotare *triplex scortum*, i. e. *insigne prae caeteris:* potest vero etiam denotare eam *quae inde a tertiâ generatione scortum sit*, aut *quae* turpem suam *artem a famosâ meretrice didicerit, quae & ipsa rursus a famosâ aliâ magistrâ fuisset instituta.* τήθη (sive τηθὴ, ut in membranis scribitur) potest *nutricem*, potest vero etiam *aviam* significare. Posteriore significatu acceperat H. STEPHANUS, hunc locum citans in Thes. Gr. Ling. T. III. p. 1468. a. b. nec tamen declarans, qua ratione *ob* τριπορνείαν *cognomen illud inditum fuerit meretrici:* utrum quod artem suam ad seram usque aetatem esset professa; an quod & filiam & ex filia neptin habuerit, eamdem professionem sequentes.

Νεμεάδος. Similiter alii meretrici *Isthmias* nomen fuit p. 595. f. & ipsa hac pag. lit. *e.* Alii item, satis notae ex Harpali historia, *Pythionica.* Caeterum cum hoc Athenaei loco omnino conferendus Harpocration, in Νεμέας (sive Νεμεὰς) Χαράδρα. *Ibid.* Ὑπερίδης. Sic uterque codex mstus; non Ὑπερείδης. *Ibid.* οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις. Plerasque meretrices servilis fuisse conditionis satis notum. Conf. pag. 593. f.

AD CAP. LII.

Ὠκίμου δὲ τῆς ἐμῆς, ὡς σὺ φὴς Κύνουλκε. Conf. pag.
d 567. c. Quae ſubiiciuntur *Hyperidis* verba, ita abrupta ſunt, ut neſcias utrum in integro auctoris ſermone locus fuerit accuſativo caſui Μετάνειραν, an Μετάνειρα ſcriptum oportuerit. Deeſt hoc teſtimonium *Epit.* cum duobus proxime ſequentibus.

Νικόστρατος δέ. Si teneas δὲ particulam, λέγει dein malles pro λέγων. Sed videtur Νικόστρατός τε ſcripſiſſe Athenaeus, ut ſibi mutuo reſpondeant iſta, καὶ Ὑπερίδης, Νικόστρατός τε. *NICOSTRATI* verſus 2 & 3. quum manifeſto vitio ſic ſcripti eſſent,

ἐλθοῦσα πέμψαι στρώματ' αὐτὴν κέλευ'
ἔφη, καὶ παρ' Ὠκιμον χαλκώματα:

adoptavi feliciſſimam emendationem a IACOBSIO in Muſeo Att. T. III. Faſc. 2. pag. 232. propoſiram.

e In *MENANDRI verſ.* 1. Ἰσχύδα. Huius mentionem factam vidimus lib. IV. pag. 166. c. In Ἀντίκυραν, ut hoc loco, ſic & alibi interdum produci penultimam monuit BENTLEY in Emend. in Menandr. p. 38. *Verſ.* 2. Pro edito καὶ Νάννιον, quod verſus reſpuebat, recte καὶ Ναννάριον dedit ms. *A.* Eamdem ſcripturam in Mediceo codice repererat Natalis Comes, unde *Nanniolum* in verſione latinâ poſuit.

Φιλέταιρος ἐν Κυνηγίδι. Vide Var. Lect. & Animadv. ad VII. 280. c. In *primo* trochaicorum tetrametrorum *PHILETAERI*, cum γεγόνει ἔτη vulgo legeretur, (ac mendoſius etiam in ed. Caſ. 3. γεγόνει ἔτι) perſpecte PIERSONUS ad Moerin pag. 112. monuit, γέγον' ἔτη ſcriptum oportuiſſe. A qua emendatione non multum abit noſter cod. *Epit.* γέγονεν ſcribens, non γεγόνει. Idem vir doctus *verſ.* 3. καὶ Θεολύτην δ' οἶδεν οὐδεὶς corrigebat: ubi feliciorem recepimus IACOBSII emendationem, Θεολ. δ' οὐκ οἶδεν οὐδεὶς, ex Muſ. Attic. III. 2. p. 241.

Qui poſt quartum verſum in editis libris continuo ſequebatur, is ſic mutilatus exhibebatur:

f καὶ Γαλύνας καὶ Κορώνας οὐ λέγω.

Ad quae verba PIERSONUS l. c. monuit: » Quae *verſu pen-*
» *ultimo* exciderunt, meliorum codicum ope forte reſtituen-
» tur. « — Et in meliores illos codices nobis contigit incidere. *Quintum verſum*,

Ἰσθμιὰς δὲ καὶ Νέαιρα καταστέψατε, καὶ Φίλα, f
totidem verbis elementisque, quibus edidimus, obtulit nobis optimus vetustissimusque codex *A*. & quinque priora verba eadem dedit etiam cod. *Epit.* omittens postrema verba cum toto versu sequente. In ipso cod. *A*. perperam quidem distinctis verbis sic scribitur, καὶ φίλακος. σύφας δὲ καὶ γαλείνας &c. sed perfacile erat videre, sic distingui debuisse καὶ Φίλα. Κοσσύφας δὲ &c. Et *Cossyphae* quidem meretricis nomen (quasi *merulam* diceres) alibi non memini memoratum: sed *Phila* cum aliis paulo post nominatur p. 593. f. cf. p. 590. d. Eadem verba, quae deerant editis, etiam ex *Farnesiano codice* adnotata sunt ipsius Casauboni manu in orâ libri qui ipsius olim fuerat, sed mendosius scripta quam ut illis in adornandâ suâ editione uti auderet, ἰσθμιὰς δὲ Νέμεα καταστέψατε, καὶ φύλακος συφεύς. Similia ac partim etiam mendosiora in Mediceo repererat Natalis Comes, quae latine sic reddidit: *Iomias autem & Neaera putruit, & Phylace. Syphas vero, Galynas, Coronas non dico.* Cum Γαλύνας in ed. Cas. scriberetur, Γαλύνας corrigendum censuerunt *Pierson* & *Iacobs*, quemadmodum in ed. Ven. legitur. Apud Hesychium vero sic scribitur: Γαλίνη, ὄνομα κύριον ἑταίρας. In quo dissensu consultius duxi codicem nostrum sequi, qui Γαλείνας praefert. In Epitoma, ut modo dixi, deest id nomen.

In *Theophili versu* 4. quum λίθοις nullo sensu legeretur, perspecte Dalecampius *retibus* in versione posuit; unde Pursanus, qui Latina illius interpretis in Graecum sermonem transferre solitus est, pro τοῖς λίθοις, δικτύοις correxit: satis illud commode quidem: at minori molimine τοῖς λίνοις scribendum visum erat nobis. τοῖς λίτοις voluerat Gallicus interpres, quod nec metrica ratio, nec sermonis usus patiebatur. λίνον (penultimâ brevi) est *rete*, apud Homer. Iliad. ε'. 487. & πλεκτὰ λίνα, *retia*.

Versu 5. tenendam duxi editam scripturam, ἢ Νάννιον, ἢ Μαλθάκην.

AD CAP. LIII.

Τοσαῦτ' εἰπὼν μετά τινος τροχιλίας ὁ Μυρτίλος. »*Post-*
»*quam haec Myrtilus dixisset cum magnâ festinatione & linguae*
»*volubilitate:* vel, *cum aliqua contentione.* Expressit Home»ricam vocem ἐπιτροχάδην, de Menelao: [Iliad. γ'. 213.]

»Ἦτοι ὁ Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε
»παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως.

»Et in Odyſſeâ [σ'. 26.] de Ulyſſe ait Irus:

»Ὦ πόποι, ὡς ὁ μολοβρὸς ἐπιτροχάδην ἀγορεύει.

»Alibi fuſe oſtendimus, quid ſit apud Graecos ſcriptores »τὸ τάχος τῆς σημασίας vel τῆς λέξεως.« CASAUBONUS.

a Μή τι τοιοῦτον ὑμεῖς οἱ φιλόσοφοι, ἔφη, οἱ καὶ πρὸ τῶν Ἡδονικῶν καλουμένων αὐτοὶ τὸν τῆς ἡδονῆς τοῖχον ὑποσκάπτοντες, ὥς που ὁ Ἐρατοσθένης φησί. »De Ariſtone dixit »*Eratoſthenes*, diſcipulus ipſius, in libro cui titulum fece»rat Ariſton: Ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώρακα τὸν τῆς »ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα, καὶ ἀναφαι»νόμενον παρὰ τῇ ἡδονῇ.« CASAUBONUS. — Vide ſupra, VII. 281. c. d. Perperam h. l. Ἐρασθένης ſcribebatur in editionibus omnibus: rectè Ἐρατοσθένης dedere ambo mssti. Et Epitoma quidem nonniſi haec verba habet: τὸν τῆς ἡδονῆς τοῖχον ὑποσκάπτοντες, Ἐρατοσθένης ἔφη. Sit-ne vero in opere pleniore ſana atque integra oratio in iſtis verbis, Μή τι τοιοῦτον ὑμεῖς οἱ φιλόσοφοι, aut quaenam potiſſimum ſententia his inſit, haud ſatis ſcio equidem. Totum locum ſic interpretatus eſt DALECAMPIUS: *Vos autem, inquit, o Philoſophi, qui, ut alicubi dixit Eraſthenes* [ſic ille cum editis, pro *Eratoſthenes*] *voluptatis murum ſuffoditis, videte ne horum quidpiam agatis illis ſtudioſius, quos Voluptarios appellant.* Gallicus Interpres: *En feriez-vous autant, vous autres, qui avez percé le mur pour entrer de vive force chez la volupté, avec plus de fougue même que ceux de la ſecte hédonique* &c. Videtur intelligi, Μή τι τοιοῦτον ἐπάθετε; aut, Μή τι τοιοῦτον πάσχητε; *Vobis-ne tale quid accidit?* ſcilicet, *ut in meretricum retia incideritis*: nempe ἐμπεσεῖν εἰς τούτων τινὰ, ὧν ἐμπλέκουσι τοῖς λίνοις αἱ μαστροποί. Aut, *Videte, ne tale quid vobis accidat*, aut *acciderit.* Sed fortaſſe μή τε τοιοῦτοι olim fuerat ſcriptum. *Cynicos* illos adloquitur & *Stoicaſtros*, quos a vetere diſciplinâ longe deſciviſſe ſupra arguerat. Vide pag. 565. d. e. f. & pag. 563. d. e. f. Quod ait, πρὸ τῶν Ἡδονικῶν, rectè praepoſitionem πρὸ eâ notione acceperunt interpretes, quae latine per voculas *prae*, *ſupra*, *magis quam*, effertur. Ἡδονικοὶ per contemtum interdum dicebantur *Epicurei*, a fine quem Philoſophiae propoſitum illi ſtatuebant, ut docet Simplicius in Praef. ad Ariſtotelis Praedic. & Ammonius in Scholiis ad Ariſtotelis Categorias; quorum verba adpoſuit Menagius ad Laërt.

I. 17. Inde & lurconem *Archeſtratum* Athenaeus noſter per a iocum Ἡδονικὸν φιλόσοφον adpellavit, VII. 312. f. Et eodem nomine iam olim Cebes Thebanus in Tabulâ (cap. 13. p. 306. noſtrae editionis) niſi interpolatus is locus eſt, ut docti nonnulli viri cenſuerunt, *Cyrenaicos* inſignivit.

Κἀμοὶ μὲν τὰ καλὰ τῶν ἑταιρῶν ἀποφθέγματα πεπεράνθω μέχρι τούτων. Id eſt: *Et equidem feſtivorum dictorum, quibus uſae ſunt meretrices, finem hîc faciam.* Atqui iam multo ante (pag. 585. f.) finem fecerat apophthegmata meretricum referendi; & in his quae inde ab illo loco *de meretricibus* dixit, *quarum mentio apud Oratores reperitur*, nullum commemoratum apophthegma eſt. Et, cum nunc ſpeciem prae ſe ferat, quaſi *ad aliud argumenti genus progreſſurus*, tamen continuo deinde, (initio capitis ſeq.) ubi de *Laide* differere incipit, ita loquitur, quaſi adhuc in medio eo loco verſaretur ubi de *meretricibus* agebatur, *quarum mentionem Oratores fecerunt.* Sed, in rerum tractandarum diſpoſitione aptoque ordine haud mirum artificem fuiſſe Athenaeum noſtrum, iam ſaepius obſervavimus.

τοῦ φιλαληθεστάτου Ἐπικούρου. Eodem elogio *Epicurum* iam ſupra decoraverat, VIII. 354. b. Nempe illum unum prae aliis omnibus *inventorem veri* dixerunt habueruntque qui diſciplinam illius ſequebantur. conf. Cic. de Finib. I. 5. & 10. ibique Daviſ. *Ibid.* ὅστις ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος ὤν. Conf. Laërt. X. 6. ibique Menag. Adde Sextum Empiric. adv. Mathem. initio primi libri. *Ibid.* ὅτι καθαρὸς πάσης αἰτίας ἐπὶ φιλοσοφίαν ὥρμησας: id eſt: *quod ab omni culpâ purus ad Philoſophiam acceſſiſti.* Vulgatam ſcripturam tenent ambo mssti: quae ſi ab auctoris manu eſt, *culpam* dixerit Epicurus *ipſum humaniorum artium literarumque ſtudium*, quod ἐγκύκλιον παιδείαν Graeci vocabant. At, ſi conferas quae proxime ante dicta ſunt, vix dubitabis, πάσης παιδείας (non αἰτίας) hîc ſcriptum oportuiſſe. Quo & pertinet quod ad diſcipulos ſcripſiſſe Epicurum Laërtius l. c. refert: Παιδείαν δὲ πᾶσαν, μακάριοι, φεύγετε. Facile librarius aliquis, cui nimis abſurdum viſum eſſet illud Epicuri placitum, in animum inducere potuerat, ut ſuo iudicio vocem παιδείαν, quam hîc ſcriptam reperiſſet, in αἰτίαν mutandam cenſeret. Veram (ut mihi perſuaſum eſt) ſcripturam Dalecampius in verſione expreſſit: *ab omni diſciplinâ purus.*

Γραμματιδασκαλίδην. TIMONIS verſum omiſit Brevia- b

b tor: editam vero ſcripturam tuetur codex *A.* quae magis placet, quam Γραμμοδιδασκαλίδην, quod apud Laërtium X. 3. editur. Proprie γραμματοδιδασκ. dicendum erat: ſed id non ferebat verſus.

οὐ Λεόντιον εἶχεν ἐρωμένην; Conf. Laërt. X. 4 ſq. & ibi Menag. *Ibid.* διὰ τῶν πρὸς Ἕρμαρχον Ἐπιστολῶν. Qui & apud Athenaeum hoc loco, & apud Diogenem Laërt. X. 15. & apud Ciceronem de Finib. II. 30. aliosque *Hermachus* vulgo vocatur Mitylenaeus; eius verum nomen Ἕρμαρχος fuiſſe, recentiori demum memoriâ ex Herculani ruderibus compertum eſt: ubi & ſtatua illius aenea cum inſcripto nomine reperta eſt, & vetuſtiſſimus codex papyraceus, Philodemi librum περὶ Ῥητορικῆς continens, in quo idem philoſophus eodem nomine Ἕρμαρχος citatur. Vide Antiquitat. Hercul. Tom. V. tab. 17. p. 72. & Villoisoni Diatrib. ad Anecdota Graec. p. 159.

AD CAP. LIV.

Λαΐδος τε τῆς ἐξ Ὑκκάρων. Genitivus iſte caſus Λαΐδος nihil habet, unde pendeat, aut quo referri poſſit, niſi verba iſta, quae poſt magnum ſatis orationis ambitum in fine poſita ſequuntur, οὐχ Ὑπερίδης μνημονεύει; Nam quod ibi in editis libris legebatur, οὐ Ὑπερίδης μνημονεύει, id nec per ſe aptum ad ea erat quae proxime praecedunt, & prorſus ſuſpenſam faciebat orationem; neque vero id agnoſcunt membranae, ſed perſpicue οὐχ Ὑπερίδης exhibent. Quare, quae interiecta ſunt verba, *parentheſeos notis* intercipienda curavimus. Et pulcre quidem intelligo, parum commode cum eis, quae proximo capite dixerat auctor, cohaerere haec ſic poſita, Λαΐδος τε – – οὐχ Ὑπερίδης μνημονεύει; *& Laidis nonne Hyperides meminit?* Sed ita ſolet Athenaeus nimis ſaepe (ut paulo etiam ante monuimus) de apte connectendis rebus, quas exponit, parum eſſe ſolicitus. *Hyperidis* autem verba, quae hic reſpicit auctor, ipſe iam adpoſuerat pag. 587. c. d. Epitomae auctor, omiſſis & transitionis formulis & Hyperidis nomine, omnia iſta apte atque perſpicue in hunc modum concinnavit: Ὅτι Λαΐς ἐξ Ὑκκάρων, πόλεως Σικελικῆς, αἰχμάλωτος γενομένη, [perperam γενόμενος codex noſter] ἦκεν εἰς Κόρινθον, φησὶ Πολεμων. ἧς καὶ Ἀρίστιππος ἤρα, καὶ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, Διογένης τε ὁ κύων. ἣ

καὶ Ἀφροδίτη – – – ἐμήνυεν ἑραστῶν ἔφοδον πολυταλάν- b
των. Ἀπελλῆς δὲ ὁ ζωγράφος &c. Quod autem in opere pleniore ſic loquitur Athenaeus, Λαΐδος τε τῆς ἐκ Ὑκκάρων, videtur adiecto in hunc modum patriae nomine *Laidem* hanc *Hyccaraeam* ab alia, quae *Corinthi* nata fuiſſet, diſtinctam ſtatuere; quemadmodum pag. 574. f. *iuniorem Laidem* nominans, a *ſuperiore* quadam haud obſcure diſtinxerat. Ac ſane, quae de *Laide* paſſim memorantur, ea talia ſunt, ut vel ob manifeſtam inter ſe pugnantiam, vel ob temporum rationem, ad unam eamdemque mulierem vix ac ne vix quidem poſſint referri. Quare eorum alia fabuloſa eſſe & ex incertis rumoribus hauſta probabile eſt: alia ad *duas Laides*, alteram *ſuperiorem*, Corinthi natam, alteram *iuniorem*, Hyccaris e Siciliâ Corinthum advectam, referenda eſſe viri docti ſtatuerunt; qui tamen ne ſic quidem difficultates omnes, quibus premuntur narrationes, quae de *Laide* ſive de *Laidibus* vulgatae ſunt, levare potuerunt. PALMERII eſt ad eumdem hunc Athenaei locum, in quo verſamur, Animadverſio haec: »Λαΐδος δὲ [ſic ſcripſit ille, quamquam in omnibus Athe»naei editionibus Λαΐδος τε ſcribitur] τῆς ἐξ Ὑκκάρων – »– – ἧς καὶ Ἀρίστιππος ἦρα καὶ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ. Pec»cat in temporum rationem Athenaeus: nam illam *Lai»dem* non potuit deperire *Demoſthenes*, quae ſeptennis Cha»bria Archonte [teſte Scholiaſte Ariſtophanis ad Plut. vs. »179. coll. Pauſan. lib. II. c. 2. pag. 115.] Athenas adve»cta fuit, & trigeſimum annum agebat Dexitheo archon»te, quo anno Demoſthenes natus fuit ſecundum Plutar»chum, qui altius eius natalia ponit; nam alii Demophi»lo archonte natum dicunt: & ideo anus erat florente »Demoſthene, ſi tamen adhuc vivebat. Multo minus po»tuit eam deperire *Ariſtippus*, qui poſt Demoſthenem vi»xit, & apud Magam Cyrenarum regem multum diver»ſabatur, ut ſupra [Exercitat. pag. 453.] ad Diogenem »Laërtium [lib. II. ſect. 103.] notavimus. Ad *iuniorem* »igitur *Laidem* referenda ſunt ea, quae de Demoſthene di»cuntur: de Ariſtippo vix credibile eſt, qui quadraginta »vel circiter annis poſt Demoſthenis mortem florebat. Si »eam deperiit, oportet adhuc adoleſcentem eum fuiſſe, »Laidem vero iam aetate provectam.« Sic ille: ubi de *Ariſtippo* quidem mirum παράδοξον viro doctiſſimo excidit. Nam Ariſtippum, Socratis diſcipulum, multo ſuperiorem

aetate fuiſſe Demoſthene' norunt omnes; philoſophus is vero, de quo Laërtius l. c. agit, non Ariſtippus ille Socratis diſcipulus eſt, ſed Theodorus, qui Ariſtippum, Aretae filium, Ariſtippi nepotem, habuerat praeceptorem. At de *Demoſthene* manet difficultas: quam ita levare ſtuduit PERIZONIUS ad Aeliani Var. Hiſt. X. 2. ut diceret: »Credi»derim fuiſſe & *antiquiorem Laidem*, cuius meminerit Ari»ſtophanes [Plut. 179.] inter Corinthias meretrices, & »*iuniorem*; ſed quae *ſerius Corinthum venerit* ex Sicilia, »quam traditur a Pauſania & in Scholiis Ariſtophanis.« — Nobis vero nec vacat, nec ad inſtitutum noſtrum admodum pertinere putamus, ut de difficultatibus, quibus implicata eſt *Laidis* hiſtoria, iaram nunc disputationem exitumque vix habituram ingrediamur: & quatenus quidem vel certi quidpiam effici, vel probabili coniecturâ ſtatui aliquid in hac quaeſtione poteſt, otium nobis cum alii docti viri fecerunt, tum BAYLIUS in Dictionario, artic. *Lais*, (ubi, quod ad hunc locum maxime & ad proximum de *Apelle* ſpectat, vide Notas *KK.* & *L.*) & nuper in primis IACOBSIUS, in Muſei Attici Tomo III. Faſc. 2. pag. 173 ſqq. & in Notis pag. 221 ſqq.

c Ἀφροδίτη ἡ ἐν Κορίνθῳ ἡ Μελαινίς. Sic recte uterque codex mstus, quemadmodum etiam apud Pauſaniam editur lib. IX. pag. 763. Apud eumdem quidem Pauſaniam, lib. II. pag. 115. Ἀφροδίτης ναὸς Μελανίδος vulgo legitur, rurſusque lib. VIII. cap. 6. pag. 610 extr. ubi meliores codices, ſi qui excuſſi fuerint, Μελαινίδος fortaſſe dabunt.

ἔτι παρθένον οὖσαν. Editum olim ὅτι tenet quidem ms. *A.* Sed recte παρθένον ἔτι οὖσαν habet *Ep.* Ex quo adparet, quod & coniecturâ ſatis certâ intelligi poterat, ἔτι παρθένον (non ὅτι) in opere pleniore ſcriptum oportuiſſe. Monuerat item CASAUB. in Animadv. »Scribe, ἔτι »παρθένον οὖσαν.« — *Ibid.* ἀπὸ τῆς Πειρήνης ὑδροφορουσαν. »*Peirene*, fons ad radicem Acrocorinthi, perſpicuas & po»tu ſuaviſſimas aquas fundens.« DALECAMPIUS. — Vide ſupra, II. 43. b.

d Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν. Praepoſitionem ἐν adiectam dedit ms. *A.* Reſpicitur *Memorabil.* lib. III. cap. XI. quem locum iam ſupra lib. V. pag. 220. e. citavit Noſter, & malignius interpretatus eſt. Sed verba, quae hic adponuntur, negligenter & imperite deſcripta ſunt: partim quidem ipſius Athenaei, ut videtur, culpâ, partim vero

librariorum. Inſpiciat ſtudioſus lector ipſum initium illius capitis apud Xenophontem, & videat ipſe. Iſta, Ὅτι δὲ (ſive Ὅτι δὴ ſcripſerat Athenaeus) καλλίστη εἴη. &c. ſunt verba alicuius e Socratis diſcipulis. Pro ἔλεγέν τε, quod inepte in ms. *A.* poſitum erat, (in *Epit.* deeſt totum Xenophontis teſtimonium) commode ἔλεγε poſuerunt editores. Sed fortaſſe ſic ſcripſerat Athenaeus, Ὅτε γὰρ, Ὅτι καλλίστη εἴη — — ἔχοι, ἔλεγέ τις, Ἰτέον ἡμῖν ἔφη &c. Mendoſum ἀκούσιον, quod cum ms. *A.* tenuit Venetus editor, ex Xenophonteis libris editor Baſileenſis in ἀκούσασι mutavit. Fortaſſe ἀκούουσι ſcripſerat Athenaeus. τῶν στέρνων vero *Theodotae* nulla apud Xenoph. fit mentio.

διαζηλ. δέ ποτε ἡ Λαῒς Φρύνῃ. Sic ms. *A.* διαζηλ. δέ ποτε τῇ Φρύνῃ ἡ Λαῒς ms. *Ep.* *Ibid.* ἔσχηκεν dedere ambo codices: *Mox dein*, cum in editis legeretur, οὐδ' ὑβριστικῶς αὐτῇ χρωμένους, adnotavit CASAUBONUS: »Melius, οὐδὲ τοὺς ὑβριστ. *ne illos quidem repudiabat qui* »*inſolentes ſe erga ipſam praebebant & contumelioſos.* Non de»bet mutari haec lectio.« — Utique, ſi vera eſſet ſcriptura αὐτῇ χρωμένους, neceſſario articulus τοὺς fuerat praemittendus. Sed tam opportune, quam perſpicue, in vetuſtis membr. *A.* ſcribitur, οὐδ' ὑβριστικῶς αὐτοῖς χρωμένη, prorſus in eam ſententiam, quam DALECAMPIUS ex ingenii coniecturâ his verbis expreſſerat, *nec erga illos vel aſpera vel iniurioſa.* In *Epit.* deſunt iſta verba.

AD CAP. LV.

Ἀρίστιππος — — συνδιημέρευεν αὐτῇ ἐν Αἰγίνῃ. Confer ſupra, XII. 544. d.

κύνιζε γοῦν. Sic ms. *Epit.* κύνιζέ γε οὖν ms. *A.* *Mox dein* non improbo τί δαί; quod habet ms. *A.* Sed adquieſcendum putavi in τί δέ; quod habent edd. cum ms. *Ep.*

Νυμφόδωρος δ' ὁ Συρακόσιος (ſic ms. *A.* ut fere conſtanter alibi) ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων. *Nymphodori*, haud dubie eiusdem, iam ſupra mentio facta, lib. I. pag. 19. f. ubi vide notata. *Ibid.* ἐξ Ὑκκάρου. Perinde a & τὸ Ὕκκαρον & τὰ Ὕκκαρα efferri nomen illius loci, diſerte etiam Stephanus Byzant. monuit.

Στράττις δ' ἐν Μακεδόσιν ἢ Παυσανίᾳ. Cum fabula iſta ſubinde ſimplici titulo Μακεδόσιν, alibi rurſus ſub titulo

a Παυσανίᾳ citetur, duas diverſas fabulas ſtatuit Suidas in Στράττις, alteram Μακεδόνας, alteram Παυσανίαν. Ex hoc vero loco diſcimus, unam eamdemque fabulam fuiſſe: niſi forte altera alterius fuerit διασκευή, id eſt, inſtaurata & paſſim mutata editio.

STRATTIDIS verſiculi in hunc modum editi legebantur:

Εἰσὶν δ' ὅθεν αἱ παῖδες αὗται καὶ τίνες;
Νῦν μὲν ἥκουσι Μεγαρόθεν· εἰσὶ δὲ Κορίνθιαι,
Λαῒς μὲν ἡ μέγα κλέος.

Quos ſic refingendos IACOBS in Muſ. Att. T. III. Faſc. 2. pag. 226. itemque in *Notis mssiis* cenſuit:

A. Ἥκουσιν ὅθεν αἱ παῖδες αὗται, καὶ τίνες;
B. Νῦν μὲν Μεγαρόθεν· εἰσὶ δ' ἡ Κορίνθιαι
Λαῒς μὲν ἡ μεγάκλέης.

Nobis non ſolicitandum verbum Εἰσὶν initio primi verſus videbatur: pro ὅθεν autem neceſſario interrogativa particula πόθεν videbatur deſiderari: cur autem μέγα κλέος mutaremus, nullam cauſſam vidimus. Itaque levi mutatione tres ſenarios conſtituimus in hunc modum:

A. Εἰσὶν δὲ πόθεν αἱ παῖδες αὗται, καὶ τίνες;
B. Νῦν αἱ (ſive Νῦν δ' ἡ malueris) μὲν ἥκουσιν Μεγαρόθεν· εἰσὶ δὲ
Κορίνθιαι· Λαῒς μὲν, ἡ μέγα κλέος.

ἡ μέγα κλέος, ſcil. οὖσα τῆς Κορίνθου: *inſigne decus & gloria Corinthi.* Epitomae auctor, omiſſis verſibus, nonniſi haec verba adpoſuit: Στράττις δὲ οὐ Σικελὴν, ἀλλὰ Κορινθίαν εἶναι φησὶν αὐτήν. Veteres vero membr. *A.* ab edita olim ſcriptura nil diſcedunt, niſi quod in fine poſt ἡ μέγα κλέος adiiciant ἰδέ: quod quid ſit, hariolari nobis non datum eſt: ſuſpicatus ſum, debuiſſe fortaſſe ἢ δὲ ſcribi, fuiſſeque olim hoc initium quarti verſus, quem totum adponere vel Athenaeus ſuperſediſſet, vel negleXiſſent librarii.

Παυσανίου Θετταλοῦ. Conſentiunt ambo codices cum editis. Apud Pauſaniam vero, lib. II. pag. 115. *Hippoſtratus* ille amator nominatur, apud Plutarchum *Hippolochus*, in Amatorio, Opp. T. II. pag. 767 extr. Parum quidem re-
b fert. Quae dein memorantur ξύλιναι χελῶναι, ſunt *lignea ſcabella*, ut ex Heſychio & Sexto Empirico adv. Mathem. lib. I. ſect. 246. docuit HEMSTERHUS. ad Ariſtoph. Plut. p. 61. Monuerat etiam CASAUBONUS, adnotans: » Eadem narrantur in Ariſtophanis ſcholiis ad *Plu-*

» tum. χελώνη est ὑποπόδιον. « — *Ibid.* Ἀνοσίας Ἀφροδίτης rectè mssti, ut est apud Aristophanis Scholiasten ad Plut. 179. ubi haec porro verba adiiciuntur: ἐπειδὴ αἱ γυναῖκες ἐν τῷ ἱερῷ ἀνόσιον τετολμήκασι φόνον.

σημεῖον ἔχοντα ὑδρίαν. Vocab. σημεῖον, quod deerat editis, uterque dedit codex mstus. ὑδρίαν cum editis tuentur iidem ambo codices: ἕδραν maluerat WINCKELMANNUS, Monum. Inedit. T. II. pag. 46.

Epigramma, quod subiicitur, in Epigrammatis ἀδεσπότοις retulit Brunck, Analect. T. III. p. 284. num. 628.

Vers. 3. rectè τέκνωσεν edd. ubi in mss̄tis, de metro parum solicitis, ἐτέκνωσεν scribitur.

τετάφθαι πρὸς τῷ Κρανίῳ. Sic rectè mssti cum ed. c Ven. Bas. & Cas. 3. Temere Κραννίῳ ed. Cas. 1. & 2. Poterat etiam Κρανείῳ scribi, ut apud Suidam, & apud Pollucem in eâdem historiâ, lib. II. pag. 115. ubi ait: Πρὸ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος, ὀνομαζόμενον Κράνειον. Sed Κρανίον, ἐν Κορίνθῳ γυμνάσιον, scribitur apud Timaeum in Lexico Plat. pag. 167. ubi aliorum auctorum testimonia citavit Ruhnkenius. Adde Luciani interpretes ad Dial. Mort. I. cap. 1.

AD CAP. LVI.

Ἀριστοτέλης δὲ ὁ Σταγειρίτης. Rectè sic edd. pro mendoso ὁ σατυριστὴς, quod habent mssti. *Ibid.* ἐπιμελείας φάσκων τῆς δεούσης τετυχηκέναι ἐν ταῖς τοῦ φιλοσόφου διαθήκαις. » Verum est. Ipsas testamenti tabulas apud » Diogenem Laërtium inspice. « CASAUBONUS. — Laërtium vide libro V. sect. 12 sq.

Ἀρχαιάνασσαν. Sic nomen hoc scribitur in utroque codice mstō, cum hîc, tum mox rursus in *Epigrammate*, quemadmodum & apud Diogenem III. 31. In uno cod. *Ep.* ubi priori loco ponitur, inter lineas superne scripta vocalis ε indicat scripturam Ἀρχεάνασσαν. Nec vero versus respuit istam, quam secuti sumus: cum nihil prohibeat quin ob sequentem vocalem corripiatur diphthongus. Ἀρχεάνασσαν, quod receperunt editores, praefert etiam Anthologia H. Stephani pag. 232. & Suidas in Ῥυτὶς, tenuitque Brunckius in Analect. T. I. pag. 170. num. 6.

Epigramma, quod subiicitur, ipsi *Platoni* tribuit BRUNCKIUS cum Athenaeo & Laërtio: *Asclepiadem* au-

ctorem perhibet Anthologia, cum Planudea, tum Vaticana, teſte Iacobſio, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. 1. p. 340. De ſcripturae varietate, quae partim apud Laërtium, partim in Anthologia obtinet, itemque de virorum doctorum curis huic Epigrammati tributis, videndus BRUNCKIUS, in Notis ad Analect. T. III. p. 29 ſq. & IACOBS in Animadv. l. c. Nos codicum noſtrorum ſcripturam expreſſimus; niſi quod *verſ.* 2. ἐπὶ ῥυτίδων, quod Athenaei editores ante nos recte poſuerant, tenuimus: a qua ſcriptura nec multum abit ms. *Ep.* in quo ſic, κἀπὶ ῥυτίδων. Pro πικρὸς alii δριμὺς, alii γλυκὺς praeferunt.

d *Verſ.* 3. In ἀπαντήσαντες conſentit Laërt. Quae ſi vera ſcriptura, νεότητι in dativo caſu ſcribendum videtur, aut verbum ἀπαντᾶν cum genitivo conſtructum (quae tamen conſtructio alibi nusquam, quod ſciam, reperitur) idem valet ac ἀντιᾶν cum genitivo. Sed fortaſſe eamdem in ſententiam ὑπαντιάσαντες hîc ſcriptum oportuit: quam ſcripturam, a TOUPIO ad Suid. p. 529. commendatam, BRUNCKIUS receperat; qui tamen rurſus in Notis ἀποδρέψαντες praetulit, quod Anthologia dabat.

Verſu 4. pro ἧκετε, quod neſcio unde arripuerant Athenaei editores, recte ἦλθετε dedit mstus codex uterque; quam ſcripturam & Anthologia & Laërtius communi conſenſu tuentur.

Περικλῆς δ' – – οὐχ ἕνεκεν Ἀσπασίας τῆς νεωτέρας, ἀλλὰ τῆς Σωκ. τῷ σοφῷ συγγενομένης, – – – οὐ συνετάραξε πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα; Multo commodior videri debebat orationis ſtructura tali modo concepta, Περικλῆς δ' – – ἕνεκεν Ἀσπασίας (οὐ τῆς νεωτέρας, ἀλλὰ τῆς Σωκρ. τ. σ. συγγενομένης) &c. quo fere modo Breviator concinnavit orationem. Sed in opere pleniore nihil in editâ ſcripturâ mutant veteres membranae, niſi quod in fine articulum τὴν ad Ἑλλάδα adiectum dedere, quem eumdem etiam Epitoma tenet. Sunt autem iſta *Clearchi*, non Athenaei verba. De *iuniore Aſpaſiâ*, Cyri minoris amaſiâ, quam non confundendam cum ſuperiore Athenaeus hîc monet, haud multo ante dictum eſt, pag. 576. d. De *Pericle ob Aſpaſiae amorem totam turbante Graeciam*, conf. pag. 570. a. ibique notata, & quem ibi laudavimus, Plutarchum in Pericle pag. 168 ſq.

ὡς Στησίμβροτος ὁ Θάσιος ἱστορεῖ. De *Steſimbroto* illo *Thaſio*, praeter Voſſium lib. IV. de Hiſtor. Graec. cap.

XI. consulendus Fabric. Bibl. Graec. Tom. I. pag. 874. Ἀντισθένης δὲ ὁ Σωκρατικὸς &c. Eamdem rem ubi narrat Plutarchus, in Pericle pag. 165. d. ibi paulo ante citatur *Aeschines* auctor, a quo editum esse dialogum *Aspasia* inscriptum cum aliunde constat, tum Athenaei nostri testimonio, V. 220. b. Inde collegit doctissimus IACOBS in Mus. Att. III. 2. pag. 265. & in Notis msstis, debuisse fortasse hic Αἰσχίνης, non Ἀντισθένης, scribi. Quae quamvis speciosa sit coniectura, cautiores tamen nos illud reddere debuit, quod non minus ab *Antisthene*, quam ab *Aeschine*, editum dialogum novimus eodem titulo *Aspasia;* cuius non modo Diogenes Laërt. meminit lib. VI. sect. 16. sed & ipse Athenaeus noster lib. V. pag. 220. d. Quod hic deinde scribitur, δὶς τῆς ἡμέρας εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα ἀπ' αὐτῆς ἀσπάζεσθαι τὴν ἀνθρωπον, omisit ista verba Breviator, nihil autem in eis mutat ms. *A.* Commodius videtur, quod apud Plutarchum l. c. his verbis legitur: καὶ γὰρ ἐξιὼν, ὡς φασὶ, καὶ εἰσιὼν ἀπ' ἀγορᾶς, ἠσπάζετο καθ' ἡμέραν αὐτὴν μετὰ τοῦ καταφιλεῖν. Id est: *Etenim, ut fertur, quotidie exiens & rediens a foro salutavit eam osculo.* Nempe hoc intelligitur factum ex quo eam in matrimonium duxisset, & aedibus suis recepisset: quod apud Athenaeum legitur, id factum intelligi videtur, priusquam eam domum suam duxisset.

Κίμωνος δ' Ἐλπινίκην τὴ ἀδελφῇ παρανόμως συνόντος. At diserte Cornelius Nepos in Cimone, cap. 1. & in Praef. affirmat, *non fuisse turpe Cimoni, sororem germanam* (ὁμοπάτριον) *habere in matrimonio, quippe cum eius cives eodem uterentur instituto.* Confer Petiti Leges Atticas p. 440. Pro Athenaeo vero facit Andocides, in Orat. contra Alcib. in Reiskii Orat. Graec. Vol. IV. pag. 129. ubi ait: εἴτινες (οἱ ὑμῶν πρόγονοι) ἐξωστράκισαν Κίμωνα διὰ παρανομίαν, ὅτι τῇ ἀδελφῇ τῇ ἑαυτοῦ συνῴκησε. Item auctor nescio quis apud Suidam, in Κίμων: Οὗτος, inquit, τῇ ἀδελφῇ Ἐλπινίκῃ συγκοιμηθεὶς, διεβλήθη πρὸς τοὺς πολίτας, καὶ διὰ τοῦτο ἐξωστρακίσθη πρὸς τῶν Ἀθηναίων. Pugnantia auctorum testimonia de *matrimonio Cimonis* & de *exsilii* illius *caussa* collegit discussitque IANUS RUTGERSIUS, Variar. Lect. lib. I. cap. 9. Caeterum parum commoda rursus orationis structura ista: Κίμωνος δ' Ἐλπινίκη – – συνόντος, εἶθ' ὕστερον ἐκδοθεῖσης Καλλίᾳ, καὶ φυγαδευθέντος. In qua nihil vetus cod. *A.* mutat; sed commo-

dius Epitoma: Καὶ Κίμωνος – – συνόντος καὶ φυγαδευθέντος, μισθὸν ἔλαβε τῆς καθόδου ὁ Περικλῆς τὸ τῇ Ἐλπινίκῃ μιγῆναι, καί τοι τῷ Καλλίᾳ ἐκδοθείσῃ.

f Περίανδρον, φησὶν, ἐξ Ἐπιδαύρου τὴν Προκλέους θυγατέρα Μέλισσαν ἰδόντα. *Procles, Meliſſae* pater, tyrannus erat *Epidauri*, oppidi Argolidis in Peloponneſo: (teſtibus Laërt. I. 94. & Herodot. III. 50.) qui falſo *Patrocles* apud Pauſaniam lib. II. cap. 28 extr. vulgo vocatur, ut ad Herodotum monuit Weſſeling. Quod vero hic ſcribitur ἐξ Ἐπιδαύρου τὴν Προκλέους θυγ. fieri fere non poteſt quin corruptum ſit. Commodiſſimum foret ἐν Ἐπιδαύρῳ, *Epidauri*, aut ἔξω Ἐπιδαύρου, *extra oppidum Epidaurum*, ſcil. *in agro*, ubi *vinum miniſtrabat operariis qui in agro opus faciebant.* Prorſus autem a vero hic aberravit Breviator, ſic ſcribens: Περίανδρος δὲ ὁ ἐξ Ἐπιδαύρου Μέλισσαν ἰδών. *Ibid.* ἠσθημένην, *veſtitam, indutam:* a verbo ἕσθω, i. q. ἕω & ἕννυμι: unde ſubſtantiva ἡ ἑσθὴς, ἡ ἔσθησις, & τὸ ἔσθημα. Ad editam olim ſcripturam ἠσθημένην nihil ex ms. *A.* adnotatum: in ms. *Ep.* vero recte ἠσθημένην cum *lenì ſpiritu* ſcribitur. Vide Etymol. pag. 382. ſub fin. & H. Stephani Theſ. Tom. I. pag. 1382. f. g.

AD CAP. LVII.

a Καὶ ὁ Οὐλπιανός. Sic ms. *A.* adiecto articulo.

Ibid. ὥσπερ ἔρμαιόν τι: *veluti inſperatum aliquod lucrum nactus;* nempe occaſionem movendi quaeſtionem aliquam ex eo genere, quod amaſſe Ulpianus perhibetur. Scilicet memoratum a Myrtilo nomen *Tigridis* puellae, in memoriam ei revocat *tigrim* beſtiam: cuius nomen cum in *foeminino genere*, τὴν τίγριν, vulgo uſurparent Graeci, quaerit Ulpianus, *an reperiatur etiam* probatus aliquis auctor, *qui* τὸν τίγριν masculo genere *dixerit.*

Φιλήμονα – – ἐν Νεαίρᾳ. Voculam ἐν ex ms. *A.* adiecimus. In *PHILEMONIS verſ.* 3. cum τὰ ἡμᾶς παρ' ἡμῶν vulgo legeretur, voculam τι, quae verſum vitiabat, delevit CLERICUS in Philemonis Reliquiis pag. 314. Nos ita tenendam putavimus, ut poſt ἡμᾶς reiiceretur.

Verſus 4. cum in hunc modum editus eſſet,

τριγέραννον, οὐ γὰρ γίνεται τοῦτ' αὐτόθι:

DALECAMPIUS ex ingenio ſic interpretatus eſt:

B. *Quam* (feram) *cedo?* A. *Gruem: nulla ibi naſcitur.*

Quem ſecutus *Clericus*, Graeca ſic refinxit, tacite ſuffra- a
gante Bentleio,

B. Τί; A. Γέρανον· οὐ γὰρ γίγνεται τοῦτ' αὐτόθι.

Quam emendationem negari nequit probabilem admodum debuiſſe videri. At quum in Heſychianis Gloſſis conſignatum ſit vocab. τρυγέρανος, maiorem etiam ſpeciem habebat *Sopingii* coniectura, in Notis ad Heſychium monentis, reſpexiſſe Heſychium hunc ipſum *Philemonis* verſum, in quo haeremus, & τρυγέρανον h. l. ſcriptum oportuiſſe. Atque hoc ipſum τρυγέρανον ſic ſcriptum dedere veteres noſtrae membr. *A.* (In *Epit.* totum omiſſum teſtimonium.) Quare optimi illius codicis beneficio veram quidem huius loci ſcripturam ſumus nacti: ſed quaenam huic notio ſit ſubiecta, id vero minime liquet. Originem & compoſitionem vocabuli ſi ſpectes, videri poterat τρυγέρανος eſſe *grus vindemialis:* Heſychium ſi audias, τρυγέρανος eſt φάσματι ἐοικώς: quod quid monſtri ſit, doctiores videant; nec enim, ſi cum eodem, quem modo laudavi, Sopingio ſuppleas ὄρνις φάσματι ἐοικώς, aut (quod probabilius eſt) Τρυγέρανος· γέρανος φάσματι ἐοικώς, quidquam inde ad huius loci intelligentiam proficias. Iſta igitur adhibitâ ſcripturâ, recte-ne fecerim quod duas perſonarum partes distinxerim, haud ſatis ſcio. Poterat porro, *eodem verſu*, teneri edita ſcriptura γίνεται, primâ longâ: ſed quum γίγνεται dederint eaedem veteres membranae, ne hoc quidem aſpernandum putavi.

οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Ἢ οἵους. b

Cum τοῦ Φαναγορίτου οἵους in ed. Ven. & Baſ. legeretur, Οἵους in ſua editione correxit CASAUBONUS, adnotavitque in Animadverſionibus: »Expoſuimus dudum ad »Strabonis librum primum.« — Scilicet ad Strabonis lib. I. pag. 42. monuerat vir doctiſſimus, quemadmodum Heſiodi Catalogus praeſtantiſſimarum mulierum titulo Μεγάλαι Ἠοῖαι ſolet inſigniri (de quo vide auctores, quos ad Athen. VIII. 364. b. citavimus) ſic intelligendum hîc eſſe opus quoddam *Soſicratis Phanagoritae* (ignoti alioquin ſcriptoris) catalogum certorum hominum exhibens, in quo omnia exempla a voce Οἵους initium cepiſſent. Quam non vanam fuiſſe docti viri coniecturam, planius etiam ex noſtrarum membranarum ſcripturâ adparet, quae ποιους habent: quod vel duabus vocibus Ἢ οἵους potuit efferri, vel una voce Ἠοίους, prorſus ut Heſiodi praedictum opus

b duabus vocibus in unam contractis Ἡοῖαι vulgo indigitatur apud Pauſan. IX. 31. pag. 771 extr. & apud Athenaeum noſtrum, VIII. 364. b. & X. 428. b. Gentile nomen ſatis bene curatum inde a prima editione, Φαναγορίτου: niſi Φαναγορείτου malueris, auctore Stephano Byz. in Φαναγόρεια. Reperitur tamen alibi apud eumdem Stephanum idem nomen ſimplici vocali ι in penultimâ formatum, ubi de *Mycale* agitur: ubi, qui citatur Σώστρατος ὁ Φαναγορίτης, videndum ne ſit idem auctor qui *Soſicrates* hîc apud Athenaeum nominatur.

μικρὸν ἀποσχών. ἐπισχὼν malebam: quod & CORAYO unice placuit, & a Dalecampio expreſſum eſt, *nonnihil me inhibebo.* Sed abiicere vulgatum, quod defendi poſſe videbatur, non ſum auſus.

Qui ex ALEXIDIS *Pyrauno* (i. e. *Igniario*) adponuntur verſus, meri illi gryphi ſunt: nobis quidem, qui Davos in hoc genere eſſe nos, non Oedipos, profitemur. Niſi forte ſuſpicari liceat, hoc dicere illum hominem, qui fores ſibi aperiri cupit: *ſe iamdudum pro foribus in tenebris ambulare*, & ſpectri ac prodigii ſpeciem offerre praetereuntibus; aliis dicentibus, eſſe *ſtatuam ambulantem*; aliis, eſſe *lapidem molarem*; aliis, *hippopotamum*; aliis, *murum ambulantem*; (niſi ſub voce τοῖχος aliud quid latet:) aliis, *Seleuci tigrim. Seleuci tigrim* autem eamdem intelligi par eſt, quam Athenienſibus rarum ſpectaculum dono miſſum a Seleuco paulo ante ex Philemonis verſibus didicimus. Sub ἀνδρείας, quod *verſ.* 2. habent membranae, quod in ἀνδρίας mutarunt editores, nihil aliud (puto) latere potuit, niſi ἀνδριὰς, quod etiam Dalec. in verſione expreſſerat. Quod ibidem ſequebatur ἀλήθων, per ſe non ſpernendum erat: nam Graecum verbum eſt ἀλήθω, idem valens ac ἀλέω, *molo*, de quo vide Wetſtenium ad Matth. XXIV. 41. quod, licet Grammaticis Phrynicho & Thomae Mag. minus probatum, tamen etiam in Pherecratis comici fragmento occurrit apud Suidam in Ἀνόδοντος, ſi modo proba ibi ſcriptura. Sed ἀλέτων ὄνος commodiſſime dedere membranae: id eſt, *lapis molaris.* Vide Polluc. X. 112. & VII. 19. ubi pro edito ἀλέθων, ex mſstis codicibus ἀλέτων recipi debuerat. Conf. Heſychii Interpretes, ad mendoſam vocem Ἀλετῶναι.

Quod deinde dicentem Myrtilum Athenaeus facit, *habere ſe quidem alia teſtimonia, ſed ea in aliud tempus differre:*

haud illepide Grammaticus noſter iſtâ ratione ibi uti conſuevit, ubi meminerat quidem ſe aliquid eius generis, de quo agitur, alicubi legiſſe, ſed nunc locum ipſum in promtu non habebat. Ex toto hoc capite in Epitoma nonniſi haec verba leguntur: Ὅτι εὕρηται παρὰ τοῖς ἀρχαίοις καὶ ὁ τίγρις, τὸ ζῶον, ἀρσενικῶς.

AD CAP. LVIII.

Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος σεμνότερον μὲν τούτων. σεμνότερος legebat DALECAMPIUS, ſic vertens: *Clearchus de Epaminondâ Thebano ſcribit, eum graviorem aliis fuiſſe:* adiectâ Notâ: »In amandis foeminis; ut qui nuptias per» petuo ſit averſatus. Probus in eius Vita.« *Ibid.* οὐκ εὐσχημόνως δὲ περὶ τὰς ὁμιλίας ἐσφάλλετο τὴν γνώμην &c. DALECAMPIUS: *in congreſſu tamen foeminarum parum honeſtum, iudicioque ſuo falſum, ſi quis reputet ſecum eius factum in uxorem Lacedaemonii:* adiectâ rurſus hac Notâ: »Quale »id factum fuerit, nusquam legiſſe memini.« — Similiter *Gallicus interpres*, poſtquam parum liquere dixit, ſit-ne hîc *gentile* nomen Λάκων, an hominis alicuius *proprium*; adiicit: »*Ce fait eſt ignoré pour l'honneur d'Epaminondas.*« — Nos *Clearchum*, e quo iſta citat Athenaeus, iam ſaepius ita fatuum ſcriptorem, & partim in exaggerandis, partim in contorquendis rebus, quas attingit, ineptum deprehendimus; ut nec laudes ab illo profectae, nec vituperia, in alterutram partem momentum ullum habere poſſint. Caeterum videtur hoc loco illam rem ſpectaſſe hic ſcriptor, quae a Plutarcho cum in Praeceptis Politicis, T. II. Opp. pag. 808. d. e. tum in Apophthegm. pag. 192. e. memoratur: *vilem quemdam hominem ad vincula condemnatum, pro quo fruſtra Pelopidas apud Epaminondam interceſſiſſet, precibus mulieris, cuius conſuetudine homo ille uſus erat, ab eodem Epaminonda fuiſſe condonatum.* Epitomae auctor, ut pleraque alia, quae ex *Clearcho* Athenaeus paſſim protulit, ſic & iſtud Clearcheum teſtimonium ſilentio praetermiſit.

Ὑπερίδης δὲ ὁ ῥήτωρ, ἐκ τῆς πατρῴας οἰκίας τὸν υἱὸν ἀποβαλὼν Γλαύκιππον. Monuit BERGLERUS ad Alciphr. pag. 132. τὸν υἱὸν ἀποβαλὼν non ſignificare *eiecto filio*, ut vertit Dalecampius, ſed *amiſſo filio*. Et pulcre quidem novimus, communem uſum verbi ἀποβάλλειν, quod proprie τὸ ἀποῤῥίπτειν valet, ut ait Euſtath. ad Od. α'. p. 41.

l. 16. ab illâ nativâ significatione ita desciviſſe, ut vix ac ne vix quidem apud terſiorem aliquem auctorem reperias locum, ubi ἀποβάλλειν in notione *abiiciendi* vel *eiiciendi* uſurpetur. Sed hîc, ubi adiicitur ἐκ τῆς πατρῴας οἰκίας, verbum iſtud ἀποβαλὼν vix aliâ notione, atque illâ quam a Dalecampio expreſſam diximus, intelligi poſſe videtur. Malebam utique ἐκβαλὼν, quod in eâdem narratione habet Plutarchus, ſive quisquis auctor eſt Vitarum duodecim Oratorum, in Plutarchi Opp. Tom. II. p. 849. Sed ἀποβαλὼν cum editis communi conſenſu tenent ambo noſtri codices mssti. Ὑπερίδης per ſimplicem vocalem in penultimâ conſtanter ſcribunt iidem noſtri codices.

Μυρίνην. Licet h. l. Μυρίνην ſcribatur in cod. *A.* & Μύρινναν in ms. *Ep.* tamen paulo poſt recte Μυρίνην ſcribitur in eodem ms. *A.* quemadmodum ſupra (pag. 567. f.) editi libri cum mssis exhibebant. Sic & apud Plutarch. apud Alciphr. aliosque. *Ibid.* ἐν Πειραιεῖ δὲ Ἀριστογόραν. Eamdem contra quam deinde duas orationes dixit. cf. p. 586. a.
d 587. d. 588. c. *Ibid.* Φίλαν. Rectius ſic hoc nomen ſcriptum apud Athenaeum videtur, quam Φίλτην apud Plutarch. l. c. *Philam* in meretricum recenſu ſupra etiam nominatam vidimus, p. 587. e. Adde p. 593. f.

AD CAP. LIX.

Ἦν δὲ ἡ Φρύνη ἐκ Θεσπιῶν. Potuerat fortaſſe Θεσπιέων recipi, quod eſt in ms. *A.* Sed cum ad ſcripturam Θεσπιαῖς pag. 591. b. nullus ex hoc codice diſſenſus adnotatus ſit, Θεσπιῶν tenui quod recte editum erat. Vide Stephanum Byz. in Θέσπεια. De Phryne eiusque hiſtoria, inſtar omnium, conſulendus Iacobs in Attico Muſeo, T. III. Faſc. 1. pag. 18 ſqq. & in Notis, pag. 36 & ſeqq.

κρινομένη δὲ ὑπὸ Εὐθίου. De *Euthia*, conf. pag. 591. e. Iudicium, in quo res acta eſt, *Heliaeam* fuiſſe diſcimus ex pag. 591. f. *Ibid.* ὡς φησιν Ἑρμιππος. *Ut ait* Hermippus: ſcil. in libro de Iſocratis Diſcipulis, alibi a Noſtro citato; ut probabiliter coniectavit Iacobs, l. c.
e καταψηφιούμενοι recte mssti ambo. Perperam καταψηφισάμενοι ed. Ven. Baſ. & Caſ. 3. Ferri utcumque potuerat καταψηφισόμενοι, quod habent ed. Caſ. 1. & 2. Sed uſitatior iſta futuri formatio in huiusmodi verbis.

Ibid. περιῤῥήξας τοὺς χιτωνίσκους. »Alciphron in Epi-

» ſtola Bacchidis ad Phrynen : [lib. I. Epiſt. 31.] Μηδὲ τοῖς e
» λέγουσιν, ὅτι εἰ μὴ τὸν χιτωνίσκον περιρηξαμένη [περιῤῥηξαμένη] » τὰ μαστίδια τοῖς δικασταῖς ἀπέδειξας, οὐδὲν ὁ » ῥήτωρ ὠφέλει, πείθου. καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἵνα ἐν καιρῷ » γένηταί σοι, ἡ ἐκείνου παρέσχε συνηγορία.« CASAUBONUS. — Recte περιῤῥήξας geminatâ ρ literâ ms. *Ep.* cum edd. & ex Epit. Euſtathius ad Iliad. χ'. pag. 1355 ſub fin. De re conf. Plutarch. in Vita Hyperidis pag. 849. e. Adde Berglerum ad Alciphr. l. c. & Sextum Emp. adv. Mathem. II. 4. ibique Fabric. & quem & Berglerus & Fabricius laudaverunt Quintil. Inſt. II. 15. 9. *Ibid.* τὴν ὑποφῆτιν καὶ ζάκορον Ἀφροδίτης. Probabile eſt, his ipſis verbis uſum eſſe oratorem, cum nudatam Phrynen iudicibus oſtenderet. Perperam ζάκαρον ed. Ven. & Baſ. Recte ζάκορον ed. Caſ. cum msstis. De quo vocab. reſtituendo auctori iam olim monuerat *Guil.* CANTERUS, Variar. Lect. lib. IV. cap. 17. Deinde vero ἐλέῳ χαρισαμένους a nobis e msstis noſtris, qui in hoc conſentiunt ambo, reſtitutum eſt. Recte dicitur ἐλέῳ χαρίζεσθαι, *miſericordiae indulgere;* quemadmodum χαρίζεσθαι τῷ ζυμῷ, τῷ ἔρωτι, & ſimilia. Poſtquam operarum errore in ed. Ven. ἐλέῳ χρισῳμένους ſcriptum eſſet, errorem errore cumulans editor Baſileenſis ἐλαίῳ χρισαμένους poſuit: pro quo CANTERUS l. c. ἐλέῳ χρησαμένους legendum cenſuit, quod ipſum Caſaubonus, invitis msstis, tacite recepit. Sed cum non ſatis integra videatur in hac periodo oratio, perquam probabiliter monuit doctiſſimus CORAY in *Notis msstis:* » Legen» dum δεισιδαιμονῆσαί τε ἐποίησε τοὺς δικαστὰς, ὥστε τὴν » ὑποφ. &c. revocatâ particulâ ὥστε, quam abſorpſerant » ultimae literae vocis δικαστάς.« — Tenent tamen vulgatam orationis ſtructuram, quae vel ſic ferenda nobis viſa erat, ambo noſtri msstι.

διόπερ οὐδὲ ῥᾳδίως ἦν αὐτὴν ἰδεῖν γυμνήν. Nihil vitii f ineſſe videbatur in editâ olim ſcripturâ ῥᾴδιον. Sed cum ῥᾳδίως dederint uterque codex mstus, non ſperni hoc a nobis debuit: *non facile, non temere, nudam illam videre licebat*, vel *contingebat.* Subiiciuntur rationes duae, *cur non facile nuda conſpiceretur*: altera ſatis plana, *quoniam publicis non utebatur balneis:* prior haud ita perſpicua, his verbis expreſſa, ἐχέσαρκον γὰρ χιτώνιον ἠμπείχετο. Scripturam ἠμπείχετο, pro olim vulgatâ ἀμπείχετο dedit ms. *A.* Potuerat etiam ἠμπίσχετο ſcribi, quod in Epitomae ſcriptu-

râ videtur contineri. De notione vocabulo ἐχέσαρκον subiectâ dubitari potest. Dalecampius sic vertit: *illam videre nudam haud facile fuit, quod adstrictâ carni veste id prohiberet.* Cui H. STEPHANUS praeiverat, in Indice Thes. Graecae Ling. vocem ἐχέσαρκος interpretans *carni* seu *cuti adhaerens*, hoc uno Athenaei loco in testimonium citato. In eamdem sententiam vocabulum illud accipiens doctissimus IACOBS (Mus. Att. III. 1. pag. 23 & 47 sq.) pulcre intellexerat, quam parum commode pro caussâ cur *non facile nudam spectare Phrynen licuisset*, hoc adferatur, quod *veste uteretur carni adstrictâ*: quare tale quidpiam dicere voluisse Athenaeum suspicatus est, »ex veste angustâ »& carni admodum adstrictâ, qua utebatur Phryne, ele»gantem formam corporis quodammodo perluxisse.« At negari non potest, alienam a connexione satis perspicuâ orationis esse istam sententiam. Quare in aliam partem accipiendum ἐχέσαρκον χιτώνιον nobis videbatur, ut significaret *tunicam totum corpus* (& praesertim carnosas partes, pectus puta & ubera) *continens & adcurate tegens.* Quam fere in partem Gallicus interpres accepisse videtur, sic vertens: »*Sa tunique* (in Notâ: *Sa chemise, qui n'étoit pas fendue sur les cotés:*) *lui enveloppoit étroitement tout le corps.* Scilicet Phryne, postquam iam satis arte suâ pulcritudinisque laude confisa esset, diversam ingredi viam coeperat ab eâ qua uti noviciae meretriculae consueverant. Illae, si qua corporis pars prae caeteris pulcra esse videretur, (ut ait Alexis comicus apud Nostrum, XIII. 568. c.) ea ipsa ut maxime adspectui hominum pateret solicite curabant: haec, easdem partes tegendo, eo acriorem in animis libidinosorum hominum cupiditatem sese excitaturam confidebat, ac vel ipsum sui adspectum caro pretio vendere consueverat.

ἀποτιθεμένη ἱμάτια. Probum erat ἱμάτιον in sing. num. quod habet ms. *Ep.* Sed si *plurali numero* hîc usus est auctor, cuius terminationem cum editis tenet vetus codex *A.* ἱμάτια scriptum oportuit, ut apud Aristoph. in Lysist. 1093. & Vesp. 408. & in Alexidis testimonio apud Nostrum, XV. 691. e. & f. *Ibid.* καὶ ἀπ' αὐ-
a τῆς Ἀπελλῆς τὴν ἀναδυομένην Ἀφροδίτην ἀνεγράψατο. Peraptum huic loco videri poterat verbum hîc olim editum ἀπεγράψατο: quod quamquam vix alibi usquam eo sensu usurpatum reperitur, qui huic loco proprius videbatur (*ad propositum exemplar depingere, exemplar penicillo*

imitari & effingere,) tamen habet a se formatum nomen a
ἀπόγραφος & ἀπόγραφον, ista notione usitatum. Sed illam scripturam ignorant veteres libri: ambo quidem nostri, quorum auctoritati cedere omnes alii debent, ἀνεγράψατο dederunt. Et est hoc probum verbum, *pingere*, & quidem *diligenter & curate pingere* significans; quo sensu Aristoteles usus est in Ethic. ad Nicom. lib. I. cap. 7. ubi τῷ ὑποτυπῶσαι (quod *delineare* significat) τὸ ἀναγράφειν opponitur. Caeterum ab aliis aliam mulierem perhibitam esse *exemplar Apelli* fuisse *Venerem Anadyomenem pingenti*, Plinius tradit lib. XXXV. cap. x. sect. 36. num. 12.

τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην. De hac vide eumdem Plinium lib. XXXVI. cap. v. sect. 4. num. 5.

ἐν τῇ τοῦ Ἔρωτος βάσει τῇ ὑπὸ τὴν σκηνὴν τ. Ϛ. ἐπέγρ. Ab hac scripturâ nihil varietatis ex ms. *A*. enotatum. In *Epit.* scribitur, ἐν τῇ τοῦ Ἔρωτος βάσει ὃν αὐτὸς ἔπλασεν ἐπέγραψε. Inscriptio utique *in basi* fuit: neque vero eo minus τοῦ (nempe Ἔρωτος) non τῇ legendum videtur: nisi statuas, *basin* quidem in theatro fuisse positam, Cupidinem autem non impositum; quod quidem absurdum videtur. Caeterum, quum Cupido ille, quem Phrynae donavit Praxiteles, *Thespiis* ab illa dedicatus sit, ut mox dein docet auctor; intelligi par est, ad illius exemplum aliam similimam statuam ab eodem Praxitele esse factam, quae in theatro posita fuerit.

Quod subiicitur *EPIGRAMMA*, id *Simonidi* tribuitur in Anthol. pag. 331. ed. H. Steph. & in Brunckii Anal. T. I. pag. 143. num 90. Ubi recte BRUNCKIUS monuit, quod apud Athenaeum hîc legitur ἐπέγραψεν, (nempe ὁ Πραξιτέλης) non inde effici, ipsum statuarium eumdem fuisse *auctorem* elegorum; nec vero magis Simonidis eos esse habendos, ut cuius aetas cum Phrynes aetate non conveniat. De eodem Epigrammate, in quo *Amor ipse loquens* inducitur, consulendus IACOBS, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. I. pag. 258 sq. Apud Nostrum ab editâ scripturâ nil differentiunt mssti, nisi quod *vers.* 3. pro vitioso ἐμοῖο, recte ἐμεῖο dedit ms. *Ep.*

Ἐκλογήν τε αὐτῇ τῶν ἀγαλμάτων ἔδωκεν, &c. Artificium b
quo usa erat *Phryne*, quo cognosceret quasnam suarum statuarum Praxiteles ipse pulcerrimas iudicaret, exponit Pausanias, lib. I. cap. 20. pag. 46. *Ibid.* τὸν ἐπὶ Τριπόδων Σάτυρον. Utique τὸν ἐπὶ τῶν Τριπόδων scriptum oportuis-

b se videtur. Tamen etiam apud Pausaniam, loco modo citato, absque articulo scribitur: ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ Πρυτανείου καλουμένη Τρίποδες: nisi ibi etiam οἱ Τρίποδες dederint meliores libri. Recte vero apud Nostrum, lib. XII. p. 542. f. παρὰ τοὺς Τρίποδας scribitur: ad quem locum in Animadv. temere ab operis nostris positum video *Pausan. lib.* I. *c.* 46. pro *cap.* 20. *pag.* 46.

αὐτῆς δὲ τῆς Φρύνης οἱ περικτίονες ἀνδριάντα ποιήσαντες &c. Confer Aeliani Var. Hist. IX. 32. ibique Interpp.

Ibid. ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρύσεον. Sic etiam Aelianus l. c. χρυσοῦν. Rectius Pausanias ἐπίχρυσον: lib. IX. c. 27. pag. 762. Nempe intelligi par est, *ex aere fuisse statuam inauratam.* Nam quamvis *marmore felicior Praxiteles & clarior fuit; fecit tamen & ex aere pulcherrima opera;* ut Plinius ait, lib. XXXIV. cap. VIII. sect. 19. num. 10. *Ibid.* ἐπὶ κίονος Πεντελικοῦ. Sic recte ed. Ven. & Bas. cum msstis. Satis nota *Pentelici* marmoris laus, ex Pentelico monte Atticae.

ὃν καὶ θεασάμενος Κράτης ὁ Κυνικὸς ἔφη τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνάθημα. *Diogeni* dictum illud tribuit Diogenes Laërt. VI. 60. *Crateti* cum Athenaeo Plutarchus, De Pythiae Oraculis, Opp. T. II. pag. 401. a. his verbis, τῆς τῶν
c Ἑλλήνων ἀκρασίας τρόπαιον. *Ibid.* Φρύνη Ἐπικλέους Θεσπική. Inscriptionum mori convenientius fuerit Φρύνης & Θεσπικῆς. Ἐπικλέους, scil. θυγάτηρ: *Epiclis filia:* non *Illustris*, ut vertit Dalec. *Epiclem*, alium puto ab hoc, supra nominatum vidimus, XII. 537. c.

AD CAP. LX.

Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ Περὶ Ἑταιρῶν. Possis *βίβλῳ* intelligere. Sed τῷ (scilicet *βιβλίῳ* vel λόγῳ) scriptum reliquisse putem Athenaeum, ut pag. 586. a. & hac pag. lit. *d.* alibique. *Ibid.* Κλαυσιγέλωτα. Est aliàs commune & adpellativum (quod dicimus) nomen κλαυσίγελως, significans *risum lacrymis permixtum*, aut *lacrymas risui mixtas.* Vide Demetrium de Elocut. cap. 28. &, quos ibi Schneiderus laudavit, Xenoph. Ἑλλην. lib. VII. pag. 373. ed. Mori, & Plutarch. Opp. T. II. pag. 1097. f.

τὴν μὲν παρὰ τοῖς ῥήτορσι, φησὶν, ὀνομαζομένην Σπστὸν καλεῖσθαι, διὰ τὸ ἀποσήθειν καὶ ἀποδ. τοὺς συνόντας αὐτῇ, τὴν δὲ Θεσπικήν. In editis sic scribebatur distingueba-

turque, ὀνομαζομένην Σηστόν· καλεῖσθαι δὲ διὰ τὸ &c. Istam δὲ particulam recte ignorant membr. *A*. In *Epit.* breviter sic scribitur, τὴν μὲν φησὶ καλεῖσθαι Σηστὸν, διὰ τὸ ἀποσήθειν &c. Ut haec *Sestus*, sic aliam id genus mulierem *Abydum* adpellatam supra vidimus, pag. 586. a.

ὑπισχνεῖτο τειχιεῖν τὰς Θήβας. » Propertius: [lib. II. d » Eleg. 5.]

» *Nec quae deletas potuit componere Thebas,*
» *Phryne tam multis facta beata viris.* « CASAUBONUS.

Τιμοκλῆς ὁ κωμικὸς ἐν Νεαίρᾳ. Vide pag. 567. e.

Ibid. Ἄμφις ἐν Κούρισι. Vide pag. 567. f. ibique notata. Habes ibi *Amphidis* versus, in quibus aliae nominantur meretrices: *Phrynes* nulla ibi mentio.

παρεσίτει δὲ τῇ Φρύνῃ Γρυλλίων. Sic ambo mssti, non Γυλλίων: recte. *Gryllionis* parasiti iam supra mentio facta, VI. 244. f. Mox Ἀρεοπαγιτῶν tenet ms. *Ep.* cum edd.

Ibid. ὡς καὶ Σάτυρος ὁ Ὀλύνθιος ὑποκριτὴς Παμφίλῃ. An Πασιφίλῃ? de qua vide pag. 594. c. d. Sed videtur diversa illa ab hac. *Satyri, comici histrionis*, meminit Plutarchus, De Laude Sui, Opp. Tom. II. pag. 543. e. Eumdem vero (ut videtur) *tragicas* etiam partes commodissime egisse, ex eiusdem Plutarchi Vita Demosthenis, Tom. I. pag. 849. a. b. intelligitur. Iam mireris quidem fortasse, quo pacto hic cum *Gryllione Areopagitâ*, *Phrynes parasito*, componatur *Satyrus histrio*, *parasitus* nescio cuius *Pamphilae*. At quidni eâ ratione isti duo inter se conferantur, ut significetur, *histrionis* personae, quam *Areopagitae*, convenientius fuisse *parasitari apud meretricem?* Quidquid sit: Graeca verba vix in aliam sententiam, quam quae a nobis in versione expressa est, accipi possunt: a qua longe discedens DALECAMPIUS, praescripta verba sic erat interpretatus: *ut tradit Satyrus Olynthius, histrio, in Pamphila:* eumdemque secutus est VOSSIUS De Historicis Graec. lib. IV. pag. 411. De quorum errore recte monuit IONSIUS lib. II. De Scriptorib. Histor. Philos. cap. XI. num. 2. Rursus tamen eamdem sententiam nuper Gallicus expressit interpres: *selon ce que dit l'histrion Satyrus d'Olynthe, dans sa Pamphile.*

Ἀριστογείτων. De hoc Oratore vide quos laudavit Ruhn- e kenius, in Hist. Crit. Orat. Gr. p. 154.

ὅτι τὸν ἐπιγραφ. κατ' αὐτῆς Εὐθίου λόγον Διόδωρος ὁ Περιηγητὴς Ἀναξιμένους φησὶν εἶναι. Vide pag. 590. d. & conf.

e Harpocrat. in Εὐθίας, ibique MAUSSACUM; & RUHNKENIUM in Hiſt. Crit. Orator. Graec. p. 162. ed. Reisk.

Ποσίδιππος. Sic ms. *A.* ut pag. 594. e. & fere conſtanter alibi: de quo iam ad III. 87. f. monuimus. Promiſcue & per ſimplicem ι & per ει ſcribitur hoc nomen. Vide Suidam in Ποσίδιππος & ibi Küſterum: adde Etymol. pag. 684. D. In *Epit.* deeſt *POSIDIPPI* teſtimonium: de cuius argumento vide p. 590. d. e. f.

Verſ. 2. & 3. Quum ſic legeretur in editis:

— καὶ γὰρ εἰ νεωτέρα
τῶν τότε χρόνων εἰη, τόν γε ἀγῶν' ἀκήκοας:

monuit CASAUBONUS: »Scrib. τῶν τότε χρόνων εἶ, τόν γ' »ἀγῶν' ἀκήκοας.« — Cuius ut expeditiſſimam, ſic certiſſimam (quae mihi videbatur) emendationem amplexus ſum, praecunte etiam GROTIO in Excerpt. pag. 819. cuius verſionem latinam Graecis ſubiecimus. Eamdem emendationem non ſpernens quidem IACOBS, in Attic. Muſ. III. 1. pag. 45. tamen ſic refictum locum malebat:

— — καὶ γὰρ ἦν νέων τέρας
τῶν τότε χρόνων, ἢ (τὸν γὰρ ἀγῶν' ἀκήκοας)

Verſ. 4. βλάπτειν δοκοῦσα τοὺς βίους μείζους βλάβας. Id eſt: *quod nocere videretur vitae hominum maiorem in modum:* ut interpretatus eſt BERGLERUS ad Alciphr. p. 125. Quod βλάβης pro βλάβας legitur in Grotii Excerptis, id invito doctiſſimo viro irrepſerat. Quid ſit vero dein, quod *verſu* 5. ſcribitur:

f τὴν Ἡλιαίαν εἶλε περὶ τοῦ σώματος:

non exputo. Novimus quidem, in uſu forenſi dici αἱρεῖν τὴν δίκην, αἱρεῖν τὴν γραφήν: ſed non eo ſenſu, cui hîc ſit locus. *Dalecampius* quid in animo habuerit, ſic vertens, *ad Heliaeam graviore damno perculſa eſt*, non magis video: nec multum refert. In Athenaei exemplo, quod *Caſauboni* olim fuerat, ipſius manu pro εἶλε correctum eſt εἶπε: quod verbum ad ſequentia quidem ſatis aptum videri poterat, εἶπε περὶ τοῦ σώματος, *dixit pro corpore*, i. e. *capitis cauſſam dixit;* quamquam ipſa Phryne non dixit cauſſam ſuam. Sed τὴν Ἡλιαίαν εἶπε prorſus nihil, quod ſciam, ſignificare poteſt. In Animadverſionibus ſilentio hunc locum, ut bene multos alios, praetermiſit Caſaubonus. In Epitoma totum praetermiſſum *Poſidippi* teſtimonium. Membranae *A.* vero nil mutant. Sententia haud obſcura, quam his verbis GROTIUS expreſſit: *Haec* (He-

liaeam) *iudices de capite sortita est suo.* Sed de Graeco verbo quaeritur. Nobis, donec quid aliud certius proferatur, εἶχε scribendum videtur, hoc sensu: εἶχε Ἡλιαίων, scil. δικαστήριον: *Heliaeam iudicium habuit*, i. e. *Heliastas iudices habuit.* Literas λ & χ aliâs etiam haud raro per librariorum errorem inter se permutatas observavimus.

Sextus versus, cum duobus primoribus verbis *septimi*, deerat in ed. Ven. & Bas. Defectum ex msstis tacite supplevit Casaubonus eisdem verbis, quae & noster ms. *A.* agnoscit. Eadem etiam Natalis Comes, in Mediceo codice reperta, in latinâ versione expressérat; unde Dalecampius quoque in suam versionem recepit.

AD CAP. LXI.

μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα. »Vide LEOPARDUM »Emendat. IX. 21. [in Gruteri Thes. Crit. T. III. p. 186.] »Quidam hoc referunt ad Diogenem. Vide & Iunium, »in Adagio *Ampullas loqueris.*« DALECAMPIUS. — Adde Meursii Lection. Attic. lib. I. cap. 5. Μεγάλα φυσᾷν dicitur is *qui tibias magna contentione inflat*; (Diog. Laërt. VII. 21.) itemque, *qui magnos sibi spiritus sumit.*

Καὶ Βίων δ' ὁ Βορυσθενίτης. Videndus omnino Laërtius, lib. IV. sect. 46.

Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδιοποιός. Sic membr. non τραγῳ- a
δοποιός. Qui sequuntur *quatuor versus*, quos *a SOPHOCLE pronunciatos esse* Athenaeus ait, cum alioqui *ex eorum* sint *numero, qui ad HOMERUM auctorem soleant referri*, leguntur illi in Homeri vita, quae Herodoto auctori tribui solet, pag. 757. ed. Wesseling. Monuit etiam CASAUBONUS; ad verba ταῦτα μέν ἐστιν ἐκ τῶν εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένων haec notans: »Sic est: nam in Homeri vitâ, cuius auctorem titulus facit Herodotum, habentur praecedentes versus, tanquam Homeri. In *tertio versu* scribe, ἢ δ' ἐπιτερπέσθω, pro αὖτη δέ. *Quartus*,

»ἰσχὺς ἀπήμβλυνται τῶν, νοῦς θεῖος δὲ μενοινᾷ:

»sic scribitur apud Herodotum,

»ὧν ὥρη μὲν ἀπήμβλυνται, θυμὸς δὲ μενοινᾷ.«

Nos *vers.* 1. quamquam Κλῦε habent ambo nostri mssti, tamen facile nobis persuasimus, Κλῦθι scripsisse Athenaeum, quemadmodum in Homeri vitâ legitur: eamdemque verbi terminationem iam receperant superiores Athenaei

a editores, ſed perperam Κλύθι penacute ſcripſerant. Recte deinde μευ ed. Caſ. cum msstis: μεν operarum errore erat in ed. Ven. indeque in ed. Baſ. translatum. Inficete vulgo μοι in Vita Homeri. *Verſ.* 3. Tenendum putavimus ἠδ' (valens Homericum ἠδε, &:) quod cum ed. Caſ. agnoſcunt membr. *A.* In Homeri Vitâ ἢ δ' edi ſolet, ne id quidem male; quod apud Noſtrum etiam tenent ed. Ven. & Baſ. In *Epit.* nonniſi tres priores verſus adponuntur, qui in vocem γέρουσιν deſinunt. *Quartum* fortaſſe nimis corruptum in ſuo codice repererat Epitomae auctor, quam ut recipere vellet. Idem verſus in aliis etiam codicibus valde corruptus fuiſſe videtur, ac deinde ex ingenio neſcio cuius ſic refictus, ut vulgo edebatur,

ἰσχὺς ἀπήμβλυνται τῶν, νοῦς θεῖος δὲ μενοινᾷ.

In vetuſtis noſtris membranis *A.* in hunc modum conceptus ſcribitur:

ὧν ἰσχὺς μὲν ἀπήμβλυνται, θεῖος δὲ μενοινᾷ.

Ubi in priori hemiſtichio nihil admodum deſideres; quamquam probabile eſt, quod WESSELINGIUS ad Herodot. monuit, ἰσχὺς, pro ὤρη, ex gloſſâ huc invectum eſſe. In poſteriori hemiſtichio, quemadmodum ſub contextu etiam notavimus, aut θεῖος δὲ μένει νοῦς fuerit corrigendum, aut cum Herodoteis codicibus θυμὸς δὲ μενοινᾷ ſcribendum.

b τῆς δὲ Θεωρίδος μνημονεύει, λέγων ἔν τινι στασίμῳ οὕτως. Ad vulgatam olim ſcripturam λέγων ἔν τινι στάσιμος οὗτος, haec commentatus eſt CASAUBONUS: »Carminis lyrici genus vocari στάσιμον veteres Gramma»tici auctores ſunt. Eâ notione ſi hoc loco accipimus, »ſcribendum, λέγων ἔν τινι στασίμῳ οὕτως. Fuit & »*Staſimus* ſive *Staſinus* dictus vetus quidam poëta: de quo »an haec ſint intelligenda, eſto eruditi lectoris arbitrium.« — De obſcuro poëta *Staſimo* vel *Staſino* (quem *Cypriorum carminum* auctorem nonnulli ſtatuerunt) nullo modo cogitandum hic videtur. Priorem vero docti Animadverſoris coniecturam firmant noſtrae membr. *A.* in quibus cum ſcribatur ἔν τινι στασίμως οὕτως, illa litera ς in fine vocis στασίμως ex vocali *iota* orta eſt, ad latus adſcriptâ. Vide ad III. 92. d. Animadv. T. II. p. 120. & ad VI. 245. c. praeſertim vero quae ad Polyb. I. 15, 10. olim notavimus. In eamdem ſententiam perſpecte etiam DALECAMPIUS hunc locum interpretatus erat: *Theoridis huius meminit ille* (ſcil.

ipſe Sophocles) *in quadam ſtatione chori ad hunc modum.* Suidas: Στάσιμον· εἶδος μέλους, ὅπερ ἱστάμενοι ᾖδον οἱ χορευταί: ex Scholiis ad Ariſtoph. Ran. 1314. Paulo etiam uberiora vide ad Veſp. 270. b

ὥσπερ αἱ γλαῦκες, ἐπὶ τάφων κάθηται. Ferri potuerat ἐπὶ τάφου, quod cum ed. Ven. & Baſ. habet Epitoma. Sed commodius viſum erat ἐπὶ τάφων, quod habet ms. *A.* cum ed. Caſ. 2. & 3. Temere τάφρων irrepſerat in ed. Caſ. 1. ſed τάφων (ut conſentaneum erat) voluiſſe ſe ſatis oſtendit ipſe CASAUBONUS, in *Animadv.* ſic ſcribens: »ὥσπερ αἱ γλαῦκες ἐπὶ τάφων κάθηται. Tumulis interdum »animal aliquod, velut *noctuam* aut aquilam, interdum ali»quid aliud τοῦ ἐπιτηδεύματος aut rerum geſtarum mo»numentum inſculpebant.« — Equidem hîc non *ſignum* aliquod intellexerim monumento ſepulcrali inſculptum, ſed ipſam feralem *avem*, quae in locis triſtibus & deſertis habitare amat. Caeterum haud illepide τάφος dicitur de *capulari ſene:* quod Machon apud Noſtrum, p. 580. c. dixerat,

ἤδη τελέως ἦν ὁμολογουμένως (*ſive* ὁμολογούμενος *ibi mallueris*) σωρός.

Et ἔμψυχος τάφος, Lucian. Dialog. Mort. VI. 2. Conf. Iacobs ad Anthol. Vol. II. Part. III. pag. 176.

AD CAP. LXII.

Ἰσοκράτης ὁ τῶν ῥητόρων αἰδημονέστατος. Sic recte edd. Perperam ἀδήμον. ms. *A.* Epitoma vocem illam non habet.

Ibid. Μετάνειραν εἶχεν ἐρωμένην καὶ καλήν. »Interpres »καὶ καλήν. Aliter mssti. Locus eſt mihi ſuſpectus.« CASAUBONUS. — Dalecampius: *amicam habuit Metaneiram, & eam quidem pulcram.* Expreſſit Graecum καὶ καλὴν, quod ipſum ſic ſcriptum habent veteres membr. *A.* ſub qua tamen ſcripturâ aliud neſcio quid (fortaſſe patriae nomen) latere ſuſpicor. Scriptura Καλλὴν, quam praeferunt editi, ſi vel maxime mssti nonnulli iuniores eam tuentur, nullam habet auctoritatem: quoniam diſſentit fons reliquorum omnium operis plenioris exemplorum, vetuſtiſſimus codex noſter *A.* ſiletque Epitoma, in qua poſt verba Μεταν. εἶχεν ἐρωμ. ſtatim iſta ſubiiciuntur, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ Λυσίας, (ſcil. ἤρα,) ὥς φησι Δημοσθ. Nec vero *Calle*, meretricis nomen, usquam alibi memoratum reperias.

Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας &c. Extat locus p. 1351 c

c ſub fin. ed. Reisk. *Ibid.* Ἀλκιδάμας ὁ Ἐλαΐτης &c. Ad vulgatum olim ὁ λαΐτης monuit CASAUBONUS: »Legen»dum ὁ Ἐλαΐτης. *Alcidamas, Gorgiae diſcipulus*, patriam »habuit *Elaeam*, Aeolicarum in Aſia urbium unam. Inde »dicitur Ἐλαΐτης auctore Stephano. Apud Suidam ſcribi»tur, Ἀλκιδάμας ἀπὸ Ἐλέας τῆς Ἀσίας: tu ſcribe Ἐλαίας: »magnum enim discrimen.« — At non tam Ἐλαΐτης, geminâ ι vocali, quam Ἐλαΐτης ſcribendum iſtud gentile nomen: & ſic ſcribitur in noſtro ms. *A.* Conf. Holſtenium ad Stephanum Byz. pag. 108. Ipſum gentile nomen omiſit Breviator.

τὴν δὲ Ναΐδα ταύτην Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, ἐρωμένην φησὶ γενέσθαι Φιλωνίδου. Conf. pag. 586. f. Solenni more hìc peccaverat iunior aliquis librarius, a priori Φιλωνίδου ad poſterius declinans: unde factum ut *novem verba deſiderarentur in editis*, quae nobis optimus noſter codex *A.* exhibuit. Eadem verba etiam in ſuo exemplari habuerat Epitomae auctor, quod vel ex compendioſiſſimâ ratione, qua hunc locum tractavit, adparet. En locum, qualis in *Epit.* exhibetur: Ἤττητο δὲ ὁ Λυσίας καὶ Λαγίδος· ἧς ἔγραψεν ἐγκώμιον ὁ ῥήτωρ Κέφαλος· καθὰ καὶ Ἀλκιδάμας ὁ Γοργίου μαθητὴς, Ναΐδος. ταύτης δὲ καὶ Φιλωνίδης ἦρα. μή ποτε οὖν καὶ ἐν τῷ Ἀριστοφάνους Πλούτῳ &c. CASAUBONUS, cum de iſto genere erroris hìc admiſſo non cogitaſſet, ſuspenſae orationi aliam quaeſiverat medicinam, ad praecedentia verba, τὴν δὲ Ναΐδα ταύτην Λυσίας, haec monens: »Deeſt verbum ἱστο»ρεῖ, vel ὀνομάζει.«

ὁ δ' ὑμέναιος ἐπιτήδειος ὁ Φιλωνίδης δ' ἐρᾷν φησί. Dalecampius: *Hanc cognatus veſter Philonides amare ſe dicit.* Nempe pro ὑμέναιος ex ingenio ὑμέτερος legebat: cui fidenter ſuffragatus eſt TAYLOR, in Lyſiae Fragmentis, num. 129. pag. 33. ed. Reisk. Quod qua neceſſitate ita ſtatueretur, non vidi equidem. Quidni enim eum, qui *cum* illa *muliere conſuetudinem habebat*, per iocum haud illepidum, ὑμέναιον ἐπιτήδειον, id eſt, *hymenaeum amicum*, adpellare Lyſias potuerit? Caeterum iſtud, δ' ἐρᾷν φησὶ, ferendum non fuerat; quod quidem citra dubitationis ſignificationem eodem modo Taylor l. c. repetiit. Equidem (ſi modo ſana atque integra reliqua oratio eſt) fere non dubito, ὁ Φιλωνίδης ὅδε dixiſſe oratorem. Quis ſit *Philonides*, contra quem orationem iſtam dixit aut dixiſſe per-

hiberur Lyſias, proximâ Animadverſione diſputabimus. μνημονεύει αὐτῆς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ. Praeterierat hic locus doctiſſimum BRUNCKIUM noſtrum, cum Ariſtophanis Fragmenta colligeret. Quare adiiciat ſtudioſus lector ad *Fragm. ex Ariſtophanis Gerytade*, p. 233. hoc modo: »XXXIX. Μνημονεύει Ναΐδος τῆς ἑταίρας Ἀρι»στοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ. Athenaeus lib. XIII. p. 592. c. « μή ποτε δὲ κἀν τῷ Πλούτῳ, ἐν ᾧ λέγει, d

Ἑρᾷ δὲ Λαΐς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;

γραπτέον Ναΐς, καὶ οὐ Λαΐς; »De coniecturâ Athe»naei ſuper verſu *Ariſtophanis* [Plut. 179.] lege doctiſſi»mum Interpretem [Graecum.] Citatur Athenaei locus »hic & ab Harpocratione, [in Ναΐς.] « CASAUBONUS. — Coniecturam Athenaei, Ναΐς apud Ariſtophanem, non Λαΐς, ſcriptum oportuiſſe, probatam video PALMERIO, Exercitat. pag. 787. KÜSTERO in Notis ad Ariſtoph. & IACOBSIO in Attic. Muſ. III. 2. pag. 223 ſq. Ac ſpeciem habet utique haec coniectura: primum quidem *ob aetatem Laidis*, (de qua ſupra dictum eſt ad pag. 588. b. c.) collatam cum eo tempore quo in ſcenam productus Ariſtophanis Plutus eſt. At huic quidem difficultati (quod nec Iacobſium fugerat) duobus modis cum BRUNCKIO (ad Comici Plut. 179.) occurri poteſt: ſive, ut ſtatuamus verſum illum, de cuius ſcripturâ dubitatur, tum demum a Comico receptum eſſe, cum poſt viginti annos eadem fabula Plutus, mutatis paſſim nonnullis, iterum in ſcenam produceretur: ſive, ut dicamus, non de *Hiccaraea Laide*, ſed de aliâ *ſuperiore* locutum eſſe Ariſtophanem; cui rationi etiam conſentaneum illud fuerit, quod cum *Euripide* etiam (qui Olymp. XCIII. 4. obiit) collocuta *Lais* perhibetur. (vide ſupra p. 582. c. d.) Altera ratio, quae ſuadere videatur non *Laidem* apud Ariſtophanem l. c. legendum eſſe, ſed *Naidem*, cuius Naidis nomen etiam apud eumdem Comicum *in Gerytade* occurrebat, haec eſt: quod diſerte *Lyſias* orator doceat, *Naidem* (non *Laidem*) a *Philonida* amatam fuiſſe. Et hac ipſa potiſſimum ratione hîc nititur Athenaeus, praeeunte (ut ex Ariſtophanis vetere Interprete intelligi videtur) *Calliſtrato* in libro DE Meretricibus, quem paulo etiam ante ipſe auctor noſter nominavit, pag. 591. d. At hanc difficultatem levavit diſcuſſitque idem, quem modo nominavi, Ariſtophanis Interpres; monens, non de *poëtâ Philonidâ* loqui Comicum

d in Pluto vs. 179. & 309 sq. sed de alio huic cognomine, opulento homine, eodemque & rudi literarum, & stolidi ingenii. Quo ipso haud obscure significare idem doctus commentator videtur, eum, contra quem *Lysias* orationem habuit, *poëtam* fuisse *Philonidam*; illum nempe, cuius & propriae nonnullae fabulae cum ab aliis, tum ab Athenaeo, passim citantur, & sub cuius nomine ipse Aristophanes *Ranas* suas primum ediderat, ut ex illius fabulae argumento discimus.

Ἕρμιππος δ' ἐν τῷ Περὶ Ἰσοκράτους. Monuit Ionsius, lib. I. de Scriptorib. Hist. Philos. cap. 2. num. 7. non tam ita vertenda ista verba sibi videri, ut Dalec. reddidit, *Hermippus in libro de Isocrate*, quam *Hermippus eo loco ubi de Isocrate agit.*

Λαγίσκαν τὴν ἑταίραν. Articulum adieci utriusque nostrorum codicum auctoritate.

Strattidis de *Isocrate & Lagiscâ* citantur versus hi:

Καὶ τὴν Λαγίσκαν τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν
ἰδεῖν με συκάζουσαν εὐναίαν ἔτι,
τόν τ' αὐλοτρύπην αὐτόν.

Eosdem ex Athenaeo repetiit Harpocration, in Λαγίσκα. In quibus, praeterquam quod sententia suspensa sit deficiente verbo finito, ex nonnullorum verborum, quae hic leguntur, amphiboliâ exstitit difficultas, quam ne sufpicati quidem fuisse videntur interpretes. συκάζουσαν εὐναίαν ἔτι vertunt, *ficos legentem cum adhuc in cubili iaceret.* Gallicus Interpres: *mangeant des figues, étant encore au lit.* At, longe aliud hic esse συκάζειν, docuit Toup ad Theocrit. p. 410. scilicet ad Theocriti Idyll. V. vers. 115. ubi vide Graeca Scholia. Habes etiam Glossam apud Hesychium: Συκάζειν· τὸ κνίζειν, ἐν ταῖς ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις. Similemque significatum verbo συκοφαντεῖν tribuunt Suidas, & Etymologus pag. 733. De voce εὐναίαν, ad Λαγίσκαν relatâ, monuit idem Toupius, iocum in ea dictione inde exstitere, quod Graece dicatur λαγὼς εὐναῖος, *lepus in cubili iacens;* (Hesych. in Εὐναῖος & in Δρομαλός.) Λαγίσκα vero hic quidem mulieris sit nomen, sed & *lepusculum* possit significare. Quo sensu autem *Lagisca* mulier ἔτι εὐναία hic dicatur, non aperuit vir doctus. Nobis videbatur hoc dici, *cum adhuc in lupanari illa esset, priusquam in aedes Isocratis fuisset recepta.* Porro facile credam, in vocabulo αὐλοτρύπην quoque ambiguitatem quamdam

secutum esse poëtam, quam ambiguitatem lascive satis Gallicus expressit interpres: caeterum sufficiat nobis, cum VALESIO ad Harpocrat. pag. 120. b. statuere, αὐλοτρύπην hic vocari *Isocratem*, quoniam pater eius multos *tibiarum artifices* aluisset indeque quaestum feciisset: quâ de caussâ *sis αὐλοὺς κεκωμῳδῆσθαι Isocratem ab Aristophane & Strattide*, diserte docet Pseudoplutarchus, in Isocratis Vitâ, T. II. Opp. p. 836. e.

Καὶ Λυσίας δὲ, ἐν τῷ κατὰ Λαΐδος – – μνημονεύει αὐ- e
τῆς &c. Si satis memor sui fuisset Athenaeus, dicturus hoc loco erat, οὗ πρόκειται τὸ μαρτύριον: *cuius supra adpositum est testimonium* Habes enim paulo ante, p. 586. e. Aberant quidem h. l. verba nonnulla ab editis libris, quae nobis exhibuere membr. *A*. Eademque verba ex Farnesiano codice a Casaubono in orâ sui olim libri notata video, sed ab eodem in edendo Athenaeo neglecta. Et hic quidem non nude, ut supra, ἔτι νέα οὖσα scribitur, sed cum emphasi quadam, καὶ ἔτι νέα οὖσα, id est, *& illa quidem cum adhuc iuvenis esset.*

AD CAP. LXIII.

Δημοσθένης δὲ &c. Recte δὲ particulam adiectam dedere mssti. *Ibid.* ἐν τῷ περὶ Χρυσίου λόγῳ. In veteris codicis *A*. scripturâ, χρυσείου, quam tenuerant editi libri, id ipsum quod nos dedimus Χρυσίου haud obscure continebatur: pro quo περὶ Χρυσοῦ scripsit Breviator. Iam nusquam alibi quidem Demosthenis orationem hoc titulo, περὶ Χρυσίου, memoratam novimus: videtur autem agi de oratione habitâ in eo iudicio, quo *ob aurum ab Harpalo acceptum* accusatus condemnatusque est: cuius iudicii Plutarchus in Vita Demosthenis Opp. T. I. pag. 857 extr. meminit, nec tamen orationis ab illo habitae facit mentionem. Conf. Opp. Tom. II. in DECEM Oratorum vitis, pag. 846. b. c. & Diodor. Sicul. lib. XVII. cap. 108 extr. *Mox*, χωρὶς τῆς μητρὸς mssti; non μητέρος.

περὶ γυναῖκας πολυτελῆς recte edd. ubi perperam πο- f
λυτελεῖς ms. *A*. Desunt ista Epitomae. *Ibid.* ὁ γραμματεὺς ποτ' αὐτοῦ εἶπε. Cum αὐτὸς εἶπε esset editum, monuit CASAUBONUS: »Lego περὶ αὐτοῦ εἶπεν: alio»quin non est oratio integra. Pronunciata autem haec sunt

» a ſcribâ in aliquo εὐθυνῶν iudicio: cum poſt exactum ma-» giſtratus annum ratio reddebatur omnium, factâ omni-» bus per praeconem poteſtate accuſandi.« — Satis erat αὐτοῦ: quod ipſum Epitoma hîc habet.

AD CAP. LXIV.

a Μυρρίνην δὲ. Sic recte ms. *A*. Confer pag. 590. c. ibique notata. Omnia ex hoc capite praetermiſit Epitomae auctor, usque ad iſta de *Myſtâ*, *Seleuci amaſiâ*, infra lit. e. *Ibid.* Δημήτριος εἶχεν ὁ βασ. ὁ τῆς διαδοχῆς τελευταῖος. Recte Dalecampius: *rex Demetrius, poſtremus e ſucceſſoribus Alexandri:* nempe Demetrius Poliorcetes, Antigoni filius. Πτολεμαῖός τε, ὁ τὴν ἐν Ἐφέσῳ διέπων φρουρὰν, υἱὸς ὢν τοῦ Φιλαδέλφου βασιλέως. »Si bene ſe habet hic lo-» cus, *nothus filius* fuit *Philadelphi hic Ptolemaeus.* Nam » praefectura Epheſi non conveniebat regis filio Everge-» tae. Sed forte redundat υἱὸς ὢν, a quodam ſciolo addi-» tae voces, qui putabat omnes Prolemaeos fuiſſe ex re-» giâ Aegypti regum progenie.« PALMERIUS, Exercitat. pag. 524 ſq. — VALCKENARIUS, apud Venemam in Commentar. in Danielis Prophetae c. 1. p. 44. (cuius loci indicium *Boiſſonadi* noſtri eruditae induſtriae debeo) vix dubitare ſe profeſſus eſt, υἱὸς ὢν νόθος τοῦ Φιλαδ. βασιλ. ſcripſiſſe Athenaeum, affinitatemque literarum vicinarum vocem νόθος expuliſſe. — At vel absque illo additamento intelligi potuerat, de ſpurio regis filio hîc agi; cum praeſertim complurium concubinarum, quibus uſus erat Philadelphus, ipſe Athenaeus haud multo ante (p. 576 extr.) mentionem fecerit.

b ἐχομένη τῶν ῥόπτρων τῶν θυρῶν τοῦ ἱεροῦ, ἔῤῥαινε τοῦ αἵματος τοῖς βωμοῖς. Vix ſana aut integra ſcriptura: certe, quid ſit hoc, ἔῤῥαινε τοῦ αἵματος τοῖς βωμοῖς, difficile dictu, & mihi quidem prorſus obſcurum. Dalecampius, *altaria cruore illius ſparſit:* at id Graece ſonabat, ἔῤῥαινε τῷ αἵματι αὐτοῦ τοὺς βωμούς: niſi fortaſſe ſic accipi poteſt vulgata ſcriptura, *ſpargebat ſanguinis guttas verſus altaria;* ut τοῦ αἵματος ſit genitivus partitivus quem vocant, intellecto accuſativo μέρος vel τι. In alia omnia abiit Gallicus interpres, Graeca ſic refingenda ſtatuens: ἣν ἡ Εἰρήνη ἐχομένη τ. ῥ. τ. θ. τοῦ ἱεροῦ, ἕως καὶ αὐτὴν κατέσφαξαν, καὶ ἔῤῥαινε τῷ αἵματι τοὺς βωμούς. Id eſt: *Et fir-*

miter tenebat Irene annulos forium, donec & ipsam iugularunt, ut sanguine suo altaria conspergeret. Qua lege si agere licuerit, nullus tam desperatus reperietur in vetere scriptore locus, quin felicissime persanari restituique queat. b

Δανάην δὲ τὴν Λεοντίου τῆς Ἐπικουρ. θυγατέρα. Licet Δάναϊν h. l. scribatur in ms. *A.* tamen paulo post in scripturâ Δανάη & Δανάης nil mutat idem codex. In *Epit.* omissam esse totam hanc narrationem, iam ante monuimus.

καὶ αὐτὴν Σώφρων εἶχεν ὁ ἐπὶ τῆς Ἐφέσου &c. Ad hanc narrationem CASAUBONI est Animadversio haec: »ὁ δὲ »συλλαβὼν [mox, lit. c.] καὶ προσποιηθεὶς συγχωρεῖν. Haec »sunt fragmenta periodi longioris: multa enim desidera»mus. Res videtur sic gesta. Conspiravit in *Sophronem*, »*Ephesi* tyrannum (aut illi oppido impositum ab aliquo »rege potentiore, puta Syriae aut Aegypti) *Laodice* eius »uxor, conscià Danaë, veteri amicâ Sophronis, & Lao»dicae succubâ. Illa vero memor prioris amoris, rem ei »aperit. Sophron ipsam comprehendi iubet, fingens nul»lam se ei fidem habere. Ac quoniam Danaë in potesta»te erat Laodices, petit ab uxore, ut eam sibi concedat »torquendam; eam cognitionem in diem tertium diffe»rens. Concedente Laodice quod postulaverat, Sophron »intermedio tempore utitur ad salutem: & nihil dum sus»picante uxore noctu ex arce in urbem aufugit. Rem, »opinor, tenemus: verba amisimus negligentiâ librario»rum. Lego autem δύ' ἡμέραι. [δύ' ἡμέρας puto »voluerat, pro edito δι' ἡμέρας.] Et pro οὐδὲν τῶν προ»γεγενημένων φιλανθρώπων ἐπισυμβαλλομένη, scribo, ἐπὶ »νοῦν βαλλομένη: vel λαμβανομένη: quod familiare est »Graecis dicendi genus. Athenaeus paullo post, τὰ Εὐρι»πίδου ἐπὶ νοῦν λαμβάνων λέγω.« Haec doctissimus Animadversor; mire quidem hic extra oleas vagatus. Haud paulo rectius eumdem in locum sic commentatus est PALMERIUS, Exercitat. pag. 525. »Optime Casaubonus, in»quit, emendavit ac legit δύ' ἡμέρας. (Nam sic apud »eum lego.) Sed quod ad historiam, quae hoc loco nar»ratur, attinet, cum putavit *Laodicen*, de qua hic loqui»tur Athenaeus, fuisse *Sophronis* illius *uxorem*, toto coe»lo erravit. Cur enim Sophron, si noviset insidias sibi »ab uxore structas & venenum praeparatum, non ipsam »uxorem comprehendisset, & usus fuisset suo iure, sed

b » Ephesum aufugit? Tum, si Laodice fuisset Sophronis viri » privati uxor, mulier privata, quo iure iussisset Danaën » praecipitari? Certe tanta potestas non nisi reginae con- » veniebat. Fuit igitur Laodice non eius uxor, sed regi- » na & domina. Ex Appiano in Syriacis, [cap. 65. no- » strae edit.] & Polyaeno lib. VIII. disco, *Laodicen* fuisse » *Antiochi*, *Dei* dicti, uxorem; quae etiam eum veneno » sustulit: & post eum ita veneno sublatum hanc de *So-* » *phrone* narrationem intelligi debere patet ex iis, quae in- » fra ait *Danaë*, dum ad mortem ducitur: scilicet, *iure*, » dixit, *plures Deos contemnunt: ego enim, quae meum vi-* » *rum servavi, hanc gratiam a Deo accipio; Laodice vero,* » *quae proprium virum necavit, tantis honoribus digna cense-* » *tur.* De illa igitur *Laodice*, quae post virum veneno sub- » latum cum filio Seleuco Callinico adhuc iuvene regna- » bat, & cuncta ad libitum moderabatur, haec intelligen- » da sunt. *Sophron* autem, qui Ephesum aufugerat, morte » uxoris vel amasiae suae *Danaës* territus rebellavit, & » Ephesi tyrannus factus est, ut ex hoc loco coniicio. Hoc » evenisse necesse est post Olympiadem CXXXIII. qua Se- » leucus Callinicus una cum matre iuvenis regnare coepit. «

Haec docte sane PALMERIUS: & recte, maiori ex parte. Cum quibus iungenda sunt, quae idem vir doctus ad Appiani Historiam Syriacam adnotavit, quae a nobis in Notis ad Appianum, Vol. III. pag. 585. adposita sunt. Conferreque in primis iuvabit, quem ibidem laudavimus, Hieronymum, in Comment. in Danielis Prophetae cap. XI. & Vaillant, in Hist. Seleucidar. pag. 26 sq. Unum, in quo parum recte vidisse Palmerius nobis videtur, illud est, quod statuit, *Sophronem* postquam *Ephesum* profugit, contra Syriae reges rebellasse, atque ita Ephesi tyrannidem occupasse. Σώφρων ὁ ἐπὶ τῆς Ἐφέσου nil aliud sonat, nisi *Sophron Ephesо praefectus*; quemadmodum recte Dalec. interpretatus est. *Ephesus* autem eo tempore, quo haec gesta sunt, (paulo post Ptolemaei Philadelphi obitum, initio regni Ptolemaei Evergetae) in potestate regum Aegypti erat. Sane, Philadelphum Ephesi praesidium militum habuisse, paulo ante (hac ipsâ pag.) vidimus: ac durante etiam toto Evergetis regno universam Asiae oram usque ad Hellespontum, & nominatim Ephesum, in Aegyptiorum regum potestate fuisse, perspicue Polybius docet lib. V. cap. 34. sect. 6 & 7. & cap. 35, 11. Quare ex

ipsa hac *Phylarchi* narratione, quam hîc exhibet Athenaeus, intelligi par est, *Sophronem* eum, de quo agitur, priusquam in aulâ regum Syriae vixisset, Ptolemaei Philadelphi nomine *Ephesò fuisse praefectum, ibique Danaën, Leontii filiam, concubinam* ac veluti *uxoris loco* (si vera est vulgata scriptura, mox lit. d.) *habuisse*. Idem dein Sophron fortasse cum Berenice Philadelphi filia Antiochiam ad aulam regis Antiochi Dei missus erat, eumque vel secuta Danaë erat, vel aliâ nescio quâ occasione Antiochiam & ipsa venerat, ibique Laodicae (prioris uxoris Antiochi, cuius in locum Berenice successit) amicitiam fidemque sibi conciliaverat. Ibi tum, post Philadelphi obitum, Antiocho a Laodice veneno sublato, haec gesta sunt quae hîc narrantur. Eumdem hunc locum tractans Valckenarius (apud *Venemam* in Comment. in Danielis Prophetae cap. 1. pag. 40 sqq.) suspectam habuit scripturam illam, παρακολουθοῦσα διότι ἀποκτεῖναι βούλεται τὸν Σώ- c
φρονα ἢ Λαοδίκη, & παρ' ἀκολούθου μαθοῦσα legendum censuit. At nulla causa fuit cur solicitaretur peraptum huic loco verbum παρακολουθοῦσα, id est, *animadvertens, observans, ex indiciis quibusdam cognoscens, intelligens;* quod nec absurde Dalec. reddidit, *ut subauscultavit*. Quo de verbo eâdem notione frequenter apud Polybium occurrente, consuli possunt loca in Lexico nostro Polybiano indicata. Adde Indicem nostrum Graecitatis Epictereae, pag. 412. Dictum de eodem verbo nonnihil ad Athen. III. 102. c.

In ipso initio verborum *Phylarchi*, pro Ἡ πάρεδρος, scribi fortasse debuerat Ἦν πάρεδρος &c. & deinde, πρότερον ἐρωμένην· ἣ παρακολουθοῦσα &c. Sed & vulgata ferri scriptura potest. Quae sequuntur, ὁ δὲ συλλαβὼν, καὶ προσποιηθεὶς συγχωρεῖν περὶ ὧν λέγει, quae in alienam prorsus sententiam Casaubonus accepit, ea in hunc modum interpretatus Dalecampius erat: *quibus cognitis, simulavit dubium Sophron ac incertum id sibi esse quod scisciabatur.* Ubi illud recte, ὁ δὲ συλλαβὼν, *quibus cognitis*: scilicet *intellexerat Sophron quid esset quod ipsi innueret & significare vellet Danaë.* Sed nil opus est, ut cum eodem interprete ἀπορεῖν pro συγχωρεῖν, legendum censeamus. Nempe hoc dicit auctor: *simulasse Sophronem*, nutu illo a se petiisse aliquid Danaën, & illi (audientibus aliis) dixit, *se illi quidem id gratificaturum, sed tamen biduum sibi*

petere ſpatii quo ſuper ea re amplius deliberaret. δύ' ἡμέρας, ut voluerat Caſaubonus, ſic recte nobis dedere veteres
d membranae. In illis verbis, οὐδὲν τῶν προγεγενημένων φιλανθρώπων ἐπισυμβαλλομένη, nil mutant membranae. Nobis ſatis eſſe videtur, ἔτι συμβαλλομένη corrigere, *non amplius reputans*, vel *rationem habens*. Conf. H. Stephani Theſ. Gr. Ling. Tom. I. pag. 702. a. Quod ait τῶν φιλανθρώπων, *benevolentiae documenta* dicit *a Danaë in Laodicen profecta:* nempe ex quo Berenice a Ptolemaeo Philadelpho miſſa eſſet in matrimonium Antiocho, & poſthabita eſſet prior uxor *Laodice*, videtur miſericordiâ triſtis ſortis illius tacta *Danaë*, (quae forte ob Sophronis amicitiam gratiâ & auctoritate in aulâ Antiochi multum pollebat) inſignia benevolentiae documenta exhibuiſſe Laodicae, & ad levandam triſtitiam conditionis illius multum contuliſſe: quare etiam deinde eâdem familiariter uſa eſt Laodice, & multis in rebus in conſilium eam adhibuit: unde etiam παρέδρου τῆς Λαοδίκης *Danaëm fuiſſe* ait Phylarchus: quod quidem & ſimpliciter intelligi poteſt *adſidebat Laodicae;* ſed in hanc ſententiam dicturus auctor erat παρέζετο, aut aliquid tale: πάρεδρος ſigillatim dicitur, *conſiliarius, qui in conſilium adhibetur*, cuius *intimâ familiaritate* utitur is qui poteſtatem habet. Deinde ἀπαγομένην τε, non δὲ, dederunt membranae. Denique eaedem, ὅτε ἐγὼ μὲν τὸν γενόμενόν μοι ἄνδρα: ubi μὲν deerat editis. Ibidem vero fieri poteſt, quod VALCKENARIUS loco citato ſtatuit, ut τὸν οὐ γενόμενόν μοι ἄνδρα ſcripſerit & Phylarchus & Athenaeus: nec tamen admodum neceſſariam eam correctionem putem equidem. Quod enim ſubiicitur, Λαοδίκη δὲ τὸν ἴδιον ἀποκτείνασα: non ſingularis quaedam emphaſis in vocabulo ἴδιον quaerenda eſſe videtur; nam τὸν ἴδιον (ni prorſus fallor) nil aliud ſonat niſi τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα, *ſuum maritum:* tum vero, quod ait τὸν γενόμενον, in *praeterito* tempore, id eamdem fere vim habet ac τὸν οὐ γινόμενον, cum non ſonet *meum maritum*, ſed *qui fuerat meus maritus*, aut, *qui mihi loco coniugis fuerat.*
e Μύστα Σελεύκου τοῦ βασιλέως ἐρωμένη ἦν. » De *Seleuco* » *Callinico* haec intelligenda ſunt. A Polyaeno haec eius » amica vocatur Πύστα, lib. VIII. [pag. 644. ed. Caſaub. Lugd. 1589.] » Sed puto ex hoc loco emendandum eſſe » Polyaenum, & ibi legendum Μύστα, ut hîc. « PALMERIUS, Exercit. pag. 525. — De *Seleuco a Gallis victo*, vi-

de Iustin. XXVII. 2. Scripturam Μύστα apud Noſtrum tenent mssti ambo. *Mox*, μεταμφιεσαμένη recte ms. *A*.

AD CAP. LXV.

Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς Λαμπιτοῦς τῆς Σαμίας ἑταίρας ἐρασθείς. In Λαμπιτοῦς, & quod ſequitur Λαμπιτὼ, nil mutant membr. *A*. Idem nomen tenet Epit. ubi breviter (& quidem contra Athenaei mentem) ſic: Ὅτι Λαμπιτὼ ἡ Δημήτριου τοῦ Φαληρέως ἑταίρα Χαριτοβλέφαρος ἐκαλεῖτο. Deinde, omiſſis aliis omnibus ſtatim ad *Plangonem* (pag. 594. b.) pergit feſtinans Breviator. Λαμπετὼ ſcribitur id nomen apud Diogenem Laërt. V. 76. & apud Heſychium Mileſ. cuius verba Menagius in Notis ad Laërtium adpoſuit. Eſt tamen Λαμπιτὼ Graecum nomen, apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata, indeque apud Suidam: quare quamquam ibi de aliâ muliere agitur, tamen non temere hîc ſolicitanda fuerit librorum noſtrorum ſcriptura.

ἡδέως μὲν αὐτὸς καὶ Λαμπιτὼ προσηγόρευτο, f ὡς φησι Δίϋλλος, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Χαριτοβλέφαρος. Ad vulgatam ad hunc diem ſcripturam, ἡδέως δὲ αὐτὴν καὶ Λαμπιτὼ προσηγορεύσατο, monuit CASAUBONUS: » Emendabamus ad Diogenem Laërtium, [l. c.] ἡδέως ἑαυ» τὸν καὶ Λαμπ. πρ. Nam ſcribit ille, *Demetrium ipſum &* » *Lampitonem & Calliblepharum eſſe appellatum.* « — His in *Animadverſionum* CASAUBONI ed. 2. 3. adiiciuntur iſta: » Ibi » etiam de *Diyllo* vetere Hiſtorico quaedam obſervaba» mus. Sed quum eandem hiſtoriam recitet Laërtius e *Di*» *dymi Sympoſiacis*, fortaſſe hîc quoque melius Δίδυμος » ſcribatur. Nam Sympoſiacorum Didymi, ut ibidem ob» ſervabamus, multi veterum meminerunt. « — Apud Laërtium haec leguntur: Δίδυμος δὲ, ἐν Συμποσιακοῖς, καὶ Χαριτοβλέφαρον καὶ Λαμπετὼ καλεῖσθαι αὐτόν φησιν ἀπό τινος ἑταίρας. Apud Noſtrum vetus eſt mendum ἡδέως δὲ αὐτὴν, quod & membranae *A*. agnoſcunt, & in ſuo etiam codice Breviator repererat: quo deceptus ille, *ipſam Lampetonem* (ut paulo ante vidimus) *Charitoblepharon nominatam* ait. Notandum vero, non προσηγορεύσατο, ſed προσηγόρευτο ſcribi in vetuſtis membranis, in paſſivo, quemadmodum etiam ἐκαλεῖτο paſſivâ formâ po-

f nitur. Utrumque autem horum verborum perſpicue ad nominativos Δημήτριος ὁ Φαλ. ἐρασθεὶς refertur: quo intelligi par eſt, αὐτὸς, non ἑαυτὸν aut (quod idem valet) αὐτὸν, ſcripſiſſe Athenaeum. Particulae δὲ nullus omnino hic locus erat: ſed aut *abiicienda* illa prorſus, aut (quod a nobis factum) in μὲν fuit mutanda. Iam in Δίυλλος nil mutant membranae: &, licet ſua illa ex *Didymi Sympoſiacis* hauſiſſe Laërtius dicat, non ſatis tamen cauſſae id eſſe videtur, cur hic apud Noſtrum *Diylli* nomen ſuſpectum habeamus cum Caſaubono, & Vossio De Hiſtoricis Graec. lib. III. pag. 360. *Diyllus* Athenienſis in Hiſtoriarum ſuarum libris (de quibus videndus idem Voſſius loco cit.) ſicut de rebus *Caſandri* ſcripſit, teſte Athenaeo noſtro lib. IV. pag. 155. a. ſic perquam probabile eſt, etiam res *Demetrii Phalerei* eſſe perſecutum.

Νικαρέτη δὲ ἡ ἑταίρα, ἐρωμένη ἦν Στεφάνου τοῦ ῥήτορος. Locum hunc citans Taylor in Lyſiae vita, pag. 153. ed. Reisk. Νέαιρα, pro Νικαρέτη, legendum cenſuit. »Nam *Nicareta*, inquit, erat lena, quae ex *Neaera* »quaeſtum fecit.« — Ac fuit ſane *Nicareta* lena, quae ex *Neaera* & aliis meretricibus (eis ipſis quae mox deinde hic nominantur) quaeſtum faciebat, teſte Demoſthene adv. Neaeram, pag. 1351. ed. Reisk. Tum & illud novimus, *Neaerá* meretrice uſum eſſe *Stephanum* oratorem, quod ipſe etiam auctor noſter paulo poſt docet. At quid mirum, veterem *lenam* iuvenem fuiſſe *meretricem?* Et quidni primum ipſam *Nicareten*, tum deinde *Neaeram* amare idem Stephanus potuerit? Accedit, quod diſerte a *Nicareta* hac *Neaeram* distinguit auctor. Nam cum ait, *Nicareten hanc & Metaniram ſervas fuiſſe Caſii Elei* (ex vulgatâ quidem huius loci ſcripturâ) *ſimul cum aliis inſuper meretricibus;* in ipſarum *aliarum* illarum recenſu *Neaera* nominatur, ut diverſa ab illa *Nicareta*, quae modo nominata erat. Quod autem *Caſii Elei* (Κασίου τοῦ Ἠλείου) *ſervae* iſtae dicuntur fuiſſe: ſuſpecta omnino ſcriptura Κασίου eſſe debet, quod non videtur Graecum viri nomen: nec fere dubitandum, Χαρισίου ex Demoſthene l. c. lin. 4. eſſe corrigendum, ubi ait: ταύτας παιδίσκας ἐκ μικρῶν ἐκτήσατο Νικαρέτη, Χαρισίου μὲν οὖσα τοῦ Ἠλείου ἀπελευθέρα, Ἱππίου δὲ τοῦ μαγείρου γυνή. Quidquid vero de illo nomine ſtatuas, nullum eſſe dubium poteſt, quin idem ſit homo qui apud Demoſthenem *Chariſius*, apud No-

ſirum *Caſius* nominetur: cuius *ſervam* fuiſſe *Nicaretam* Athenaeus ait; eiusdemque *libertam* (adeoque prius *ſervam*) dicit Demoſthenes. Illud non urgeo, diſerte etiam *meretricem* dici *Nicaretam* apud Noſtrum pag. 596. e. Nam illa quidem, quae ibi nominatur, ab hac utique diverſa fuerit habenda, ut recte MENAGIUS ad Laërt. II. 114. iudicavit. Nec vero a Demoſthene diſſidere cenſendus eſt Athenaeus, quod hic meretriculas iſtas fuiſſe *Caſii* (vel *Chariſii*) *Elei* ait; ille vero, *Nicaretae* fuiſſe adfirmat: nam a Chariſio Eleo accepiſſe illas Nicaretam facile intelligitur, quae fortaſſe etiam lenocinium ita exercebat, ut pars quaeſtus ex pacto ad illum rediret.

Ἀντείας. Quae Ἄντεια apud Noſtrum vulgo, nonnumquam vero etiam Ἀντία in membranis nominatur, eiusdem nomen (ut etiam ſupra adnotavimus) Ἀντία ſcribitur apud Demoſth. pag. 1351 med. Pro Στρατόλας ſuſpicatus eram Στρατοκλείας fortaſſe ſcriptum oportuiſſe, eiusdem formae nomine cum Ἀριστόκλεια, Θεόκλεια & ſimil. Sed eamdem mulierculam Στρατόλαν pariter nominant Demoſthenei libri: ad quem locum vide Reiskii notata. De *Phila* conf. Noſtrum p. 587. e. ibique not. De *Iſthmiade* conf. not. ad p. 587. c.

Ξενοκλείδου τοῦ ποιητοῦ καὶ Ἱππάρχου τοῦ ὑποκριτοῦ. Vide Demoſth. adv. Neaeram pag. 1353 med. Qui apud Noſtrum proxime ante nominatur *Stratoclides*, eum apud Demoſthenem non animadverti memoratum.

Φρυνίωνος – – Δημοχάρους δὲ ἀδελφιδοῦς. Δημοχάρους ἀδελφὸς vocatur apud Demoſth. ibid. p. 1358.

Ibid. τὴν δὲ Νεαίραν εἶχον ἡμέραν παρ' ἡμέραν, διαιτητῶν γενομένων φίλων, Φρυνίων καὶ Στέφανος. Demoſth. ibid. p. 1360 ſq.

ὃς καὶ τὴν τῆς Νεαίρας θυγατέρα Σρυμβήλην &c. a τὴν articulum recte dedit ms. *A*. Σροβύλην unde arripuerint editores neſcio. Στρυμβήλην quidem exhibent membranae noſtrae: & parum abeunt Demoſthenei libri, qui Στρυβήλην (rectius fortaſſe) habent, pag. 1361. l. 6. & pag. 1386. l. 11. *Ibid.* τὴν ὕστερον Φανὼ κληθεῖσαν. Videndum, ne ab hac meretricula, ſive ab illius fortaſſe filia, titulum habuerit Menandri fabula illa, quam Φανιον inſcriptam vidimus IV. 171. a. quae & ſub titulo ἐν Φανῷ (forſan ἐν Φανοῖ) citatur VII. 314. b. Confer XIII. 567. c. & ibi not. Pro Φάστορι, quod deinde apud Noſtrum

legebatur, haud dubie Φράστορι ex Demoſth. p. 1362 ſq. fuit corrigendum.

Ἀρχίαν τὸν ἱεροφάντην &c. *Demosthenes* p. 1385.

b *Ibid.* προσαγούσῃ ex Demoſthene correximus. *Iota* ad latus olim poſitum, temere in *ſ* conſonam fuerat mutatum. ἑρεῖον, ut recte apud Demoſth. legitur, ſic & apud Noſtrum dedere membranae. *Ibid.* οὐδὲ ἐκείνου σῦσης &c. Hinc Demoſthenis libros correxerunt Taylor & Reiskius, ubi οὐδὲ ἐκείνης vulgo ſcribebatur.

AD CAP. LXVI.

Πλαγγὼν cum editis conſtanter tenet ms. *A.* recte, ut pag. 567. e. (ubi quidem Πλάγγων penacute vulgo ſcribitur.) Conf. p. 558. b. *Pupam* proprie ſignificat id nomen. Perperam Πλανὼν h. l. *Epit.* in qua caeteroquin breviſſimis haec tota narratio expeditur.

λόγους οὖν προσενέγκαντος τοῦ νεανίσκου. Ferri poterat λόγον, quod habent edd. ut paſſim apud Polybium. Vide Lexic. Polyb. pag. 539. col. 1. Sed commode λόγους dedere membr. *A.* Sic λόγους ποιεῖσθαι ὑπέρ τινος, apud eumdem Polyb. Conf. Lexic. Polyb. p. 371. num. 2.

c ἔδωκε. Forſ. τὸν ὅρμον ἔδωκε. Recte dein ὡμίλησε dederunt membr. & Πασιφίλαν ἐκάλεσαν, ut in *Archilochi* diſticho, non Παμφίλαν. Sic & ms. *Ep.* in qua ἐπεκαλεῖτο. *Ibid.* *Menetor*, qui περὶ Ἀναθημάτων ſcripſit, non aliunde (quod ſciam) niſi ex hoc Athenaei loco cognitus. In nominis ſcriptura nil mutant membr.

d *Archilochi* diſtichon, in Notis ad Analecta T. III. p. 236. exhibuit Brunck; qui quod Πασιφάη pro Πασιφίλη edidit, conſulto-ne id fecerit, an imprudenti exciderit, neſcio. Caeterum vide Iacobsii Animadv. Vol. I. Part. I. pag. 178. & Vol. II. Part. III. pag. 75.

Ὅτι δὲ καὶ Μένανδρος &c. Cf. p. 585. d. De illo *Menandri* amore loquentem *Glyceram* fecit Alciphron ad Bacchidem, Epiſt. 29. lib. I. *Ibid.* Φιλήμονος γὰρ ἑταίρας ἐρασθέντος. Dalec. *Philemon, eiusdem ſcorti amator:* pro qua ſententiâ τῆς ἑταίρας ſcriptum oportebat adiecto articulo, quem ignorat codex mstus cum editis. Nec vero opus videtur, ut de eâdem *Glycerâ* hoc dici ſtatuamus. Caeterum nimis conciſe illud dictum eſt, ἐνεμνησθη δέ: ubi vereor ne quid

interciderit. Omissis illis, quae de *Menandro* hîc praecesserunt, ab his statim initium fecit Breviator, Φιλήμονος δὲ ἑταίρας ἐρασθέντος &c.

Quod dein edidimus καὶ χρηστὴν ταύτην ὀνομάσαντος, id uterque codex ms. dedit. Dein διὰ τοῦ δράματος ex ms. *A.* recepimus: licet exactissimam huius scripturae veritatem nolimus praestare. διά του saltem, enclitice, aut διά τινος δράματος, malueram: aut διά τινος γράμματος, ut γράμματος idem valeret ac ἐπιγράμματος, ut passim alibi observavimus.

AD CAP. LXVII.

Ἅρπαλος δὲ &c. De *Harpalo* conf. p. 586. c. & Animadv. ad pag. 586. d. *vers.* 2.

ἑταίραν οὖσαν. Possis intelligere ἑταίραν αὐτοῦ: sed possis etiam simpliciter ἑταίραν intelligere, *quae scortum erat*, vel *fuerat*: quemadmodum in aliorum scortorum recensu nominatam *Pythionicam* pag. 567. f. vidimus. Eodem modo Theopompus Πυθιονίκην τὴν ἑταίραν dicit, pag. 595. b. atque etiam significantius ibidem, τρίπορνον. *Mox*, Ποσιδώνιος commode dedit ms. *A.* *Ibid.* παντοίοις ὀργάνοις καὶ εὐφωνίαις. Postremum vocabulum tacite in συμφωνίαις mutaverat Casaubonus: commode id quidem, nec vero necessariâ ratione, ut nobis videbatur, & invitis msstis. εὐφωνίαι, cum distinguuntur ab ὀργάνοις, haud absurde intelligentur *carmina voce hominum decantata.*

Δικαίαρχος δ' ἐν τοῖς Περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως. Eiusdem operis liber primus citatur infra, XIV. 641. e. ubi recte membranae nostrae, ἐν πρώτῳ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως. Ad id quod sequitur, καὶ ταύτην &c. nihil ex f ms. *A.* adnotatum: omissa autem illa verba in *Ep.* Vitio certe non caret hic locus. Nisi *abiectam* καὶ particulam, aut in κατὰ mutatam velis; vide an placeat, καὶ ταῦτα, ταύτην ἀπ' Ἐλευσ. *& quidem.* Nec istud utique vitio vacat, οὗ ἂν ᾖ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα. Quem locum ita, ut sub contextu monuimus, emendandum censuit Valckenarius, in Annotat. ad Euripidis Hippol. p. 165. b. ubi τὸ πόλισμα idem vir doctus *arcem* interpretatus est. In Graecis videndum, ne caetera sana sint, modo ante ἀφορώμενος *interciderit* verbum ὁρῶν-

τ ι. De *Pythionicae monumento prope Athenas* conferendus Pauſanias, lib. I. cap. 30. pag. 90.

τοῦτο δὲ τὸ μὲν πρῶτον &c. In ed. Ven. & Baſ. omiſſis multis ſic legebatur, τοῦτο ἢ Κίμωνος ἢ τινὸς ἑτέρου &c. Quae deerant, ea ex Italicorum msstorum lectionibus tacite adiecit Caſaubonus: eademque veteres noſtrae membr. *A.* agnoſcunt. Eadem iam olim Natalis Comes quoque in verſione latina e Mediceo codice expreſſerat; unde & Dalecampius in ſuam verſionem recepit. Quod φήσειέ τις σαφῶς edidit Caſaubonus: voculam iſtam τις ſuo iudicio adiecerat Editor, invitis & noſtris membranis, & codice Farneſiano, cuius ſcriptura notata eſt in orâ libri, qui olim Caſauboni fuerat. Nec vero deſiderabatur id pronomen; cum iam ante poſitum ſit, ταὐτὸ δὲ πάθοι τις ἂν &c. Breviter Epitoma: – – πολυτάλαντον μνῆμα κατεσκεύασε. περὶ οὗ Δικαίαρχος φησὶν, ὡς ἰδών τις Μιλτιάδου φήσειεν ἢ Περικλέους ἢ Κίμωνος εἶναι.

a μάλιστα μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως δημοσίᾳ κατεσκευασμένον· εἰ δὲ μὴ, δεδογμένον κατασκευάσασθαι. »*Si quis Pythioni-*»*cae monumentum ſpectet, putabit ſumtu publico id fuiſſe ex-*»*ſtructum, aut certe publico decreto factum.* Ex hoc loco recte »expoſito rem ſcitu dignam cognoſcimus: discrimen ſta»tuendum eſſe inter monumenta *ſumtu publico* facta, & ea »quae *decreto* tantum *publico*. Non enim fuit ius in repu»blicâ Athenienſium ornare ſepulcra defunctorum quan»tum aut heredis aut ipſius etiam defuncti ambitio poſtu»laſſet: verum de tumulis maioris impenſae cognoſceba»tur, neque is honos vulgo omnibus, ſed claris tantum »viris concedebatur. Diverſus fuit publicae ſepulturae »honos, qui bene de republicâ meritis deferebatur: atque »his interdum mauſolea de publico excitabantur.« Casaubonus.

πάλιν δ' ὅταν ἐξετάσῃ Πυθιονίκης τῆς ἑταίρας. Verbum ἐξετάζειν hîc, niſi quid interciderit, (verbi cauſſa, ὅταν ἐξετάσῃ, καὶ μάθῃ) perinde atque πυνθάνεσθαι, ſignificat *facta inquiſitione comperire, ſciſcitando cognoſcere.*

Θεόπομπος δ' ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ. Vide
b quae notavimus ad pag. 586. c. *Ibid.* μὴ μόνον τρίδουλον, ἀλλὰ καὶ τρίπορνον. Tetigimus hunc locum in Animadv. ad p. 587. b. Sunt iſta nomina τρίδουλος & τρίπορνος ex *Theopompi* fabricâ, haec talia amantis. Quare etiam in latinâ verſione vocabulis utendum putavimus ſimiliter formatis.

ἦν γὰρ πάντες ἥδεσαν κοινῆς δαπάνης κοινὴν τοῖς c
βουλομένοις γιγνομένην. »Duae voces, κοινῆς δαπάνης, »παρέλκουσι. Quare iis ſublatis ſic lego: ἦν γὰρ πάντες »ἥδεσαν κοινὴν τοῖς βουλομένοις γιγνομένην.« CASAUBONUS. — Sane ſi abeſſent illa verba, nemo ea erat deſideraturus. At, quidni adiicere ea *Theopompus* amplificandae & exaggerandae rei cauſſâ (quod qualibet occaſione ille ſcriptor facere conſueverat) potuerit? Poterit κοινῆς δαπάνης intelligi, *pretio in commune omnibus propoſito, ſtatutâ mercede aequali cuique.*

Βασίλισσ' ἔσῃ Βαβυλῶνος. Perſpectiſſime ſic correxit BENTLEY in Emendatt. in Menandrum & Philem. pag. 111. ſimul haec adnotans: »Babylonius ille amator, qui no»men dat huic dramati, magnifice hoc pollicetur ſcorto »ſuo; & ſe eodem eam habiturum loco, quo *Harpalus* »Pythionicam.« — Eadem acutiſſimi viri lectio haud admodum obſcure latebat ſub codicis noſtri *A.* ſcripturâ, Βασιλισσαις η Βαβυλῶνος. Pone ε pro αι, & ipſum verum habes. Conf. ad pag. 598. c. vs. 52. Haec, & plurima alia huius loci, praetermiſit Breviator; ab iis quae hac paginâ lit. b. leguntur, ad illa ſtatim properans quae pag. 596. b. ſequuntur.

AD CAP. LXVIII.

ὁ Ἅρπαλος Γλυκέραν μετεπέμψατο. Vide omnino pag. d
586. c. d. *Ibid.* ἐν Ῥωσσῷ τῆς Συρίας. Sic haud dubie ſcriptum oportuit, collato praeſertim loco citato. Monuit etiam CASAUBONUS: »Legendum ἐν Ῥωσσῷ, ex ipſo au»ctore, qui locum *Theopompi* deſcripſit ante pluribus.« *Ibid.* οὗπερ καὶ σὲ καὶ αὐτὸν ἀνατιθέναι μέλλει. Etiam de hoc, cum μέλλειν perperam legeretur, monuit CASAUBONUS: »Legendum μέλλει: non μέλλειν. Memineris au»tem ſumta haec ex *Epiſtolâ ad Alexandrum* ſcriptâ, quam »retulerat Theopompus in ſuos libros, ut dixit Athenaeus »ſupra.« — Edidiſſe illam Epiſtolam Theopompum teſtis eſt Athenaeus: in Hiſtoriarum ſuarum libros retuliſſe, nusquam dixit.

ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ Σατυρικὸν δραμάτιον γεγραφώς. Vide e
pag. 586. d. & ibi notata. *Ibid.* Non ſpernendum per ſe fuit ἐπὶ θαλάττης (i. e. *verſus mare*) quod editum erat: ſed ἐπὶ θάλατταν (*ad mare*) dedere veteres membranae.

§ *Duo* primores *verſus* ex *Agene* dramate adpoſiti, ita corrupti ſunt, ut de eis certâ ratione corrigendis deſperaverim. Neglectâ distributione metricâ ſic ſcripti erant in editis: Ἔστι δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυκεν, ὁ δ' ἐφέτωμα ὄρνον ἐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε, & poſt ἐφέτωμα *aſteriſco* notabatur ſuſpecta ſcriptura. Nihil autem praeſidii hîc obtulerunt membranae, niſi quod in his ὁ ὑ ξ ἀριστερᾶς recte ſcribitur, prorſus ut in Electrae Sophocleae prologo; ad cuius imitationem effictos eſſe iſtos verſus adparebat. Ad verba ὁ δ' ἐφέτωμα adnotavit CASAUBONUS: »Apparent veſtigia vocis ἀέτωμα. Sed locus eſt miſere corruptus.« — Sonat autem ἀέτωμα vel αἰέτωμα *ſummum aedificii ac praeſertim templi faſtigium*. Poterit igitur ἀέτωμ' ἄορνον (nam dubio procul vocalis α ad vocem ορνον trahi debuit) intelligi *faſtigium ita elatum, ut avium volatum ſuperet*. Poſſisque ſuſpicari, vocabulo ἄορνος uſum eſſe poëtam, adludentem quodammodo ad *Aornon petram* Indiae, ab Alexandro captam, cum inſuperabilis viſa eſſet. Sed, quid inde magnopere promoveatur ad perfectam huius loci intelligentiam, fateor me nondum pervidere: tutiſſimumque iudicavi, vocabulum ἐφέτωμα, quod cum editis membranae agnoſcunt, ſive id verum ſit, ſive ex quocumque alio corruptum, tenere: illud unum auſus ſum, ut in fine primi verſus, pro πέφυκεν ὁδ', πέφυκε τόδ' ſcriberem, quae & neceſſaria & certa emendatio eſſe viſa erat: niſi forte πέφυκεν ὧδ' ſcribere ſatius fuerat. ὅπου ὁ κάλαμος πέφυκε, poſſis de Syriae eâ regione intelligere, ubi *calamus naſcitur odoratus*, de quo Plinius videndus, & Polyb. lib. V. cap. 45. 8–10. At Babylone, non in Syria, templum Pythionicae Harpalus exſtruxerat: quare de loco prope Babylonem fuerit cogitandum. Referendis *Samuelis* PETITI in hunc locum commentis (ex eius Miſcellan. VII. 10.) non morabor ſtudioſum lectorem. Doctiſſimus IACOBS in Attico Muſ. II. 3. pag. 178. duos verſus, de quibus quaerimus, in hunc modum concinnaverat:

Ἔστιν δ', ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ', ἕλος
ἕνθ' αἰέτωμα, κἠξ ἀριστερᾶς ὁδοῦ.

In *Notis mſstis* vero, veſtigiis veteris ſcripturae paulo preſſius inſiſtens, initio *ſecundi verſus* ἐφ' ᾧ αἰέτωμα ſcriptum maluit. Monuitque idem Vir doctus loco cit. p. 179. templum Veneris Pythionicae ab Harpalo ἐν καλάμοις (*in arundinibus*) exſtructum fuiſſe ad imitationem templi Veneris

Samiae, de quo Athen. XIII. 572. f. & Veneris Mileſiae, de quo Theocrit. Idyll. XXIX. 4. In quo illud unum mihi dubitationem nonnullam movit, quod *templum*, de quo *verſ.* 3. agitur, ab illo ſive ἐφετώματι, ſive ἀετώματι, quod *in arundinibus ſitum* ait poëta, *distinguitur*, & *ab alia parte ſitum* ſtatuitur: niſi forte intelligendum ſit, *ab unâ parte fuiſſe monumentum, in immanem altitudinem elatum, ab alterâ vero templum.* FIORILLO, Obſervation. in Athen. p. 9. in fine *verſ.* 1. ἔδος ſcribit; initio vero *verſ.* 2. φάτνωμ' ἄορνον, quod *laqueare deſertum, ubi nullae aves*, interpretatur, provocans ad Suid. & Heſych. v. Φάτνωμα.

Verſ. 3. πόρνης ὁ κλεινὸς ναὸς &c. Certiſſima utique emendatio; de qua CASAUBONUS monuit: »Scribendum »ναὸς, non λαὸς. *Templum* intellige, *Pythionicae conſecra»tum.*« — Conf. Sophoclis Elect. vs. 8. Porro haud dubie cum *Iacobſio verſ.* 5. ἐνταῦθα δὴ, pro δὲ, & *verſ.* 6. παγκάκως, pro παγκάλως, fuit corrigendum. Denique *verſu* 7. ἀξουσι, pro ἀξιοῦσι: de quo *Caſaubonus* etiam in Animadv. monuerat. Omnia iſta errata cum editis communia habent veteres membr. *A.* In Epitomâ vero nihil horum omnium legi, iam ante monuimus.

ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς τῷ κυρίῳ καλέσας αὐτὸν φησίν. Cum a & verbum φησὶν & δὲ particulam ignorarent editi, neutrum horum admodum deſiderabatur. Nunc, quoniam καλέσας αὐτὸν φησὶν diſerte ſcribitur in membranis, non aſpernandum hoc fuit: ſed ſimul ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ſcribi debuit, adiectâ δὲ particulâ, qua carere non poteſt oratio.

In *alterâ* ex eodem Dramate *eclogâ*, cum *duo priores verſus* conſentientibus membranis ſic ſcripti legerentur nullo prorſus ſenſu:

— Ἐκμαθεῖν δέ σου ποθῶν
ἄκραν ἀπ' οἴκων κεῖθεν Ἀτθίδα χθόνα,

feliciſſimam certiſſimamque IACOBSII emendationem adoptavimus, ſic corrigentis:

— Ἐκμαθεῖν δέ σου ποθῶ,
μακρὰν ἀποικῶν κεῖθεν &c.

Qui, cum in Muſeo Attico (T. II. Faſc. 3. p. 180.) μακράν γ' ἀποικῶν poſuiſſet, in *Notis msstis* deinde γε particulam, ut parum neceſſariam, reſecuit. De *tertii verſus* conſtitutione, qui ſic vulgo ſcribitur,

τίνες τύχαι καλοῦσιν ἢ πράττουσι τί;

a minus adſentiri Viro doctiſſimo potui, ſive in Muſeo Attico ſic corrigenti,

τίνες τ' ἐκεῖ ναίουσιν, ἢ πράττουσι τί;

ſive in *Notis msstis* ad hunc modum: — Ἀτθίδα χθόνα τίνες τύχην ἀροῦσιν, ἢ πράττουσί τι.

Quam poſteriorem rationem his verbis ipſe interpretatus eſt: »*Ex te ſcire velim, cum longiſſime inde remotus vivam, »cuiusnam conditionis homines Atticam colant, & quid agere »ſoleant.*« Ad eumdem locum eruditiſſimus CORAY haec notavit: »Lego & distinguo:

»Τίνες τύχαι; μέλλουσιν, ἢ πράττουσι τί;

»Quem verſum paraphraſtice ſic expono: τίνες αἱ περιέ»χουσαι αὐτοὺς τύχαι; τί μέλλουσι πράττειν; ἢ τί πράτ»τουσιν, ἤδη;« — Equidem, *mendoſum* & ab hoc loco *alienum* eſſe verbum καλοῦσιν, doctiſſimis duumviris ultro adſentior: pro illo autem quaerendum putavi aliud, quod ſimul ad nominativum τίνες τύχαι aptum eſſet, ſimul accuſativum Ἀτθίδα χθόνα commode regeret. Id verbum autem nullum aliud, niſi κατέχουσιν, eſſe videbatur; quod olim hic poſitum, confuſis primum (ut paſſim alibi factum obſervavimus) literis χ & λ, ad extremum in καλοῦσιν mutatum eſt. τίνες τύχαι κατέχουσιν Ἀτθίδα χθόνα; *Quaenam fortuna teneat Atticam terram? quaenam ſit ſors & conditio Atticae terrae?* Sic enim uſurpatur verbum κατέχω, cum in bonam, tum in malam partem. κατέχει με φόβος, πένθος, ἐλπὶς, κίνδυνος. Sic οἷα κατέσχε τὸν σὸν ἀθλιον δόμον, Sophocl. Oed. Col. 370. Sic & εἰρήνη μακρὰ κατέχει τὸ βαλανεῖον, Lucian. Nigrin. cap. 13. Quo adſcito verbo nihil amplius deſiderari exiſtimavi.

Verſ. 5. Cum mendoſe prorſus in editis legeretur, τὸν χεδρόπαν ἐμὸν, IACOBSIUS χέδροπ' αὖ μόνον corrigebat. In noſtris membr. χεδρώπαν ὠμὸν ſcribitur: id eſt, *legumen crudum:* & χεδρώπαν etiam habent ed. Ven. & Baſ. cum membranis. χέδρωπα, puto, debuerant: pro quo, metri cauſſâ, χέδρωπ' per apoſtrophum fuit ſcribendum. Eſt autem χέδρωπα accuſativus caſus a nominativo ὁ χέδρωψ: a quo obliqui caſus quidem aliâs per o breve formantur: (vide Suid. & Etymolog. in Χέδροπας, & Heſych. in Κέδροπα, ibique notata:) ſed & per ω formari potuerint. Caeterum etiam τὰ χεδροπὰ, neutro genere dicitur; unde τῶν χεδροπῶν apud Noſtrum, II. 55. e. & apud Heſychium, Χεδροπῶν, ὀσπρίων. Sin veram h. l.

ſtatuas terminationem *αν*, tum vero utique corripienda penultima foret, & *χεδρόπαν* ſcribendum, ut habet editio Caſ. Id autem foret a nominativo ὁ *χεδρόπας*: quae quidem forma nusquam reperitur. *Verſ.* 6. *τὸν μάραθον*, pro eo quod eſt in membranis *τὸν μάραθων*, recte edd. Uſurpatur aliâs & *τὸ μάραθρον*, & *τὸ μάραθον*, neutro genere: ſed & in masculino habes, *μάραθοι*, II. 70. f. Sententiam autem *verſuum* 4-7. hanc eſſe ſuſpicatus eram: *Quo tempore dicebant Athenienſes, ſervam ſe vivere vitam:* (id eſt, quo tempore querebantur, imperio Alexandri ſe eſſe ſubiectos:) *eo tempore coenabant quantum ſatis erat.* (Id eſt: eo tempore ſuppetebat eis ſufficiens omnium rerum copia; ſcilicet, quoniam & frumento a rege donabantur, & ſub illius tutelâ tuti, quietique ac felices erant.) *Nunc vero* (ex quo ſe rurſus liberos eſſe autumant; nempe ex quo ab Alexandro defecerunt, & Harpalum deſertorem proditoremque receperunt) *crudum legumen & foeniculum comedunt; tritici autem inopiâ laborant.*

Verſ. 7 *ſqq.* Καὶ μὴν ἀκούω &c. Hi verſus iam ſupra adpoſiti erant, pag. 586. d. ubi vide.

AD CAP. LXIX.

Δωρίχαν τε. Sic cod. *A.* idemque dein Δωρίχης, & b Δωρίχα: quemadmodum apud Strabonem ſcribitur id nomen, lib. XVII. pag. 808. b. qui locus cum hoc conferendus. Eamdem ſcripturam tenet *Epit.* & Suidas in Δωρίχα, & in Ῥοδῶπιδος ἀνάθημα.

Ἡρόδοτος δ' αὐτὴν Ῥοδῶπιν καλεῖ. Sic mssti ambo. Vi- c de *HERODOTUM* lib. II. cap. 134 ſq. Conf. Aeliani Var. Hiſt. XIII. 33. ibique Perizon. Quibus inter ſe collatis, apud Strabonem l. c. Ῥοδῶπιν corrigendum fuerit, pro eo quod ibi vulgo editur Ῥοδόπην.

ὧν μέμνηται Κρατῖνος διὰ τούτων. Manifeſte intercidit *CRATINI* teſtimonium: quare *lacunae nota* recte hic poſita eſt in ed. Baſ. & Caſ. cuius tamen nullum veſtigium in veteſtis noſtris membranis comparet. *Mox dein*, τοὐπίγραμμα ſcripſi praeeuntibus membr. *A.* cum τὸ ἐπίγραμμα eſſet editum; itemque Ποσίδιππος, quam nominis formam conſtanter eaedem membranae tuentur. De *POSIDIPPI Aethiopidâ*, quae hic nominatur, aliunde nihil compertum habemus. Quod adiicitur ἔστι δὲ τόδε, id parum

c convenit huic loco, quum iam modo dixerit auctor τόδε τοὐπίγραμμα. Quare utique deletum malebam istud adsumentum, nisi suspicarer aliud nescio quid hic latere: quam suspicionem auget hoc, quod non ἔστι δ' ἐ τόδε, sed nude ἔστι τόδε habent veteres membranae; sub quibus verbis latet fortasse aliquid, quod ad proximam illam ῥῆσιν, καίτοι - - μνημονεύσας, pertinebat.

Posidippi Epigramma in Doricham, ex Athenaeo in Analecta Graecor. Poëtar. T. II. pag. 51. recepit *Brunckius*, partim ex *Casauboni*, partim ex Toupii emendationibus, in Epist. Crit. p. m. 121. propositis. Prius distichon cum sic editum legeretur:

Δωρίκα ὀστέα μὲν σ' ἀπαλὰ κοσμήσατο δεσμῶν,
χαίτης ἥ τε μύρων ἔμπνοος ἀμπεχόνη.

monuit Casaubonus: »Scribe,

»Δωρίκα ὀστέα μέν σα πάλαι κοσμήσατο δεσμὸς
»χαίτης, ἥ τε μύρων ἔμπνοος ἀμπεχόνη.

»Priusquam defunctam comburerent, *crinem* secuerant, & »postea in urnam, ubi asservatae reliquiae, coniecerant »cum *unguentis*.« — Istas Casauboni emendationes, μὲν σὰ πάλαι, (nam sic, μὲν σὰ, haud dubie scribere ille voluerat; non μέν σα, ut perperam editum, & imperite in edit. 2. & 3. repetitum) & δεσμὸς, a Toupio Brunckioque adoptatae sunt. Merito vero Iacobs in Animadv. in Anthol. Vol. II. Part. 1. pag. 156. dubitavit, persanatum sic esse primum versum. Nam »sententiarum »(inquit) nexus subabsurdus existat: *Iamdiu quidem vi»tae crinales & pectoralis fascia tua ossa ornaverunt; sed ad»huc Sapphûs carmina manent.* Nisi dicere voluit: *Tu qui»dem iamdudum periisti, sed adhuc Lesbiae illius poëtriae car»mina florent.* Depravatam apud Athenaeum (sic pergit »Vir doctus) scripturam, ὀστέα μὲν σ' ἀπαλὰ κοσμήσα»το δεσμῶν, sic fortasse paulo audacius licebit refingere:

»Δωρίκα, ἐς σποδὶην σπατάλη μὲν ἐβήσατο δεσμῶν.

»*Vittae crinales illae, quibus te olim ornasti,* (σπατάλη,) »*in cinerem quidem abierunt.* Hoc contextui saltem aptissi»mum.«— Quid connexio *sententiarum* desideraret, acutissime viderat Vir doctissimus: *verba* auctoris & minori molimine & certiore (ni fallor) ratione a nobis restituta sunt, vetusti codicis nostri beneficio: qui mendosa quidem illa, σ' ἀπαλὰ & δεσμῶν, tenet; nec vero κοσμήσατο habet, sed κοιμήσατε: id est, *ossa tua iacent*,

hîc repoſita ſunt. Δωρίχα recte in codice noſtro ſcribi, non Δωρίκα, paulo ante docuimus. Quo pacto ex δεσμὸς in δεσμῶν aberrarint librarii, difficile dictu erat: ex δέσμὸν facile in δεσμῶν potuerunt deflectere. Quare ſuſpicatus ſum, rariore vocabuli formâ *neutro genere* (τὸ δεσμὸν, pro ὁ δεσμὸς) uſum hîc eſſe poëtam: cuius formae veſtigium non modo in plurali δεσμὰ, haud raro occurrente, ſupereſt, ſed de *ſingulari* etiam diſerte Heſychius monuit: Δεσμόν· οὐδετέρως, Ἀττικοί. Iam poſſis quidem δεσμὸν vel δεσμὸν χαίτης cum Iacobſio *vittam crinalem* intelligere; quam in ſententiam Dalecampius quoque *faſciam* interpretatus erat: nobis vero veroſimilius viſum erat, *ipſorum crinium faſciculum* hîc dici; qua notione vocabulum δεσμὸς, perinde ac ἡ δέσμη, nonnumquam uſurpari docuit H. Stephanus, Theſ. T. I. p. 963. d. *Secundo verſu*, pro edito olim ἔμπνοος, veteres noſtrae membranae ἔκπνοος dedere.

Verſ. 4. Vocabulum σύγχρους abſurde *concolor* hîc vulgo verti, erudite obſervavit Iacobs, monens σύγχρουν hoc loco idem valere ac συγχρωτιζομένην vel χροΐζουσαν aut χρώζουσαν, id eſt, πλησίον οὖσαν, *ita propinquam ut cutis cutim tangat, adcubantem.* Cf. Suid. in Συγχρωτίζεσθαι, Theocrit. Idyll. X. 18. ibique Schol. & Valcken. ad Eurip. Phoen. vs. 1619. pag. 545.

Verſ. 5. Cum ederetur, Σαπφὼ, αἱ δὲ μένουσι &c. Casaubonus monuit: »Scribe, Σαπφοῦς αἱ δὲ μένουσι.« — Σαπφῶαι δὲ correxit Toup: quod adoptavi cum Brunckio, ita quidem ut ſub ω iota ſubſcriberem cum Iacobſio. Σαπφῷος, a Σαπφώ: ut Λητῷος, a Λητώ.

Verſ. 7. Edebatur, Οὔνομα σὸν μακαριστὸν ὁ Ναύκρατις &c. Ubi monuit Casaubonus: »Distingue, Οὔνομα σὸν »μακαριστόν. ὁ Ναυκρ.« — Et ὁ hoc accentu ſcriptum dedit noſter codex: in eodem vero μακάριστον antepenacute ſcribitur.

Poſtremus verſus ſic ſcriptus legebatur:

ἔστ' ἂν εἴη Νείλου ναῦς ἔφαλος γεγάνη.

Ibi Casaubonus: »Poſtremum ita ſcribe:

»ἔστ' ἂν ἐπὶ Νείλου ναῦς ἔφαλος γεγόνῃ.

»*Donec naves ſecundo Nilo defluent in mare.*« — Ubi de ΕΙΗ in ΕΠΙ mutando nullum eſſe dubium potuit. Sed de γεγόνῃ dubitatio nobis oborta eſt: nec enim ſatis aptum

huic loco *tempus praeteritum perfectum* visum erat; videndumque putavi, ne aut ipsum γεγάνῃ verum sit, aut ex aliâ verbi formâ fuerit hoc detortum. Tam variae verbi γίγνομαι formae passim reperiuntur, ut fieri possit fuisse etiam formam γεγάνω, quam fortasse etiam alibi reperiremus, nisi a iuniorum librariorum aut ab Editorum pravâ sedulitate obliterata esset. Habes v. g. apud Etymolog. pag. 224. l. 52. formam γέγημι: a qua non multum remotae γεγάω & γεγάνω. Caeterum haud immerito observavit IACOBSIUS, difficile esse conciliare carminis huius argumentum cum eo quod de conviciis in Dorichan a Sapphone coniectis narrant auctores. In *Epitomâ* praetermissum istud Epigramma.

Καὶ Ἀρχιδίκη δ' ἦν. Sic recte edd. Perperam δι' ἣν Ms. *Ibid.* Φιλεῖ γάρ πως ἡ Ναύκρατις &c. Vide HERODOT. II. 135.

AD CAP. LXX.

e »Καὶ ἡ ἐξ Ἐρέσου δὲ τῆς ἑτέρας Σαπφὼ τοῦ καλοῦ Φάωνος ἐρασθεῖσα. Palam est, voce una mutilam esse »orationem. Lego, τῆς ἑτέρας ὁμώνυμος Σαπφώ. Dissentit autem ab aliis: qui *Phaonem* amatum aiunt non »ab *Eresiâ*, sed a *Mitylenaeâ*. « CASAUBONUS. — In *ed. Cas.* 2. & 3. haec adiiciuntur: »*Iohannes* MEURSIUS, vir »eruditissimus, aliter constituebat loci huius lectionem, »& scribebat, Καὶ ἡ ἐξ Ἐρέσου δέ τις ἑταίρα Σαπφὼ »τοῦ &c. fortasse non male: etsi non video, cur a priore »coniecturâ meâ debeam discedere. Nam quia *Sapphûs* »*Mitylenaeae* paulo ante auctor meminerat; non sine ra»tione, ut *Eresiam* ab illa distingueret, videtur adiecisse, »*istam* posteriorem & prae illa priore obscuram, idem »*cum ipsa nomen habuisse*. « — Casauboni coniectura praesertim in eo, quod mox pag. 597. a. vulgo legebatur, praesidium videri poterat invenire. MEURSIUM vide ad Hesych. Milesc. pag. 196. cuius potior nobis visa erat coniectura, quia constanter in totâ hac disputatione nomini cuiusque meretricis ipsum vocabulum ἑταίρα adiicere Deipnosophista consuevit. Ἐρέσου penacute, ut Casaub. in Animadv. scripsit, sic scribitur in membr. *A.* qua ratione & apud Stephanum Byz. nominativus casus Ἔρεσος scribitur. Quod de *Eresia Sapphone* hic traditur, *Phaonis* amo-

re captam illam fuiſſe, id ad *Mitylenaeam* refertur apud e Suidam: qui *Ereſiam* Sapphonem *poëtriam* ſtatuit, *Mitylenaeam* vero non fuiſſe poëtriam. *Duas* item *Lesbias Sapphones* (nam & Ereſum & Mitylenen notum eſt Lesbi oppida eſſe) distinguit Aelianus Var. Hiſt. XII. 19. cui e recentioribus viris doctis cum alii adſentiuntur, tum Perizonius in Notis. Rectius vero, ut videtur, BAYLIUS in Dictionario Art. *Sappho*, not. *K.* lubrico fundamento niti distinctionem iſtam, &, quaecumque de *Sapphone* paſſim memorantur, ea ad unam *Mitylenenſem poëtriam* pertinere docuit: cui ſuffragatus eſt OLEARIUS in Diſſert. de Poëtriis Graecis, ſect. LXV. (in Poëtriarum octo Fragm. a Ioh. Chriſtian. Wolfio editis, pag. 181 ſeqq.) & Fabricius & Harles in Bibl. Graec. lib. II. cap. 15. & Wolfius in Vitâ Sapphûs, Reliquiis illius praefixâ, p. 2. De *Phaone* a *Sapphone* amato, vide loca ab eodem Wolfio in Sapphûs Reliquiis collecta, num. 119. 123–126. praeſertim vero Menandrum apud Strab. lib. X. pag. 452. & Ovid. Heroid. Epiſt. XV.

Νικαρέτη δὲ ἡ Μεγαρίς. Diverſa haec ab illâ, de qua pag. 593. f. ut ibi notavimus. *Ibid.* ἀλλὰ καὶ γονέων καὶ κατὰ παιδείαν ἐπέρασιος ἦν. »Deeſt in his verbis aliquid. »Lego ἀλλὰ καὶ ἀπὸ γονέων ἔνδοξος καὶ κ. vel brevius, ἀλλὰ καὶ εὐγενὴς καὶ κατὰ παιδ.« CASAUB.— Nobis videbatur καὶ γονέων εὐγενῶν ſcriptum oportuiſſe. Niſi magis placeat CORAYI coniectura, καὶ γονέων ἕνεκα, καὶ κατὰ &c. *Ibid.* ἠκροᾶτο δὲ καὶ Στίλπωνος. Vide Laërtium, II. 114.

Βιλιστίχη δὲ ἡ Ἀργεία ἑταίρα. Concubinam aliquam Ptolemaei Philadelphi *Biliſtichen* nominatam ſupra vidimus, pag. 576. f. At illa, ſi Plutarchum audias, (Amator. pag. 753 extr.) genere barbara ſervilisque conditionis fuerat, adeoque ab hac diverſa.

Λέαινα ἡ ἑταίρα, Ἁρμοδίου ἐρωμένη. Conf. Pauſan. lib. f I. c. 23. pag. 53. Plin. VII. 24, 24. & lib. XXXIV. cap. 8. ſect. 19. num. 12. & Plutarch. de Garrulitate, Opp. T. II. p. 505. d. e. De aliâ meretrice cui *Leaena* (ut vulgo putant) nomen fuit, dictum eſt ſupra, pag. 577. d. ubi vide notata. *Ibid.* ἐναπέθανε ταῖς βασάνοις. Sic pro edito τοῖς βασ. ſcribendum monuerat CASAUB. in Animadv. idque ipſum recte dedit vetus codex *A*.

Στρατοκλῆς δ' ὁ ῥήτωρ. De *Stratocle oratore* vide RUHN-

f KENIUM ad Rutilium p. 32 sq. cuius verba adposuit Reiskius ad calcem Eiusdem Historiae Criticae Oratorum Graecor. pag. 176 sqq. ubi ne hic quidem praetermissus Athenaei locus, pag. 179. *Ibid.* τὴν ἐπικληθεῖσαν Λήμνην ἑταίραν, τὴν καλουμένην Παρόραμα, διὰ τὸ καὶ δύο δραχμῶν φοιτᾶν πρὸς τὸν βουλόμενον. »Sequitur, ἐρωμέ»νην εἶχε τὴν ἐπικληθεῖσαν Δήμνην ἑταίραν τὴν καλουμένην »Παρόραμον. Demiror unde haec lectio: nam prius »erat Λιμὴν: neque aliter membranae. At in Excerptis »Λήμνην: quasi indicaretur hac voce, meretricem istam »esse aliis probro, dedecori ac damno, ut est *glama* [*gra*»*mia*] in oculo. Ita dicta insula Piraeeo vicina, λήμνη εἶναι »τοῦ Πειραιῶς, ut est apud Strabonem. [& apud Nostrum, »III. 99. d.] Pro Παρόραμον quidam codices habent Παρό»ραμα. « CASAUBONUS. — Leve quidem argumentum: sed plura tamen hoc loco notanda. Et primum quidem, quod ad librorum adtinet scripturam. Statim igitur Δήμνην nusquam legitur nisi in ipsâ edit. Casaub. & quidem ex ed. 1. in ed. 2. & 3. eadem scriptura propagata est. Λιμὴν vero (sic scriptum, ut hîc Casaubonus scripsit) nullus plane liber (quem noverim equidem) habet, nec mstus, nec typis expressus. Λίμνην penacute scribitur in ed. Bas. & quidem operarum errore sic ibi scriptum: nam Veneta editio, ad cuius exemplum Basileensis expressa est, Λήμνην habet, eamdemque scripturam uterque noster codex mstus tuetur. Denique Παρόραμον legebatur quidem in ed. Ven. & Bas. unde & Casaubonus recepit: sed Παρόραμα habet & ms. *A.* & *Epit.* eamdemque scripturam etiam in *Mediceo* codice Natalis Comes repererat, unde *Parorama* in latinâ versione posuit. Iam quod ad iudicium spectat de huius loci verâ scripturâ faciendum, dubitationem viris doctis merito moverat id quod continuo subiicitur, διὰ τὸ δύο δραχμῶν φοιτᾶν πρὸς τὸν βουλόμενον. Itaque, cum Παρόραμον esset editum, doctissimus VALCKENARIUS in Adnott. ad Theocriti Adoniaz. pag. 315. liquere sibi professus est, τὴν καλουμένην Δίδραχμον scriptum oportuisse. Quod, quamquam haud parum a scriptura Δίδραχμον recedit Παρόραμον, tamen speciem aliquam haberet, si modo Παρόραμον, non Παρόραμα, exhiberent veteres libri. Speciosior videri poterat IACOBSII coniecturâ Πάνορμον, si modo terminationem ον agnoscerent mssti. Tum & illud ab eodem docto Viro, cum

in Attico Muſeo, II. 3. p. 176. tum in *Notis msstis* peropportune monitum eſt, *permutandas invicem videri ſedes* verborum ἐπικληθεῖσαν & καλουμένην, ut dicat auctor τὴν καλουμένην Λήμνην ἑταίραν τὴν ἐπικληθεῖσαν Πάνορμον. At cum ne ſic quidem ſatis ad liquidum deducta videretur vera huius loci ſcriptura, tutiſſimum nos iudicavimus preſſo pede veteres libros ſequi, remque integram ad eruditi lectoris arbitrium referre. Nec vero ADAMI, docti viri, qui ante Villebrunium Athenaeo in Gallicam linguam convertendo operam dederat, coniecturam tacebo. Is igitur, teſte *Villebrunio*, cum Δήμνην in ed. Caſ. ſcriberetur, ſuſpicatus erat, Δίδυμην fortaſſe olim ſcriptum fuiſſe, idque per compendium ſcripturae, quo Διδράχμην indicaretur: adeoque ſic legendum, τὴν ἐπικληθεῖσαν Διδράχμην ἑταίραν &c. At, ut dixi, Λήμνην uterque vetus codex habet. In Epitomâ quidem breviter ſic conceptus locus: Ἑταίρα δέ τις ἐπεκαλεῖτο Λήμνη καὶ Παρόραμα, διὰ τὸ καὶ δύο δραχμῶν φοιτᾷν πρὸς τὸν βουλόμενον φησὶ Γοργίας. Illud unum notari velim, utrumque iſtorum *nominum* non proprium nomen, ſed *cognomen* videri fuiſſe, verbumque καλεῖσθαι nullo incommodo etiam de *cognomine* dici potuiſſe; velut pag. 591. c. Σιστὸν καλεῖσθαι διὰ τὸ &c.

τήν τε Ἀντιμάχου Λυδήν. De *Antimachi* (Colophonii) a *Lyde* conſulendum *Schellenbergium* in Antimachi Reliquiis pag. 28 ſq. monuit nos doctiſſimus *Boiſſonade:* qui quidem libellus non ad manus eſt nobis. Sed auctores cum veteres, tum recentiores, qui & *amicae* huius *ſive uxoris Antimachi*, & *Elegiaci carminis*, quod illius nomen inſcriptum habuit, meminerunt, poſt Fabricium in Bibl. Gr. Tom. I. pag. 571. doctus operis Fabriciani inſtaurator Harleſius, T. II. pag. 105. abunde indicavit. Fuiſſe illam *& nomine & gente Lydam*, ex Aſclepiadis Epigrammate (Analect. Bruncki T. I. p. 219.) docuit *Lennep* in Animadv. ad Coluth. p. 168. & *Ruhnkenius* in Epiſt. Crit. II. p. 293. uterque in Adnotatione ad verſum 41. carminis Hermeſianactis, quod paulo poſt ſubiicitur. Nomen mulieris rectius Λύδη penacute, quam Λυδὴ, ſcribi, monuit *Valckenarius* ad Scholia in Eurip. Phoen. vs. 44. pag. 607. quo loco plura ſcitu digna, quae ad Elegiacum carmen *Lyde* inſcriptum ſpectant, vir praeſtantiſſimus docuit. Ad editam ſcripturam, Λυδὴν, nullus nec hîc, nec paulo poſt ex membr. *A.* diſſenſus adnotatus eſt. In *Epitomâ* autem non modo

a totus hîc de *Lydâ* locus praetermiſſus eſt; ſed & tota illa longa Ecloga deſideratur, quam ex *Hermeſianactis Elegiacis* deinde adpoſuit Athenaeus.

προσέτι δὲ καὶ τὴν ὁμώνυμον ταύτης ἑταίραν Λυδὴν, (ſive Λύδην) ἣν ἠγάπα Λαμύνθιος ὁ Μιλήσιος. Vocabulum ἑταίραν ex membr. reſtitui: adiectivum ἑτέραν eo minus hîc deſiderabatur, quod iam τὴν ὁμώνυμον dixit auctor, quod idem valet, ac ſi ἑτέραν Λύδην dixiſſet. Huius *alterius* autem *Lydae*, itemque *Lamynthii Mileſii*, nullus alius auctor (quod ſciam) qui ad noſtram aetatem pervenerit, praeter Noſtrum, meminit. Neſcio an huc ſpectet *Cleomenes Lamynthius*, cuius Ἐρωτικὰ μέλη commemorantur p. 605. e. *Lyricum* fuiſſe poëtam *Lamynthium* ex eis intelligitur quae mox ex *Clearcho* ſubiiciuntur: nam qui ἐν Ἐλεγείοις (*elegiaco carmine*) *Lyden* ſcripſit, eum *Antimachum* eſſe conſtat. Cum autem dicat Deipnoſophiſta, *diverſam fuiſſe Lydam, quam Lamynthius amavit, cognominem Lydae Antimachi*; parum utique cum hoc convenit, quod continuo ſubiicit: *nam horum uterque barbarae illius Lydae amore inflammatus*, (ſive, *deſiderio captus*) *carmen compoſuit Lydam inſcriptum.* Quare, ſi vel tantillum ſecum conſtare velimus Athenaeum noſtrum, ſaltem coniectare debebimus, ἑκάτερος δὲ τούτων, non γὰρ, ſcripſiſſe illum: ut hoc dixerit, *alios quidem auctores diverſam ſtatuere Lydam, Lamynthii amaſiam, ab Antimachi Lydâ; Clearchum vero eamdem facere.* De ANTIMACHI *Lydâ* conſulendus Plutarchus, De Conſolat. Opp. T. II. p. 106. ubi leniendi doloris cauſſâ carmen illud compoſuiſſe poëtam ait, poſtquam *Lyden* uxorem ſuam morte amiſiſſet. Cf. mox Noſtrum p. 598. a.

τὴν Μιμνέρμου αὐλητρίδα Ναννώ. *Nanno* meretricem ex ſuperiorum editionum lectione ſupra memoratam vidimus, XIII. 558. c. ſed ibi Νάννιον mssti libri dederunt, quod eſt quidem diminutivum ab eodem nomine formatum, ſed proprium nomen meretriculae aetate multo inferioris (cf. pag. 567. e. & f. & pag. 587. b.) illi *Nannoni*, quam *Mimnermus* cecinit, Solonis aequalis. *Nannûs Mimnermi* ſimul cum *Antimachi Lyda* meminit Poſidonius, Epigr. x. T. II. Analector. Brunckii pag. 48. itemque Hermeſianax, verſ. 35 ſqq. apud Noſtrum mox, pag. 597. f. & ſq. ubi vide quae ad vs. 37. notavit RUHNKENIUS. Ex carmine *MIMNERMI*, cui *Nanno* titulus erat, plusculos verſus ipſe Deipnoſophiſta noſter ſupra adpoſuit, XI. 476. a. b. De

quo poëta plura vide apud Harleſium, in Bibl. Gr. Vol. I. pag. 733.

καὶ τὴν Ἑρμησιάνακτος τοῦ Κολοφωνίου Λεόντιον. De Epicuri *Leontio* ſupra dictum, quae hac eſt poſterior, quam *HERMESIANAX Colophonius* amavit poëta elegiacus, qui Philippi & Alexandri aetate vixit, ut ex Pauſan. lib. I. c. 9. pag. 23. & ex Nicandri Schol. ad Theriac. 3. docuit RUHNKENIUS in Epiſt. Crit. II. p. 283. Edidit autem *Hermeſianax*, cum alia elegiacis verſibus conſcripta, quae breviter ibidem (pag. 284 ſq.) Ruhnkenius memoravit, tum, quod ex hoc ipſo Athenaei loco diſcimus, *Elegiacorum libros III.* quos ab amaſiae ſuae nomine *Leontium* inſcripſit: quod carmen & a Parthenio Eroticor. cap. 5. & eiusdem carminis liber ſecundus ab Antonino Liberali cap. 39. citatur. Ex *tertio* autem eiusdem carminis *libro*, quo continebatur κατάλογος ἐρωτικῶν, id eſt, *enumeratio Amantium* antiquitus celebrium, longam Eclogam hic adponit Deinoſophiſta: apud quem quum vulgo legeretur, τρία βι- b
βλία, ὃς ἐν τῷ τρίτῳ κατάλογον ποιεῖται &c. merito ſuſpecta eſſe debuit illa ſcriptura ὃς: pro qua quum in vetuſtis noſtris membranis ὡς ſcribatur, vix dubitari potuit quin ex ὧν fuerit hoc corruptum.

AD CAP. LXXI.

Emendandae illuſtrandaeque huic eclogae de qua modo dictum eſt, ex *HERMESIANACTIS Leontio* ſive *Elegiacorum libro tertio* excerptae, poſt nonnulla minime ſpernenda a CASAUBONO in Animadv. tentata, ex profeſſo operam dedere *Io. Dan. a* LENNEP, Animadv. ad Coluthum lib. III. cap. 8. deinde RUHNKENIUS, in altera praeſertim editione Epiſtolarum Criticarum, ad calcem Homerici Hymni in Cererem, Lugd. Batav. 1782. ubi totam etiam eclogam ex ſua mente correctam adpoſuit: denique *Stephanus* WESTON, Collegii Oxon. in Acad. Oxon. Socius, in libello Londini 1784. edito, cui titulus, *Hermeſianax, ſive Coniecturae in Athenaeum atque aliquot poëtarum loca.* Eiusdem Elegiae loca quaedam tentata & illuſtrata eſſe a doctis viris HEINRICH, in Obſervatt. Crit. in Auctores veteres, Faſc. 1. & ILGEN, in Opuſc. Philol. T. I. num. VI. monuit nos doctiſſimus amiciſſimusque *Iacobs:* quibus quidem in ſcriptis quid ſit potiſſimum quod ad expoliendum hoc car-

b men a doctis quos nominavi duumviris collatum fuerit, nonnisi ex *Novis Literariis Ienensibus*, Anni MDCCC. num. 134. compertum equidem habeo. Nec *Westoni* libellus nunc ad manus est, sed Excerptis utor a me olim ex illo confectis, cum libelli usura ex instructissima Gœttingensi Bibliotheca, Heynii Viri incomparabilis beneficio, mihi esset concessa.

Vers. 1. Οἶσθ' μὲν: scil. γιγνώσκεις vel οἶσθα, quorum verborum alterutrum, aut aliquod simile, haud dubie praecesserat, quemadmodum infra leguntur vers. 73. & 75. Possis etiam φημὶ δὲ subintelligere, quo vers. 21. utitur poëta. υἱὸς Οἰάγροιο, *Orpheus*: qui & diserte deinde vs. 8. nominatur. Mirum vero, quod huius uxor, quam *Eurydicen* alii omnes nominant, Ἀγριόπη hîc (*vers.* 2.) rursusque mox vs. 14. nominetur: quod aliàs nymphae nomen est, ex qua Philammon (ut tradunt Apollodorus, Biblioth. I. 3, 3. & Pausanias IV. 33. p. 362.) Thamyrin genuit, pulcritudine & arte citharâ canendi praestantem: nam pro Ἀργιόπη, quod apud hos auctores vulgo legitur, alii codices Ἀγριόπη praeferunt. *Eodem vers.* 2. Θρῄσσαν cum *iota* scripsimus, praeeunte ms. *A*. Porro, cum κιθάρῃ legeretur in editis, monuit RUHNKENIUS, magis poëticum fore, si Θρήσσᾳ στειλάμενος κιθάρῃ legeris: erudite videns, adiectivum istud ad hoc substantivum esse referendum. At in hac orationis structurâ difficile dictu, quaenam verbo στειλάμενος notio subiiciatur. Possis quidem utcumque pro ὁδεύσας vel πλεύσας accipere, Hesychio & Suida praeeuntibus, & intelligere στειλάμενος σὺν Θρήσσᾳ κιθάρῃ: nec tamen satis commodum hoc videtur. Quod autem caput causae est, non κιθάρῃ, sed κιθάρην habet vetus codex. Itaque, quum στέλλειν, *instruere, ornare* denotet, Θρῆσσαν στειλάμενος κιθάρην percommode id ipsum significare nobis videbatur, quod DALECAMPIUS his verbis expressit, *Thraciâ instructus citharâ*: & verbum στειλάμενος cum accusativo casu eâdem ratione constructum fuerit, quâ verba ἠμφιεσμένος, κεκοσμημένος, ἐξηρτημένος, & similia.

Vers. 4. Cum sic vulgo scriberetur,

ἔνθα Χάρων ἀκοὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον
ψυχὰς οἰχομένων, &c.

merito monuit CASAUBONUS: »Non dubium, vocem »ἀκοὴν esse depravatam. Non tamen possum (inquit)

»emendare: nisi αἰνὴν, aut πικρὰν aut λυγρὰν vel simile b »epithetum Charonteae cymbae placeat. Dalecampius ac»cipit pro ὡς ὁ λόγος, *ut fama est.* Durum hoc & ἀπίθα»νον. « — κοινὴν corrigendum censuit LENNEP, *communem cymbam;* qua scilicet omnes homines sine discrimine transvehi oportet. Sic εὐρεῖαν σχεδίαν dixit Theocr. Idyll. XXVI. 41. & πάγκοινον λίμνην Sophocles, Electr. 137. & Ἀιδης κοινὸς in Ai. vs. 1219. Et probavit hoc, in contextumque recepit *Ruhnkenius:* quod aptissimum utique videri debebat, nisi paulo longius a veteris scripturae vestigiis recederet. VALCKENARIUS in Diatrib. Eurip. pag. 280. ἄκρην emendandum se suspicatum profitetur, priusquam amicis ipsius κοινὴν placuisset. Ac proxime sane a librorum scriptura abfuturum hoc erat, ἄκρην, si modo interpretationem satis commodam admitteret: ac fortasse haud ita absurde *Charontea cymba* dici *extrema* potuerit; nempe *postrema omnium* quam ingredi omnes oportet ad *postremum iter* conficiendum. κοίλην unice verum putavit TOUP, ad Theocr. pag. 399. quod Homericum quidem esse pulcre novimus, hoc autem loco languide positum foret, & multum abest ut cum κοινὴν permutatum velim. ἀχόρην proposuit WESTON, *sine choreis, illaetabilem;* provocans ad Sophocl. Oed. Col. 1223. ed. Br. Non animadverterat Vir doctissimus, ἄχορον in foemineno genere ut in masculino, non ἀχόρην, dicendum fuisse. Equidem, quoniam in partes fuit eundum, κοινὴν cum Ruhnkenio in contextu posui: sed videndum denique putavi, ne ἀκορῆ fortasse poëta scripserit, quod idem ac ἀκόρεστον valeret, *insatiabilem.*

Versu 5 & *sq.* sic legebatur in editis, nullo sensu:

— λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀΰτεῖ
ῥεῦμα δι' ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.

LENNEPIUS corrigebat:

— λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀΰτεῖ
ῥεύματι ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.

RUHNKENIUS, non improbans Lennepii emendationem, malle se tamen professus est,

— λίμνης δ' ἐπὶ μακρὸν ἀΰτεῖ
χεῦμα δι' ἐκ μεγάλων ῥυομένης δονάκων.

De vocab. χεῦμα (in quo intelligo inesse variationis gratiam, cum continuo sequatur verbum ῥυομένη) provovit vir eruditissimus ad Anytae Epigr. 19. T. I. Analect.

pag. 201. Caeterum obiter monuit, in codice Veneto λίμνῃ ſcribi. Scilicet in codice Athenaei Veneto hanc *Hermeſianactis Eclogam* Ruhnkenii cauſſâ cum impreſſo Caſauboni exemplo contulerat *Bleſſingius*, vir doctus, hodie in Electoratu Würtembergenſi Verbi Dei Miniſter, idem qui etiam noſtrâ cauſſâ per idem fere tempus in Appiani codice Veneto eum librum, qui Illyricam continet Hiſtoriam, contulerat. Idem-ne autem fuerit Venetus ille codex, quo Bleſſingius uſus eſt, cum hoc vetuſtiſſimo, cuius Pariſios translati beneficio Athenaeum inſtaurare nobis contigit, non ſatis exploratum me habere iam ſupra profeſſus ſum in Praef. ad Athenaeum p. 107. Sed collatis lectionibus a Ruhnkenio citatis cum his quae e noſtro vetuſto codice enotatae ſunt, intelligi videtur diverſum eſſe illum a Bleſſingio collatum ab hoc noſtro. Quidquid ſit, noſter etiam Veneto-Pariſienſis codex hîc λίμνῃ ſcriptum habet: nempe (ut ille ſolet) iota ad latus poſito in hunc modum, λίμνηι: ubi (quod iam ſaepius obſervavimus) *iota* literae *ε* locum occupavit; quemadmodum viciſſim haud multo ante (pag. 592. b.) ex eisdem membranis ſcripturam στασίμωι (i. e. στασίμῳ) pro editâ στασίμως ex eodem codice prolatam vidimus. Quo magis probavimus hoc loco Ruhnkenii emendationem λίμνης: qua poſitâ, etiam ῥυομένης verſu ſequenti fuit ſcribendum. *Arundineta* in ripa Stygis ſaepius commemorari monuit idem praeſtantiſſimus RUHNKENIUS, provocans ad Propert. II. 20. 71. eiusque interpretes.

c *Verſ.* 7. ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα μονόζωστον κιθαρίζων. μόνος ζώντων legendum cenſuerat Lennep. μονόζωστος RUHNKENIUS, id eſt, μόνος: provocans ad Heſychii Οἰόζωνος, & Schol. ad Sophocl. Oed. Tyr. 856. Quae emendatio quin veriſſima ſit vix dubitandum. Vulgatum tamen loco movere non ſum auſus, cum videretur μονόζωστον κιθαρίζων utcumque ſic defendi poſſe, ut intelligeretur μέλος, *ſolitarium carmen*. *Verſ.* 8. παντοίους δ' ἐξανέπεισε θεούς: πομπαίους ſuſpicatus erat *Ruhnkenius*, i. e. Mercurium & Charontem, ex Sophocl. Ai. 844. magis vero probavit *Valckenarii* ἀνταίους, i. e. ἐχθροὺς, χαλεπούς. Nos in vulgato adquieſcendum putavimus; cum quo *Weſtonus* contulit Virgilianum illud, *Omnigenumque Deûm monſtra*, ex Aen. VIII. 698.

Verſ. 9. Κώκυτόν τ' ἀθέμιστον ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα. Pro parum commodo ἀθέμιστον, erudite RUHNKENIUS

ἀπόθεστον corrigendum cenſuit, i. e. *minime deſiderabilem, odioſum, horrendum:* de quo vocab. videndus Hemſterhuſius ad Heſych. voc. Ἀπόθεστος. *Weſtonus* ἔχθιστον propoſuit. Pro ἐπ' ὀφρύσι, ὑπ' ὀφρύσι ſcripſit idem RUHNKENIUS ex Apollon. Rhod. III. 1023. Vulgatum ἐπ' ὀφρύσι defendens WESTONUS, ad Iliad. α'. 528. & ο'. 102. & ſimilia loca provocavit; quae tamen nihil admodum huc facere videntur. c

Verſ. 11 *ſq.* Ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα
σκληρὸν, τριστοίχοις δεῖμα φέρον κεφαλαῖς.

Φωνὴν, pro vulgato φωνῇ, correxit LENNEP, probante RUHNKENIO, monenteque »Δοοῦσθαι φωνὴν, eſſe *incitatâ* »*voce latrare*; Δοοῦσθαι ὄμμα, *oculos acriter intendere.* coll. »Nicandr. Theriac. 227. Oppian. Halieut. II. 525.« Ade *Iacobs*, Animadv. Vol. II. Part. 3. pag. 305. ad Bruncki Anal. T. II. pag. 457. vs. 28. Idem RUHNK. *vs.* 12. φέρον correxit, ad ὄμμα referendum, pro vulgato φέρων, quod parum recte ad Ὀρφεὺς retulerat Lennep. Conſtructio ſic concipienda: Ὀρφεὺς ὑπέμεινε βλέμμα κυνὸς, ἐν πυρὶ μὲν τεθωμένου φωνὴν, ἐν πυρὶ δὲ τεθωμένου ὄμμα σκληρὸν, φέρον δεῖμα κεφαλαῖς τριστοίχοις. conf. Propert. III. 16, 23. & IV. 7, 52.

Verſ. 13. ἔνθεν ἀοιδιάων. »Ἔνθεν, pro ἔνθα, eſt etiam »vs. 24. Pro ἀοιδιάων ms. Venet. mendoſe λυδιάων. For»ma ἀοιδιάω reperitur in Odyſſ. ε'. 61. & κ'. 227.« RUHNKENIUS. — Ex noſtro codice Veneto-Pariſ. *A.* ad vulgatum ἀοιδιάων nullus diſſenſus adnotatus eſt.

Verſ. 15. υἱὸς Μήνης. *Lunae filius, Muſaeus.* Nempe Eumolpi filius & *Selenes*, ut apud Ariſtophanis Scholiaſten ad Ran. 1065. ait Philochorus. *Verſ.* 16. Ἀντιόπην. »Pul- d »cherrimam heroinam, Nyctei filiam, Lyci Thebani re»gis uxorem, a Iove compreſſam, matrem Amphionis »& Zethi.« DALECAMP. — »De hac *Antiopa* nihil mihi »conſtat. Dalechampius, & Burmannus Secundus ad Pro»pert. II. 21, 51. eam confundunt cum Antiope, Nyctei »filia.« RUHNKENIUS. — De *Antiopa*, ſive duabus *Antiopis*, videndi auctores Heynio laudati ad Apollodor. III. 5, 5. ubi tamen de *Muſaei Antiopa* altum ſilentium: quae (ut ex ſeqq. colligitur) *Cereris* fuerat *ſacerdos.* Quod Χαρίτων ἥρανος dicitur *Muſaeus*, id *Gratiarum praeſes* reddidit Dalec. nec ita male fortaſſe. Eſt autem Ἥρανος, inter-

d prete Hesychio, βασιλεὺς, ἄρχων: (conf. Suid. in voce) itemque σκοπὸς, φύλαξ: & Ἡρανέων, βοηθῶν, χαριζόμενος. Sic & apud Etymol. Ἥρανος, βασιλεὺς, ἢ βοηθός. Apud eumdemque, pag. 24. l. 10. μήλων ἤρανος, est *ovium custos.* Sed rursus apud eumdem, p. 436. l. 34. καὶ ἤρανος, ὁ ἐράσμιος, id est, *amabilis, amasius:* quae notio & cum Homerico usu, Odyss. τ'. 343. conveniens, & huic loco aptissima videbatur. Sed mox dein, vs. 22. ubi *Hesiodum* πάσης ἤρανον ἱστορίης dicit, *omnis doctrinae custodem* intellexi.

Versus 17-20. in hunc modum editi legebantur:

ὅστε πολυμνήστησιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
εὔοσμον κρυφίων ἐξεφόρει λογίων.
Ῥάριον ὀργίων ἀνέμῳ διαποιπνύουσα,
Δήμητρα, γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν ἀΐδῃ.

Quos sic corrigendos LENNEPIUS censuit:

»ὅς γε πολυμνήστην ποτ' Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν,
»εὔσημον κρυφίων ἐξεφόρει λογίων
»Ῥάριον, ὀργιάων ἀνεμώλια ποιπνύουσαν
»Δήμητρα· γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν Ἀΐδῃ.«

Ad interpretationem quod spectat, nihil aliud, nisi haec, adiecit idem LENNEPIUS: »Quam recte cuncta quadrent in »*Musaeum*, quippe qui Lycodromidis hymnum in Cere»rem composuit, & ipse vates & χρησμῶν auctor perhi»betur, aestima. Confer quae de *Musaeo* e Veterum scri»ptis notavit Fabricius in Bibl. Gr. Vol. I. p. 102. Praeter»ea nota est locutio ὀργιάζειν vel ὀργιᾶν τὸν θεὸν, pro »*Deo sacra facere.* γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν Ἀΐδῃ qui ad *Cere»rem* referunt, [quod Dalec. fecerat,] a mente poëtae »quam longissime aberrare videntur. — Voluit, nisi fal»lor: *Musaeum adeo magni fecisse Antiopen, ut etiam apud* »*inferos in honorem eius carmina cecinerit.*« — RUHNKENIUS. in hoc loco foedissimis maculis contaminato nihil in contextu mutare est ausus, nisi quod *initio versus* 17. ἥ τε, pro olim edito ὅστε posuit, idque Medicei & Veneti codicis auctoritate; monuitque adeo, omnia quae deinceps sequuntur, non de *Musaeo*, sed de *Antiopa*, Cereris sacerdote, esse intelligenda. Tum vero *vs.* 18. pro εὔοσμον, ex cod. Ven. commendavit εὐασμὸν, accusativum ad verbum ἐξεφόρει referendum, significantem *laetum clamorem mulierum in sacris Cereris.* Ad *vs.* 19. nil aliud nisi haec notavit: »Quocunque modo hic versus corrigatur, certum »videtur, Ῥάριον cum Δήμητρα coniungendum esse, ut

» *Ceres Rharia* intelligatur: de qua vide (inquit) quae di- d
» ximus ad Homeri Hymn. in Cer. 450. « — (Nempe Ῥάριος & Ῥαρίας adpellabatur Ceres a *Rharia campo* circa Eleusin, ubi primum frumentum satum a Triptolemo, Rhari filio, perhibebatur.) Pro διαποιπνύουσα vero, ait, in cod. Ven. male διαποιπνύισα scribi. Denique ad *vs.* 20. monuit: » Γνωστὴ δ' ἐστὶ &c. Sensus est: *Antiope etiam mortua* » *vivit Musaei carminibus.* Hoc ad εὖδ' ἀγέραστον vs. 15. re- » ferendum. « — Haec ad hunc locum Ruhnkenius. Ex WESTONI in eosdem versus coniecturis, illud unum opportune observatum referam, quod ait: »'Οργίων est *fa-* » *cerdos.* Vide Hymnum [Homericum] in Apoll. vs. 389. « — Recte id quidem, nisi quod ὀργιὼν acute scriptum oportebat. Pro quo vocab. quum aliâs & ὀργεὼν diceretur, (vid. Polluc. VIII. 107. & Suid. in 'Οργεῶνες, & Harpocr. in 'Οργεῶνας) notandum quod ὀργιὼν per *iota* scriptum penultimam producat, adeoque ad metrum h. l. peraptum sit; in quo haeserat Lennepius. Iam, quod initio *vers.* 17. ἥ τε ex cod. Ven. & Med. probavit Ruhnkenius, id ipsum etiam noster cod. *A.* recte exhibet: quod & nos fidenter recepimus, adeoque reliqua omnia ad *Antiopen* retulimus. In πολυμνήστησιν nil mutant libri: neque nos aliud quidpiam quaerendum duximus, sed in Homerico hoc vocabulo (Od. δ'. 770. ξ'. 64. ψ'. 149.) adquiescendum; modo sub *η* penultimae syllabae iota notaretur, ut esset dativus pluralis, subintellecto subst antivo παρθένοις aut γυναιξί. Ἐλευσῖνος πέζαν, *Eleusinis solum* interpretatus sum cum Dalecampio; πέζαν pro πέδον vel πεδίον accipiens. In eamdem fere sententiam Etymologus pag. 664. l. 33. πέζα, οὐ μόνον ὁ πούς, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ. Quum vero *Eleusis* in Atticae orâ fuerit sita, perapta huic loco foret illa vocabuli πέζα notio, quae ab H. Stephano in Thes. T. III. p. 122. e. adnotata est, ubi ait, πέζας *maris* exponi τὰ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ μέρη, id est, *ora maritima.* Sed, quanam auctoritate nitatur illa interpretatio, non contigit mihi reperire.

Vers. 18. Ad editum εὔοσμον nihil quidem e vetusto nostro codice enotatum: sed facile credo, cum εὐασμὸν ibi scriptum esset, ab exploratore nostro aut non animadversam esse illam scripturam, aut neglectam ut quae nimis manifeste mendosa illi visa esset. Sane quum εὐασμὸν (» quantivis pretii lectionem, « ut perspecte *Ruhnkenius* iudicavit) in Veneto codice repererit *Blessingius;* sive is co-

dex idem eſt cum noſtro, ſive alius iunior ad noſtri exemplum deſcriptus; non dubito, in noſtro etiam, ſi denuo fuerit excuſſus, eamdem ſcripturam iri repertum: nec, quin eam in contextum reciperem, dubitandum duxi.

Verſ. 19. ὀργιὼν acute ſcripſi, ut intelligeretur Antiopa *Cereris* dici *ſacerdos*: de quo vocab. paullo ante dixi. Vocem ἀνέμω, quae ſine ſenſu hîc ponebatur, cum duabus primoribus ſyllabis vocis ſequentis δια coniungendam, & in ἀνεμώλια mutandam, ut *Lennepius* fecerat, iudicavi; ſtructuramque orationis hunc in modum accepi, ὀργιὼν ποιπνύουσα ἀνεμώλια Δήμητρα Ῥάριον: ut ἀνεμώλια eſſet accuſativus pluralis, qui perinde etiam pro adverbio poſitus accipi poſſet, *vana laboravit; in vanum, fruſtra miniſtravit Cereri*: nempe, nullum ex hoc officio Cereri praeſtito nomen, nullam gloriam ad poſteritatem nata eſt: *ſed per Muſaei carmina nota facta eſt & celebratur, etiam poſtquam in orcum deſcendit.* In quo illud unum dubitationem movere poſſit, quod verbum ποιπνύω cum *accuſativo caſu* perſonae, cui miniſtratur, conſtruitur: quod verbum apud Homerum quidem plerumque *ſine regimine* poſitum, ſemel cum *dativo caſu* conſtructum videtur, Iliad. ω'. 473. coll. cum 475. Sed ſi vel maxime ſtructurâ illâ uſum eſſe Homerum ſtatuas, quid mirum diverſam conſtructionem eiusdem verbi ſecutum eſſe poſteriorem aliquem poëtam? & quot ſunt porro in Graeco ſermone verba, quae, contra aliarum linguarum uſum, cum duplici accuſativo, altero perſonae, altero rei, conſtruuntur? At de ipſo illo verbi regimine apud Homerum etiam atque etiam dubitare licet, ob veterum codicum diſſenſum; quorum alii non dativum τῷ, ſed τὸ δὲ δύ' οἱω exhibent: quorum in numero quum diſerte Harleianum codicem Clarkius poſuerit, neſcio quidem quid ſit quod in Heynii Viri Clariſſ. Variis Lectionibus nuper editis idem Codex Harl. alterius ſcripturae teſtis citetur. Pro διαποιπνύουσα ex noſtris membranis *A.* enotatum eſt διαποιπνωιουσα: nempe πνωι pro πνοι, & hoc (ex frequente veterum librariorum errore) pro πνυ.

Verſus 22-23. ſic ſcribebantur in editis:

Φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρον
Ἡσίοδον πάσης ἤρανον ἱστορίης
Ἄσκραῖον ἐσικέσθαι ἔχον θ' Ἑλικωνίδα κώμην.

In ed. Ven. nulla *diſtinctionis nota* poſita eſt, niſi *poſt* ἱστο-

ρίνς. In ed. Baſ. & Caſ. deletâ illâ diſtinctione, *comma* poſitum *poſt* μέλαθρον & poſt ἐσικέσθαι. RUHNKENIUS eisdem plane verbis verſus iſtos repetiit, poſt Ἡσίοδον & poſt ἐσικέσθαι diſtinguens, & (quod miratus ſum) nil aliud niſi haec ipſa adnotans: »Ms. Ven. ἔχων Ἑλικωνίδα. *Lennepius*, in caeteris non audiendus, bene ſcribit ἔχειν θ' »Ἑλικωνίδα κώμην. *u* — Et ἔχων quidem, mendoſe utique, habet noſter etiam codex *A*. neque aliter ed. Ven. & Baſ. Sed, ubinam ἔχειν θ' ſcripſerit Lennepius, aut qua potiſſimum ratione hoc probaverit perſpicaciſſimus Ruhnkenius, exputare non poſſum: nam eodem loco, ubi ex profeſſo hanc *Hermeſianactis* eclogam tractavit Lennepius, (Animadv. ad Coluthum lib. III. cap. 8.) ibi verſus iſtos prorſus intactos reliquit, & a verſu 20. continuo ad vs. 35. perrexit; neque aliud ſcriptum equidem novi, in quo denuo eadem ecloga ab eodem retractata ſit. Porro, quod in ed. Caſ. ponitur ἔχονθ', pro ἔχων, id recte ſic a *Caſaubono* poſitum videtur; quamquam vellem, rationem ſuae emendationis reddidiſſet doctus Editor; qui in Animadverſſ. & hunc & pleraque alia huius eclogae loca, in quibus difficultatis aliquid ineſt, ſilentio praeteriit. Sane, ſi modo comma deleas, quod poſt ἐσικέσθαι importune inſertum erat, percommode dictum videri debuit, ἐσικέσθαι ἔχοντ' Ἑλικωνίδα κώμην: ſive pleonaſticâ illâ ratione poſitum participium ſtatueres, de qua paſſim Grammatici monuere; ſive ἔχοντα pro κατέχοντα acciperes, *tenentem, occupantem*, nempe *ſedes fortunarum ſuarum ibi figentem*. Sin mutandum aliquid eſſet, ἑκόντα utique malim cum *Heinrico* & *Ilgenio*; quod etiam *Weſſonus* probavit, praeeunte DALECAMPIO, qui *ultro migravit* in latinâ verſione poſuerat. *Verſu* 21. ſi μέλαθρον placet, quod editt. Baſ. & Caſ. habent, duobus inciſis intercipienda fuerint duo verba ἀποπρολιπόντα μέλαθρον, ne Βοιωτὸν videatur ad μέλαθρον referendum, cum ad Ἡσίοδον pertineat. Nam *Boeoticam domum* non reliquit *Heſiodus*, cum *Aſcram* migraret, quae ipſa in Boeotia ſita erat: ſed Cumam Aeolidem, maiorum ſuorum ſedem domumque, reliquit. Nam, quod *Heſiodus* ipſe in Ἔργ. vs. 631 ſqq. de *patre* ſuo tradit, id HERMESIANAX hîc ad *ipſum Heſiodum* refert: ſive id poëticâ quadam licentiâ & per iocum fecerit, de quo paullo poſt dicetur; ſive quod, iam tum natum & adultum Heſiodum unà cum patre migrationem inſtituiſſe, famâ acce-

piſſet poëta. Pro Βοιωτὸν ILGENIUM πατρῷον correxiſſe intelligo: quod commodum foret, niſi immane quantum discederet a librorum ſcripturâ. Quare ad μέλαθρον ſubintelligendum fuerit πατρῷον. Sed, ne qua exſiſteret confuſio, probabilius nobis viſum erat, μέλαθρα olim ſcriptum fuiſſe, quod in μελαθραν detortum in noſtris membr. *A.* ex quo μελάθρων factum in ed. Ven. unde Baſilienſis denique editor μέλαθρον fecit, quod tenuit Caſaub. De dictione, πάσης ἤρανον ἱστορίης, diximus ad vs. 16. *Verſu* 23. ſi Ἀσκραῖον teneas, iuncta intelligi debebunt quae longis intervallis diſtant, Βιοωτὸν – – Ἡσίοδον – – Ἀσκραῖον. At opportune membranae noſtrae Ἀσκραίων dedere, ut cohaereant iſta Ἀσκραίων ἐσικέσθαι Ἑλικωνίδα κώμην. Vide Heſiodum l. c.

Verſ. 24–26. ἔνθεν ὅ γ' Ἡοίην μνώμενος Ἀσκραϊκὴν
e πόλλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους,
ὕμνων ἐκ πρώτης παιδὸς ἀναρχόμενος.

Cum ἀναρχόμενος olim legeretur, quod & membranae tenent, monuit CASAUBONUS: »Scribe: ὑμνῶν ἐκ πρώτης »παιδὸς ἀνερχομένην: *laudavit Eoeam, Aſcraeam virginem,* »*vix pueritiae annos egreſſam*, ſive *a puero.* παῖς, pro ἥλι»κία παιδική. Sic multa Graeci & Latini: ut apud poë»tam εὖ εἰδὼς τόξων, id eſt, τῆς τοξευτικῆς. Quid ſi ve»ro totum diſtichum ita concipiamus, ſententiâ paullulum »diverſâ?

»πόλλ' ἔμαθεν, πάσας δὲ λέγων ἀνεγράψατο βίβλους
»ὕμνων, ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος.

»Id eſt: *Multa ſtudioſe ſcrutatus eſt de laudibus foeminarum,* »*& dum omnes recenſet, libros conficit Eoeas: in quibus or»ditur a prima puella, cuius nomen in vetuſta hiſtoria celebra»tur.« Sic ille. — Contra RUHNKENIUS »non *emendandum* »hunc locum, ſed *interpretandum*« cenſuit. »HERMESIA»NAX, inquit, per luſum iocumque fingit, *Heſiodum ca»ptum amore Aſcraeae puellae, Eoeae*, ut durum eius animum »flecteret, Ἠοίας μεγάλας, ſive Κατάλογον γυναικῶν, cuius »quartus liber Ἠοίας comprehendebat, ſcripſiſſe; &, in»ſtitutâ puellae cum antiquis heroinis comparatione, *ſin»gularum heroinarum hymnum ab amicae nomine* Ἠοίη *aut* »Ἤ οἵη *incepiſſe.* Sunt igitur βίβλοι λόγων nihil aliud, ni»ſi Κατάλογος γυναικῶν. Nam, ut λέγειν interdum di»citur pro καταλέγειν, *recenſere*: ſic λόγος, pro κατάλο»γος, *recenſio.*« Praeterea ἀναρχόμενος idem RUHNK.

pro ἀνερχομ. correxit, praeeunte CANTERO, Novar. Lect. e IV. 3. quos sequi equidem non dubitavi. De *Hesiodi Eoeis* haud multo ante nonnihil dictum est, ad p. 590. b. Istam vero scripturam, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους, vix sanam putem eâ quidem sententiâ, quae Ruhnkenio placuerat. Videndum, ne hoc dixerit poëta: *Hesiodum postquam carminum suorum initium ab hac puellâ fecisset*, (i. e. postquam primum *Magnas Eoeas* edidisset,) *tum demum reliquos omnes sermonum suorum* (sive *Praeceptorum*) libros (nempe Ἔργα καὶ Ἡμέρας) conscripsisse.

Vers. 28 *sqq.* ἥδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων, &c. Defendi utcumque possit μουσοπόλον, quod habent membranae: nec vero invitus tenui editum μουσοπόλων. Pro ἥδιστον, cum *Homerus* non tam *suavitate* carminis, quam granditate censeatur, κύδιστον legendum censuit RUHNKENIUS. Cuius emendationem (puto) ob oculos habens WESTONUS: »ἥδιστον, inquit, vix *Homero* convenit, »nisi *Penelopen* canenti.« Equidem, quamvis lubens largiar ad substantivum δαίμονα aptius videri adiectivum κύδιστον, tamen *dulcedinis suavitatisque* laude, quae *Homero* hic tribuitur, fraudare nobilissimum poëtam non sum ausus. Caeterum, sicut δαίμονα eum adpellat *Hermesianax*, sic Columella in Praef. lib. I. DE RE RUST. *parens eloquentiae*, ait, *Deus ille Maeonius*: quae verba cum hoc loco contulit Vir doctus in Novis Literar. Ienens. supra laudatis. Fingit poëta, *Homerum*, *Penelopae amore captum*, *illius caussâ in Ithacam longum & difficile iter cum carminibus suis suscepisse*.

Vers. 33 *sq.* ἔκλαιεν δ' Ἰκάρου τε γένος, καὶ δῆμον Ἀμύ- f
κλου καὶ Σπάρτην. »Ἰκάρου γένος est *Penelope*: δῆμος Ἀμύ- »κλου καὶ Σπάρτη, *Helena* cum Lacedaemoniis. Ἴκαρον vo- »cat, quem Homerus Ἰκάριον. Conf. Muncker ad Hygin. »Fab. 130.« RUHNKENIUS. *Ibid.* ἰδίων ἀπτόμενος παθέων. Hanc exquisitam sententiam duxit ab Homero, Iliad. τ'. 301 sq. Conf. quae ad vers. 46. notamus.

Vers. 35 *sqq.* Μίμνερμος &c. »*Mimnermus*, & tibicen & »poëta, tibicinem Nanno amavit: eamdemque carmine, »quod *Nanno* inscriptum erat, cantavit; ex quo Strabo, »XIV. [pag. 634. ed. Cas.] Athenaeus, XI. 470. & Stob. »Tit. CXV. pag. 592. plusculos versus conservarunt.« RUHNKEN. *Vers.* 36. καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πεντα- a
μέτρου. »LENNEPIUS eleganter scribit, μαλακοῦ πνεύμα

a »τὸ πενταμέτρου. Propertius, I. 9, 11. *Plus in amore valet »Mimnermi verſus Homero.* Mimnermo elegiae inventionem »tribuunt etiam alii, quos laudavi ad Callimachi Fragm. »[ed. Erneſt.] pag. 439 ſq.« RUHNKENIUS. — Vulgatam ſcripturam, πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου defendit ILGENIUS, & melius etiam (iudice viro docto in Novis literar. Ienenſ.) commodioribusque adlatis exemplis HEINRICH, ad Muſaeum pag. 52. Ad *verſ.* 37 *& ſq.* ſic olim editos,

καίετο μὲν Ναννοῦς· πολιῷ δ' ἐπὶ πολλὰ κιμώτω †
κνημωθεὶς κώμους † σίχη συνδραμίη.

Haec eſt Animadverſio CASAUBONI: »Plane interfecti ver»ſus, & vix ipſi Aeſculapio ſanabiles. Micant tamen hic »nonnullae ſcintillae: ſed quae lucem faciant univerſae ſen»tentiae non magnam. Primum enim, καίεσθαι Ναννοῦς »cum non ſit Graecum, clarum ex eo ſcribendum eſſe »καίετο μὲν Ναννοῦς ὕπο. Hoc certum: ſequentium in»certa emendatio. Tentabamus tamen,

— »τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ
»κνημωθεὶς, κώμους ἔστιχεν ἀδρανίη.

»Auctore Heſychio, κνημοῦσθαι eſt φθείρεσθαι.« — LENNEPIUS, poſtquam monuit dictionem καίετο μὲν Ναννοῦς recte defenſam eſſe ab *Hemſterhuſio* Obſerv. Miſc. Vol. VI. p. 302. diſtichon iſtud hoc modo corrigendum cenſuit:

»καίετο μὲν Ναννοῦς πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκις οὐ δ' ᾧ
»κνημωθεὶς, κώμους στεῖχε σὺν ἀδρανίῃ.«

πολιὸν οὐδὸν eodem ſenſu accipiens, quo Homerus Iliad. ω'. 484. γήραος οὐδὸν dixerat. »Voluit itaque poëta, (inquit) »Mimnermum, cum iam ſenior eſſet factus, ſaepius ad »comeſſationes iviſſe, & voluptatibus deditum fuiſſe.« — Quod quam egregie in Mimnermum quadret, intelligi, ait, ex eiusdem dicto apud Stobaeum, in Floril. Grotii Tit. LXIII. pag. 242. quod huiusmodi eſt:

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

RUHNKENIUS, placiturum ſibi eſſe profeſſus eſt, πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ, coll. Phaniae Epigr. II. vs. ult. πολιῷ γυῖα δεθεὶς καμάτῳ, (Analect. Br. T. II. p. 52.) niſi aliud quid hic latere oſtenderet haec codicis Veneti lectio:

— πολλιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι λωτῷ
κνημωθεὶς σίχε συνεξαμύη.

»In συνεξαμύη (inquit) cum Veneto Mediceus conſentit. »Λωτὸς quidem, ſive *tibia*, apta eſt Mimnermo tibicini.

» Sed reliqua cum hac lectione minus bene coëunt. Forte a »scribendum:

— » πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι κώλῳ
» κνημωθεὶς κώμους στείχε σὺν . . . . . « —

Ad istud, καίετο μὲν Ναννοῦς, monuit doctissimus CORAY in Notis msstis: »Καίεσθαί τινος temere damnatum »a Casaubono, ut parum Graecum. Est phrasis elliptica, »ut ὀρέγεσθαι vel ἐφίεσθαί τινος: licet minus usu trita. »Dixit & Parthenius (in Eroticis cap. 12.) Circen ὑπο»καιομένην Ὀδυσσέως, & plene (cap. 14.) de Cleoboea, »καομένη φοδρῷ ἔρωτι τοῦ παιδός.« — In proximis verbis quod e cod. Ven. protulit *Ruhnkenius* πολλιῷ, pro πολιῷ, id & noster codex habet; saepe geminans λ literam, ubi nonnisi simplici locus erat. Idemque noster codex & πολλάκι λωτῷ & συνεξαμύνη agnoscit. Iam nos, multum quidem abest, ut acu rem tetigisse nobis persuadeamus; sed tamen tam presse utique, quam fieri potuit, insistendum veteris codicis vestigiis putavimus. Itaque λωτῷ tenuimus, *tibiam* cum Ruhnkenio intelligentes, ut apud Nostrum IV. 175. c. & VIII. 362. b. coll. IV. 182. b. & mox vs. 70. eiusdem huius carminis. Tum sequente versu, quemadmodum iam saepius permutatas inter se E & Σ literas observavimus, (vide ad VIII. 349. d.) sic mendosum σίχε nil aliud nisi εἶχε valere nobis persuasimus: quod ipsum fortasse ex ἦχε, a verbo ἄγω, fuerat corruptum. Denique vocem συνεξαμύνη nonnisi a fine mendosam, & ex συνεξανύων detortam suspicati sumus. Praepositio ἐπὶ (*vs.* 37.) possit-ne locum suum tueri, notione *cum*, nescio. Sed fortasse, ut saepe aliàs, ex particulâ ἔτι fuerit orta. Sic, πολιῷ δ' ἔτι πολλάκι λωτῷ κώμους εἶχε (vel ἦχε) συνεξανύων, hoc sonabit: *canâ adhuc saepe tibiâ*, id est, *cum iam canus esset, saepe adhuc tibiâ* (vel, *cum tibiâ*) *comessationes cum illâ instituit perfecitque.* Si εἶχε teneas, fuerit εἶχε συνεξανύων periphrastice dictum pro συνεξήνυκε. Possis pro εἶχε etiam ἦκε coniectare, de quo WESTONUS cogitaverat: sic, in istis κώμους ἦκε συνεξανύων, ne minima quidem difficultas inerit. Κνημωθεὶς, interprete Hesychio, valet φθαρείς: quod quo pacto huc quadret non satis video, nisi *perditus* intelligatur *perdite amans*; quod latine similiter *deperiens* dicimus. Sed, quum idem valeat κνημόω atque κνάω & κναίω: (quod intelliges, si Hesychianas glossas, Κνημοῦμαι, Κνημωθῆναι, Κνημῶσαι, cum aliis contu-

a leris, v. c. cum Διακναιόμενον, Διακνᾶσθαι, aliisque ab Editore citatis:) quumque rursus idem valeant κνάω, κναίω, & κνίζω, ut ad Athen. I. 18. c. & XIII. 577. e. (Animadversion. hoc ipso Vol. p. 122 sq.) observavimus; possis etiam κνημωθεὶς, haud multo quidem diversâ sententiâ, vertere *amoris pruritu concitatus*. Quam in sententiam commode Dalecampius *urebatur* interpretatus est. Postquam in fine *versus* 37. κώλῳ legendum conjectasset Ruhnkenius, ulterius eâ viâ progressus Iacobsius, doctrinâ ingenioque fidens, (in Animadv. ad Anthol. Vol. II. P. II. pag. 143.) distichi illius emendationem tentavit huiusmodi:

— »χωλῷ δ' ἐπὶ πολλάκι κώλῳ,
»κνημωθεὶς, κώμους στείχ' ἀνακοιρανέων.

»Poëtae (inquit) comessationes agenti tribuitur κῶλον χω»λὸν propter *numeros impariter iunctos*, quibus ille primus »usus esse dicitur.«

Vers. 39. ἤχθες δ'. »Ms. Ven. male, ἠδ' ἤχθες.« Ruhnk. — E nostro codice nullus ab editâ scripturâ notatus dissensus. *Ibid.* ἠδὲ Φερέκλην. Ad editum olim οὐδὲ Φερέκλην, quod tenet idem noster codex mstus, monuit Casaubonus: »Scribe ἠδὲ Φέρεκλον.« — Recte, ut videtur, quod ad priorem vocem: sed posterior cur mutaretur, nihil caussae fuit; de quo etiam Ruhnk. monuit. Quare correximus ἠδὲ, consentientibus viris doctis omnibus, qui in hunc locum commentati sunt. Quod si quis tamen in re haud satis certâ tutius futurum fuisse censeat, veterem scripturam οὐδὲ tenere; haud admodum ei equidem repugnabo. *Vers.* 40. Tenui editum τειάδ'. *Talia carmina* (scil. odium spirantia rivalium & inimicorum suorum) *misit* amasiae. Quid sub τόιαν lateat, (quod sic scriptum ex ms. *A.* adnotatum est) nescio.

Vers. 41 *sq.*

Λυδῆς δ' Ἀντίμαχος Λυσπίδος ἐκ μὲν ἔρωτος
πληγεὶς, Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ.

De *Antimacho*, eiusque amasiâ *Lydâ*, supra dictum est pag. 596. f. & 597. a. Ibi etiam monuimus, rectius Λύδης penacute, quam Λυδῆς, scribi *proprium* puellae *nomen*. Dein quum Χρυσπίδος vulgo legeretur, monuit Ruhnkenius, codices Med. & Ven. Λυσπίδος exhibere: »Ex »quo libenter (ait vir doctissimus) facerem Λυδπίδος, »si gentilis formae Λυδεὺς & Λυδπὶς exempla in promtu ha»berem.« — Etiam noster cod. *A.* Λυσπίδος exhibet: quod

poteſt patronymicum nomen eſſe, ut Χρυσηΐς, Βρισηΐς. Sed equidem fere perſuaſum habeo, Λυδηΐδος ſcriptum oportuiſſe; ut dixerit poëta, Antimachi *Lydam* gente *Lydiam* fuiſſe: quemadmodum *A*ſclepiades in Epigrammate ſupra laudato ipſam dicentem inducit, Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα. Quare etiam continuo ſubiicit *Hermeſianax*, Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ: id eſt, *Sardes adiit;* nempe principem Lydiae urbem, quam *Pactolus* amnis mediam perfluit. Quamquam aliâs minus in uſu fuit gentilis forma ὁ Λυδεὺς, ἡ Λυδηΐς, nihil tamen impediebat poëtam quo minus eâ pro ſuo uteretur arbitrio.

Verſiculi 43-46. ſic miſerrime corrupti in editis libris legebantur: b

Δαρδάνην δὲ ϑανοῦσαν, ὑπὸ ξηρὴν ϑέτο γαῖαν
καλλίον' ἴξαον, δῆθεν ἀποπρολιπὼν
ἄκραν ἐς Κολοφῶνα· γόων δ' ἀνεπλήσατο βίβλους
ἱρὰς ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.

Quos in hunc modum corrigendos LENNEPIUS cenſuit:

Σαρδιανὴν δὲ ϑανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν ϑέτο γαῖαν
καὶ Λυδίην ἴξεν δῆθεν ἀποπρολιπὼν
ἄκραν ἐς Κολοφῶνα. —

Ad verba καλλίον' ἴξαον, δῆθεν ἀποπρολιπὼν, haec adnotaverat CASAUBONUS: »Vult dicere, *Antimachum*, *relictis* »*Sardibus*, (eam enim urbem intelligit, cum canit Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ: Sardes enim ad *Pactolum*) *ve*»*niſſe Colophonem*, quae fuit Ioniae urbs. Quare legi po»teſt:

»Σάρδεις Ἰαόνων δ' ἦλθεν ἀποπρολιπὼν
»ἄκραν ἐς Κολοφῶνα.« —

RUHNKENIUS, adlatâ msti Ven. ſcripturâ Δαρδάνη: »Su»ſpicor, inquit, ab Hermeſianacte ſcriptum eſſe:

»Λάρναχί νιν δὲ ϑανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν ϑέτο γαῖαν.«

Provocans ad Iliad. ω'. 795. & ad Epigramma quod legitur Analector. Brunckii T. III. pag. 292. num. 665. In monſtroſâ ſcripturâ, καλλίον' ἴξαον, (*vs.* 44.) nihil mutare auſus eſt idem vir doctiſſimus, lectiones codicum manuſcriptorum non minus monſtroſas adnotaſſe contentus: καλλίω ναίζαον δῖῆλθεν ex cod. Med. & καλλίονα ἴξαον δῖῆλθεν ex Ven. Ubi fortaſſe permutatae inter ſe ſunt ſedes vocum *Med.* & *Ven.* Nam ex noſtro quidem Veneto-Pariſienſi enotatam hanc ſcripturam video, καλλιωναΐζαον, quam Ruhnkenius codici Mediceo tribuit. Quod ſi recte apud

b Ruhnkenium poſitae ſunt codicum notae: liquido inde conſtiterit, Mediceum codicem veſtigia vetuſtiſſimarum noſtrarum membranarum preſſius eſſe ſecutum; Venetum autem codicem eum, qui a Bleſſingio Ruhnkenii in gratiam excuſſus eſt, eſſe noſtro codice *A.* iuniorem, & ab eo iam in nonnullis ad recentiſſimi illius codicis lectionem declinaſſe, cuius ad exemplum in Aldinâ officinâ typis excuſus Athenaeus eſt. In δ' ἦλθεν cum Bleſſingiano codice conſentit noſter: quâ ſub ſcripturâ latere δ' ἦλθεν monuit *Ruhnkenius*, & hoc ipſum (iam a *Caſaubono* commendatum) in contextum recepit. Monſtroſas duas voces praecedentes feliciſſimo (ut nobis videbatur) conatu emendavit Ilgenius, totum diſtichon in hunc modum refingens:

»λάρναχι δ' εὖτε θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
»κλαίων αἰάζων τ' ἦλθεν ἀποπρολιπὼν «

Cui emendationi meritam laudem tribuens doctus cenſor in Novis Literariis Ienenſibus, tamen & ipſe rurſus novam ex parte coniecturam propoſuit huiusmodi:

»λάρναχί νιν δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
»κλαίων, ξανθαυγῆ δ' ἦλθεν ἀγρὸν προλιπὼν
»ἄκραν ἐς Κολοφῶνα. «

ξανθαυγῆ ἀγρὸν intelligens *Sardicum agrum*, qui *arenâ aureâ* tectus perhibebatur. coll. Ovid. Metam. XI. 145 ſq. Quae quidem emendandi ratio, ſi quod ſentimus dicere licet, doctior audaciorque quam veriſimilior viſa nobis erat. Etiam illud *Ruhnkenianum* λάρναχι docte ſane & ingenioſe excogitatum: ſed, ſi in partes nobis eumdum eſſet, haud dubie *Lennepianum* Σαρδιανὴν praelaturi eramus; quod ipſum etiam in latinâ verſione expreſſimus. Deinde *Ilgenianum* κλαίων & αἰάζων (*Iacobſio* etiam laudatum, in Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. II. pag. 55.) non modo probavimus, verum etiam in contextum recipiendum duximus. Tum δ' ἦλθεν cum omnibus viris doctis ſcribere non dubitavimus. *Verſu* 45. commode ἄκραν ἐς Κολοφῶνα exhibent editi libri. *Colophonem*, Ioniae oppidum, *ad promontorium* ſitum fuiſſe, adeoque *in alto poſitum*, Pomponius Mela docet, lib. I. cap. 17. Et *nomen* oppidi *foeminino genere* vulgo uſurpabatur. Sic quidem Strabo, lib. XIV. p. 642. c. καὶ ἡ Κολοφὼν, πόλις Ἰωνική. Sed fortaſſe perinde etiam *masculo* genere ὁ Κολοφὼν efferri potuit, ut non mutanda fuerit vetus ſcriptura, ἄκρον ἐς Κολοφῶνα, quam tenent noſtrae membranae: niſi ſub eâ aliud neſcio quid latet.

Pro ἀνεπλήσατο, quod e cod. Ven. ἐνεπλήσατο Ruhn- b
kenius laudavit, id ipsum recte noster cod. *A.* dedit, nec nos aspernari debuimus. Ex ἱερὰς, quod *vers.* 46. habet idem codex, recte ἱρὰς fecerunt editores, quod versui unice aptum erat. *Sacros* autem *libros* dicere videtur Hermesianax, utpote *Lydae* suae ab Antimacho unice *sacratos*, & ad iusta ei persolvenda compositos. Quod adiicit, ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου, *futurum* παυσόμενος maluerat Gallicus interpres: sed nihil incommodi habet *indefinitum* tempus, quod agnoscunt cum editis veteres membranae. Ad rem pertinent Plutarchi verba, a Ruhnkenio etiam adposita, ex Consol. ad Apollon. pag. 106. b. c. ubi de *Antimacho* poëta loquens, ait: Ἀποθανούσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλουμένην Λύδην, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς συμφορὰς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην.

Vers. 49. γιγνώσκεις. Hunc fuisse veterem Atticorum in illo verbo (sicut & in γίγνομαι) usum, e veterum Grammaticorum scriptis monuere Valckenaer ad Phoeniss. 1396. & Brunck ad Ran. 52. Potuerit vero nihilominus *Hermesianax* alterâ formâ molliori uti, quam membranae nostrae exhibent, γινώσκεις: quo in verbo, etiam hac sub formâ, prima syllaba (quemadmodum in γίνομαι) producitur. Sed infra, ubi idem verbum rursus *insertâ* γ *literâ* occurrit (*vers.* 73.) nihil varietatis e codice nostro adnotatum est. *Ibid.* ὕμνων tenui, recte editum: & post ἠράσαθ' cum RUHNKENIO distinxi orationem, ut ὕμνων cum πολυφραδὴς coniungeretur: »Sensus est: (ait vir praestantissimus)» *Alcaeus Sapphonem deperibat, & carminum »suorum venustate rivalem Anacreontem urebat*, veritum ne »Alcaeus hac dote primas teneret apud Sapphonem.«

Vers. 51 *sq.* Καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἐφωμίλησ' Ἀνακρείων c
στελλομένην πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσι.

Distichon hoc, cuius sententiam haud satis liquido equidem percepi, in hunc modum interpretatus erat DALECAMPIUS:

Et Sappho convenit mellitus Anacreon
mixtim aliis cum Lesbiadibus incedentem.

BARNESIUS, in Anacreontis Vitâ, pag. 28. latinis his versiculis expressit:

Teius hic etenim Sappho mellitus amavit

c *Lesbiadas plures inter ut emicuit.*

Mihi nec vis verbi ἐφωμίλησε satis liquet: quod nescio an rectius idem Barnesius sic partitus sit, ἐφ' ὡμίλησε, ut τὴν ἐφ' ὡμίλησε valeat ἐπὶ ταύτην ὡμίλησε: quae quidem verbi huius constructio nusquam alibi (quod sciam) reperitur. Nec de notione verbo στελλομένην hîc subiectâ certo constat: quod verbum quum haud raro *proficisci*, & quidem maxime *navi proficisci*, *navigare*, significet; cogitare coeperam de *Sapphûs in Siciliam navigatione*, cuius mentio fit in Chronici Arundeliani Epochâ XXXVII. (conf. Wolfii Vitam Sapphûs, Fragmentis poëtriae praefixam, p. 3.) Sed de illo quidem itinere non cogitasse poëtam, satis certum videtur. Pro Ἀνακρείων, perperam Ἀνακρέων scribitur in cod. *A*. In eodemque ἀμμιγαλαις βιασιν, pro ἄμμιγα Λεσβιάσιν, vocali ε cum αι permutatâ.

Vers. 53. ἄλλοτε μὲν λείπων Σάμον. Notum est, *Sami* in aulâ Polycratis vixisse Anacreontem. λείπων e cod. Ven. citavit Ruhnk. eamdemque scripturam noster codex *A*. tenet; quam praeter necessitatem in προλιπὼν mutarunt recentiores. *Versus* 54. quum sic vulgo scriptus legeretur:

οἰνηρὴν Δοῦριν κεκλιμένην πατρίδα:

perspecte Casaubonus monuit: »Inepta lectio. Scribendum, δουρὶ κεκλιμένην: *armis subiugatam*. Ita passim »loquuntur poëtae. Οἰνηρὰ non est proprium alicuius loci »nomen; [ut Dalec. acceperat:] sed commune omnium »*vini feracium*. Vetus poëta in Scholiis Hephaestionis: [pag. 89. ed. Cornel. de Pauw.] »ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰ»γαῖον διανύξας ἀπ' οἰνηρᾶς Χίου.« — Sic ille: cuius doctam emendationem adoptavimus, praeeunte Ruhnkenio; qui ad Antipatri Sidonii versum provocavit,

οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων δούρατι κεκλίμεθα.

(in Brunckii Analect. Tom. II. pag. 29. num. 84.) Conf. Iacobs ad Anthol. Vol. I. Part. I. pag. 411. — »De *Teo*, »per Harpagum captâ, vide Herodot. I. 168.« de quo idem Ruhnkenius monuit.

Vers. 55. »Sequitur, τὸ δὲ μυρίον εἴσιδε λέκτρον: »Quid appellat τὸ μυρίον λέκτρον? Non est verbis opus, »ut falsi convincatur haec lectio. Scribo,

— »τὸ δὲ δὴ ῥίον εἴσιδε Λέκτον.

»Vera & perspicua emendatio. *Lectum promontorium*, Aeo»lidem & Troadem disterminans, insulae *Lesbo* est *oppo-*

» *situm.* ῥίον, poëticum vocabulum, ἀντὶ τοῦ ἄκρα, *pro-* c
» *montorium.* « CASAUB. — Etiam hoc, cum Ruhnkenio, adoptare non dubitavimus. Mendosam quidem editorum librorum scripturam tenent veteres membranae.

Sequentes *versiculi*, num. 57-60. sic vulgo scripti legebantur:

Αὖθις δ' οἷα μέλισσα πολυπρίωνα κοδώνην
λειποῦσ', ἐν τραγικαῖς ἥδε χοροστασίαις
Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' ἀγείραι θ' † ἁρεὶδὸς
. . . . . Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.

Quae monstra procurare cum desperasset Casaubonus, primo istorum versuum felicissima medicina a LENNEPIO adhibita est, πολυπρήωνα Κολωνὸν corrigente, ut intelligeretur *Colonus*, pagus Atticus, e quo oriundum fuisse *Sophoclem* constat. Pro Κολωνὸν vero RUHNKENIUS, pressius scripturam vulgatam secutus, κολώνην posuit, adpellativum & commune nomen; quod eo etiam aptius hic positum fuerit, quo videretur poëta primâ specie de alio quocumque *tumulo* loqui, a quo descendisset *apis*; cum revera *Colonum* illum, in quo natus est *Sophocles*, in animo habuisset. Denique, pro Αὖθις, idem *Ruhnkenius*, recte haud dubie, Ἀτθὶς correxit; ut isto nomine, Ἀτθὶς μέλισσα, ipse *Sophocles* designaretur. Et eo convenientius huic loco *gentile* nomen est, quod ab externis, quos adhuc nominaverat *HERMESIANAX*, ad *Atticos* nunc transit poëtas, *Sophoclem* & *Euripidem*. Μέλισσαν adpellatum fuisse *Sophoclem*, testificatur vetus poëtae interpres ad Aiac. 1218. & Suidas in Σοφοκλῆς. Pro πολυπρήωνα sicut vulgo πολυπρίωνα hîc scribitur, similiter in Leonidae Epigr. 56. (Analect. T. I. pag. 234.) pro πρηῶνα veteres membranae πριῶνα exhibent. conf. IACOBS Animadv. Vol. I. Part. II. pag. 113 sq. Ad accusativum οἷα adsumendum γιγνώσκεις, (coll. vs. 49.) vel οἶσθα, coll. vs. 75. Sic rursus vs. 85. & 89. *Versu* 58. *delendum* fortasse *punctum* post χοροστασίαις, ut cohaereant ista, ἐν τραγικαῖς ἥδε χοροστασίαις Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα: quod VALCKENARIO placuisse ait *Ruhnkenius*: » ut Sophocles *in canticis chori-* » *cis Bacchum & Cupidinem ceciniſſe* dicatur, sicut Venerem » cecinit in choro Antigonae vs. 796.« Conf. Athenaeum paulo post, pag. 601. a. b.

De *versu* 59. certâ quadam ratione corrigendo spem om- d

dem extenuat *lacunâ*, qua *verſiculus* 60. laborat, cui explendae nulla doctrinae copia, nulla ingenii intentio ſufficere videtur. In editione Ven. verba Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ initio pentametri ſcribuntur, ut ſignificetur poſterius deeſſe hemiſtichium: Caſaubonus lacunam in priore hemiſtichio notavit. In membranis non magis hîc, quam alibi, distinguuntur verſus, nec lacunae nota aut veſtigium conſpicitur. Pro ἀγείραιθ' † ἀρειδὸς, quod *vs.* 59. habent editi, in cod. Ven. & Med. ἀγείραι θειαρειδὸς ſcribi docuit *Ruhnkenius:* »quod fortaſſe aliis (inquit) pro»fuerit ad veram lectionem eruendam.« — Ex noſtro cod. *A.* eadem enotata ſcriptura, ſed nullis accentibus notata: quam eodem modo in contextu noſtro repraeſentavimus. Iſtud ἀγεῖραι ex γεγαῖραι corruptum videri erudite RUHNKENIUS monuit, provocans ad Homericum Hymnum in Mercur. vs. 428.

μνημοσύνην μὲν πρῶτα θεῶν ἐγέραιρεν ἀοιδῇ.

In eiusdem *verſus* 59. poſtrema parte veſtigia ſupereſſe videri nominis Θεωρίδος obſervavit LENNEP. Et, *Theoridem* quidem meretricem a ſene iam tum Sophocle amatam fuiſſe, docuit Athenaeus p. 592. a. atque etiam mentionem eiusdem feciſſe ait Sophoclem in aliquo στασίμῳ: quod ſatis convenit cum eo quod hîc ait poëta, ἐν τραγικαῖς ᾠδαῖς χοροστασίαις. Itaque ILGENIUS (ut ex Novis Literar. Ienenſ. didici) Θεωρίδος εἶδος hic correxit: quam tamen ſcripturam quo pacto vel reliquo verſui vel verbis iſtis ſequentibus, Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ, adaptaverit idem vir doctus, non habeo compertum. Nos quidem tale quidpiam horiolabamur:

Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα γεραίρειν θεῖα ἀοιδῇ
Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ. — — .

Sed fortaſſe magis etiam probabitur WESTONI in eamdem fere ſententiam emendatio, ad membranarum ſcripturam paulo propius accedens,

Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' ἐγέραιρεν θεῖος ἀοιδός.

Caeterum, cum Hermeſianax omnium & poëtarum & philoſophorum, quos recenſet, *amicas* nominaverit, veriſimile utique videri debet, nominaſſe illum etiam Sophoclis *Theoridem* & *Archippam*, quarum Athenaeus p. 592. a. b. meminit. Quare probabili coniecturâ RUHNKENIUS ſtatuit, poſt illa verba, Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ, intercidiſſe nonnulla ad id argumentum pertinentia. Quod ſi *Weſſoni*

placuerit coniectura, ante eadem verba statuenda lacuna d fuerit.

Vers. 61. Φημὶ δὲ κἀκεῖνον &c. De *Euripide μισογύνῃ* agi adparet, quem mox etiam nominatim designat poëta. Difficultate premitur *versus* 62. sic vulgo scriptus:

καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ συνοχῶν.

Ibi CASAUBONUS: »Postrema vox (inquit) nullius pre»tii est. Legi potest ἐκ δακέων πάσας ἀμφὶ γυναῖκας. »Verte: *Aio etiam illum poëtam semper abstinentem, & qui »omnium odium sibi conflavit ex maledictis in omnes mulie»res, illum, inquam, ictum tandem* &c. « — LENNEPIUS corrigebat:

»καὶ πάντως μῖσος κτώμενον ἐξ ἀλόχων
»πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, κ. τ. λ.

haud satis video quâ sententiâ. RUHNKENIUS, nihil ipse tentans, satis habuit Casauboni infirmare coniecturam. »Nec δάκος, inquit, pro δηγμὸς dicitur, nec satis acce»dit ad vitiosae lectionis vestigia. « — WESTONUS vulgatum ἐκ συνοχῶν defendit, *ob continentiam* interpretans. — IACOBS, Animadv. in Euripidis Tragoedias, pag. 43. αἰσχρολογῶν corrigebat: speciose, nisi accusativum casum desideraret orationis structura. ADAMUS, ingeniose satis, sic refingebat versum:

»καὶ παλτῶν μῖσος κτώμενος ἐκ συνεχῶν. «

eamdem in sententiam, quae & Casaubono & Iacobsio placuerat. *Vers.* 63. ὑπὸ σκολιοῖς vitiose scribebatur in ed. Ven. & Bas. In ed. Cas. σκολίοιο scribitur, accentu male posito: sed σκολιοῖο haud dubie voluerat doctus Editor, consentientibus membranis.

Vers. 65. Μακεδονίης πάσας κατενίσατο λαύρας. Dalecampius: *Macedoniae omnia pervagatus est lupanaria.* Quo spectat Animadversio CASAUBONI: »πάσας κατενίσσατο »λαύρας, est, *omnes Macedoniae vicos lustravit.* Neque enim »λαῦρα est *lupanar*, sed id quod libro superiore dicebamus. « — Scilicet docuerat eruditus Animadversor, ad lib. XII. pag. 540. f. (Animadv. Vol. VI. pag. 472.) vocabulum λαῦρα proprie significare *vicum* aut *viam publicam in urbe.* Nec tamen a mente poëtae admodum aberrare videtur Dalecampii interpretatio: nam famam eam secutus videtur Hermesianax, quae senem Euripidem perhibebat, cum apud Archelaum Macedoniae regem versaretur, parum honestâ vitae ratione usum esse, voluptа-

tibusque cuiusque generis nimium indulsisse. Vide Moschopuli Vitam Euripidis, Tragoediis poëtae praefigi solitam. Scripturam κατενίσατο tenet mstus codex cum editis: nec opus erat ut κατενίσσατο scriberet Casaubonus in Animadv.

Vers. 66. Αἰγείων μέθετεν δ' Ἀρχέλεω ταμίην. » Malim Ἀργείαν. In Vita Euripidis historia aliter nar» ratur. Omnia incerta. « CASAUBONUS. — Et, esse Ἀργείην nomen proprium (mulieris) apud Theocritum & apud Apollodorum, viderique contextum hîc desiderare *amicae* nomen, adnotavit RUHNKENIUS. — Αἴγειαν legit WESTONUS, *Aegeam* urbem intelligens, quae sedes erat regni Macedonici: (de qua vide Iustinum, VII. 1. ibique Interpr. & Cellar. Geogr. Antiq. Tom. I. p. 1037 sq.) tum vero δὲ particulam ad istud nomen refert, ut sit Αἰγειάνδε, *Aegeam versus*: totumque versiculum sic interpretatur: » *Dispensatorem Archelai*, cui nomen Craterus, *secu*» *tus est usque ad Aegeam.* « — Quem *Craterum* dicit vir doctus, is est qui in Euripidis vita *amasius* Archelai fuisse traditur; quem eumdem etiam Euripides parum casto amore complexus perhibebatur. Possis autem, servatâ apud Athenaeum scripturâ Αἰγείων, eumdem intelligere dici *Aegeorum ταμίαν Archelai*, id est, *ab Archelao Aegeis praefectum*, sive a rege constitutum *quaestorem vel administratorem Aegeorum.*

e *Vers.* 67. Cum τοι particulam ignorent veteres nostrae membranae, (quam & suo codici Ven. deesse adnotavit *Ruhnk.*) possis haud improbabiliter coniectare, ante vocem δαίμων particulam δὴ intercidisse. Ex eisdem membranis fortasse εὕρετ', media verbi forma, pro edito εὗρεν recipi debuerat. Narrationem de isto *Euripidis fato* refelli ab Adaeo poëta epigrammatico (Analector. Br. Tom. II. p. 242. n. 8.) monuit idem *Ruhnkenius.*

Vers. 69 *& seqq.* Ad *Cytherium* progreditur *Philoxenum*, poëtam lyricum & dithyrambicum: de quo & ipso & carmine eiusdem, quod *Galatea* inscriptum erat, videndus Athenaeus noster lib. I. cap. 11. pag. 6. & auctores quos citavimus ad I. 5. b. ubi sicut Philoxenum hunc cum aliis Philoxenis saepe confusum diximus, sic & de ipso Cytherio Philoxeno diversa narrant auctores; de quorum inconstantiâ post Perizonium, ad Aelian. X. 9. Wesselingius etiam monuit, ad Diodor. Sicul. XV. 6. Hunc igitur,

poſtquam e lapicidinis Syracuſiis profugit, in Cythera in- e ſulam rediiſſe ſcribit Ariſtophanis Scholiaſtes, ad Plut. 290. obiiſſe autem Epheſi Suidas tradit. Cui conſentaneum eſt, quod hîc (*verſ.* 72.) legitur, ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως, *per hanc venit urbem*; nempe *Colophonem*, (ut cum *Dalecampio* monuit RUHNKENIUS) in qua haec ſcripſit Hermeſianax. Pro παιδευθέντα, (*verſ.* 71.) *Adr.* HERINGA Obſervation. cap. 31. pag. 248. παιδόθεν ὄντα legebat, ad Βάκχου καὶ λωτοῦ ταμίην referens. Sequentia verba, οἷά τιναχθεὶς ὠρυγῇ, idem HERINGA, *quanto oestro agitatus fuerit*, interpretatus eſt. Sed ὠρυγὴ ab Heſychio explicatur φωνὴ, θόρυβος. κυρίως δὲ, ἡ τῶν κυνῶν φωνή. De quo monens RUHNKENIUS: »Vereor, inquit, ne poëta aliud »ſcripſerit.« — Nobis videbatur vulgatum hoc ſenſu teneri poſſe, ut intelligeretur *adclamatio Colophoniorum, celebrem poëtam*, per urbem ipſorum proficiſcentem, *cum plauſu*, aures illius undique *percellente, excipientium.* In hanc ſententiam commode dictum foret οἷά τιναχθεὶς ὠρυγῇ, ſi vocem οἷά ultimâ longâ ferret metrum: ſed parum differt οἷα adverbialiter ſumtum: *noſti quo pacto, noſti ut* &c. *Orygen*, pro *amicae* nomine acceperat Dalecampius; quem Gallicus ſecutus eſt interpres, atque etiam Weſtonus, ni fallor.

Quod ſequitur diſtichon, (*verſ.* 73 *ſq.*) ſic vulgo ſcriptum:

γιγνώσκει καίουσα (καὶ οὖσα ed. Ven. καὶ οὖσαν ms. *A.*) μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείης
αὐτοῖς Μηλίοις ὄρσεν ὑπὸ προγόνοις:

id hoc modo interpretatus erat DALECAMPIUS:

Noſti quam magnum ſuo ploratu deſiderium Galateae Meliis excitarit, ipſius progenitoribus.

adiectâ notâ: »*Melos* inſula, patria Galateae.« — Quem & *Weſtonus* & *Gallicus interpres* ſecuti ſunt; licet de *Galateae patriâ* nullius alioquin auctoris teſtimonio conſtet. Pro γιγνώσκει, recte Dalec. γιγνώσκεις in *ſecundâ perſonâ* legebat, quod *vs.* 49. editi cum membranis tenebant, quemadmodum & mox οἶσθα, *vs.* 75. Pro καίουσα idem Dalec. κλαίοντα aut aliquid tale coniectaverat: κλείουσα legebat HERINGA: ἀΐουσα RUHNKENIUS correxit, fidenterque in contextum recepit; quod & nos quin amplecteremur non dubitandum duximus. Tum *verſu* 74. μηλείοις, ab HERINGA propoſitum, cum eodem Ruhnkenio

adopravimus. μήλεια ἄρθρα, ſunt *artus ovini*, VII. 305. f. μήλειοι πρόγονοι, *ovium primogeniti agni*. Heſychius: Πρόγονοι· οἱ πρωτόγονοι ἄρνες. Denique θήκαθ' ὑπὸ, (ſive rectius accentu ob anaſtrophen retracto, θήκαθ' ὕπο) pro ὑπεθήκατο, *ſuppoſuit, finxit, deſiderium amoremque ipſis ineſſe agnis.*

Verſ. 75 *ſq.* Εὐρυπύλου πολίηται Κῶοι. Conf. Iliad. β'. f. 677. *Verſ.* 76. *Poſt* θῆκαν *comma* poſui cum RUHNKENIO, ut iuncta intelligerentur verba ὑπὸ πλατάνῳ μολπάζοντα. »Nam poëtae (ait Vir doctus) umbram ſequuntur.«

Verſ. 77. Βαττίδα legebat Dalecamp. cum Scalig. ad Propert. III. 7, 44. ex Ovidii Triſt. I. 6, 2. & ex Ponto III. 1, 58. At Βιττὶς Graecum nomen mulieris eſſe monuit *Ruhnkenius*. Vide Analect. Brunckii Tom. II. p. 31. num. 89. Sic & Βιττὼ, in Anthol. paſſim. Praetulit fortaſſe Ovidius formam nominis, quae magis ſonora latinis auribus accideret.

Verſu 77 & *ſq.* haec leguntur:

— περὶ πάντα Φιλιτᾶν
ῥήματα καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.

Ubi cum *Ruhnkenio* ῥήματα reſtitui, quod non modo mssti habent, verum etiam Veneta editio: pro quo temere prorſus in editionem Baſ. πήματα irrepſerat, inde in editionem Caſaub. derivatum. Graeca iſta latine ſic reddidit Dalecampius: *Philetam Battida canentem, alacrem, totis ſuis carminibus, loquaci verborum prolixitate.* Similiter Gallicus interpres: *qui chanta cette maitreſſe ſi volage, & pour la quelle il répandit tant de plaintes.* Ex *Weſſenio* in hunc locum commentatione nihil adnotatum habeo. RUHNKENIUS in eamdem fere cum Dalecampio ſententiam praeſcripta verba accepiſſe videtur: nihil quidem aliud adnotavit, niſi »vocem λαλιὴν in bonam partem pro στωμυλία ſumi.« — Nobis longe aliud hîc dixiſſe *Hermeſianax* viſus erat. Novimus quidem eſſe viros doctos, (in his *Toupium*, in Indice ad Addenda ſua in Theocritum) qui diverſum ſtatuant *Philetam*, elegiacum & epigrammaticum *poëtam*, a *Phileta*, *docto Grammatico* & *Gloſſographo*, ſaepius citato ab Athenaeo; de quo nonnihil diximus in Animadv. ad III. 114, e. & ad IX. 383. b. Sed *eumdem virum* fuiſſe diſerte Suidas docet; nec, cur diverſos ſtatuamus, ulla ratio ſubeſt: fuiſſeque eumdem Hermeſianactis non modo aequalem, ſed & amicum & praeceptorem, partim eiusdem Suidae teſtimonio conſtat, partim Scholiaſtae Nican-

dri ad Theriac. verſ. 3. Iam hoc ipſum dicere nobis viſus f erat Hermeſianax, poëtam illum *Philetam, qui Bittidem* amicam *cecinit*, eumdem etiam *omne genus verborum* antiquorum, & *univerſum* veterem *ſermonem*, in ſuis Gloſſarum libris *ſervaſſe*, & ab interitu (aut certe a tenebris quibus premebantur) vindicaſſe. ῥύεσθαι, eſt *ſervare, conſervare:* & ad hoc ipſum verbum referenda praepoſitio περὶ; ut περιῤῥύομαι ſimiliter dictum ſit, idemque valeat, ac περισώζω, *facio ut ſuperſit, incolumem conſervo, ab interitu vindico.* Recte vero Φιλητᾶν hîc habent edd. qui aliâs ſaepe Φιλήταν penacute ſcriptum exhibent. Perperam Φιλιταν Ms. (ut frequenter aliâs) neſcio quo accentu.

Verſ. 79 *& ſqq.* Pergit poëta ad *philoſophos, ſophiſtas* & *oratores;* quos non magis, quam poëtae, amoris vi reſiſtere potuiſſe ait. De *Sophiſtis* ſive *Dialecticis* accipio *verſum* 81. ſic vulgo non ſine difficultate ſcriptum:

οὓς αὐτὴ περὶ πικρὰ λόγοις ἐσφίγξατο μῆτις.

Ad quem verſum miratus ſum nihil a viris doctis monitum me reperire. Dalecampius in hunc modum convertit: *Quos angunt ſermonum amara ſtudia.* Mihi quidem primum ſuſpectum erat illud pronomen αὐτὴ, quod quam vim hoc loco habere poſſit non exputo. Nec fere dubito, quin id quod ſub contextu monui, οὓς αὖθ' ἡ, ſcripſerit poëta. αὖθ' ex αὖτε decurtatum, *rurſus, porro.* Tum, περὶ haud dubie ad verbum ἐσφίγξατο pertinet. Fuerit igitur naturalis conſtructio orationis haec: οὓς αὖτε ἡ πικρὰ μῆτις περιεσφίγξατο λόγοις: id eſt, *porro quos amara* (ſive, *acerba, difficilis*) *prudentia* (vel *ſcientia*) *conſtrinxit ratiocinationibus.* Nam λόγοι hîc utique de ſophiſtarum vel dialecticorum *ratiunculis* ſive *ratiocinationibus* accipiendi videntur. Et ferenda utcumque ſic videri poſſet vulgata ſcriptura λόγοις, ut a verbo περιεσφίγξατο regeretur dativus ille caſus; niſi idem verbum περιεσφίγξατο ex communi etiam ad *ſequentem verſum* eſſet referendum. Qui cum ſic ſonet,

καὶ δεινὴ μύθων κῆδος ἔχουσ' ἀρετή:

collato ſuperiore verſu, in hunc modum intelligi debet: καὶ οὓς ἡ δεινὴ ἀρετὴ περιεσφίγξατο, ἡ κῆδος ἔχουσα μύθων: id eſt, *& quos conſtrinxit* (vel *conſtrictos, adſtrictos, occupatos tenet*) *valida illa ars, quae ſermonis* (vel *orationis*) *curam habet.* Nam κῆδος, quod in cod. Ven. legi Ruhnkenius ait, id ipſum noſtrae etiam veteres membra-

nae exhibent. Sin editum κῦδος cum RUHNKENIO praeferas, ad id quod hîc quaerebamus nihil intererit: nam conſtructio haec erit: καὶ οὐς ἡ δεινὴ ἀρετὴ μύθων περιεσφίγξατο, κῦδος ἔχουσα: id eſt, & *quos valida* vel *mira virtus orationis, quae in honore eſt*, (ſive *quae gloriam adfert poſſidentibus*) *adſtrictos & occupatos tenet.* Quare, duobus inter ſe collatis verſibus, fere dubitari non debet, quin λόγοις (vs. 81.) in λόγων ſit mutandum; ut λόγων μῆτις dicatur *rationum ſcientia*, ſive *ratiocinationum callida machinatio.*

Verſ. 83. Pro edito οὐδ' οἳ δεινὸν, commode monuerat WESTONUS: »Legendum forte οὐδ' οἳδ' αἰνὸν, ob vocem δεινὸς ter repetitam in totidem verſibus.« — Atqui id ipſum οἳδ' αἰνὸν in ſcripturâ οιδενον, quam habent Venetae membranae, αι & ε perpetuo miſcentes, haud obſcure continebatur. Ex eisdem membranis ἀπεστρέ-
a ψαντο recepimus cum Ruhnkenio. *Verſ.* 84. φαινόμενον. Dalec. *quamvis inſtare proſpicerent.* μαινόμενον ab HEINRICO propoſitum laudat eruditus cenſor in Novis literar. Ienenſ. loco ſupra citato. Nobis nihil hîc novandum videbatur.

Qui ſequuntur *verſiculi* 85-88. ad *Pythagoram* ſpectantes, eos laudat Bentleius in Differt. de Phalaridis Epiſtolis, pag. 66. editionis Lond. nihil tamen vel ad emendandum vel ad explicandum conferens. Nec multum quidem in eis, at nonnihil tamen difficultatis ineſt.

Verſu 86. certe, iſtud ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης, ſi modo ſanum, haud admodum perſpicue dictum. τὰ κομψὰ, puto, θεωρήματα intelligi debent. ἕλικας, *curvas lineas* interpretatus eſt Gallicus interpres: nos generatim de *complicatis figuris* accepimus cum Dalecampio, qui totam phraſin ſic reddiderat: *qui circumvolutos & implexos Geometricarum linearum anfractus adinvenit.* Percommode *verſu* 87. εὑράμενον ſcribebatur in ed. Caſ. quod ipſum paulo poſt (vs. 94.) tenent omnes. Sed nil cauſſae fuiſſe nobis videbatur, cur a membranarum ſcripturâ εὑρόμενον, quam eamdem & ed. Ven. & Baſ. tenebant, hîc discederetur. In Editis libris, cum poſt εὑράμενον ſimplici *inciſo* distingueretur oratio, & deinde *verſ.* 88. βαίῃ τ' ἐν σφ. legeretur, iſtud καὶ κύκλον a verbo εὑράμενον regi intelligebatur. Quo ſenſu Dalecampius vertit, *qui - - - linearum anfractus adinvenit, & quantum orbem aether circumeat, eaque omnia in exiguo digeſſit globo.* Haud admodum incom-

mode id quidem: at, quoniam τε particulam ante ἐν a σφαίρῃ *ignorant* veteres membranae, rectius me facturum exiſtimavi, ſi verba καὶ κύκλον & ſequentia a ſuperioribus, interpoſitâ *paulo maiore diſtinctione* discernerem; ut accuſativus κύκλον ab ἀποτασσόμενον regi intelligeretur, & πάντα ad κύκλον referretur. Quod, pro βαιῇ, βίης habent membranae; (quod e ſuo etiam cod. Ven. adnotavit Ruhnkenius) in eo, praeterquam quod pro αι perperam nudum ι ponitur, rurſus (ut frequenter aliâs) *iota*, ad latus vocalis η ponendum, in ς literam temere detortum eſt. Pro ἀποτασσόμενον coniecturam HEMSTERHUSII ἀπομασσόμενον merito laudavit Ruhnk. Perapta ſane ſententia, *imitando expreſſit, effinxit.*

Quae de *Socrate* ſubiiciuntur *verſ.* 89 & *ſeqq.* cum quod ad verba ſpectat, tum quod ad ſententiam, multis implicata ſunt difficultatibus. Nos preſſe, quoad fieri potuit, ſequendas veteres membranas putavimus. Edita ſcriptura talis erat:

Οἵῳ δ' ἐχλειημένον † ἔξοχον ἐχρῆν (perperam ἐχρὴν ed. Baſ. & Caſ.) .... εἶναι
(εἶναι. ed. Baſ. & Caſ.)
πολλῶν δ' ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ,
Κύπρις μνίουσα πυρὸς μένει, (μένει. ed. Ven.) ἐκ δὲ βαθείης
ψυχῆς κουροτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας,
οἵκι' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος· οὐδέ τι τέκμαρ
εὗρε λόγῳ (λόγῳ ed. Ven.) πολλὰς εὑράμενος διόδους.

Ex noſtris membr. *A.* nulla alia varietas notata, niſi quod verbum εἶναι non *verſ.* 89. ante πολλῶν, ſed *verſ.* 90. *poſt* ἀνθρώπων ponitur: quod etiam e ſuo cod. Ven. adnotavit Ruhnkenius. Tum pro σοφίῃ in noſtris membr. perperam ſcribitur σοφῇ, & pro ἐξεπόνησ', (*verſ.* 92.) ἐξεπόνησαν. De editâ ſcripturâ κουροτέρας (vs. 92.) nihil e noſtris membranis notatum, ſive quod in eis formae literarum φ & ρ fere ſimiles ſint, ſive quod illa vox diligentiam effugerit noſtri exploratoris: nam, quod in ſuo codice Ven. & Med. κουφοτέρας ſcriptum laudat *Ruhnkenius*, id ipſum fere non dubito etiam noſtras agnoſcere membranas. Dici autem κουφοτέρας ἀνίας *ſolicitudines quibus amantes agitantur*, ex Theocr. XVII. 52. & Propert. II. 9, 4. idem docuit RUHNKENIUS. Caeterum ne κου-

ροτέρας quidem admodum abſurdum erat futurum, quia eamdem fere in ſententiam cum κουφοτέρας intelligi poſſet; *iuveniles curas*. Monſtroſum verbum ἐχλειμένον (*verſ.* 89.) feliciſſime curavit *Adr.* HERINGA, in duas voces ἐχλίμνεν & ὃν mutans, ſuffragantibus doctiſſimis quibusque viris, uno WESTONO excepto, cui verſum illum ſic refingi placuit:

» Οἷον δὲ κλιδὼν μόνον ἔξοχον ἔχραεν· εἶναι.

» i. e. *Quemque oraculum ſolum omnibus ſapientiâ praeſtare vati-*
» *cinabatur.* « — Nos *Heringae* adoptare emendationem non dubitavimus. Satis perſpicue cohaerent iſta, Οἷῳ μέγα πυρὸς Κύπρις ἐχλίνε Σωκράτη &c. Poſterius hemiſtichium eiusdem verſus RUHNKENIUS, bene licet gnarus, ex membranarum praeſcripto verbum εἶναι ſequenti pentametro medium inſeri debuiſſe, tamen hoc modo concinnandum cenſuit:

— ὃν ἐχρῆν ἔξοχον εἶναι:

permutatis etiam ſedibus verborum ἔξοχον & ἐχρῆν, quo lenius caderet verſus; manente vero pentametro, qualis editus erat, niſi quod eiiceretur importuna δὲ particula:

πολλῶν ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ.

Nos, delentes pariter δὲ, caeterum ſeriem verborum in toto diſticho eamdem tenuimus, quam praeivere membranae. Maiore difficultate premuntur verba iſta proximi diſtichi:

— ἐκ δὲ βαθείης
ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας:

quae nec quid per ſe ſignificent, nec quo pacto cum praecedentibus ſequentibusque cohaereant, liquido conſtat. κουφοτέρας quidem *ἀνίας* dici *amantium curas* (ut paullo ante monuimus) conſentiunt docti viri. Sed, primum, de verbo ἐξεπόνησε dubitant. Id verbum ad *Venerem* referens DALECAMPIUS, totam ῥῆσιν, de qua quaerimus, ſic latine reddiderat: *ex imo illius animo iuveniles curas extudit:* adiectâ Notâ: »*Amatorias ſolicitudines expreſſit, iniecit* »*eius menti, gravibus* de philoſophia *cogitationibus profundius* »*immerſae.* « — RUHNKENIUS, poſtquam quaeſivit: »Sed »quid eſt ἐξεπόνησε? « — » Lege: (ait) ἐξεφόρησ' ἀνίας. »Hoc certe intelligi poteſt. « — HEINRICUS & ILGENIUS ἐξεσόβησε corrigunt, i. e. *expulit*, ſuffragante viro docto in Novis Literar. lenenſ. & *Iacobſio* in Muſeo Attico, T. II. Faſc. II. p. 267. Ad connexionem quod ſpectat ora-

tionis: eadem illa verba, ἐκ δὲ βαθ. - - - ἀνίας, *in parentheſi* ponenda HEINRICUS cenſuit, intelligens ſignificari his verbis *cauſſam cur irata Socrati Venus* fuerit; ſcilicet, *quod amatorias curas ex animo ſuo Socrates expuliſſet.* IACOBSIUS non opus eſſe iudicat ad duram & incommodam parentheſin confugere, ſi modo pro ἐκ δὲ βαθείης, οὐδὲ βαθείας corrigas. Nos, cum in his omnibus nihil ſatis certi reperiremus, tenendam vulgatam ſcripturam putavimus; eamque, utcumque potuimus, in Latinâ verſione expreſſimus. ἐκπονεῖν τι ſignificat *meditari, tractare aliquid, occupari in re quadam,* & *ei operam dare.* Tum vero ἐκ βαθείης ψυχῆς, *ex profundo animo*, fortaſſe hac ſententiâ dixerit poëta, *poſt profundas animi meditationes*, quo ſeſe ex illis recrearet & animum relaxaret; vel, *omiſſis profundis cogitationibus. Verſ.* 94. λόγων πολλὰς εὑράμενος διόδους cum HERINGA ſcripſit *Ruhnkenius*, ſuffragantibus item aliis viris doctis. Et nos, percommode quidem hîc poni genitivum λόγων intelligentes, tamen etiam dativum λόγῳ tueri locum ſuum poſſe putavimus: *is qui cuique ſermoni, cuique rationi aut quaeſtioni propoſitae plures exitus reperire potis erat.*

Gravioribus etiam vulneribus foedatus eſt poſtremus huius Eclogae locus, de *Ariſtippo*, ſic vulgo ſcriptus, *verſſ.* 95-98.

Ἄνδρα Κυρηναῖον δ' εἴσω πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ
δεινὸν, ὅτ' ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο
ὀξὺς Ἀρίστιππος πάσας δ' ἠνήσατο λέσχας
φεύγων οὐδαμένου ἐξεφόρησε βίου.

In his membranae & Ruhnkenii codex Ven. nil mutant, niſi quod *verſ.* 95. careant δ' particulâ, quam tamen & reliquus poëtae uſus & praeſertim metri ratio neceſſario flagitabat: tum quod, pro ἠνήσατο, *verſ.* 97. recte ἠνήνατο dederint; quod nos cum *Ruhnkenio* fidenter in contextum recepimus, cum in caeteris nihil mutare auderemus. Pro δεινὸν *verſ.* 96. δεινὸς correxit & in contextu poſuit idem RUHNKENIUS: quae emendatio, ut percommoda, ſic minus neceſſaria nobis viſa erat. *Ibidem*, vocula ὅτ' vulgo ſic ſcribitur, tamquam eſſet adverbium temporis, *quum, quando:* nobis commodius videbatur, interſtitio nonnullo ſeparari duas literas, ut eſſet ὅ τ', idem valens ac καὶ ὅ, referreturque ὁ articulus ad ὀξὺς Ἀρίστιππος. Quam quidem rationem minime probatam *Ruhnkenio* video, qui *poſt*

b ἠράσατο, cum in ed. Caſ. 3. qua ille uſus eſt, nulla eſſet diſtinctionis nota, *maiorem diſtinctionem* poſuit, hanc adferens rationem: »Soleret enim poëta noſter cuiusque amatoris deſcriptionem praemittere, & tum demum nomen ſubiicere.« — At, ſive ponas diſtinctionem poſt ἠράσατο, ſive omittas, nihil inde in iſta poëtae ratione, quam dixit vir ſummus, mutatur. Et interpungitur quidem oratio etiam in ed. Baſ. & Caſ. 1. & 2. prorſus quemadmodum Ruhnkenio placuit: ſed princeps editio Ven. cum ed. Caſ. 3. ignorat diſtinctionem; quam ipſam praeciſe etiam damnare videtur δὲ coniunctio, medio *verſui* 97. interſerta; cui particulae (quod etiam pulcre Ruhnkenius intellexerat) vix ibi locus eſſe poteſt, ſi a verbis ὀξὺς Ἀριστιππος nova phraſis ſumat initium. Caeterum ſive ὅτε, *quum*, intelligas, ſive ὅ τε diviſis vocibus legas, parum utique intereſt, & ad ſententiam quidem nihil omnino.

De voce Ἀπιδανῆς (*verſ.* 96.) quid ſtatuendum ſit, varie disputari poteſt. In cod. Ven. duabus vocibus ἀπ' ἰδανῆς ſcribi, ait Ruhnkenius. Ex noſtris membr. nullus ab editâ ſcripturâ notatus eſt diſſenſus. Dalecampii eſt ad hunc locum adnotatio huiusmodi: »*Apidanus*, Theſſaliae fluvius. Interpreti Callimachi Ἀπιδανεῖς, veteres »Arcades. Sed nec Theſſala, nec Arcas Lais fuit. Quidam legunt ἀπιθέος, *moroſae*, *difficilis*.« — Vulgatum Ἀπιδανῆς, maiusculâ nempe literâ initiali ſcribendum, defendit Westonus, & cum eo *Villebrunius*, *Apidanam* dici ſtatuentes *Laidem*, id eſt, *Theſſalam*, quoniam partem vitae in Theſſalia exegit, ubi etiam mortua & ſepulta perhibetur (ſupra, p. 589. a. b.) ad Peneum fluvium, quem influit Apidanus. Eidem ſcripturae favet etiam proſodia; cum in nomine fluvii *Apidani* (ut oſtendunt poëtarum loca, Ovidii, Lucani, & Valerii Flacci, qui eo utuntur) prima ſyllaba producatur, quemadmodum hoc ipſo loco metrica ratio deſiderabat. Verumtamen tam inauditum eſt, ab Apidano fluvio *Apidanum* quempiam dici pro *Theſſalo*, quam eſt incredibile, Hermeſianactem, ubi de Ariſtippi amore loquitur, *Laidem* illam, origine Hyccaraeam, ſede Corinthiam, voluiſſe *Theſſalicam* vocare, eo quod poſt id tempus ſub finem vitae in Theſſaliam migraſſet. Quare nil miror, hanc ſententiam adeo nullo loco habitam fuiſſe a doctiſſimo Ruhnkenio, ut eam ne commemorare quidem dignatus ſit. Magis audienda H. Stephani ſententia, cen-

sentis (in Indice Thes. voc. Ἀπιδανεῖς) Ἀπιδανὴν hîc di- b
ci *Peloponnesiam*, i. e. *Corinthiam*. Sane, quemadmodum ab *Apide*, Phoronei filio, non modo *Arcades* Ἀπιδανεῖς olim dicebantur, (vide Callim. H. in Iov. vs. 14. ibique Schol. & Dionys. De Situ Orbis vs. 415. ibique Eustath.) verum etiam Ἀπίαν γῆν *universam Peloponnesum* apud Homerum dictam multi veterum statuerunt: (vide Interpp. Iliad. α'. 270.) sic haud admodum absurdum fuerit, Ἀπιδανὴν *Laidem* apud Hermesianactem interpretari *Peloponnesiam*, nempe *Corinthiam*; cui interpretationi ipse etiam poëta existimari possit viam muniisse, cum continuo ante εἴσω Ἰσθμοῦ dixerit. Quod si quis opponat, in vocab. Ἀπίη apud Homerum primam syllabam corripi; cum in ea voce, quam hîc posuerit Hermesianax, primam longam fuisse oporteat: in promtu est ut respondeamus, in vocabulo Ἀπιδανὸς poëtam nostrum e tribus primoribus syllabis, per se brevibus, primam suâ auctoritate producere potuisse; quod ipsum perinde etiam in vocab. Ἀπιδανῆες, cum a Callimacho, tum a Dionysio, factum videmus. Sed ne huius quidem interpretationis rationem ullam habendam eruditissimus Ruhnkenius censuit; quam nude commemorasse satis habens, continuo sic pergit: »Sed omnino le-» gendum:

» — ὅτ' εὐπιθανῆς Λαΐδος ἠράσατο.«

provocans ad aliorum poëtarum loca, (Analect. Brunck. T. I. pag. 214. num. 16. & pag. 434. num. 8.) ubi πιθανὴ dicitur amica, *facilem se praebens*. Iam a vocab. πιθανὸς novimus quidem formari compositum ἀπίθανος: alterum vero compositum εὐπίθανὸς admiserit-ne Graeci sermonis usus, dubitare nobis licuerit; pro quo εὐπειθὴς, puto, in usu unice fuit. Sin alterâ formâ uti licuisse statuas Hermesianacti, saltem εὐπιθάνου dicere debebat, aut certe εὐπιθάνης penacute. At, *non* adeo *facilem Aristippo se praebuisse Laidem*, accepimus; cuius amplexus ingenti pretio emisse philosophum supra docuit Athenaeus noster, pag. 588. e. & ab illa non fuisse amatum Plutarchus tradit, in Amatorio, Opp. T. II. pag. 570. d. Quare, si minus placet Ἀπιδανὴν pro gentili nomine accipi, οὐπιθανῆς potius, quam εὐπιθανῆς, corrigendum equidem censuerim.

Versu 97. pro ἠνήσατο, quod vitiose editum erat, recte ἠνήνατο dedere nostrae membranae; quam scripturam

b e ſuis etiam mss. Ven. & Med. recepit RUHNKENIUS, ſimul haec adnotans : » Λέσχαι ſunt *disputationes philoſophicae.* » φεύγων iunge cum ἠνήνατο. Oppianus, Cyneg. III. 375. » Εἰ δὲ κ' ἀνηναμένη φεύγῃ φιλοτήσιον εὐνήν. Reliquis alii » medicinam faciant ! « — Scilicet, poſtquam ad finem difficilium Hermeſianactei huius carminis ſalebrarum evaſiſſe nobis gratulabamur, ſupererat in ipſis extremis verbis, οὐδαμένον ἐξεφόρησε βίω, difficultas quae vereor ne prorſus ſit ineluctabilis. De qua expedienda poſtquam ſummus deſperavit *Ruhnkenius*, timidiuscule, ut par erat, WESTONUS ait : » Lego, ſi licet,

» φεύγων οὐδὲ μὲν ὄν τ' ἐξεφόρησε βίου, «

Sic quidem ſcripta verba ex Weſtoni libello, qui nunc non eſt in noſtra poteſtate, olim excerpſimus : qui ſi ita ſcripſit, viderit ipſe quamnam ſententiam verbis iſtis ſubiectam voluerit : nobis quidem non liquet. ADAMUS, teſte ſuffraganteque *Villebrunio*, ſic legerat :

» φεύγων δ' οὐδένα μὴν ἐξεφόρησε βίον. «

Quae verba ſimul cum praecedente verſu his Gallicis reddidit *Villebrunius* : » *Ce génie ſubtile qui s' amuſoit de tout,* » *abandonna ſa patrie ſans même emporter avec lui de quoi vi-* » *vre.* « Qua de interpretatione nihil aliud dicam, niſi valde me dubitare, iſtam ſententiam *Adamum*, virum doctum, minimeque abſurdum, in animo habuiſſe. Lubens equidem ab omni coniecturâ abſtinuiſſem : ſed quum in latinâ verſione aliquid tamen fuerit ponendum, ita interpretatus ſum, quaſi ſcriptum eſſet,

— οὐδαμινὴν ἐξεφόρησε βίον.

οὐδαμινὴν cum Heſychio οὐδενὸς λόγου ἄξιον interpretans: ἐκφορεῖν βίον vero intelligens *edere* (i. e. *agere*) *vitam* : qua fere ratione δεῖγμα ἐκφέρειν, *ſpecimen edere*, Demoſthenes & Polybius dixerunt.

AD CAP. LXXII.

c Ἐν τούτοις ὁ Ἑρμησιάναξ σφάλλεται &c. *Falli Hermeſianactem*, ait Athenaeus, quod *aequales ſtatuerit Sapphonem & Anacreontem.* Falſum eſſe ipſum Athenaeum demonſtrare conatus eſt BARNESIUS, in Anacreontis Vita, ſect. 17. p. 29 ſq. Athenaei ſententiam defendit BAYLIUS, Dict. Art. *Sappho*, not. *A.*

Qui ſequuntur verſiculi, quos *ANACREONTI* nonnulli

tribuerunt, tùm deinde quos *Sapphoni*, deſunt illi Epito- c
mae, & unius veteris codicis *A.* ſtant auctoritate. Ibi ſicut continuo tenore non distinctis verſibus ſcriptae ſunt hae eclogae, ſic nec in editis libris distincti verſiculi erant. Anacreontis qui perhibentur verſus, pro noſtro ſenſu iudicioque distinximus, cuilibet doctiori liberam poteſtatem facientes aliter distribuendi. Illorum initium in Stephanianis editionibus Anacreontis tale edebatur: Σφέρ' αἶρέι με πορφύρ' ἐνιβάλλων χρυσοκόμης Ἔρως: eodemque modo repetiti ſunt in ſplendida Teii poëtae editione a *Gailio* Pariſiis ante aliquot annos procuratâ. Nempe iſto modo corrupta legebantur primora verba in Athenaei ed. Ven. & Baſ. At duo ſaltem priora iam pridem recte ſcripta CASAUBONUS ediderat, Σφαίρῃ δ' εὖ τέ με, tacite quidem ſic corrigens, ſed praeeuntibus msstis; quorum ſcripturam noſtrae veteres membranae firmant. In proximis quidem verbis, πορφύρ' ἐνιβάλλων, nil mutant eaedem membranae: ſed recte PAUWIUS, ut nobis quidem videbatur, Σφαίρῃ tenens, πορφυρέῃ βάλλων corrigendum cenſuit. Nempe ex ΠΟΡΦΥΡΕΗΙΒΑΛΛΩΝ perperam ΠΟΡΦΥΡΕΝΙΒΑΛΛΩΝ factum erat, H literâ cum N permutatâ. Commode monuit idem PAUWIUS: »*Malis petere* amantes dicuntur ſaepe amaſios. »Hîc σφαίρῃ πορφυρέῃ Anacreontem petierat ipſe Arcite- »nens.« — Etiam BARNESIUS πορφυρέῃ correxerat: ſed tenens ἐνιβάλλων, & initio φέρ' αἶρέ με de ſuâ coniecturâ legens, in omnia alia abierat; in ſequentibus vero etiam multa miſcuit, & ex luxurioſo ingenio mirâ licentiâ adiecit, quae apud ipſum videat cui libuerit vacaveritque.

Sequuntur vulgo verba haec, νυνὶ ποικίλος λαμβάνω: in quibus nil mutant libri, niſi quod *vnvi* habeant noſtrae membranae: quod recte fortaſſe in νυνὶ mutatum eſt a iunioribus; ſed & ex τήνῃ (quod ἐκείνῃ valet) corruptum ſuſpicari licet, ut cohaereant προκαλεῖται συμπαίζειν τήνῃ. *Pauwius* quidem in νοῦν mutans, iungenda cenſuit Ἔρως νοῦν ποικίλος. Pro λαμβάνω vero recte, me iudice, idem vir doctus λαμβάνων legi voluit. Pro ποικίλος, nobis videbatur ποικίλως, vel ποικίλα ultimâ brevi, (neutro plurali adverbialiter poſito) ſcriptum oportuiſſe: *variis modis me prehendens, & manus inūciens mihi.* Huc pertinet PAUWII adnotatio: »Senior *Anacreon*, dif- »fidens ſibi, ad luſum cum iſtâ non properabat, ſed ac- »cedebat timidus. Hinc primo *ictus pilae purpureae*, & dein

»ipſa *manus iniectio*, qua renitentem prae verecundiâ ad »luſum adigebat Amor, poſtquam ſphaerâ purpureâ eum »petierat, & aſſecutus fuerat primum.«

Quod dein vulgo legebatur, ἐστὶ γὰρ ἀπ' εὐκτικοῦ Λέσβου, id cum H. Stephano tenens *Ioh. Chriſtian.* WOLFIUS, in Sapphûs Carminib. pag. 88. *ex optabili Lesbo* interpretatus eſt. Recte vero BARNESIUS monuerat, in eam ſententiam non εὐκτικοῦ, ſed εὐκτικῆς ſcribendum fuiſſe. Paulo etiam magis mireris, in Athenaei editionibus Caſaubonianis ἀπ' Εὐκτικοῦ unciali literâ initio vocis ſcribi, pariterque in Stephanianis editionibus Lyricorum: nempe, cum εὐκτικοῦ in Athenaei editione Ven. ſicut in membranis ſcriptum eſſet, neſcio quo caſu in ed. Baſ. maiusculâ literâ initiali Εὐκτικοῦ ſcriptum eſt, unde ea ſcriptura in alios libros derivata. Veriſſimam equidem iudicavi BARNESII emendationem εὐκτίτου: (coll. Iliad. β'. 592.) quam & *Pauwius* d probavit. *Poſtremo verſiculo*, conſentientibus membranis, editur πρὸς δ' ἄλλην τινὰ χάσκει. Ubi poſt *Dalecampium* idem *Barneſius*, ſuffragante rurſus *Pauwio*, ἄλλο ν corrigit. Sin ἄλλην teneas, ait PAUWIUS, ad κόμην fuerit referendum, parum commode. Nobis nihil novandum videbatur; nec vero ἄλλην ad κόμην referendum. Praeter id quod exſpectaſſes, πρὸς ἄλλη ν Anacreon (aut is qui ei hos verſiculos ſuppoſuit) dicere potuit, aliquam amicarum dicens illarum quibuscum turpem conſuetudinem habuiſſe *Sappho* perhibebatur. Vide Suidam in Σαπφώ: & Bailii Dict. Art. *Sappho*, cum in contextu, tum in notâ *D*.

Qui *SAPPHONI* deinde tribuuntur verſiculi, eos ſic diſtribuimus, ut praeiverat GROTEFENDIUS in *Notis mſstis* nobiscum communicatis, & FIORILLO in Obſerv. in Athen. pag. 72. & ante utrumque BARNESIUS, in Vita Anacreontis, p. 28. Aliter *Wolfius*, in Sapphûs Carminibus, p. 88. parum videns modos eſſe pure Sapphicos. *Verſ.* 1. pro Κείνων, quod vulgo legebatur, Κεῖνον ſcriptum oportuiſſe recte viderunt docti omnes, facileque adparebat. Ipſa quidem Sappho Κῆνον, non Κεῖνον, dictura erat: & deinde ἐσλᾶς, non ἐσθλᾶς. Vide XI. 475. a. ibique notata. Pro vitioſo Μοῦσα εἰναστες, (*vers.* 1.) omnes item Μοῦσ' ἔνιστες correxere: Wolfio excepto, qui Μοῦσα εἰνεστες ſcripſit, a metri ratione prorſus aberrans. Latebat autem ἔνιστες in ipſâ membranarum mendoſâ ſcripturâ εἰνστες, in qua perperam transpoſitae literae ι & ν. Pro

Τήϊος (*verſ.* 3.) Τηΐας correxit *Groteſendius*: nobis, quamquam duriuscula videri poterat verborum traiectio, tamen tenenda vetus ſcriptura Τήϊος cum *Barneſio* & *Fiorillo* videbatur: quam e vetuſtioribus etiam codd. derivatam eſſe oſtendebat praepoſitus ὁ articulus; quem quidem, utpote ex interpretatione invito metro adiectum, delevimus, praeeuntibus tribus viris doctis, quos modo laudavimus. Poſtremo verſiculo, ἀγλαὸς tenuit Fiorillo, reclamante metrica ratione: quae cum penultimam productam deſideraret, ἀγαυὸς cum *Barn.* & *Groteſ.* corrigere non dubitavi.

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι &c. Pro οὐκ ἔστι, monſtroſo errore in unâ ed. Caſ. 2. ſcribitur ὅτι δὲ ἐπὶ ἔστι. *Ibid.* Δίφιλος ὁ κωμῳδιοποιός. Sic conſtanter cod. *A.* pro quo rurſus, ut alibi, κωμῳδοποιὸς edd.

Αἰσχύλος ἔφη ὁ Ἀλεξανδρεύς. *Alexandrinus* ille *Aeschylus*, (haud abſurdus, ut videtur, poëta; & alioqui vir eruditus, ut ait Deipnoſophiſta) non aliunde, quod ſciam, cognitus niſi ex hoc ipſo Athenaei loco.

AD CAP. LXXIII.

Pulcram *Euripidis* eclogam, Τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς &c. praeter Athenaeum noſtrum conſervavit etiam Stobaeus, Eclogar. Phyſ. lib. I. cap. 12. pag. 21 ſq. ed. Canteri; cap. 12. ed. Heereni, p. 269 ſq. Partem eclogae etiam alii laudarunt ſcriptores, quos nominavit Valckenar. in Diatribe Euripideâ, pag. 51 ſq. & Musgrav. in Euripidis Fragm. ex Oedipo, num. 22. Latinam verſionem mutuati ſumus a Grotio, ex Stobaei Excerptis de Rerum Natura, Tit. XII. pag. 148. *Verſ.* 2. Commodius apud Athenaeum οὐδ' ἂν εἴποις ſcribitur, quam ἀλλ' οὐδ' ἂν εἴπ. apud Stob. *Verſ.* 7. Cum ὅτε editum eſſet, & deinde *verſ.* 8. ἔχει, nihil ſuſpecti habebat oratio. Sed, quoniam ἔχῃ dederunt veteres noſtrae membranae, ſuperiori verſu ὅταν ſcripſi, quod dabant Stobaei codices, ipſi viciſſim vitioſe ἔχει exhibentes, cui poſt ὅταν non erat locus. Ex pluribus latinorum poëtarum locis, quae ad Euripideorum iſtorum verſuum exemplar expreſſa videri poſſunt, adponamus unum Lucretii, ex lib. I. vs. 251 ſq. de quo nos doctiſſimus Boiſſonadus monuit:

Poſtremo, pereunt imbres, ubi eos pater Aether
in gremium matris Terrai praecipitavit:

at nitidae ſurgunt fruges, ramique vireſcunt
arboribus; creſcunt ipſae, foetuque gravantur.
Hinc alitur porro noſtrum genus, atque ferarum.

Conf. Columell. De Re Ruſt. lib. X. vs. 204 ſqq. Sed ad eumdem verſum, in quo verſamur, non omittenda Casauboni Animadverſio: »Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα. Egregius »locus, quem graviſſimo ſermoni accommodavit M. Antoninus imperator, re & nomine Philoſophus, libro X. [ſect. 21.] »Συμφέρει, inquit, ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἢ »τῶν ὅλων φύσις. καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἐκείνη φέρει. Ἐρᾷ »μὲν ὄμβρου γαῖα· ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς αἰθήρ· ἐρᾷ δ' ὁ κόσμος »ποιῆσαι ὃ ἂν μέλλῃ γίνεσθαι. *Terram* fingebant *Coeli uxorem*. Virgilius: [Georg. II. 325.]

»*Tum pater omnipotens foecundis imbribus Aether*
»*coniugis in gremium laetae deſcendit.*« —

Confer omnino quae Gatakerus ad Antonini locum citatum notavit.

b In *Aeschyli* eclogâ e *Danaidibus vs.* 1. ubi ſcribitur,

Ἐρᾷ μὲν ἀγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι γαῖαν:

fruſtra a Grotio (in Excerpt. e Trag. & Comoed. Graec. pag. 45.) τρῆσαι pro τρῶσαι poſitum eſſe monuit Valckenarius l. c. »*Amoris vulnus* (inquit) nemini displicet. »Phaedra Euripidis in Hippol. vs. 392. ait: ἔπτει μ' ἔρως »ἔτρωσεν.« — Si quid mutandum, βρέξαι χθόνα maluerat idem vir doctiſſimus. Quin, ſuà origine idem valere τρῆσαι & τρῶσαι, τράω, τιτράω, τρώσκω, τιτρώσκω, cenſuit Pauw in Notis ad Aeſchyli Fragm. pag. 1097.

Verſ. 3. ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσών.

Improvide a *Grotio* εὐνοοῦντος correctum eſſe ait Pauw l. c. optime εὐνάεντος ſcribi cenſens; quod, a verbo εὐνᾶσθαι deductum, ipſum *matrimonium*, ipſum *concubitum* exprimat honeſte. »Ἐνεργητικὸν, (id eſt *activum*) inquit, eſt »εὐνάεις, ut eſſe debet. εὐνὴ, εὐνήεις, εὐνάεις.« — Non ita certa res viſa prudentiſſimo Valckenario, Diatr. Euripid. p. 53. »Loco ἀπ' εὐνάεντος, inquit, monente Ruhnkenio, Athenaei praebet Epitome msta Pariſ. ἀπ' εὐνάοντος: ex qua vera forſan lectio detegetur. Mihi venit olim »in mentem εὐρώεντος, *tenebricoſi*; vox poëtis, ſed non de »*coelo pluvio*, frequentata.« — Epitoma msta Pariſina, in qua εὐνάεντος repererat Ruhnkenius, idem ille codex *Epit.* eſt, quo nos utimur. Is in contextu quidem εὐνάοντος habet: ſed litera ε ab eadem manu ſuperne adpoſita vete-

rem ſcripturam εὐνάεντος indicat, quam vetus codex *A.* b cum editis tuetur. Videant docti, ne vocab. εὐνάεις a verbo νάω, *fluo, ſcaturio, mano*, poſſit derivari; ut *bene manans, felicibus auſpiciis defluens* ſignificet. Dalecampius quid in animo habuerit, cum ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ *a puro coelo* interpretatus eſt, non exputo equidem. Quod ſi εὐνάεις, ex Pauwii mente, *concumbentem, generantem* ſignificare poteſt, commodiſſima videri ſcriptura vulgata debebit; quam eâdem notione Gallicus etiam interpres accepit, ſic vertens, *la pluie qui tombe du ciel générateur.*

Verſ. 4. ἔκυσε γαῖαν, ἣ δὲ τίκτεται &c.

Miras prorſus turbas in primo huius verſus verbo excitarunt docti viri. In *Grotii* Excerptis p. 45. ἔαυσε (ſic) ſcribitur: quod iurares operarum eſſe erratum, pro ἔκυσε, quod verbum in eiusdem *Grotii* verſione per latinum *foecundat* haud incommode expreſſum videri poterat: at non modo in *Erratis* nihil huc ſpectans adnotatum eſt, ſed in *Notis* rurſus eadem repetitur ſcriptura, hac adiectâ adnotatione: »ἔαυσε. Erat ἔλυσε« — Nunc diceres certe, in quapiam Athenaei editione (nam a nullo alio ſcriptore, praeter Athenaeum, ſervata nobis iſta ecloga eſt) ἔλυσε ſcribi. At nulla editio ἔλυσε habet: in omnibus, nullâ exceptâ, ἔκυσε ſcribitur, quam eamdem ſcripturam uterque etiam mstus codex noſter tuetur. Ecce vero, in Aeſchyli Fragmentis a Stanleio collectis, (pag. 630. ed. Pawi) ἔλυσε ſcribitur: at rurſus apud eumdem Stanleium in Notis ad Agamemn. vs. 1400. ubi tota adpoſita ecloga eſt, ἔκυσε legitur. Denique VALCKENARIUS l. c. ait: »Pro ἔκυσε, »vel ἔλυσε, vel ἔδευσε, quod placet *Heathio*, poſui ἔδυσε γαῖαν: [nam totam eclogam a ſe correctam adpoſuit] »*terram ſubire ſolet.* Eleganti coniecturâ corrigebat *Ruhnke*»*nius*, ἔπλησε γαῖαν, memor in Alope dediſſe Tragicum πλήσας δὲ νηδύν.« — Ego, cur conſtantem librorum ſcripturam ἔκυσε, non dico deſereremus, ſed vel in dubitationem vocaremus, aut ullo modo ſuſpectam haberemus, nullam pervidere cauſſam potui. Nam, etiamſi cum Homeri Scholiaſta ad Iliad. θ'. 371. & cum Heſychio (in hac ipſa voce Ἔκυσε) ſimpliciter *oſculatur* interpretari velles, vel ſic ſatis commode poſitum Graecum verbum debebat videri. Sed & aliam notionem habet id verbum, magis etiam aptam huic loco. Nam κύειν ſubinde quidem de foeminâ uſurpatur, ſignificatque *in utero gere-*

b re, *gravidam esse*: sed istâ notione magis in usu est contracta verbi forma κυεῖν, a praes. κυέω, fut. κυήσω: κύω vero, fut. κύσω, activum potius habet (habere certe potest) significatum, *generare*, *gravidam reddere*, *foecundare*. Sic quidem apud Suidam legimus: Κύει· γεννᾷ, ἢ ἐν γαστρὶ ἔχει. Similiter apud Hesychium: Κύει· ἐγκύμων ἐστὶ, γεννᾷ. Contra apud eumdem, Κυεῖ, ultimâ circumflexâ, non γεννᾷ exponitur; sed solummodo ἐγκυμονεῖ, ἐν γαστρὶ ἔχει. Quin apud Suidam etiam contractae verbi formae idem *activus* tribuitur *significatus*: Ἐκύησεν, ἐγέννησε. Et in Epistolâ Iacobi, cap. I. vs. 18. ἀπεκύησεν ἡμᾶς valet *progenuit nos*. Iam ultro quidem largimur, diversas certo respectu esse notiones, *generare*, & *foecundare*: pater enim *generat* filium, *foecundat* & *gravidam reddit* matrem: sed utraque tamen notio activa est: &, quod paulo ante dixi, quemadmodum κύω *passivâ* notione de *foeminâ* dicitur quae *gravida est*, quae *in utero concepit*; sic *activâ* notione consentaneum est, ut de *mare* dicatur *foecundante* & *gravidam reddente* foeminam: &, isto sensu positum hoc loco esse id verbum, perspicuum videtur ex eo quod continuo subiicitur, ἢ δὲ τίκτεται, *haec vero parit*.

Vers. 6 *sq.* δένδρων τις ὥρα δ' ἐκ νοτίζοντος γάμου τέλειος ἐστί. —

Sic scripsimus praeeuntibus membr. *A*. In *Epit.* desunt duo postremi versus. Commoda foret scriptura, quae VALCKENARIO placuit, δένδρων τ' ὀπώραν, ἢ 'κ &c. si probati libri suffragarentur: nunc in ea, quam veteres dedere membranae, adquiescendum.

AD CAP. LXXIV.

c Ὅσοι τε πόντου τερμόνων &c. Vide *EURIPIDIS Hippolytum*, vers. 3 & seqq.

d Ὅστις Ἔρωτα μὴ μόνον κρίνει θεὸν &c. Eclogam istam, ex eiusdem *EURIPIDIS Auge* decerptam, uno versiculo auctiorem servavit Stobaeus, Serm. LXI. p. 385. (al. 387.) ed. Gesn. unde in Florilegium suum Tit. LXIII. pag. 243. retulit GROTIUS, cuius latinam versionem Graecis versibus subiecimus. Eamdem sententiam Romanus poëta Caecilius apud Ciceronem, Tusc. IV. 32. his verbis expressit:

Amorem – – Deum qui non summum putat,
aut stultum, aut rerum esse imperitum existumo.

Ubi vide quae adnotavit *Davisius*. Alibi idem Euripides *Amorem δαίμονα πάντων ἥδιστον θνητοῖς* dixerat: apud Noſtrum, XIII. 561. a.

ὃν ὁ σοφὸς ὑμνῶν ἀεί ποτε Ἀνακρέων. Sic noſtrae membr. *A.*

CRITIAE verſum 3. ubi ait *συμποσίων ἐρέθισμα &c.* attigit CASAUBONUS, ad VIII. 339. c. (vide Animadverſionum noſtrar. T. IV. pag. 533 med.) Vocab. *ὑπερόπευμα* ab Homerico verbo *ὑπεροπεύω* formatum eſt, quod ſonat *decipere & in fraudem adducere blando verborum lenocinio.*

Verſ. 4. *αὐλῶν ἀντίπαλον.* » *Tibiarum hoſtem.* Comoediis e & tragoediis ſcribendis minime deditum. « DALECAMPIUS.

Verſ. 7. *παῖς διαπομπεύῃ.* Sic mstus codex noſter uterque; non *διαπομπεύσῃ*. Pro *προπόσεις*, quod recte editum, mendoſe *προπόσις* ſcribitur in membr. *A.* Quam ſcripturam cum etiam in ſuo exemplari (ut videtur) reperiſſet Breviator, mutavit in *πρόποσιν*. Ad mendoſam olim eodem in verſu ſcripturam, *ἐπὶ δεξιὸν ὦμον*, recte monuit CASAUBONUS: »Legendum *ἐπιδέξια νωμῶν*, ex Homero: & ita in Excerptis. « — Sic ſane & noſter cod. *Ep.* atque etiam membr. *A.*

Verſus 9 & 10. in editis libris ſic ſcripti legebantur:

πλάστιγξ (*πλάστιξ* ed. Ven. & Baſ.) Ϛ' ἡ χαλκοῦ
Ϛυγάτηρ ἐπ' ἄκροισι καθίζοι
κοττάβου ὑψηλαῖς κορυφαῖς Βρομίου λεκάδεσσιν.

Ibi notavit CASAUBONUS: »In *penultimo*, mssti *ἐπ' ἄκραισι καθίξει*. « — Noſtri quidem mssti ambo *ἐπ' ἄκραισι καθίζει* exhibent: ubi illud ſtatim liquebat, terminationem verbi, a coniunctione *ἔστ' ἂν* recti, ex *ει* in *η* eſſe mutandam; tum nec illud dubium erat, rectius in mssstis noſtris, quemadmodum in editis, per *ζ* ſcribi hoc verbum, a themate *καθίζω*, *ſubſideo*, quam per *ξ* a *καθίκω*, quod in activâ formâ vix usquam occurrit. Scripturam *πλάστιξ* cum ed. Ven. & Baſ. tuetur vetus cod. *A.* Sed *πλάστιγξ*, ut edidit Caſaubonus, ſic recte exhibet ms. *Epit.* Quo de vocabulo, & de re ipſa quae hîc agitur, confer Noſtrum, XI. 487. d. e. & XV. 667. d. e. Qui *cottabus* hîc dicitur, eſt imaguncula illa, quam aliâs *Manen* vocabant, cum *cottabi* nomine plerumque univerſum iſtud ludicrum intelligerent. *ἄκραισι* recte ad *κορυφαῖς* refertur. Sed non nimis commodum videtur quod ſimul iungitur adiectivum *ὑψηλαῖς*, eamdem fere notionem ha-

bens. Vellem ὑψηλαῖς ad ψακάδεσσιν referri posset, quo sensus esset, *Bromii guttis ex alto proiectis:* quod quoniam ob interiectum subst antivum κορυφαῖς vix fieri potest, ferendus fuerit ille pleonasmus ἀκραισι ὑψηλαῖς κορυφαῖς: &, verum si quaeris, non prorsus synonyma sunt vocabula ἀκρος & ὑψηλός. Scripturam ψακάδεσσιν, pro editâ ψεκάδεσσιν, dedere ambo mssti. Sic ψακάδιον, II. 60. c. & ψακάζειν, VI. 269. e. Conf. Animadv. ad XI. 505. d. Pro δ' ἡ χαλκοῦ (vers. penult.) est τε ἡ χαλκ. in ms. *A.* δ' ἡ χαλκ. in ms. *Ep.* χαλκοῦ ξυγάτηρ, *ex aere facta.*

AD CAP. LXXV.

£ Ἀρχύτας δὲ ὁ Ἁρμονικὸς &c. Sic recte ms. *A.* quod idem valet ac Μουσικὸς, quemadmodum idem vir cognominatur apud Laërt. VIII. 82. Deest nomen in *Epit.* Ex vitiosâ scripturâ, quae hic vulgo edebatur, passim in recentiorum scriptis perperam *Harmoniacus* cognominatur hic *Archytas:* quem gente *Mitylenaeum* fuisse Laërtius docet; nisi fortasse *Harmonici* cognomine Athenaeus *Tarentinum Archytam* insignivit, cuius opus Τὸ Ἁρμονικὸν inscriptum, & ipsum ad Musicam spectans, a veterum nonnullis laudatur: de quo vide Menag. ad Laërt. VIII. 82. & Fabricii Bibl. Graec. T. I. pag. 493.

Corruptus defectusque omnino videtur locus qui sequitur, his verbis conceptus: Ἀλκμᾶνα γεγονέναι τῶν ἐρωτικῶν μελῶν ἡγεμόνα, καὶ ἐκδοῦναι πρῶτον μέλος, ἀκόλαστον ὄντα καὶ περὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὴν τοιαύτην μοῦσαν εἰς τὰς διατριβάς. » Tota periodus (ait CASAUBONUS) » male affecta. Non negabunt eruditi, qui attenderint paul» lo diligentius. Lego sic: καὶ ἐκδοῦναι πρῶτον μέλος ἀκό» λαστον, ἀκόλαστον ὄντα καὶ περὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν » τοιαύτην μοῦσαν εἰσαγαγεῖν εἰς τὰς διατριβάς. « — Priori loco fortasse dixeris nil opus esse bis posito vocabulo ἀκόλαστον, sed ad μέλος e superioribus verbis subintelligi ἐρωτικόν: at Epitomae quidem auctor ipsum vocab. ἀκόλαστον ad μέλος retulit, ita scribens: Ἡγεμὼν δὲ μελῶν ἐρωτικῶν Ἀλκμὰν γένονε· καὶ ἐξέδωκε πρῶτος μέλος ἀκόλαστον: tum vero statim sic pergit: ὃς καὶ φησί που τῶν μελῶν· Ἔρως δ' αὖ με Κύπριδος &c. In posteriore vero parte orationis vix fieri potest quin verbum εἰσαγαγεῖν aut aliquod tale interciderit. Praeterea in

ipso initio verborum praescriptorum adparet, ad ista, f
Ἀλκμᾶνα γεγονέναι, subintelligendum esse verbum φησὶ vel λέγει: nempe Ἀρχύτας φησὶν, Ἀλκμᾶνα γεγονέναι &c. Membranae *A.* nihil ab editâ scripturâ discedunt.

Ἔρως με δ' αὖτε &c. »Subiiciuntur *ALCMANIS* verba, »Ἔρως με δ' αὖτε Κύπριδος ἔκατι γλυκὺς κατείβων καρ»δίαν ἰαίνει. *Amor dulcis rigans animum me oblectat.* Κατεί»βειν, est ἄρδειν. Iam ἄρδειν καρδίαν, pro *oblectare & re»creare*, elegantissimum est. Sic apud Hebraeos ποτισμὸς »ὀστέων dicitur *quod suave est & conducibile*; ut Prover»biorum cap. tertio: [vers. 8.] & ἄρδειν ψυχὴν, Iere»miae cap. XXXI. [vs. 14.] nam hoc significat Hebrai»cum verbum *rivvâh*, non μεθύειν, ut verterunt LXX.« — Haec doctus Animadversor. Poëtae versiculos FIORILLO Observation. in Athen. pag. 71. sic digerendos censuit:

Ἔρως — —
με δ' αὖτε Κύπριδος
ἔκατι γλυκὺς κατείβων
καρδίαν ἰαίνει.

De usu verbi ἰαίνω consulendus HEMSTERHUSIUS, in Notâ ad Hesych. voc. Ἰαίνεσθαι.

συμμέτρως ἐρασθείς. Vide ne οὐ συμμέτρως aut οὐ μέτρίως scripserit Athenaeus; quemadmodum pag. seq. a. ait, καὶ Στησίχορος δ' οὐ μετρίως ἐρωτικὸς &c. rursusque ibid. lit. *c.* καὶ Πίνδαρος δ' οὐ μετρίως &c. Sed nihil tamen hic contra librorum fidem mutatum velim.

Eiusdem *ALCMANIS* de *Megalostrata* verba sic edita legebantur: τοῦθ' ἁδεῖαν Μοῦσαν, ἔδειξε δῶρον μάκαιρᾳ (sic) παρθένῳ ἀξανθὰ Μεγαλοστράτα. H. STEPHANUS, in Lyricorum Fragmentis, pag. 242. (al. p. 626.) ἁδειᾶν Μουσᾶν scripsit, & deinde μακαίρᾳ παρθένῳ, hac adiectâ versione: *Hoc iucundarum Musarum ostendit donum beatae virgini flava Megalostratae.* Commodiore sententiâ *Ioh. Christ.* WOLFIUS, in Notis ad Olearii Diss. de Poëtriis Graecis, pag. 165. μάκαιρα παρθένων scripsit, versiculos autem sic digessit:

Τοῦθ' ἁδεῖαν Μουσᾶν
ἔδειξε δῶρον μάκαιρα
παρθένων ἀξανθὰ Μεγαλοστράτα.

FIORILLO, Observ. in Athen. pag. 71 sq. sic scribendos distribuendosque versiculos praecepit:

Τοῦθ' ἁδεῖαν Μοῖσαν, ἔδειξε

a δῶρον μακαίρᾳ παρθένῳ,
ἃ ξανθὰ Μεγαλοστράτα.

Cui in versiculorum distributione, non item in verborum scripturâ, obsequendum putavi. Doricam quidem formam Μοῖσαν minime aspernor: intelligo etiam, posse ἀδεῖαν Μοῖσαν per adpositionem, quam vocant Grammatici, cum Τοῦτο δῶρον iungi: sed magis placuit *Stephanianum* ἀδειῶν Μουσῶν (sive Μοισῶν malis) δῶρον. Carmen, quod edit poëta vel poëtria, est *munus* vel *donum Musarum*, quo illae poëtam honorant. Tum vero mirifice placuit & unice verum nobis visum erat illud WOLFII μάκαιρα παρθένων, ad ipsam *Megalostratam* relatum, *beata inter virgines*, id est, *beatissima virginum*. Sed quid multa? Ipsum genitivum παρθένων perspicue sic scriptum dedere membr. *A*. De praecedente voce μάκαιρᾳ nihil quidem ex eodem codice enotatum est: sed ipse accentus, in primâ syllabâ positus, satis probabile fecerat μάκαιρα absque *iota* scribi debuisse; & sic scriptum in membranis puto.

οὐδεὶς ἠγεῖτο φορτικοὺς τοὺς ἐρωτικούς. Articulum, qui deerat editis, recte dederunt ambo mssti. Dein in editis sic progrediebatur oratio: ὥστε καὶ Αἰσχύλος μέγας ὢν ποιητὴς, καὶ Σοφοκλῆς ἦγον εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας. Ubi VALCKENARIUS, in Diatrib. Eurip. pag. 13. (suffragante *Brunckio* in Sophoclis Fragm. ex Niobe) τοὺς τῶν παίδων ἔρωτας scripsisse Athenaeum censuit; quemadmodum pag. 602. a. Ac sane ex his, quae continuo hîc subiiciuntur, satis adparet de *puerorum amore* hic cogitasse auctorem, de quo etiam paulo post e professo loqui pergit: quare utique suspicari licebat, aut τοὺς τῶν παίδων, ut pag. 602. a. aut τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας (ut hac p. lit. *e*. initio capitis LXXVII.) hîc scriptum olim fuisse. At nihil aliud praeter id, quod in editis legebatur, habent veteres membr. *A*. Et possit etiam hoc ipsum satis esse videri; quoniam proximis statim verbis declarat Athenaeus, *quales sint amores*, quos hic dicit. Verumtamen, si nihil aliud hoc ipso loco scripsisse eum statuas, supervacaneus & perincommode prorsus hîc positus erat τοὺς *articulus*; quo omisso sic scripturus auctor erat, ἦγον εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν ἔρωτας (non, τοὺς ἔρωτας·) ὁ μὲν, τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πατρ. &c. At loco illius articuli τοὺς, aliud quidpiam in vetustio-

re exemplari, quo usus Epitomator est, scriptum fuisse perspicue intelligi videtur ex ea ratione qua totus hic locus in Epit. scribitur, scilicet: Οὕτω δ' ἐναγώνιος ἦν ἡ περὶ τὰ ἐρωτικὰ πραγματεία, ὥστε καὶ Αἰσχύλος μέγας ὢν ποιητὴς ἀρτικοὺς διὰ τῶν τραγῳδιῶν ἤγεν ἐς τὰ θέατρα ἔρωτας καὶ ἐδέχοντο οἱ θεαταί. Ubi sub illa truncata corruptaque voce ἀρτικοὺς nil aliud nisi ἀρσενικοὺς latere, quae in vetustiore exemplari cum ἔρωτας iuncta fuisset, nobis persuasimus.

ὁ μὲν τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον. Ille ὁ μὲν non, b. ut Dalec. acceperat, *Sophocles* est, sed *Aeschylus*; ut ex Platonis Symposio Tom. III. pag. 180. a. docuit VALCKENARIUS l. c.

ὁ δ' ἐν τῇ Νιόβῃ τὸν τῶν παίδων. ὁ δὲ, nempe *Sophocles*; de quo Plutarchus in Amatorio, T. II. p. 767. d. ait: Τῶν μὲν γὰρ τοῦ Σοφοκλέους Νιοβιδῶν βαλλομένων καὶ θνησκόντων ἀνακαλεῖταί τις οὐθένα βοηθὸν ἄλλον, οὐδὲ σύμμαχον, ἢ τὸν ἐραστήν. Cuius verba citans idem *Valckenarius*, apud Athenaeum hoc loco τὸν τῶν Νιόβης παίδων legendum censuit, suffragante rursus Brunckio l. c.

AD CAP. LXXVI.

Ibyci Rhegini eclogam, cuius posterior maxime pars difficultatibus nonnullis premitur, silentio praeteriit Epitomator. Ad eamdem nihil adnotavit Casaubonus. Ex Athenaeo recepta est in Lyricorum Fragm. pag. 62. (al. p. 445.) ed. H. Steph. paucis leviter mutatis. Eiusdem versiculos nonnullos sic descriptos citavit FIORILLO in Annot. ad Herodem Atticum, pag. 62.

Αἴτ' οἰναν θίδες αὐξόμεναι
σκιεροῖσιν ὑφ' ἔρνεσιν οἰναρέοις
θαλέουσιν. —

IDEM, in Observ. in Athen. pag. 65 sq. totam sic a se emendatam versibusque distinctam dedit:

Ἦρι μὲν αἵ τε Κυδώνιαι
μηλίδες ἀρδόμεναι ῥοαῖς
ἐκ ποταμῶν, ἵνα παρθένων
κῆπος ἀκήρατος, αἵ τ' οἰναν θίδες
αὐξόμεναι σκιεροῖσιν ὑπ' ἔρνεσιν
οἰναρέοις θαλέθουσιν· ἐμοὶ δ' ἔρως
οὐδεμίαν κατάκοιτος ὥραν.

b ὥστε ὑπὸ στεροπᾶς φλέγων
Θρηΐκιος Βορέας αἴσσων
παρὰ Κύπριδος, ἀζαλέαις
μανίαισιν ἔρως ἐμ' ἐθαμ-
βησε, κραταιὸς παιδόθεν φυ-
λάσσων ἡμετέρας φρένας. —

Nos, de metri ratione incerti, distinguere verſiculos non ſumus auſi: quae in verbis paſſim, partim praeeuntibus membranis, partim de coniecturâ mutavimus, eorum rationem reddemus. μηλίδες ἀρδόμεναι ῥοᾶν ἐκ ποταμῶν. Pro ῥοᾶν, quod perperam in cod. *A.* ſcribitur, tenendum putavimus ῥοᾶν, commode editum, ſive intelligas ἐκ ῥοᾶν τῶν ποταμῶν, ſive ὑπὸ (ſubintellectâ hac praepoſitione) ῥοᾶν ἐκ τῶν ποταμῶν. conf. II. 43. c. ibique not. παρθένων κῆπον ἀκήρατον „ facile quisque intelligit, *hortum* dici *Heſperidum*. Mox, pro ὑφ' ἕρνεσιν utique ὑπ' ἔρνεσιν malebam cum H. STEPHANO & FIORILLO: nec tamen mutare volui membranarum ſcripturam cum editis conſentientem, quum fieri poſſit ut ſuo idiomate ἔρνος aſpero ſpiritu extulerit *Ibycus*. Doricam formam θαλέθοισιν, pro θαλέθουσιν, membranae dederunt. Eaedem dein, ἔρος dedere: quae non modo Ionica forma eſt, ſed & Aeolica, teſte Euſtathio ad Iliad. α'. p. 103. l. 8. & γ'. pag. 329. l. 4. *Mox*, κατάκοιτος recte edd.

Iam quae poſt vocem ὥραν vulgo legebantur, τὲ ὑπὸ στεροπᾶς φλέγων θρηΐκιοις βορέας, miſere corrupta fuiſſe ſatis adparebat. H. STEPHANUS, τε tenens & cum ὥραν coniungens, haud ſecus interpretatus eſt ac ſi eſſet καὶ ὑπὸ στερ. tum vero Θρηΐκιους βορέας ſcripſit, ſic vertens: *& fulgure incendens Thracios Boreas*. Membranae nil mutant, niſi quod Θρηΐκοις (non Θρηϊκίοις) ſcribant; ſub quo latere Θρηΐκιος mihi videbatur, quod ipſum etiam FIORILLO (neſcio, de ſuâ-ne coniecturâ, an praeeunte *Toupio* ad Suid. T. I. pag. 292. ed. Lond. ad quem ipſe provocat) recepit; cuius etiam emendatio ὥστε, pro mendoſo aut truncato τὲ, perquam eſt probabilis. Similiter iam olim Dalecampius, *ut Boreas quidam exurens*, quaſi ὥς τις ſcriptum eſſet. Caeterum ſententiam, verbis iſtis & ſequentibus ſubiectam, parum mihi
c liquere ultro profiteor. Pro edito olim κραταιὸς, haud dubie verum erat κραταιῶς, quod dedere membranae: ſed illud obſcurius, quid eſſet quod vulgo ἀζαλέαις μα-

νίαις ἐρεμνὸς ἐθάμβησε scriberetur. Postrema haec c H. Stephanus sic vertit, *siccis furoribus turbidus obstupuit.* Similiter Gallicus interpres: *cet amour est lui-même étonné du trouble dans le quel me jette une mélancolie qui me dessèche.* At, si recte hîc stat verbum ἐθάμβησε, haud dubie *activâ* notione accipi debuit cum Dalecampio, cuius haec est interpretatio: *terrido furore horrendus me percellit.* Active etiam accepit FIORILLO; sed praecedentem vocem ἐρεμνὸς praeter rationem, ut nobis videtur, in ἔρως ἐμ' mutavit. Idem vir doctus dictionem istam ἀζαλέαις μανίαις lucem accipere ex eis existimavit, quae in Etymol. M. pag. 151. ad vocab. Ἀσαλὴς notata sunt, de quibus consulendus etiam Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 204. quae tamen quid ad hunc locum faciant non satis equidem perspexi. In ἀθάμβησε, quod pro ἐθάμβησε habent membranae, coniectari poterat latere ἀθαμβὴς, si quid inde promoveretur.

PINDARI dehinc verba adponuntur haec:

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι·
καὶ κατὰ καιρὸν μὴ πρεσβυτέραν
ἀριθμοῦ δίωκε, Σύμε, πρᾶξιν.

Quem locum iam supra respiciens Deipnosophista, pag. 561. b. priora verba sic recitaverat:

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι
κατὰ καιρόν. —

Ubi licet omissa sit initio *versiculi* 2. καὶ particula, tamen hîc nolim eidem voculae controversiam fieri: quae videri potest suo loco hîc stare, cum ibi in sententiâ e nexu reliquae oraitonis avulsâ commodius fuerit omissa. Ne quid tamen dissimulem, in *Epit.* etiam hoc loco sic scribitur, Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι κατὰ καιρόν. Sed, cum reliqua verba non adiecerit Breviator, potuit etiam voculam καὶ suo arbitratu omittere. πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ, de *numero annorum* interpretatus sum, nescio quam recte.

PINDARI eclogam paulo longiorem, per versiculos, ut d praeivit SCHNEIDERUS in Pindari Fragmentis pag. 14. distribui, etiam atque etiam dolens HERMANNI Fragmentorum Pindaricorum nondum me compotem factum. *Tertium versiculum* cum nonnullis sequentibus iam pag. 564. recitaverat auctor noster. Doricam formam μαρμαριζοίσας (vers. 3.) cum editis hîc tuentur membr. *A.* (In *Epit.* tota deest ecloga.) Pro vocab. προσώπου vero, rectius

ὅσσων ſupra legebatur. Rectius rurſus hîc καρδίαν (*verſ.* 6.) quam ibi ψυχάν. Ipſa illa poëtae verba κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν, cum nonnullis vel praecedentibus vel ſequentibus, paſſim reſpexit repetiitque Plutarchus; cuius loca huc ſpectantia indicavit Wyttenbachius, ad libellum De Sera Num. Vind. pag. 55.

Verſ. 7. recte ἀτιμασθεὶς dedere membr. ut *Schneiderus* correxit. *Verſ.* 9 *ſq.* Veriſſimam iudicavi eiusdem SCHNEIDERI emendationem ψυχὰν, pro vulgato ψυχράν: quamvis, quaenam potiſſimum verbis his, γυναικείῳ θράσει ψυχὰν φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων, inſit ſententia, minime exploratum habeam. Dalecampius, nullam certam (puto) Graecam ſcripturam animo ſibi fingens, locum ſic convertit: *aut matronali gravitate & faſtu gelidus per omnes vias incedit.* Gallicus interpres, vulgatum ψυχρὰν ſecutus, tali uſus eſt paraphraſi: »*ou qu'eſclave de femmes* »*fières & hautaines, il s'acquitte auprès d'elles des plus viles* »*fonctions.*« adiectâ Notâ: »Texte: *il leur porte de l'eau* »*fraiche dans toutes les rues.*«

e Sequitur locus prorſus deſperatus, nec niſi audaci lubricâque coniecturâ ſanandus:

Ἀλλ' ἐγώ γ' ἔκατι τᾶς κηρὸς ὡς
δαχθεὶς ἐλεπρὰν μέλισσαν
τήκομαι, —

Ubi Ἀλλ' ἐγώ γ' quidem tenui, a *Caſaubono* tacite ſic poſitum, pro ἀλλ' ἐγὼ δ', quod membranae cum editt. vett. exhibent. Pro ἐλεκρὰν vero, praeeuntibus membranis, ἐλεπρὰν ſcripſi. Dalecamp. vertit: *at ego corde velut ab ape mellifica punctо tabeſco:* pro mendoſo ἐλεκρὰν, μελιχρὰν cogitans, fere ut SCHNEIDERUS; qui quod ſuperiore verſu (ut ſub contextu adnotavimus) ἔκατι Κύπριδος correxit: reſpexerat iſtud *Alcmanis*, paulo ante apud Noſtrum, pag. 600. f. Idem vir doctus, ſuperiora illa Pindari verba, Εἴη καὶ ἐρᾷν &c. cum initio huius poſterioris eclogae tali quodam modo in-ipſo poëtae carmine connexa fuiſſe acute ſuſpicatus erat:

Εἴη καὶ ἐρᾷν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι,
καὶ κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι
ἄνθη ξὺν ἡλικίᾳ.
μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμῶ δίωκε, θυμὲ, πρᾶξιν·
τὰς δὲ Θεοξένοιο ἀκτῖνας &c.

AD CAP. LXXVII.

παρὰ γὰρ ταῖς ἄλλαις ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος σπουδασθῆναι τόδε τὸ ἔθος. Vellem Graeca illa verba (in quibus nil mutant membr. *A.* filet autem *Epit.*) id ſonarent, quod his Latinis *Dalecampius* expreſſit: *In multis civitatibus Graeciae, quae rectè legibus adminiſtrantur, conſuetudine hoc receptum eſt.* At in eam ſententiam, παρὰ πολλαῖς aut παρὰ ταῖς πολλαῖς ſcriptum oportebat. Verbum σπουδασθῆναι in infinitivo poſitum, haud incommode locum ſuum tueri poſſe videtur, ſi modo in ipſo huius phraſeos initio, ante παρὰ γὰρ, ſubintelligas verbum λέγοντες, aut λέγουσι γάρ. Mox, quod ait Κρῆτες γοῦν, ὡς ἔφην, reſpicit pag. 561. f.

καὶ τόπον δεικνύντες Ἁρπάγιον καλοῦσιν. » Alii aliter f
» tradunt. Strabo libro XIII. [pag. 587. c.] Stephanus: » Ἁρπάγιον, οὐδετέρως· τόπος περὶ Κύζικον, ὅθεν ἥρπάσθαι » φασὶ Γανυμήδην. « CASAUBONUS. — Mox μυρρίναι, non μυρσίναι, dedere ambo mssti.

Quod dein vulgo legitur Ζηνὶς ἢ Ζηνεὺς, id eodem modo in noſtris membr. *A.* ſcribitur: nec vero inde tuto colligas ab Athenaeo etiam duo iſta nomina ſic fuiſſe adpoſita. Quin ſuſpicari licet, veterem aliquem librarium cum in illo nomine reperiſſet duas diverſas ſcripturas, nec ſecum conſtituere poſſet utra vera eſſet, utramque iunxiſſe. Vide quae notavimus ad VII. 313. f. & ad 313. d. itemque ad VI. 226. e. Idem fortaſſe ſtatuendum de illâ ſcripturâ, ὁ Ἐρετριεὺς ἢ Ἐρυθραῖος, pag. 604. a.

AD CAP. LXXVIII.

Ἱερώνυμος δὲ ὁ Περιπατητικός. Is eſt *Hieronymus* a *Rhodius*, cuius *Commentarii Hiſtorici* paulo poſt citantur, pag. 604. d. Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος (ait idem Noſter, X. 424. f.) Ἀριστοτέλους ὢν μαθητής. De *Thebanorum Sacra cohorte*, quae mox commemoratur, conf. pag. 561. f. ibique notata.

Sequitur mira orationis ſtructura, ὁ κατὰ τῶν Πεισιστρατιδῶν θάνατος ὑπὸ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος γενόμενος· περὶ Σικελίαν δ' ἐν Ἀκράγαντι ὁ Χαρίτωνος καὶ Μελανίπ- b
που. id eſt, *Piſiſtratidarum caedes ab Harmodio & Ariſtogitone commiſſa; in Sicilia vero, Agrigenti, Charitonis & Me-*

b *lanippi.* Dalecampius: *Charitonis & Melanippi conſpiratio.* Nobis plane ſic videtur, vocabulum ἔρως intercidiſſe, quod quidem e ſuperioribus verbis non ſubintelligi poteſt, ſed diſerte adiici debebat. Ex Suida (vocab. Ἀντέρως) ſuspicari etiam licebat, ἀντέρως fortaſſe hîc ſcripſiſſe auctorem: ſi modo aliunde conſtaret, vocabulum illud, quo longe diverſâ notione aliâs *Genius quidam ſpreti amoris vindex* inſigniebatur, (Pauſan. I. 30. pag. 75. & VI. 23. pag. 511 ſq.) etiam hac notione in uſu fuiſſe, ut *mutuum amorem* ſignificaret: cui quidem uſui analogia ſermonis non erat repugnatura. De *Charitone & Melanippo* conferendus omnino Aelianus, Var. Hiſt. II. 4.

ἀναβολὴν τοῦ θανάτου τῷ Φαλάριδι ἐχαρίσατο. Suidas, in Ἀναβολή, *Aeliano* auctori haec verba adſcripſit: Λοξίας δὲ καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν θανάτου ἐψηφίσατο Φαλάριδι ἔτη δύο, ἀνθ' ὧν ἡμέρως Χαρίτωνι καὶ Μελανίππῳ προσηνέχθη. Quae verba apud *Aelianum* quidem nec eo loco, quem modo indicavimus, ubi ex profeſſo hiſtoriam iſtam expoſuit, nec alibi hodie leguntur: ſed eadem verba ex *Oenomai* Cynici libro DE Oraculorum Falſitate recitavit Euſebius, Demonſtr. Evang. lib. V. cap. 35. ubi quidem duo verba ἔτη δύο, vulgo praetermiſſa, ſupplenda e Suida fuerint. (Confer eumdem Euſeb. lib. V. c. 21. pag. 213. med. & Fabric. Bibl. Gr. T. II. pag. 365.)

c προτάξας τοῦ ἑξαμέτρου τὸ πεντάμετρον. Hinc adparet, perperam apud Aelianum l. c. ubi idem diſtichon recitatur, hexametrum vulgo praeponi. In eiusdem diſtichi parodiâ, quae legitur apud Euſebium, V. 35. recte praepoſitus eſt pentameter. Apud eumdem in diſtichi hexametro, pro ἀγατῆρες quod hîc aſpero ſpiritu vulgo notatur, ἀγατῆρες ſcribitur leni ſpiritu, quod Dorico idiomati convenientius: ſic quidem Ἀγησίλαος, Ἀγησίχορος, & ſimilia multa.

ὃς μειράκιον ὂν εὔμορφον. Participium ὄν, quod poſt μειράκιον perfacile intercidere potuerat, neceſſario reſtituendum auctori putavimus. Contra, quae paulo inferius, poſt ἐπέδωκεν, inſeruntur verba, ὁ Κρατῖνος, eis facile carere poteramus. Ferendum non fuiſſe μίση, quod vulgo ſcribebatur, ſed in μύση mutandum, perſpecte monuerat RUHNKENIUS ad Timaei Lexic. Plat. pag. 13. Eâdem notione ἀγος dixit Laërtius, I. 110. ubi de *Epimenide* & *Cratino* eadem narratur hiſtoria, quam alii fabulo-

fam esse censuerunt, ut paulo post ipse auctor noster docet. Quod dein editum erat, αὐτὸν ἐπέδωκεν, id nihil d incommodi habebat: admodum frequenter apud optimos auctores, probatissimis in codicibus, αὐτὸν pro ἑαυτὸν positum reperias; ac iam saepe in Athenaei libris is usus a nobis observatus est. Sed hic, quum αὐτὸν dederint veteres membranae *A.*, nulla causa fuit cur id non reciperemus. Eamdem scripturam etiam in ed. Cas. 3. receptam video. In *Epit.* deest tota haec narratio cum reliquis quae sequuntur, usque pag. 603. a. de Alexandro. Paulo post ἐνεπίμπρασάν τε commode dedere membranae *A.*

AD CAP. LXXIX.

Μηρῶν ἱμείρων &c. Integrum *Solonis* distichon, cuius e pars erat iste pentameter, habes apud Plutarch. in Amator. T. II. pag. 751. c. unde in Solonis Sententias retulit Brunck, Gnomicor. pag. 73. Conf. *Theodori* Canteri Variar. Lect. lib. II. cap. 9. (in Gruteri Thes. Crit. Tom. III. pag. 747.)

Σέβας δὲ μηρῶν ἀγνὸν οὐκ ἐπηδέσω. *Aeschyli* hunc versum cum seq. adposuit idem Plutarchus l. c. ubi tamen in priori versu omissum vocab. ἀγνὸν, tum οὐ κατηδέσω scribitur, pro eo quod apud Athen. est οὐκ ἐπηδέσω. Pro ἁγιον autem, quod hic vulgo legebatur, ἀγνὸν scribendum existimavi, cum *Theod.* Cantero l. c. & Porsono ad Euripidis Med. 750.

τῶν τοιούτων ἐρώτων κατάρξασθαι Λάϊον. Conf. Aelian. f Var. Hist. XIII. 5. & ibi Interpp.

τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου. »*Chrysippi* huius, qui fuit a »*Pelopis* filius, historiam habes apud Plutarchum in Pa»rallelis, T. II. Opp. p. 313. d. Apollodorum in Biblioth. »lib. III. cap. 5. sect. 5. Mich. Apostolium, in Proverb. »Cent. XVIII. num. 7. Tzetzen in Hist. Chil. I. n. 18. & »Hyginum, fab. 85. Confer omnino de illo Pet. Baelii »Lexic. Historic. in *Chrysippe.*« — Sic *Ioh. Christian.* Wolfius, in Poëtriis Graecis, pag. 77. not. 7. Adde Heynium ad Apollod. p. 587. & Valckenar. Diatr. Euripid. p. 23 sq.

Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία ὑπὸ Διὸς φησὶν ἁρπασθῆναι τὸν Χρύσιππον. ὑπ' Οἰδίποδος fortasse scripsisse *Praxillam* suspicatus erat Valckenarius l. c. Fuerunt certe qui *Oedipodem* non minus quam *Laium*, *Chrysippi* amato-

rem fuiſſe traderent, teſte Scholiaſte ad Euripid. Phoen. 66.

Καὶ Κελτοὶ δὲ, τῶν βαρβάρων καίτοι καλλίστας ἔχοντες γυναῖκας, παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν &c. Eamdem infamiam Gallis cum ab aliis impactam videas, tum a Diodoro Sicul. V. 32. ubi conſule quae Weſſelingius adnotavit.

Πέρσας δὲ παρ' Ἑλλήνων, φησὶν Ἡρόδοτος, μαθεῖν τὸ παισὶ χρῆσθαι &c. Vide *Herodot.* I. 133.

AD CAP. LXXX.

b ἥττᾶσθαι. Sic commode ms. *A.* quod mutari non debuerat. Idem verbum in ſuo exemplari repererat Breviator; unde ipſe quidem οὕτως ἥττητο ſcripſit.

Ibid. ἀνακλάσαντα: intellige ἑαυτὸν, ut idem valeat ac ἀνακλασθέντα. *Ibid.* οὐκ ἀπειθήσας. » Non poterat melius » exponi τὸ οὐκ ἀπειθήσας, quam ut factum a Dalec. [*paruiſſe.*] » Ego fortaſſe nimis ſuſpectioſus, qui cenſebam le» gendum οὐδὲν ἐρυθριάσας, vel ἀπερυθριάσας, *poſito omni* » *pudore:* aut, οὐκ ἀπωθήσας, delicias *non repulit*, ut par » erat, ſed oſculum repetiit. « Casaub. — At nullus hîc ſuſpicioni erat locus. Ad ἐπιφωνησάντων intelligendum, πάλιν φιλεῖν: *adclamantibus ſpectatoribus, & iterum oſculari iubentibus:* nempe prorſus ut in noſtris amphitheatris qui plaudunt, hi *bis!* clamare ſolent.

Καρύστιος δ' ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνημ. Praetermiſſa ſunt in Epitomâ haec & quaecumque ſubiiciuntur omnia usque pag. 605. e. f. quorum tamen nonnulla ad ipſam libri calcem reiecit Breviator. Vide quae notamus ad initium capitis LXXXI. *Mox*, quod vulgo legebatur, ὁ Κρατερὸς ἐκέλευσε τὸν παιδα καταφιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον: ex reſponſo *Alexandri* ſatis adparet, per librarii incogitantiam ὁ Κρατερὸς hîc ſcriptum eſſe, cum ὁ Χάρων oportuiſſet. Nam quod *rex* ait, οὐ γὰρ οὕτως ἐμὲ εὐφρανεῖ, ὡς σε λυπήσει, illud σὲ ad neminem alium, niſi ad *Charonem*, referri poteſt, *quem carum admodum habuiſſe illum puerum* paullo ante dicebatur. De quo vulgatae lectionis errore perſpecte monuit doctiſſimus Dutheil in *Notis mssstis.*

Ibid. Μηδαμῶς, εἶπεν. Recte εἶπεν ed. Ven. Temere εἶπειν ed. Baſ. & Caſ. ne εἰπεῖν debuiſſe ſuſpiceris. *Mox*
c *dein*, recte ἀπέσχετο ed. Ven. & Baſ. cum Ms. Vitio-

ſe ἀπέχετο ed. Caſ. quod ex ἀπείχετο corruptum putare poteras.

Ῥαδαμάνθυος δὲ τοῦ Δικαίου Ἴβυκος ἐραστὴν φησι γενέ- d σθαι Τάλων. De *Talo*, immo de pluribus huius nominis, qui paſſim confunduntur, conſule HEYNII Notas ad Apollodor. pag. 220 ſeqq. ubi quidem invito excidit doctiſſimo viro, ut *Talon Rhadamanthi amasium* ſcriberet, quem *amatorem Rhadamanthi perhiberi ab Ibyco* Athenaeus ait.

Ἀγαμέμνονά τε Ἀργύννου ἐρασθῆναι λόγος. Recte Ἀργύννου ed. Caſ. 1. cum Ms. Minus recte Ἀργύνου ed. Ven. & Baſ. & prorſus vitioſe Ἀργήννου ed. Caſ. 2. & 3. Recte vero deinde Ἀργυννίδος & Ἀργύννου libri omnes. Conf. Stephan. Byz. in Ἄργυννος, & ibi Interpp. *Mox*, Κηφισῷ ſcripſi cum membr. *Dein*, εἴσατο de certâ coniecturâ correxi. Ad vulgatam olim ſcripturam, Σάλας εἰς αὐτὸ, quam vetus etiam codex cum editis tenet, monuit CASAUBONUS: »Lego, imo legendum eſt, τελευτήσαντα αὐτὸν Σάλας, εἴσατο καὶ ἱερὸν αὐτόθι. Stephanum lege in Ἄργεννος.« — Immo Stephanum in Ἄργυννος, ut modo dixi. Praeterea εἴσατο (non εἵσατο) ſcribere voluerat, debuerat certe, doctus Animadverſor: de quo verbo vide notata ad V. 209. c. Adde *Paul.* LEOPARDI Emendatt. lib. IV. cap. 4. in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 68.

Λικύμνιος δὲ ὁ Χῖος ἐν Διθυράμβοις. *Alcymnium* poëtam nemo novit, niſi corrupti hoc loco Athenaei libri. *LICYMNIUM Chium, Lyricum & Dithyrambicum*, Plato noverat, & Ariſtoteles, & Apollodorus, & Parthenius, & Sextus Empiricus, (ubi vide quae Fabricius monuit, ad lib. XI. ſect. 49.) & Athenaeus noſter, hoc ipſo libro XIII. pag. 564. c. Quorum ſcriptorum teſtimonia qui inter ſe contulerit, eum nobis adſenſurum confido, eiusdem poëtae nomen hic in corrupti nominis locum fuiſſe ſubſtituendum; *Alcymnium* vero ex albo Graecorum poëtarum expungendum eſſe, in quod relatus eſt a *Voſſio*, Inſtitut. Poëtic. lib. III. cap. 16. ſect. 3. & a *Fabricio*, Bibl. Graec. T. III. pag. 637.

Ἀντίγονος ὁ βασ. ἐπεκώμαζε τῷ Ζήνωνι &c. *Antigonum* e *Gonatam* dicit, Macedoniae regem; qui maximi alioqui fecit *Zenonem*. Vide Laërt. VII. 6. & quos ibi Menagius laudavit auctores. Iſtud ἐπεκώμαζε τῷ Ζήνωνι non valet id quod Dalecampius in verſione poſuit, *comeſſabundus Ze-*

e *noni illudere solitus ;* sed quod a nobis repositum, *comissatum ire solebat apud Zenonem.* Conf. Laërt. VII. 13. & Aeliani Interpretes, KÜHNIUM & PERIZONIUM ad Var. Hist. IX. 26. Sic quod Polybius (lib. XXVI. cap. 10, 5. nostrae editionis) dixerat παρῆν ἐπικωμάζων, id ipsum Diodorus (ut ad Polybium adnotavimus) his verbis expressit, ἐπὶ κῶμον παρεγένετο.

AD CAP. LXXXI.

Φιλομείραξ δὲ ἦν ὁ Σοφοκλῆς &c. Diximus paulo ante, plurima ex eis quae hîc disputat Deipnosophista, silentio praetermissa esse in Epitomâ. Scilicet & alia, & quae de *Laio* cap. 79. & quae de *Sophocle* hoc capite traduntur, consulto praeterierat Excerptorum horum auctor: at idem tamen in ipso libri exitu, post illa verba, ἢ τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους, nonnulla ex his, quae suo loco praeterierat, in compendium redacta adposuit. Quod quo pacto a docto modestoque viro, nec sane illo imprudente, factum sit, haud fuerit ab hoc loco alienum paucis ostendisse. Igitur post praedicta verba, τοὺς δακτύλους, sic ille pergit: Φησὶ Πίνδαρος· (ex Athen. p. 601. d.) ὃς τοῦ προσώπου τῆσδ' ἀκτῖνας (sic ille consulto, pro τὰς Θεοξένου ἀκτῖνας, masculi amoris mentionem declinans) μαρμαριζούσας δρακὼν (sic, pro δρακεὶς) μὴ πόθῳ κυμαίνεται &c. – – καρδίαν ψυχρᾷ φλογί. Tum haec subiicit: Τῶν δὲ φαύλων ἐρώτων, ὧν πολὺς ἀριθμὸς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ τῷ ῥήτορι, (id est, *Athenaeo*) Λάϊον τινὲς φασὶν ἁρπάσθαι, (pag. 602 extr. & seq.) ξενισθέντα Πέλοπι, καὶ ἁρπάξαντα κατ' ἔρωτα τὸν υἱὸν Χρύσιππον. Tum: Ὅτι ἦν μὲν ἐρωτικὸς Ἀλέξανδρος, (ex hac pag. 603. lit. c.) ἦν δὲ περὶ (sic pro vulgato πρὸς) τὸ καθῆκον ἐγκρατής. αἰχμαλώτους οὖν λαβὼν τὰς Δαρείου παῖδας καὶ τὴν γυναῖκα, οὐ μόνον ἀπέσχετο &c. usque ἢ αὐτὸν βασιλεύειν ἢ Ἀλέξανδρον. Tum: Ὅτι παῖδες εἰσὶ καλοὶ, Γλυκέρα ἢ ἑταίρα ἔφη, (pag. 605. d.) ὅσον ἑοίκασι γυναικὶ χρόνον. Tum: Ὅτι Σοφοκλῆς ποτε (ex cap. seq. pag. 604. e. f.) κατ' ἔρωτα γυμνὸς συνών τινι, ἀπώλεσε τὴν χλανίδα ὑπεστρωμένην οὖσαν καὶ ἁρπασθεῖσαν. Εὐριπίδου δὲ τὸ γεγονὸς διατωθάζοντος, Σοφοκλῆς τῷ περὶ Ἡλίου καὶ Βορέου λόγῳ χρησάμενος, εἶπεν· ὡς ἐμὲ μὲν ἥλιος χλιαίνων γυμνὸν ἐποίησεν· σοὶ δὲ φιλοῦντι ἑταίραν, (sic vitiose, pro ἑτέραν, quod metrica ratio exigit) βορρᾶς ὠμίλησεν. σὺ δ' οὐ

σοφὸς, ὃς τὸν ἔρωτα ἀλλοτρίαν σπείρων, λωποδύτην ἀπά- c
γεις. Denique: Ὅτι οὐ καλῶς ὁ Φρύνιχος εἶπε, (ex hoc capite, in quo verſamur, pag. 604. a.) Λάμπει δ' ἐπὶ πορφυρέαις παρειαῖσι (ſic, pro παρηΐσι) φῶς ἔρωτος. εἰ γὰρ ὁ ζωγράφος χρώματι πορφυρέῳ ἀλείψει γνάθους, οὐκ ἂν ἔτι καλαὶ φαίνοιντο, οὐ γὰρ δεῖ τὸ καλὸν τῷ μὴ καλῷ εἰκάζειν. οὐδ' ἐκεῖνο δέ με ἀρέσκει, (ſic Breviator noſter iſtam *Eretrici* Grammatici ſententiam, ſuam fecit; &, quod factum nollem, disputationem illam negligentius perlegens, ironicas quaeſtiones, quas ludimagiſtro *Sophocles* oppoſuit, ita interpretatus eſt, quaſi illi adſenſus eſſet poëta.) τὸ Σιμονίδειον, κάρτα δοκέον τοῖς Ἕλλησιν εὖ εἰρῆσθαι, Πορφυρέου ἀπὸ στόματος ἰεῖσα φωνήν· οὐδ' ὁ ποιήσας χρυσοκόμην Ἀπόλλωνα. χρυσέας γὰρ εἰ ἐποίησε ζωγράφος τὰς τοῦ Θεοῦ κόμας, καὶ μὴ μελαίνας, χεῖρον ἂν ἦν τὸ ζωγράφημα. οὐδ' ὁ φὰς ῥοδοδάκτυλον. εἰ γάρ τις εἰς ῥόδεον χρῶμα βάψει τοὺς δακτύλους, πορφυροβάφου χεῖρας καὶ οὐ γυναικὸς καλῆς ποιήσει. Περικλῆς, φησὶ, (nempe φησὶν ὁ ῥήτωρ οὗτος, *Athenaeus:* pag. 604. d.) ποιεῖν μὲν ἔφη, στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι. In his finem Epitomator fecit Excerptorum ex hoc *tertio decimo Athenaei libro:* tùm vero, priusquam ad decimi quarti libri Epitomen progrederetur, continuo ſcripturae tenore iſta adiecit: Ἐκ τοῦ β'. βιβλίου. Ἔργον εἰς τρίκλινον &c. quae a nobis in *Epitomâ libri ſecundi*, partim cap. LXXXVI. & LXXXVII. partim capite tertio exhibita ſunt: de quibus etiam nonnihil adhuc in fine Animadverſionum ad hunc tertium decimum librum dicemus.

ὡς Εὐριπίδης φιλογύνης. *Euripidem*, quamquam vulgo μισογύνην & vocari & haberi ſolitum, conſulto tamen φιλογύνην, *mulieroſum*, adpellat auctor noſter; nec ea ſcriptura ſolicitari a Dalecampio debuit, qui μισογύνης hìc legendum putaverat. Vide pag. ſeq. f. & praeſertim p. 557. e.

Ἴων οὖν ὁ ποιητὴς ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ἐπιδημίαις. De iſto *Ionis* ſcripto vide notata ad III. 107. a. Animadv. T. II. pag. 233 ſub fin. *Ibid.* ἀνδρὶ παιδιώδει παρ' οἶνον. f παιδιώδης, & quod idem valet παιγνιώδης, dicitur qui *iocis urbanis indulget.* Vide Valcken. ad Herodot. II. 157. Eâdem notione vocabulo παιδιώδης uſus eſt Ariſtoteles, Ethic. VII. 7.

Sequentia *Ionis* verba, ſic vulgo edita, ἐπεὶ παρὰ τὸ πῦρ ἑστὼς ὁ τὸν οἶνον ἐγχέων, παῖς ἐὼν δῆλος ἦν, εἶπέ τε

f βούλει με ἡδέως πίνειν; ingenii coniecturam secutus DALECAMPIUS, latine ita convertit: *Ad ignem stabat qui vinum miniſtraret, pudore, ut erat manifeſtum, rubicundior.* In orâ idem notabat: »Alii, *calore:* quoniam ad ignem ſta»bat.« — Iam ſaepe obſervavimus, ubi in Notis ſuis interpres ille *Alios* dicit, non revera *aliorum ſententiam* illum referre; ſed *aliam ſuam coniecturam*, diverſam ab ea quam in contextu ſecutus eſt, proponere. At nunc hoc non agimus. Recte, me quidem iudice, ille viderat, mendoſam defectamque eſſe Graecam orationem. Longe vero aliter TOUPIUS iudicavit, in Epiſtola Critica pag. 91 ſq. (ed. Lipſ.) ubi totum hoc Ionis ἀποσπασμάτιον adponens, feſtivum illud utique & venuſtum, nihil in praeſcriptis verbis mutandum cenſuit. »Primum, inquit, notandum »illud, παρὰ τὸ πῦρ ἑστὼς ὁ τὸν οἶνον ἐγχέων, παῖς ἐὼν »δῆλος ἦν. *Servus, qui a cyatho erat, ad ignem adſtabat: hinc »puer manifeſtus.* Haec mens *Ionis.* Interpres autem nihil »videbat.« — Haec ille; vir non minus ſupercilio, quam doctrinâ & ingenio, ſuper criticorum vulgus eminens: cuius, ut dicam quod ſentio, non magis equidem Latina iſta, quam vulgata Graeca intelligo. Poſſet intelligi, ſi hoc dixiſſet: *cum ad ignem adſtaret pincerna, adparebat valde puerum* (i. e. *valde iuvenem*) *illum eſſe.* At ne hoc quidem ſatis erat dixiſſe, *iuvenem* eum fuiſſe: *formoſum fuiſſe*, ſignificare *Ion* haud dubie voluerat. Praeterea, quod continuo ſubiicitur, ἔτι πολὺ μᾶλλον ἐρυθριάσαντος, id manifeſte (ſi quid iudicare valeo) oſtendit, paullo ante dictum eſſe *fuiſſe illum rubore faciei inſignem.* Quare vix dubitandum, quin aut ἐρυθρὸς ἐὼν δῆλος ἦν, aut aliquid tale, hic ſcriptum olim fuerit: coniectaturus eram, ἐρυθέων δῆλος ἦν, ſi certus eſſem ἐρυθέω Ionico idiomate pro ἐρυθαίνω in uſu fuiſſe. Porro, cum ſequatur εἴτέ τε, nihil habet τε particula quo referatur; niſi aliud quoddam verbum, cum quo iungatur εἴτέ τε, praeceſſerit: quare ἐκάλεσε, παρεκάλεσε, aut aliquod tale verbum ante εἴτέ τε omnino deſideravi. Quod inter ἐγχέων & παῖς *comma* erat interpoſitum, id ex ed. Baſ. in ed. Caſ. propagatum: quam diſtinctionem ſicut editio Ven. cum Msto ignorat, ſic & nos eiecimus, ut cohaererent iſta ὁ τὸν οἶνον ἐγχέων παῖς. Pro olim edito ἑστὼς, Ionicam verbi formam ἑστεὼς membranae dedere.

a ὁ Ἐρετριεὺς ἢ Ἐρυθραῖος. Poſterius ex iſtis duobus nomi-

nibus fortaſſe non ab Athenaei, nedum ab Ionis manu a eſt, ſed haeſitationi debetur librarii. Vide quae ad pag. 601. f. notavimus. Niſi potius Ἐρετριεὺς ὁ Ἐρυθραῖος ſcripſerat & Ion & Athenaeus, ut eſſet Ἐρετριεὺς proprium nomen, quod eidem homini iterum iterumque deinde tributum videmus; Ἐρυθραῖος vero gentile, *ex Erythrâ* vel *Erythris*, Ioniae oppido.

Quae dein ſubiicitur *Sophoclis cum Grammatico* memoratu haud ſane indigna disputatio, eam in alienum prorſus ſenſum acceptam fuiſſe a feſtinante Epitomae auctore, paullo ante monuimus. Multa utique *pictoribus* perinde atque *poëtis* licita ſunt; at latior aliquando poëtae poteſtas eſt: quippe cui multa narrare & verbis exprimere licet, quae ſi eodem modo imitari & penicillo effingere pictor auſus fuerit, recte ei dixeris:

Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.

Mox quum vulgo legeretur, οὐκ ἄρα δὴ τὸ καλὸν τῷ μὴ καλῷ φαινομένῳ εἰκάζειν ἂν. γελάσας ἐπὶ τῷ Ἐρετριεῖ ὁ Σοφοκλῆς, monuit Toupius: »Scribe, ut »Graeca ſibi conſtent, Οὐκ ἄρα δὴ – – – εἴκαζον ἄν. »*Quare haud equidem compararem: haud adſimilarem.*« — Nobis probabilior viſa erat Porsoni ratio, in Adpend. ad Toup. p. 490. monentis: »Potius *deleverim* ἂν, & repo»ſuerim οὐκ ἄρα δεῖ – – – εἰκάζειν. Γελάσας δὲ ἐπὶ &c.« — Et δεῖ, pro δὴ, ex membr. *A.* quidem non adnotatum: ſed, Epitomatorem δεῖ – – εἰκάζειν hoc loco ſcripſiſſe, ſupra vidimus. Vocula ἂν vero ante γελάσας ſatis perſpicue verbum ἀναγελάσας prodere videbatur. De utroque, & δεῖ, & ἀναγελάσας, perſpecte Corayus etiam monuit, in *Notis mſstis*. Dein percommode utique ἀναγελάσας δὲ ſcriptum foret: ſed & omittere coniunctionem *Ioni* licuerat. Initio vero phraſeos, licet perapte οὐκ ἄρα ſcriptum videri debuerit, tamen tenendam putavi veterem membranarum ſcripturam οὐ κάρτα. Frequenter eâ voculâ uti Ionicam dialectum novimus: eâdemque in hac ipſa narratione paullo poſt iterum iterumque uſum eſſe *Ionem* videmus.

οὐδ' ὁ ποιητὴς, ἔφη, λέγων χρυσοκόμαν Ἀπόλλωνα, b *Pindarum* dicit, cuius vide Oden Olymp. VI. 71. VII. 58.

Ibid. οὐδὲ ὁ φὰς ῥοδοδάκτυλον. Poëtarum pater, Iliad. α'. 477. & alibi. *Mox* Casaubonus, cum πορφυροβαφοῦς edidiſſet, haec adnotavit in Animadverſionibus:

b » πορφυροβαφοῦς χεῖρας καὶ οὐ καλῆς γυναικὸς ποιήσειε. *Fe-*
» *cerit manus convenientes purpurei coloris infectrici potius quam*
» *pulchrae mulieri.* πορφυροβαφεὺς, *infector* est *purpurei colo-*
» *ris:* mulier πορφυροβαφὴς, *quae eam artem exercet.* Olim id
» artificium fuit muliebre. Homerus: [Iliad. δ'. 141.]

» Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μίνῃ
» Μηονὶς ἠὲ Κάειρα. « —

At vocab. πορφυροβαφὴς ex formationis ratione (ſicut κοκκινοβαφὴς, μελαμβαφὴς, & ſimilia) paſſivam ſignificationem, non activam habuerit, & *purpurâ tinctum* denotaverit. Nec vero πορφυροβαφοῦς, ſed πορφυροβάφους in ed. Ven. & Baſ. ſcribebatur; temere id quidem, pro πορφυροβάφου, quod recte & membranae *A.* & *Epit.* exhibent. Eodemque modo ex certâ coniecturâ Toupius corrigi iuſſerat.

Γελασάντων δὲ, ὁ μὲν Ἐρετριεὺς ἐνωπήθη τῇ ἐπιῤῥαπίσει. Verba iſta in Animadv. repetenti Caſaubono imprudenti (puto) excidit, ut τῆς ἐπιῤῥαπίσεως ſcriberet, quae ſcriptura nusquam reperitur, neque quidquam quo commendetur habet. Casauboni *Animadverſio* haec eſt: » *Cum illi riſiſſent, Eretrieus pudore ſuffuſus eſt, quod fuerat*
» a Sophocle *obiurgatus.* Aſpero nimis verbo ἐπιῤῥαπίσεως
» uſus hîc Athenaeus: nam Sophocles puerum hunc non
» *obiurgaverat,* ſed *leviter* tantum *reprehenderat:* aut, ut di-
» cam melius, *erroris ſui admonuerat.* ἐνωπεῖσθαι nove uſur-
» pavit, pro δυσωπεῖσθαι. « — Primum notemus, non ſuis verbis *Athenaeum* haec ſcribere, ſed ipſis *Ionis* verbis uſum eſſe. Porro ἐπιῤῥαπίζειν, ἐπιῤῥαπισμὸς, ἐπιῤῥάπισις, *reprehenſionem* quamcumque, ſive graviorem, ſive leniorem ſignificant: vide IV. 168. f. ibique not. tum V. 219. a. X. 422. c. & Polyb. II. 64, 4. Nec male H. Stephanus in Indice Theſauri generalem hunc ſignificatum verbo Ἐπιῤῥαπίζω tribuit, *Taxo, refello, reprehendo.* Poterat adiicere, *verbis caſtigo.* Conf. Toupii Nov. Cur. in Suid. p. 200 ſq. Ionico-ne idiomate ἐπιραπίξει (quam terminationem habent membranae noſtrae) uſurpaverit *Ion*, neſcio: tutiusque putavi, editum ἐπιῤῥαπίσει tenere. Caeterum non *ad puerum*, ut ait Caſaubonus, ſed ad *Ludimagiſtrum*, imperite cum Poëtâ diſputantem, pertinebat illa reprehenſio. De verbo ἐνωπήθη, ſpecioſum erat quod Caſaubonus ſtatuit, idem valere ac δυσωπήθη. Dalecampius quamnam vel originem verbi vel propriam notionem ſpectarit

neſcio: commode quidem latine vertit, *repreſſus eſt Eretrienſis*. Conſulendus vero de illo verbo BENTLEIUS, in Epiſt. ad Millium, pag. 65. cuius expoſitionem laudavit adpoſuitque *Hemſterhuſius* ad Heſychianam Gloſſam Ἐνώπηται. Nempe Ionicum verbum fuit Νωπέω, idem valens ac ταπεινόω & καταπλήσσω, (*deprimo, reprimo, percello*) ut ex Heſychii & Photii Gloſſis Ἐνώπηται & Νενώπηται intelligitur. Ab eodem fonte manaſſe videtur Προνωπὴς, quod προτεταμένος, προνενευκὼς interpretantur.

εἵρετο γάρ μιν – – – ἀφαιρετέοντα. Recte εἵρετο c ed. Ven. cum Msto: Ionicâ verbi formâ, pro communi ἤρετο. Vitioſum εἴρητο, neſcio quo ſenſu, tenuit Toupius, nihil de iſto verbo adnotans. Prorſus temere & corrupte εἴχετο ed. Caſ. 3. per incogitantiam operarum repetito verbo praecedente. ἀφαιρετέοντα ex membranis recepi, quod vel idem prorſus ſonat ac ἀφαιρέοντα, vel ἀφαιρεῖν (aut ἀφαιρεῖσθαι) ζητοῦντα aut μέλλοντα, *cum tollere vellet, cum in eo eſſet ut tolleret.* Non habeo quidem in promtu aliud exemplum eiusdem formae in hoc verbo: ſed ſuſpicor, ſi minus aliis Graecis, Ionibus certe fuiſſe in uſu. Monuit *Henr.* STEPHANUS, in Theſ. Ling. Gr. T. I. pag. 186. b. »Αἱρετέω, τῶ, f. ήσω, pr. ηκα, in vulgaribus Le»xicis Graecis adnotatur idem valere quod αἱροῦμαι. Sed »apud Graecos lexicographos nondum reperi.« — Nos teneamus interim hoc exemplum ſatis probabilis auctoritatis, donec alia in lucem fuerint producta.

ὡς εὖ ὑπηγάγετο τὸν παῖδα. »Ὑπάγεσθαι, *dolis aliquem »capere, deceptumque ſuae poteſtatis facere.*« HEMSTERHUS. ad Ariſtoph. Plut. pag. 58.

Περικλῆς ποιεῖν ἔφη με, στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι. d Tenui *pronomen* με, commode adiectum in editis, quo quidem vix videtur carere poſſe oratio. Ignorat illud tamen uterque codex mstus. Ludit poëta in verbi στρατηγεῖν ambiguitate, quod & generatim *praetorem eſſe, exercitui praeeſſe* ſignificat; & *variis artificiis dolisque hoſtem decipere*, quae στρατηγήματα dicuntur Graecis. Fuit autem *Pericles* in eâ praeturâ collega *Sophoclis*, teſte Cicerone lib. I. De Offic. cap. 40. & Plutarcho, in Pericle pag. 156. quorum uterque memorat quo pacto Sophoclem Pericles reprehenderit formam pueri cuiusdam laudantem: quod dictum Periclis fortaſſe ad eamdem rem pertinebat, quam hic ab Ione narratam tradit Athenaeus. Annos eo tempore na-

d tum poëtam fuisse LXVII. scribitur vulgo in Sophoclis Vita, Tragoediis eius praefigi solita: sed, *LVII* scriptum oportuisse, Brunckius docuit, praeeunte Musgravio in Chronologiâ Scenicâ, primo Volumini Tragoediarum Euripidis praefixâ.

Τοιαῦτα πολλὰ δεξιῶς ἔλεγέν τε καὶ ἔπρησσεν, ὅτε πίνοι ἢ πράσσοι. Vix ac ne vix quidem ferendum postremum verbum: quod nec commodum hoc loco sensum admittit, & ipsâ formâ suâ (nam πρήσσοι saltem scriptum oportuerat) mendam profitetur, denique haud dubie per scribae dormitationem huc irrepsit. Rectissime, si quid video, TOUPIUS monuit: »Scribendum omnino, ὅτε πίνοι ἢ »παίζοι: *cum biberet, vel hilarior esset.*« Sic idem *Ion*, cuius haec tota narratio est, πίνειν & παίζειν iunxit apud Nostrum, lib. X. pag. 447. f. & pag. 463. c. Doctam sane, sed vereor ne longius quaesitam emendationem HUSCHKE proposuit, in Analectis Criticis (Lipsi. 1800.) pag. 24. ἢ βρυάζοι, i. e. *quum biberet & convivaretur;* provocans ad Glossas Hesychianas: Ἐβρύαζεν· εὐωχεῖτο. Ἐβρυάζοντο· εὐφραίνοντο. Cuius emendationis indicium *Boissonadi* nostri diligentiae debeo.

οὔτε σοφὸς, οὔτε ῥεκτήριος ἦν. ῥεκτήριος, Ionicum vocab. a verbo ῥέζω, fut. ῥέξω: idem valens ac δραστήριος, *vir strenuus, actuosus, natus rebus agendis.* *Mox* notanda formula, εἷς τις τῶν χρηστῶν Ἀθηναίων, *unus ex probis honestisque & commodis hominibus Athenienſibus.*

AD CAP. LXXXII.

ἔξω τείχους. Sic, *absque articulo*, scriptum dedere membranae: recte, puto, & ex Graecorum in istâ formulâ e usu. *Mox*, περιεβάλοντο, in Aoristo, ex eisdem adoptavi membranis. Pro eo vero, quod hîc legitur, *pueri palliolum fuisse substratum*, Epitomae auctor (ut supra ad initium capitis praecedentis, vidimus) *Sophoclis* τὴν χλανίδα ὑπεστρωμένην dixit. χλανὶς non tam *penula* intelligi debet, ut interpretatur Dalecampius, quam *mollis & delicata laena.* Vide V. 197. a. & XI. 509. d. ibique not. *Dein*, μετ' οὖν τὴν ἐμπλίαν recte membranae, adiecto articulo.

τούτῳ κεχρῆσθαι τῷ παιδὶ, ἀλλὰ μηδὲν προσθεῖναι. »Non caret mendo vox postrema: hoc certum habeo: »quid autem rescribam incertus sum.« CASAUBONUS. —

Cum Dalecampius in verſione poſuiſſet, *verum ſibi furto nihil amiſſum*; PURSANUS, Latina huius interpretis Graece reddenda ſibi ſumens, ἀφαιρεθῆναι correxit. Nobis locum ſuum ita tueri poſſe vulgata ſcriptura videbatur, ut per iocum dixiſſe Euripides intelligeretur, *nihil ſe adieciſſe*, nempe ad pactum cum puero pretium; pro, *nihil ſibi ab eo raptum eſſe*. Caeterum Germanorum lingua ſimillimo verbo utitur, *zuſetzen*, (quod valet ipſum Graecum προσθεῖναι) pro *iacturam facere*.

χρησάμενος τῷ περὶ τοῦ Ἡλίου καὶ Βορέου λόγῳ. Vetus fabula *de Sole & Boreâ*, inter ſe contendentibus, uter prior viatorem ad deponendum pallium cogere poſſet: quam fabulam Graecis verſibus *Babrius* complexus eſt, ut ex Suida (voc. Σισύρα) intelligitur; Latinis, *Avienus*, num. 4. Gallicis, *Lafontaine*, lib. VI. fab. 3. Quod ſequitur καίτοι πρὸς μοιχείαν &c. quaenam particulae καίτοι hîc vis inſit, non percepi: & καὶ δὴ utique ſcriptum oportuiſſe ſuſpicor.

Ἥλιος ἦν, οὐ παῖς &c. *SOPHOCLIS* iſtud, quod perhibetur, *Epigramma* adeo placuerat Brunckio, ut poſtquam in Analecta ſua recepiſſet, T. I. pag. 163. deinde etiam in calce editionis Tragoediarum Sophoclis (poſt Sophoclis Fragmenta, pag. 66. edit. in forma quadr.) ſimul cum totâ Hieronymi Rhodii narratione recudendum curaverit. De eodem conſule IACOBSII Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. I. pag. 318 ſq. Ad iſta verba, τὸν Ἔρωτα – – λωποδύτην ἀπάγεις, notabis eodem ſenſu accipiendum verbum ἀπάγειν, quo Hieronymus de Sophocle dicebat, παῖδα ἔξω τείχους ἀπήγαγε.

AD CAP. LXXXIII.

Ἀσώπιχον, φησὶ, τὸν Ἐπαμινώνδου ἐρώμενον. Ad hunc a locum commode BOISSONADUS noſter Adnotationem nobiscum hancce communicavit: » Plutarchus in Erotico, » T. II. pag. 761. d. Ἐπαμινώνδας ἐρωμένους ἔσχεν Ἀσώπι» χον, καὶ Κηφισόδωρον, ὃς αὐτῷ συναπέθανεν ἐν Μαντι» νείᾳ, καὶ τέθαπται πλησίον. In loco Plutarchi ſcripſi » Ἀσώπιχον, pro vulgato Ἀσωπικὸν, ex mente VALCKE» NARII, (in Notis ad Orat. ſuam de Philippo, p. 234.) » qui ibidem monet, Plutarchum egregie refutari ab *Oli*» *verio* in opere Gallico, cui titulus *Hiſtoire de Philippe*,

» T. I. pag. 35 seqq. « — *Asopichi* nomen occurrit etiam apud Pausaniam, lib. X. cap. XI extr.

Φαΰλλον &c. Vitiose Φύλλον h. l. scribitur in ms. *A*: deinde vero Φαυλλος absque accentu. Vide supra, VI. 232. e. & ibi not. Φάυλλον & Φάυλλος (sic) scribebatur in ed. Ven. tum Φαύλλον & Φαύλλος ed. Bas. Inde Φαΰλλον & Φαΰλλος ed. Cas. Nihil horum habet *Epit.* *Ibid.* εἰς Δελφοὺς παραγενομένῳ τῷ Πυθοδώρου τοῦ Σικυωνίου υἱῷ, ἀποκειρομένῳ τὴν κόμην. Sex verba, inter παραγενομένῳ & τὴν κόμην interiecta, cum editioni Ven. & Bas. defuissent, tacite ex msstis adiecit Casaubonus: eadem vero membranae nostrae exhibent. De re, quae hîc agitur, bene VILLEBRUNIUS monuit, Delphos venisse adolescentulum pubertatem ingressum, *Deo comam consecraturum.*

b στλεγγίδια χρυσᾶ τέσσαρα. Diximus ad IV. 128. c. στλεγγίδα Graecis non solum *strigilem* dici, sed & *bracteam qua caput redimiunt mulieres.* Qui noverit illud pectinum genus, aureis vel auratis bracteis obductorum, quibus mulierculae nostrae, ac virgines praesertim, non modo constringere comam, sed & ornare ac velut redimire haud ita pridem coeperunt; facile is intelliget, qui factum sit, ut idem Graecum vocabulum simul *pectinem*, simul *aureum quoddam capitis ornamentum* & aliquod *coronae* genus significare potuerit.

τῇ Δεινιάδου δὲ αὐλητρίδι Βρομιάδίᾳ. Sic scripsi praeeunte ms. *A.* e quo tamen absque accentu & absque iota in fine enotatum est id nomen, hoc modo, Βρομιαδια. Cuius quidem nominis quaenam ratio sit, prorsus me fugit: &, si quis scripturam olim editam Βρομίᾳ praetulerit, non repugnabo. Hariolari quidem diversas in partes facile erat, si aut tanti res esset, aut aliquid inde promoveretur.

καρχήσιον ἀργυροῦν Φωκαέων. Intellige, ἀνάθημα Φωκαέων. De *carchesio*, quod est *poculi* genus, dictum supra, lib. XI. cap. 49. *Ibid.* καὶ στέφανον χρυσοῦν κιττοῦ Πεπαρηθίων: nempe, rursus, ἀνάθημα. Quum & in membranis, & in editis libris sic vulgo cum lacunâ scriptum esset, καὶ σ . . . . . νον χρυσοῦν &c., admotavit CASAUBONUS: »Laudo coniecturam Dalecampii, κισσύβιον »χρυσοῦν κιττοῦ Πεπαρηθίων. *Cissybia* ex *hederâ* fiebant: »sed istud erat inauratum. « — Nempe ita DALECAMPIUS: & *aureum cissybium, Peparethiorum donarium.* De cissybio lege lib. XI. cap. 53. At, de eo non cogitasse hîc *Theo-*

pompum, cuius verbis ista refert Athenaeus, persuasum habeo. Quemadmodum mox deinde στέφανον δάφνης ait, sic hic haud dubie στέφανον κιττοῦ scripserat: & sicut hîc diserte adiectivum χρυσοῦν adiecit, sic & ibi στέφανον χρυσοῦν δάφνης intelligere debemus; quemadmodum etiam paulo post diserte ait, δάφνης στέφανον χρυσοῦν. *Coronam hederaream* dicit, & *coronam lauream*, utramque *ex auro effictam*; id est *coronam auream*, alteram *folia hederae imitantem*, alteram *lauri folia*. Simillimâ ratione στέφανος ἐλαίας χρυσοῦς, lib. V. pag. 201. d. est *corona oleaginea ex auro*: & pro eo, quod hîc dicitur στέφανος χρυσοῦς κιττοῦ, ibi nominatur στέφανος κίσσινος ἐκ χρυσοῦ. Eadem, qua usi sumus, emendatio CASAUBONO olim placuerat; cuius manu, in Athenaei exemplo quod ipsius fuerat, hoc loco in orâ notata haec leguntur: »Scr. καὶ »στέφανον χρυσοῦν.« — A qua sententiâ discedere ille non debuerat, cum Athenaeum ederet, aut Animadversiones in eum conscriberet.

τῷ δὲ Λυκόλᾳ, τῷ τοῦ Τριχολέου υἱῷ Φυσκίδᾳ. »Φυσκί»δα, stirpis & familiae nomen putant. Quidam φύσκωνα »interpretantur, *obesum*, *ventricosum*.« DALECAMPIUS. — Potior utique videtur prior interpretatio. *Physcidas* dictus videtur, qui a *Physco* genus derivaret. *Physci* Aetoli, Amphictyonis filii, Deucalionis nepotis, Stephanus Byzant. meminit in Φύσκος.

Πλεισθένους ἀνάθημα. *Plisthenes* ille quis fuerit, nec memini, nec laboriosius nunc quaerere vacat. Apud Suidam, suo loco, nudum nomen Πλεισθένης legitur: nihil amplius. Illud vix dubitandum puto, intercidisse hîc ante id nomen nonnihil, quo declarabatur *quodnam* fuerit istud *donarium*.

Φιλόμηλος. *Philomelus*, ante Onomarchum & Phayllum, imperator Phocensium; qui primus Delphos occupaverat, & donaria spoliare coeperat. Eiusdem mentio facta VI. 264. d. Quod deinde Λαμψακηνῶν ἀνάθημα hîc dicitur, id Κνιδίων fuisse perhibetur apud Plutarchum, De Pythiae Oraculis, pag. 597 extr. ubi eadem narratur historia. *Ibid.* ἐν Μεταποντίῳ recte dedere membranae. Sic enim Graeci dixerunt, Μεταπόντιον: non Μετάποντον, aut Μετάποντος, quod est viri nomen, non oppidi.

ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ μάντεων. Nisi mox rursus subiiceretur ἐμμανῶν γενομένων τῶν μάντεων, suspicaturus eram τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ νεανιῶν scriptum oportuisse. Et

vel sic eo inclino, ut suspicer, utrobique *νεανιῶν* pro *μάντεων* restituendum auctori. Sic sane apud Plutarchum legitur, (l. c. pag. 598. a.) *ὁρμήσαντες ἐπὶ τὸν στέφανον οἱ νεανίσκοι, καὶ μαχόμενοι περὶ τοῦ χρυσοῦ πρὸς ἀλλήλους, διέσπασαν τὸν ἄνθρωπον.* Statuere utcumque licebat, priori loco teneri *μάντεων* ita posse, ut *deleto commate* quod *ante γενομένης* nos interposuimus, intelligeretur *vox ista ex lauro a vatibus edita fuisse*: sed, vel sic, posteriore certe loco *ἐμμανῶν τῶν νεανιῶν* legendum fuerit. At nobis quidem etiam priori loco isti *ἐν τῇ ἀγορᾷ μάντεις* minime placent: ac fere non dubitamus, *ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ νεανιῶν* scriptum oportuisse, eaque verba interserto commate a sequentibus *γενομένης φωνῆς* fuisse distinguenda; licet deinde sub finem periodi parum commode, praeter necessitatem certe, repetita videri possint verba *ὑπ' αὐτῶν*: nempe repetita ista sunt perspicuitatis caussâ, ob longiorem periodi ambitum. Tenui dein editam scripturam *Προκοννησίου*, geminâ *ν* literâ: simplici tamen *ν*, ut in nostris membranis, sic etiam apud Stephanum Byzantinum *Προκόνησος* & *Προκονήσιος* vulgo scribitur. Lepide vero *Villebrunius* hunc *Pharsaliae* casum, qui post sextam & centesimam incidit Olympiadem, in idem tempus posuit, quo ex Hyperboreis rediit *Aristeas Proconnesius*, quem Croesi & Cyri aetate vixisse constat.

d *εὑρέθη διὰ τὸν τοῦ θεοῦ στέφανον ἀνηρημένη.* Sic percommode membranae: pro quo quum *διὰ τὸ τὸν τοῦ θεοῦ στέφανον ἀνηρημένη* editum esset, CASAUBONUS monuerat: »Scribe, *διότι τὸν τοῦ θεοῦ στέφανον ἦν ἀνηρημένη.*« — nempe verbum *ἀνηρημένη* diversâ prorsus notione accipiens. Cui praeiverat DALECAMPIUS in versione: *compertum est, ob Dei coronam quam sustulerat, dilaniatam fuisse.* Ad editam olim scripturam docte acuteque adnotaverat CORAYUS: »Expungo tantum *τὸ* articulum. *ἀνηρημένη*, est *interfecta.*«

AD CAP. LXXXIV.

Κλεώνυμος ὁ Σπαρτιάτης &c. Vide Diodorum Sicul. XX. 104. Quod vero *hunc* ait auctor *primum hominum obsides accepisse mulieres*, id falsum esse monuit CASAUBONUS in Notâ ad oram sui olim libri scriptâ, nisi de *Graecis hominibus* unice intelligas.

Σαπφοῦς μέλη τοῦ Κλεομένους Λαμυνθίου. Cum ἢ τοῦ Κλεο- e
μένους Λαμινθίου legeretur, & verſibus non diſtinctis ſcripta iſta verba eſſent, haec adnotavit ad hunc locum CASAUBONUS: »Verba ſunt ex fabula *EPICRATIS Antilaide*. Quare ita debes diſtinguere:

»— Ἐρωτικὰ
»μεμάθηκα ταῦτα παντελῶς Σαπφοῦς μέλη
»ἢ τοῦ Κλεομένους τοῦ Λαμινθίου.

»Sed quis iſte poëta *Cleomenes?* & unde dictus *Laminthius?* »Ineptum cenſeam de Cleobulo Lindio aliquid ſuſpicari: »etſi Lyrica carmina eum feciſſe ſcimus ex veteribus. Hoc »igitur, quia longius a vulgata lectione recedit, miſſum »faciamus. Lego, τοῦ Λαπιθίου. Lapethus vel Lapithus »Cypri urbs fuit. Inde eſt Λαπιθία γῆ apud Diodorum »Siculum libro XIX. [cap. 79.] atque ille ſcribit per ι, »non per η, quomodo videtur & Epicrates: nam articu»lus τοῦ non eſt in optimis libris. Notemus igitur de *Cleo»mene, poëtâ* Ἐρωτικῶν: cuius rara admodum ac paene nul»la in veterum ſcriptis mentio. Athenaeus lib. XIV. [pag. »638. d.] Ὁ τοὺς εἰς Χιονίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτω»χοὺς, Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιογράφου τῆς ἰλα»ρᾶς μούσης, λέγων οὕτως·

»Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος, οὐδ' ὁ Κλεομένης
»ἐν ἐννέα χορδαῖσι κατεγλυκάνατο.«

Nos notemus, primum, non Λαμινθίου, ſed Λαμυνθίου ſcribi in vetuſtis membranis: a qua ſcripturâ ſicut praeter rationem diſceſſere iuniores, ſic nulla ſatis idonea cauſſa adparet, cur ſuſpectam eam habeamus. Nam licet *Lamynthus* oppidum non magis quam *Laminthus* nobis cognitum ſit; quidni Λαμυνθίου poſſit eſſet *patris* nomen, ut *Cleomenes* iſte intelligeretur *Lamynthii filius* fuiſſe? Fuit ſane Graecum id nomen: nam *Lamynthium* Mileſium, (ſive is ipſe fuerit Cleomenis huius pater, ſive alius) haud multo ante nominatum vidimus, (p. 597. a.) *Lyricum poëtam*, qui lyrico carmine *Lyden* cecinit, ſicut elegiaco Antimachus. Cypri oppidum, de quo Caſaubonus cogitaverat, rectius ab aliis per η ſcribi, monuerat H. Stephanus ad Diodor. l. c. monuitque Weſſeling. ad Diod. XIX. 59. Deinde, τοῦ articulus, quem non eſſe in optimis libris Caſaubonus aiebat, is quidem nec in optimis libris, nec in alio ullo, nec ſcripto, nec impreſſo, reperitur. Et

e recte utique abeſt: ſunt enim, quemadmodum edidimus, duo integri ſenarii:

Ἐρωτικὰ μεμάθηκα ταῦτα παντελῶς
Σαπφοῦς μέλη, [ἃ] τοῦ Κλεομένους Λαμυνθίου.

Sed de poſteriori verſiculo ſcrupulum nobis iniecere veteres noſtrae membranae, particulam ἃ ignorantes. Quae ſi abeſſe poſſit, mollior quidem ceciderit verſus: ſed tamen fert eam etiam metrica ratio, ut correptâ in voce *μέλη* ultima vocali ob vocalem ſequentem ſecundus ſenarii pes anapaeſtus ſit. Quod ſi aliunde certo conſtaret, *poëtam lyricum* fuiſſe hunc *Cleomenem*, recte haud dubie feciſſe iuniores librarii aut editores exiſtimari deberent, quod particulam iſtam inſeruiſſent. Sin nonniſi *cantor lyricus* fuit, (quod cum ex alto auctorum omnium ſuper iſto homine ſilentio, tum ex eo ipſo Athenaei loco, quem ex lib. XIV. protulit Caſaubonus, probabile fieri videtur) commode rectequе hoc loco vocula ἃ abfuerit: intelligique debuerit, *Cleomenem Lamynthium* (ſive, *Lamynthii filium*) *Sapphica carmina* prae caeteris ſolerter *ad lyram decantaſſe*, & illius modos vulgo maxime fuiſſe probatos.

Ὑμεῖς δὲ, ὦ φιλόσοφοι. Sic h. l. membranae; non οἱ φίλοσ. Quae vero continuo ſubiiciuntur verba, κἂν ἐρασθέντες ποτὲ γυναικῶν ἐν ἐννοίᾳ λάβητε ὡς ἀδύνατόν ἐστιν τὸ τυχεῖν μάθετε παύονται οἱ ἔρωτες, ὥς φησι Κλέαρχος: in his nihil mutant membranae: nec in eisdem variant editi libri, niſi quod leves iſtas diſtinctiones, quae poſt λάβητε & poſt μάθετε in ed. Baſ. & Caſ. interponuntur, ignoret Veneta editio cum membranis. Quas diſtinctiones etiam nos, cum de totius orationis & ſtructurâ & ſententiâ prorſus incerti eſſemus, conſultum duximus omittere: temperare autem nobis vix potuimus, quin *poſt μάθετε lacunae notam* poneremus; quam in latina quidem verſione, ad verbum de Graeco expreſſa, eo loco poſuimus. Videant ingenioſiores, an Graeca ſatis ſana & integra ipſis videantur, aut quo pacto ſananda, quae his latinis Dalecampius reddere conatus eſt: *Vos autem philoſophi, cum primum amare foeminas in animum inducetis, ſi quod in votis eſt aſſecuturos vos deſperatis, mox, ut Clearchus ait, evaneſcet atque ceſſabit amor.* Similiter Natalis Comes: *etſi mulieres amare aliquando in animum inducitis, cum videtis fieri non poſſe ut conſequamini, ceſſant amores, ut ait Clearchus.* Quae utcumque ferri poſſent, ſi eſſet ἀδύνατον εἶναι,

non ἐστίν. Gallicus interpres, ἐστὶν tenens, poſt μάθε- e τε particulam ὅτι inferendam cenſuit, quo ſententia aliqua verbis ineſſet: ſed vereor, ne haud multo commodior, quam vulgatis Graecis, Gallicis hisce ſententia inſit: *Si jamais devenus amoureux des femmes, vous penſez qu'il ſoit impoſſible d'arriver au but de vos deſirs, ſachez que l'amour a ſon terme, comme dit Clearque.* Illud quidem ſatis adparet, commodam aliquam viam quaeſiviſſe Deipnoſophiſtam noſtrum, qua ad ſequentem disputationem de *hominibus ſtatuarum amore captis* transiret: ſed videtur ille conatus non multo felicius, quam alibi ſaepenumero, ei ceſſiſſe: inde confuſa & intricata oratio; quae tanto facilius per librariorum negligentiam magis etiam turbari corrumpique potuit.

τῇ τε γὰρ περὶ τὴν Πειρήνην χαλκῇ βοῒ βοῦς ἐπανέβη. περὶ τὴν Πυρήνην, quod ante nos edebatur, valet *circa Pyrenaeos montes*, ut recte Dalecampius vertit: non, ut Villebrunius, *aux environ de Pyrene;* quem locum nemo novit. At nemo facile dubitaverit, verum ideſſe quod nobis uterque dedit codex mstus, περὶ Πειρήνην, id eſt, *ad Pirenem*, notum illum prope Corinthum fontem, cuius ſaepius mentio facta apud Noſtrum, veluti hoc libro, p. 588. d. & II. 45. b. Neque admodum, puto, turbare nos debet, quod in eiusdem fontis deſcriptione apud Pauſaniam lib. II. cap. 3. aliae quidem aeneae memorentur ſtatuae, bovis autem aeneae nulla fiat mentio; aut quod *Syracuſis* iſtud de tauri libidine, ad aeneae vaccae conſpectum accenſa, obſervatum Valerius Maximus ait lib. VIII. cap. 11. extern. num. 3. De uſu verbi ἐπαναβαίνειν & ἐπιβαίνειν in ea re, de qua hic agitur, monuit Hemſterhuſius ad Luciani Dial. Deor. XXII. c. 4. In *Epit.* vero ἐπανέστη, pro ἐπανέβη, ſcribitur.

οὗτος γὰρ τοῦ ἐν Σάμῳ Παρίου ἀγάλματος ἐρασθεὶς &c. f Eumdem furorem in Cnidiam Praxitelis Venerem admiſſum notavit Plinius, lib. XXXVI. cap. v. ſect. 4. num. 5. (ubi vide Harduin.) & Lucianus, Amorib. cap. 15. Tom. V. Opp. ed. Bip. pag. 273 ſqq. *Ibid.* προβαλλόμενος τὸ σαρκίον. σαρκίον neſcio an obſcoeno ſenſu dixerint Graeci inſtrumentum aliquod explendae masculae libidini inſerviens. Sed eodem ſenſu σάκιον aut σακίον legendum ſuſpicatus ſum ex Heſychianâ Gloſſa, Σάκαν, τὸ τῆς γυναικός: collatâ cum alia eiusdem Heſychii, quae ſic vulgo ſcripta:

χοῖρος· χοιρόσακα, μηχάνημά τι οὕτως ἐκαλεῖτο. Notum est enim χοῖρον alioqui Graecos τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον dixisse. Caeterum memini hunc locum ita alicubi expositum legere, quasi dixisset auctor, *vivam mulierem* adiisse hominem illum, cum qua libidinem suam expleret.

μνημονεύει καὶ Ἀλεξις. καὶ particulam adiectam dedere
a membr. *A*. In *Alexidis verſ.* 2. carebat ed. Bas. voce ἕτερον, quam tacite ex mſstis adiecit Cas. Eamdem vero vocem etiam editio Ven. dabat, quam ille non consuluit.

Ibid. verſ. 3. ἑαυτὸν, pro edito αὐτὸν, eaedem dedere membr. *Mox*, quod in *Philemonis* fragmento legitur λιθίνου ζώου, de illo usu vocabuli ζῶον diximus ad V. 196. e. & passim alibi.

Κτησικλέους δέ ἐστιν ἔργον τὸ ἄγαλμα. Istud artificis nomen alibi non reperi. *Cteſilaum*, nobilem sculptorem, Plinius nominat, XXXIV. VIII. 19. & ibid. num. 14. Ac fortasse Κτησιλάου aut Κτησίλεω scriptum apud Nostrum oportebat: sed vulgatum tenent ambo nostri mſsti.

Πολέμων δὲ ἢ ὁ ποιήσας &c. Conf. XI. 479. f. *Ibid.* Ἐν
b Δελφοῖς, φησὶν, ἐν τῷ πινάκων θησαυρῷ. Cum ἢ ἐν τῷ πινάκων vulgo legeretur, delevi cum Dalecampio ἢ particulam, quae haud dubie per scribae incogitantiam e superioribus verbis huc irrepsit. Satis notum est, varias fuisse Delphis *cellas*, quos *thesauros* vocabant, in quibus variorum populorum donaria servabantur. Vide Lexic. Polyb. in Θησαυρὸς, & Pausan. lib. X. cap. XI. Fuerit igitur etiam aliqua e cellis, ὁ τῶν πινάκων θησαυρὸς nominata, i. e. *tabularum pictarum theſaurus*: nisi forte sub vocab. πινάκων latet *populi* nescio cuius *nomen*. Certe a populis vel civitatibus nomina invenerant plerique ex illis thesauris: & in eo quidem, de quo hic agitur, non modo pictae tabulae, sed & marmoreae statuae fuerunt.

Ibid. καὶ τῆς ὁμιλίας καταλιπεῖν στέφανον. Possis suspicari, καὶ τῆς ὁμιλίας μισθὸν κατ. στεφ. scriptum oportuisse: sicut paulo post scribitur, δεδωκέναι γὰρ αὐτῷ μισθόν. Sed vocab. στέφανον, pro *munere* accipiendo, ut saepe aliâs, possit etiam στέφανος ὁμιλίας satis commode *munus* intelligi *congreſſus cauſſâ datum*. Conf. supra, XII. 538. b. & Lexic. Polyb. voce Στέφανος.

AD CAP. LXXXV.

Σεκούνδου μέν τινος -- ἀλεκτρυὼν &c. Eamdem hiſtoriam Aelianus retulit, lib. XII. De Nat. Anim. cap. 37. Philonem auctorem citans. *Ibid.* οἰκέτης Νικομήδους τοῦ Βιθυνῶν βασιλέως. Deerat nomen Νικομήδους ed. Ven. & Baſ. tacite a Caſaub. adiectum. Agnoſcunt id autem h. l. ambo noſtri mssti.

ἐν Αἰγείῳ δὲ παιδὸς ἠράσθη χήν. Pro mendoſo Ἀγείῳ, c in quo nil mutant membranae, Αἰγείῳ ſcripſi cum Aeliano, lib. V. De Nat. Anim. c. 29. ubi eadem res traditur. Sed rectius etiam foret ἐν Αἰγίῳ: nam Αἴγιον proprie ſcribitur Achaici illius oppidi nomen. Vide Steph. Byz. & Indicem noſtrum Hiſtoricum & Geographicum in Polybium. Apud Plinium, eamdem rem referentem, X. 22, 26. olim *Argis* legebatur, ubi *Aegii* correxit *Harduinus*.

ἐρασθῆναι [χῆνα] Λακύδους. Vix abeſſe poteſt vox χῆνα, quae in libris quidem hodie non comparet, ſed poſt ἐρασθῆναι facile potuit excidere. De *Lacyde* habet etiam Plinius l. c. & Aelian. Nat. Anim. VII. 41.

Δελφῖνα δ' ἐν Ἰασῷ παιδὸς ἐρασθῆναι λόγος. Eamdem hiſtoriam habes apud Plinium, IX. 8, 8. & uberius apud Aelian. Nat. Anim. VI. 15. Alios auctores laudarunt viri docti ad Aelianum. Magis etiam mirabilem de delphino hiſtoriam, quam vel haec eſt, vel ea quae mox ſubiicitur, narrat Herodotus I. 23 ſq.

ὁ δὲ λόγος ἐστὶν αὐτῷ ὁ περὶ Ἀλεξ. Articulum ὁ ante περὶ Ἀλεξ. repetitum dedere membr. *A*. Ex eisdem, *paulo poſt*, ſcripturam δωδεκάτῃ adoptavimus. d

Φύλαρχος γοῦν. Perperam Φίλαρχος ms. *Ep.* ut paſſim alibi. *Ibid.* Κοίρανος, φησὶν, ὁ Μιλήσιος &c. Eamdem rem paulo uberius, ſed cum nonnullâ varietate, narrat Aelianus, Nat. Anim. VIII. 3. Conferendus etiam Plutarch. De Solertiâ Animal. pag. 985. *Ibid.* λαβόντας δελφῖνα, e καὶ μέλλοντας κατακόπτειν. Multos olim religioni ſibi duxiſſe *delphini comedere carnem*, docuit Caſaub. in Animadv. ad Athen. VI. 283. c. *Ibid.* ναυαγίᾳ χρησάμενος. Sic commode ms. *A*. & *Ep.* conf. p. 611. b. Vocab. ναυάγιον *fragmentum* potius *navis* ſonat, quam ipſum *naufragium*. Recte dein συγκινδυνόντων ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. & f utroque cod. msto.

ὅσην ἐλέφας τὸ ζῶον φιλοστοργίαν ἔσχεν εἰς παιδίον.

Conf. Aelian. Nat. Anim. XI. 14. Duas voces τὸ ζῶον, cum deeſſent vetuſtis editionibus, e msstis tacite adiecit Caſaubonus: & agnoſcunt easdem noſtrae membr. *A.*

Ibid. ἡ τοῦ Ἰνδοῦ γυνὴ παιδίον αὐτῆς τριακοσταῖον παρακατέθετο. Aelianus adiicit, παρακατέθετο φωνῇ τῇ Ἰνδῶν, ἣν ἀκούουσιν ἐλέφαντες. Apud Noſtrum nude παρέθετο ſcribitur in *Epit.* παρεκατέθετο habet ed. Caſ. duplici augmento: ſed παρακατέθετο editt. vett. atque ita etiam puto ms. *A.*

ἐτίθει αὐτὸ ἐν σκάφῃ. Potuerat fortaſſe ἐν σκάφει ſcribi cum ms. *A.* a recto caſu τὸ σκάφος, idem valente ac ἡ σκάφη. Tenendum tamen putavi ex ed. Caſ. ἐν σκάφῃ, quod & ms. *Ep.* tuetur, & Aelianus: moxque apud Noſtrum in τὴν σκάφην conſentiunt libri. Caeterum novimus, nimis frequenter in vetuſtis membranis confundi permutarique ει & η. Apud Epictetum, Diſſert. III. 22, 71. ubi σκάφην vulgo *labrum* interpretantur, fortaſſe haud ſecus atque hîc *cunae* intelligendae erant, ſed corrigenda menda in voculâ praecedente: & pro vulgato ἵν' αὐτὸ λούσῃ εἰς σκάφην ſic ſcriptum oportuiſſe ſuſpicor, ἵν' αὐτὸ λούσῃ· δεῖ σκάφην· (ſcil. ἔχειν.) *oportet habere cunas.* Mox, πεποιήκοι recte ms. *Ep.* neſcio an & ms. *A.*

a καὶ κατεκοίμιζεν αὐτό. Sic, in *imperfecto* tempore, non κατεκοίμισεν, ſcribendum monuit Casaub. in Animadv. Eodem vero modo ſcribitur in utroque noſtro codice.

AD CAP. LXXXVI.

Περσαίου τοῦ Κιττιέως ἐν τοῖς Συμποτικοῖς Ὑπομνήμασι. Confer IV. 162. b. c. ibique notata. *Perſaeum* a Zenone, Antigoni invitationem declinante, loco ſui ad Antigonum miſſum eſſe novimus ex Laërt. VII. 6. Ibi tum haec geſta ſunt quae deinde narrantur. Exprobrat autem hîc Athenaei Myrtilus Cynicis, quod, cum Stoici vellent videri, loco hilaritatis & mitium morum Stoicorum veterum, ruſticos mores & durum vitae inſtitutum adfectarent.

b καὶ ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἀνὴρ μεθυσθείη ἄν. Dalecampius in contrariam prorſus ſententiam vertit: *Boni quidem ac probi viri numquam inebriantur.* Immo, *non alienum eſſe a Sapientis perſonâ inebriari aliquando,* laxiores quidem Stoici cenſuerant. Sed opportune monitum a Casaubono ad hunc locum video: »Discedit a ſuae ſectae placitis Per»saeus, cum ait apud Deipnoſophiſtam, καὶ ὁ καλὸς κ'

» ἀγαθὸς ἀνὴρ μεθυσθείη ἄν. Nam Stoicorum ſententia » erat: Ὁ σοφὸς οἰνωθήσεται μὲν, οὐ μεθυσθήσεται δέ. « — Vide Laërt. VII. 118. & notata ad Epicteti Differt. I. 18, 23. Nempe quod in ſcholae praeceptis οἰνοῦσθαι dicebant Stoici, id in *Convivalibus Commentariis* PERSAEUS μεθύσκεσθαι dixit: & ſatis notum eſt, non ſemper ſtrictiſſimo & turpiori ſenſu uſurpare id verbum ſolitos eſſe Graecos. Et ſeverior etiam Seneca, De Tranq. Animi cap. 15. *Aliquando*, inquit, *vectatio iterque & mutata regio vigorem dabunt, convictusque & liberalior potio: nonnumquam & usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, ſed ut deprimat.*

εἶθ' ὅταν παραδυῇ τὸ οἰνάριον. Rectius fortaſſe παραc δύῃ editum erat: ſed reſtituendam putavi conſentientem utriusque veteris codicis ſcripturam παραδυῇ, in Aor. 2. paſſivi, donec quis certo nos docuerit, Graece ita nullo modo dici potuiſſe.

τῶν ἐξ Ἀρκαδίας θεωρῶν. » Idem *Perſaeus* cum ſcribit, » Ὃ καὶ πρώην ἐγένετο ἐπὶ τῶν ἐξ Ἀρκ. θεωρῶν πρὸς Ἀντί» γονον παραγενομένων, legatos appellat θεωροὺς, non » πρέσβεις: quod quam vim habeat dictum libro ſexto, » cap. XIII. [vide Animadv. ad VI. 251. b. & ad V. 194. c. Scilicet θεωροὶ proprie ſunt *legati rei ſacrae cauſſâ miſſi*, aut *qui ſolennitati cuidam intereſſent.*] » Sed adulatur Perſaeus » Antigono regi, tanquam ſervus hero ſuo, aut libertus » patrono: nam & inter miniſtros eius fuerat, τροφεὺς & » baiulus filii eius, cui nomen Alcyoneo: auctor Dioge» nes Laërtius. [VII. 36.] « CASAUB. *Ibid.* ἐκεῖνοί τε. Iſtam τε particulam dedit cod. *A.* In *Epit.* non ultra verba ἀσχημοσύνην ἐπιδείκνυνται continuatur haec Perſaei disputatio.

ἐν ταῖς διαζώστραις γυμναὶ ὠρχοῦντο. Pro nihili voce διαζώσφαις, quam editiones omnes hîc tenebant, διαζώστραις dedere membranae; probum vocabulum, Lexicographis licet ignotum, quod idem valet ac διάζωμα apud Thucydidem lib. I. cap. 6. ubi ait: καὶ τὸ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο. Suſpicatus apud Noſtrum eram, αὐταῖς διαζώστραις: id eſt, *ſolis ſubligaculis, nonniſi ſubligaculis praecinctae, caeterum nudae.* Sic Polybius II. 28. 8. γυμνοὶ μετ' αὐτῶν τῶν ὅπλων, *nudi cum ſolis ſcutis, nonniſi ſcutis tecti*: nam *ſcutis* ibi vel *clypeis* in verſione, pro *armis*, repoſitum malim.

ἐκ τῶν κλινῶν ἀνώρμων. Sic rurſus eaedem membra- d

nae; multo commodius, quam quod editum erat ἀφώρμων. Ex eisdem recepi ſcripturam αὐτὸν (i. e. ἑαυτὸν) in iſtis σκληρὸν αὐτὸν εἰσῆγεν. Verbum εἰσῆγεν ἑαυτὸν aliquanto plus ſonare videtur quam *praebuit ſeſe;* nempe *oſtentavit ſe ut talem.* Quaerit doctiſſimus CORAY in Notis msstis: » An σκληρὸν αὐτὴν εἰσεῖδεν? « Id eſt, *torve eam intuebatur.* At in εἰσῆγεν nil mutant membr. nec ſolicitandum id verbum equidem putem.

e ἐν τῷ ἀγοράζειν πάνυ νεανίσκος ἦν. » Scribendum νεα» νικὸς ἦν: *temerarius, animoſus & cupidus emtor.* Sic Grae» ci loquuntur. De huiusmodi *venditionibus,* Suetonius in » Auguſto, cap. LXXV. « CASAUBONUS.

καὶ τῷ πωλοῦντι, ἄλλῳ τινὶ ἔλαττον προσθέντι, ἠμφισβήτει. CASAUBONO obſecutus ſum, ad vulgatam ſcripturam προσθέντος monenti: » Lego προσθέντι. *Rixa*» *tum* ait *cum vendente, quod alteri citius addixiſſet,* nec ſibi » facultatem licendi feciſſet. Interpres προσθεῖναι hîc acci» pit pro *licere,* πλειστηριάζειν: ego, pro *addicere.* « — Nec tamen, ſic prorſus in liquido poſitam eſſe loci huius vel lectionem vel interpretationem, contendam. Nam, ut taceam non ſuppetere alia exempla verbi προσθεῖναι in alterutram partem uſurpati, difficultatem etiam habent proxime ſequentia verba, καὶ οὐκ ἔστι αὐτὸν πεπρακέναι: quae ſic accipienda fuerint, quaſi dixiſſet, καὶ οὐ νομίμως αὐτὸν πεπρακέναι, i. e. *& non legitime illum vendidiſſe,* vel, *& non concluſam, non ratam eſſe venditionem:* quam in partem Gallicus interpres reddidit: *diſant qu'il l'avoit adjugée trop tôt à un autre, dont le marché étoit par conſequent nul.* Dalecampius vero quam ſententiam poſtremis illis verbis ſubiecerit, minus percepi, cuius haec eſt interpretatio: *& cum venditore, pretio ab alio quodam celerius auctо, decertavit, negans ab ipſo addictam fuiſſe.* Priora Graeca verba, PURSANUS, tenens vulgatum προσθέντος, ad *Dalecampii* mentem ſic refingenda cenſuerat, καὶ τῷ πωλοῦντι, ἀλλου τινὸς ἔλαττον προσθέντος, ἠμφισβήτει.

φησὶ γὰρ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος &c. » Sequens *narratio An*» *tigoni Caryſtii de Zenone,* qui diſcipulum ſuum, reliquias » pudoris ſervantem, bene & naviter reddit impudentem, » male accipit Dalecampius. « CASAUBONUS. — Vellem vero planius mentem ſuam aperuiſſet doctus Animadverſor, &, quid eſſet quod in Dalecampii verſione reprehendendum cenſeret, expoſuiſſet. Athenaei verba haec ſunt:

Μή ποτε αὐτός ἐστιν ὁ Περσαῖος ὁ περὶ τῆς αὐλητρίδος διαπυκτεύσας; φησὶ γὰρ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος, γράφων ὧδε· Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, Περσαίου παρὰ πότου αὐλητρίδιον πριαμένου, διοικοῦντος εἰσαγαγεῖν πρὸς αὐτὸν διὰ τὸ τὴν αὐτὴν οἰκεῖν οἰκίαν, συναισθόμενος συνείλκυσε τὴν παιδίσκην, καὶ συγκατέκλεισε τῷ Περσαίῳ. Quae sic latine convertit Dalecampius: *Num vero, inquit Cynulcus, Perſaeus ille eſt, qui de tibicinâ puzillatu dimicavit? Scribit enim Antigonus Caryſtius in Vita Zenonis Citienſis, Perſaeo inter potandum mulierculam tibicinam emptam ducere domum cunctante, quod ſimul habitarent, id ubi ſenſit, puellam in aedes illum* [nempe, *Zenonem*] *pertraxiſſe, & cum Perſaeo concluſiſſe.* Qua in verſione nihil equidem erratum ab interprete video, niſi quod ſermonem hunc *Cynulco* tribuat; cum ex Athenaei mente *Myrtilus*, qui ſuperiora dixerat, idem etiam verba iſta Μή ποτε αὐτὸς (ſive, Μή ποτε δ' αὐτὸς malueris) & ſequentem Antigoni narrationem adiecerit. Neque in Antigoni Graecis verbis, quae eadem membranae cum editis tenent, obſcuri quidquam aut quod aliter accipi debuiſſet video. Illud quidem ſatis adparet, diverſam eſſe hanc hiſtoriolam, quam ex *Antigono Caryſtio* refert Athenaeus, ab illa, quam paulo ante ipſius *Perſaei* verbis retulerat; cum Antigonus de re loquatur quae *Athenis* accidiſſet, *Perſaeus* vero de re quae accidiſſet *in Macedonia* apud regem Antigonum Gonatam. At mens Myrtili, id eſt Athenaei, haec eſſe videtur, ex eo quod de puellâ a Perſaeo inter potandum emtâ Antigonus Caryſtius narrat, ſuſpicari licere, philoſophum illum, quem Perſaeus in Convivalibus ſuis Commentariis dixerit, nullum fortaſſe alium niſi ipſum *Perſaeum* intelligi debere. Adnotavit h. l. DALECAMPIUS in orâ: »Παιδίσκην. Laërtius in eius vita: qui locus eſt corruptus. « — Scilicet Laërtius in Zenonis vitâ de eadem re loquens, de qua Antigonus Caryſtius loquebatur, paulo aliter eam narrat. Sic enim apud Laërt. VII. 13. vulgo legitur: Σύν τε Περσαίῳ τὴν αὐτὴν οἰκίαν (ὁ Ζήνων) ᾤκει. καὶ αὐτοῦ αὐλητρίδιον εἰσαγαγόντος πρὸς αὐτὸν, ἀποσπάσας πρὸς τὸν Περσαῖον αὐτὸ ἀπήγαγεν. Id eſt: *Et cum Perſaeo easdem aedes Zeno habitavit. Quumque ille* (Perſaeus) *mulierculam tibicinam ad ipſum* (Zenonem) *introduceret, abſtrahens eam* (i. e. *manu praehendens*) *ad Perſaeum* (nempe, in conclave quod Perſaeus habitabat) *abduxit.* Ubi

praeter rationem, ut nobis videtur, & interpres latinus, & Kühnius in Notis, καὶ Ἀντιγόνου pro καὶ αὐτοῦ legendum censuerunt.

f Πολύστρατον Ἀθηναῖον, μαθητὴν Θεοφράστου. Sic commode editi, omissâ δὲ particulâ, quam post μαθητὴν interserunt membranae. Restituenda tamen Athenaeo fortasse fuerat illa ipsa scriptura, μαθητὴν δὲ Θεοφράστου: nam & alibi passim simillimâ pleonasticâ ratione particulam istam ab eodem positam mihi videor observasse. *Polystratum* quemdam Epicureum commemorat Laërtius X. 23. de quo hic non cogitandum. Duos aut tres alios *Polystratos* nominavit Harpocration, sub ipsa voce Πολύστρατος: quorum an unus fuerit philosophaster ille, qui ab Athenaeo hîc commemoratur, & parum interest scire, & nunc quaerere non vacat nobis.

AD CAP. LXXXVII.

τῆς ἀποσκευῆς τῆς Δαρείου. Sic commode ms. *A*. Ex toto hoc capite nihil habet *Epit.*

a χυτρεψοὺς εἰκοσιεννέα. Quinam sint potissimum, quos hoc nomine insignit, & quid hi differant a τοῖς ὀψοποιοῖς, non definiam equidem: nisi fortasse hos, qui *olera aut carnes simplici ratione elixant*, χυτρεψοὺς dixit, eo quod *ollis* maxime utantur; cum solertiores coqui, ad *obsonia paranda*, *sartaginibus* potius uterentur. DALECAMPIUS in orâ notavit: »Lego χυτρίψους, *mediastinos*, *qui ollas per-*»*fricarent & abstergerent.*« Quem secutus Gallicus interpres, *garçons de cuisine* interpretatus est. At pro hoc hominum genere sane exiguus fuerit numerus, qui hîc nominatur: &, verum si quaeris, pro isto significatu, χυτροτρίβας dicturus auctor erat, non χυτρίψους. *Dein* ποτιματοποιοὺς, non ποτιματοποιοὺς, dedere membranae, recte, a vocabulo τὸ πότημα, quo & *poculum*, & ipsam *potionem* significari adnotavit Hesychius. De *poculis* hîc accepit Dalecampius: nos de variis *potionum* generibus.

Καὶ ὑμῖν δὲ, ὦ ἑταῖροι, λέγω &c. Haec verba (sicut plurimis in locis alia, quorum connexio cum superioribus minus commoda videri potest) nonnisi hoc consilio adposita sunt, ut transitum sibi pararet Athenaeus ad recitandos adhuc plusculos aliquos versiculos, quos ex *Charemonis* fabulis excerptos in Commentariolis suis habuerat.

Chaeremonis eclogam ex *Oeneo* ſuis de coniecturis b correctam & latinâ verſione donatam exhibuit Grotius, in Excerpt. ex Trag. & Comoed. Graec. p. 845 ſq. cuius latinam verſionem Graecis noſtris ſubiecimus.

Primus verſus cum ſic olim ſcriptus legeretur,

Ἔκειτο γὰρ ἡ μὲν λευκὸν εἰς σελινάφως:

monuit Casaubonus: »Vetus lectio σελινόφως: me»lius: nam ita dictum, ut λυκόφως. Ait, *huius mammam* »*ſplendorem albeſcentem emiſiſſe qualis eſt lunae.*« — Mihi videbatur dicere, ſplenduiſſe illius mammas *ad lunae lucem*, vel *in lunae luce*. Temere prorſus factum, ut εἰς vocula omitteretur in ed. Caſ. 2. & 3. Scripturam σελινόφως recte dederunt membranae noſtrae.

Verſ. 3. »τῆς δ' αὖ χορίας λαγόνα τὴν ἀριστερὰν »ἔλυσε. Forte τῆς δ' αὖ βορέας λαγ. *Huius boreas nuda»vit latus.* aut χορεία: nam *inter ſaltandum & tripudiandum* »idem fieri amat.« Casaubonus. — χορεία recte adoptavit Grotius. Cui hactenus accedunt membranae noſtrae, quod χορείας exhibeant: nempe cum praecedentem articulum τῆς videret ſcriba, ad reliquam orationis ſtructuram parum adtendens animum, ſubſtantivum hoc nomen ad articulum illum retulerat.

Verſ. 4 *ſeq.* — γυμνῆς δ' αἰθέρος ϑεάμασιν
ζῶσαν γραφὴν ἔφαινε. —

Pro edito olim γυμνοῖς, γυμνὴ corrigebat Valckenarius in Notis ad Euripidis Phoeniſſ. vs. 131. p. 46. Nos γυμνῆς tenuimus, a Grotio recte poſitum, quod ipſum etiam membranae noſtrae dederunt. Conſtructio naturalis eſt: ἔφαινε τοῖς αἰθέρος ϑεάμασιν γραφὴν ζῶσαν γυμνῆς λαγόνος.

Sextum verſum minus expedio: — χρῶμα δ' ὄμμασι
λευκὴν μελαίνης ἔργον ἀνταύγει σκιᾶς.

In quo nihil mutavit Grotius: nec membranae quidquam mutant. At equidem nec conſtructionem orationis, nec vim quam hîc ineſſe velimus vocabulo ἔργον, ſatis percipio. Nec ſane ſatisfecit Dalecampius, ἀργὸν ἀνταύγει legens: quod in orâ ſic interpretatur: »*contra fidem* »*exiguum quidpiam ſublucebat*; ut ἀργὸν hîc ſit ἀργῶς, re»*miſſius.*« — Tum vero, a verbo ἀνταυγέω, videtur ἀντηύγει ſcriptum oportuiſſe. ἀντεύργει corrigebat Weston in libello cui titulum fecit *Hermeſianax*; ubi & alias bene multas in hanc *Chaeremonis* eclogam ab eodem viro

docto variâ quidem fortunâ tentatas coniecturas reperiet studiosus lector. Rationem qua hunc versum cum extremis verbis superioris versus interpretatus est *Westonus*, in commentariolis meis adnotare neglexi: nec liber ipse nunc in mea potestate est. Gallicus interpres (nec ita male fortasse) in hunc modum reddidit: *l'éclat de sa blancheur bravoit à mes yeux l'obscurité de la nuit.*

Vers. 8. recte ἄλλη προσαμπ. edebatur, ubi perperam ἄλλης est in membr.

Versu 9. quum & in edd. & in membr. scriberetur ἢ δὲ κλαγέντων, monuit CASAUBONUS: »Scribe ἑκραγέν-»των.« — Idque cum Grotio adoptavimus. Sic περιῤῥήξας τοὺς χιτωνίσκους, pag. 590. e. Quod sequebatur in editis, χλανίδων, id minime male habebat. Sed, quoniam versus admittebat χλανιδίων, quod dedere membranae, recipiendum hoc putavi.

c *Vers.* 10 *& seq.* Verborum istorum sententiam, κἀξεπεσφραγίζετο ὥρας γελώσης χωρὶς ἐλπίδος ἔρως, huiusmodi paraphrasi expositit WESTONUS: »*Harum formarum notam,* »*quasi sigillo, amor impressit, sed sine spe. Species autem cor-*»*poris, quam admirabar, omnibus numeris absoluta, festivissi-*»*ma erat.*«

Vers. 12. Ὑπτιώμεναι δ' ἔπιπτον &c. Si genuina est primae vocis scriptura, statuendum fuerit verbum ὑπτάω, ὑπτάομαι: quod non videtur ferre analogia grammatica, cum sit a fonte ὕπτιος: unde, sicut ὑπτιάζω & ὑπτιόω derivantur, sic & ὑπτιάω & ὑπτιάομαι, (ignota quidem Lexicographis forma) duci potuit; ὑπτάω non videtur formari potuisse. At, si ὑπτιώμεναι probes, statuendum fuerit, primam verbi illius syllabam ob debiliorem positionem πτ corripi potuisse: quod in voce quidem Αἰγυπτος & Αἰγύπτιοι Homero & Theocrito licuisse satis constat; an in hoc verbo idem sibi permiserit *Chaeremon*, nescio. Caeterum, quum hic subito ad complurium *florum* commemorationem pergat oratio, in istâ vero eclogâ, quae deinde ex *Alphesiboea* subiicitur (in qua *flores celebrari* a poëtâ diserte significare videtur Athenaeus) ne ulla quidem ullius floris fiat mentio, perquam probabilis videri debet WESTONI coniectura, in Hermesian. p. 49. statuentis, sedem sex postremorum versuum huius eclogae cum sede illorum septem versuum, qui deinde tamquam ex Alphesiboea desumti adponuntur, temere fuisse per-

mutatam: quod ex ipsius Athenaei errore accidere potuit, c qui, ubi versus ex poëtis adponit, non ipsos poëtarum libros ob oculos habuisse putandus est, sed suos commentariolos; in quibus multa saepe turbata fuisse facile credas. Itaque *Westonus* quidem censuit, istos versus qui deinde recitantur, Καὶ σώματος μὲν &c. huc reponendos, & *undecimo ex Chaeremonis Oeneo versui* subiiciendos. Poteras vero etiam coniectare, recte istos suo loco stare, sed hos sex, Ὑπτιάσμεναι δ' ἔπιπτον &c. istis deinde ex *Alphesiboea* citatis subiungi debuisse. Sin neutra harum rationum placuerit, supererit ut statuamus, post septem illos ex *Alphesiboeâ* citatos intercidisse alios nonnullos, in quibus *florum* facta fuisset mentio.

Vers. 13. Nihil opus fuisse intelligo, cur συγκλῶσαι in σκυλῶσαι mutaret *Grotius*. Adnotavi tamen, quo intelligeretur ratio versionis latinae, quam Graecis versibus subieci, ab illo mutuo sumtam. *Violarum* πτερὰ (id est proprie, *alas*) dixit (puto) poëta pro *florum foliolis*, *alarum instar expansis*.

Sequuntur *versus* 14 & *sequens*, sic vulgo editi:

κρόκον θ', ὃς ἠλιῶδες εἰς ὑφάσματα
πέπλων οἰκίας εἰδωλον εισομόργνυται.

In quibus nil mutant membranae, nisi quod κρόκον τε plene scribant pro κρόκον θ'. Ad verba πέπλων οἰκίας adnotavit CASAUBONUS: »Nemo ista assequatur. Sed legen»dum, vel monente versu, πέπλων σκιᾶς.« — Et hoc quidem, quoniam istud nimis manifeste mendosum, in contextu posui, sed *uncis* (utpote mihi suspectum valde) *inclusum*: nam idem vocabulum supra quidem (vers. 6.) membranae etiam cum editis agnoscunt, sed hoc loco quam vim habere possit parum perspexi. Nec vero felicior *Grotii* emendatio εἰς, cum nec ad sententiam commoda sit, & metro adversetur, ob primam in illo verbo longam; de quo, post *Brunckium* ad Lysistr. 157. passim in his libris monuimus. Desiderares aliquod adiectivum nomen ad ὑφάσματα relatum, quod *candida* aut *nitentia* significaret. Eam notionem in animo habuisse WESTONUS videtur, cum ἔνωχρ' corrigeret: quod vocab. tamen & longius abest a veteris scripturae vestigiis, & *pallida* magis, quam *candida*, significat.

Vers. 16. Πέρσης δὲ ζαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος.

Ibi DALECAMPIUS: »*Persicum amaracum* vocat, tan-

c » quam *e Perſiâ* primum advectum.« — Iam de *amaraco* (qui vulgo putatur eſſe quam *maioranam* vocare ſolemus) perlegi veterum auctorum loca a *Bodaeo Stapelio* ad Theophraſt. pag. 546. & p. 687 ſq. collecta: & Cyzicenum quidem amaracum, itemque Cyprium, olim prae caeteris laudatum vidi; *Perſiae*, tamquam patriae, nullam ab ullo veterum auctorum mentionem factam reperi. Ac fateor, etiam alioquin ſuſpectam mihi eſſe iſtam ſcripturam Πέρσης: ſub quo vocabulo ſuſpicor latere aliquem genitivum nominis, regionem aut terram neſcio quam indicantis, qui genitivus a verbo ἐκτραφεὶς regeretur. Quo minus audendum putavi, ipſum hoc ἐκτραφεὶς cum *Grotio* in εὖ τραφεὶς mutare.

In *poſtremo verſu*, qui, contra quam & metrum & ſententia exigebat, ſic vulgo ſcriptus erat,

λειμῶσι μαλθακοῖσιν ἐξέτεινον αὐχένας:

GROTIUM ſecutus ſum, ita reſcribentem:

λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινεν αὐχένας.

Poſteriorem emendationem, ἐξέτεινεν, SCALIGERO deberi idem Grotius monuit, qui msstis quibusdam Scaligeri notulis uſus erat, ab Andr. Schotto ſecum communicatis.

AD CAP. LXXXVIII.

d Ἐπικατάφορος δὲ ὢν ὁ ποιητὴς οὗτος καὶ ἐπὶ τὰ ἄνθη, ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ φησίν. Ad editum olim Ἀλεσιβόᾳ notaverat CASAUBONUS: »Non eſt vox Graeca. Lege Ἀλφε»σιβοίᾳ. Auctor Suidas.« — Nempe ſub voce Χαιρήμων apud Suidam, laudato Athenaeo auctore, cum alia *Chaeremonis* dramata, tum Ἀλφεσίβοια nominatur; ſatis notum in priſcis fabulis nomen, quod haud dubie reſtitui hoc loco auctori debuit. Caeterum, quum in praeſcriptis verbis haud obſcure declarare Athenaeus videatur, in ſubiectâ eclogâ *mentionem fieri florum*, quorum tamen nullum ibi veſtigium adparet, naſci inde illa dubitatio debuit, & coniecturae illae, quas ſuperiori capite ad verſum duodecimum Eclogae ex eiusdem *Chaeremonis Oeneo* recitatae expoſuimus. Monuerat etiam hoc loco DALECAMPIUS: »Haec »non pertinent ad *flores*, ſed ad deſcriptionem pulchritu»dinis.«

Eclogae huius, quae ex *Alpheſiboeâ* ducta perhibetur, *duo priores verſus*, conſentientibus membranis, ſic editi erant:

Καὶ σώματος μὲν ὄψεις κατειργάζετο, d
στίλβοντα λευκῷ χρώματι διαπρεπῆ.

Quos, quoniam priori verſui nec metri ratio nec ſententia conſtabat, ita concinnaverat GROTIUS in Excerpt. pag. 845:

Καὶ σώματος μὲν ὄψις ἐξηυγάσατο
στίλβοντι λευκῷ χρώματι διαπρεπής.

Cuius emendationis potiſſima pars, quod, pro κατειργάζετο, de verbo αὐγάζω cogitaverat vir praeſtantiſſimus, haud dubie feliciſſima atque veriſſima erat: ſed reliqua partim ſic nondum ſatis perſanata erant, partim minori molimine confici potuerunt; modo pro voce ὄψεις, quae ex interpretamento irrepſit, ὄψανα ſcriberes cum IACOBSIO in Exercitat. Crit. T. I. p. 23. (coll. Aeſchyli Choëph. vs. 532. & Heſych. in Ὄψανον) cuius doctae emendationis primum indicium, ſicut plurimarum aliarum, *Boiſſonado* me debere lubens profiteor. Nunc enim & verbum κατειργάζετο leviter in κατηυγάζετο mutare ſatis fuit, & in στίλβοντα & διαπρεπῆ nihil mutare oportuit. Sed poſteriori verſui:

στίλβοντα λευκῷ χρώματι διαπρεπῆ,

nondum conſtabat metri ratio. Cui malo medelam, non quidem perinde certam & indubitatam, ſed tamen luculentam admodum, & perquam probabilem, adtulit neſcio an HERMANNUS ad Euripidis Hecubam pag. 130. (cuius liber nobis non ad manus eſt) an primus idem IACOBSIUS, qui haec tradit in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. III. pag. 291. ſic ſcribens:

στίλβοντα, λευκοχρώματ', εἴδει διαπρεπῆ.

Ἐν δὲ τῇ Ἰοῖ »ἔαρος τέκνα« προσηγόρευε τὰ ἄνθη. »Etiam »Theophraſtus *novellas plantas* vocat νήπια, Hiſtoriarum »libro octavo: Ἔνιοι δὲ καὶ περὶ τὴν Ἑλλάδα πάντα πρωϊ»σπορεῖν εἰώθασι, διὰ ψυχρότητα τῆς χώρας, ὥσπερ οἱ Φω»κεῖς· ὅπως ἂν οἱ χειμῶνες μὴ νήπια καταλαμβάνωσι.« CASAUBONUS.

Ἐν δὲ Κενταύρῳ, ὅπερ δρᾶμα πολύμετρόν ἐστιν. Rurſus e Κένταυρος titulus illius dramatis nominatur apud Noſtrum, XV. 676. e. item, ex ipſo Athenaeo, apud Suidam in Χαιρήμων. Apud Ariſtotelem in Arte Poët. cap. 1. Ἱπποκένταυρος vulgo nominatur: ubi vide quae adnotarunt viri docti, & conf. Hemſterhuſ. ad Luciani Prometh. cap. 5. Quod δρᾶμα πολύμετρον Athenaeus dixit, id Ariſtoteles ibidem

e his verbis expreſſerat, Χαιρήμων ἐποίησεν Ἱπποκένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων. Sunt vero, ſicut duo illi verſus qui pag. 676. e. apud Noſtrum recitantur, ſic & hi qui hîc adpoſiti, puri iambi, licet nonnihil corrupti. Nam in *verſ.* 2. ſecunda vox ἀλόχων haud dubie mendoſa: & in decurtato *verſu* 3.

Ἐρωμένων τὰ λειμώνων τέκνα: —

facile e quartâ ſenarii ſede pellas ſpondeum pedem, ſi tranſpoſitis verbis τέκνα λειμώνων legas; quod ipſum etiam a FIORILLO factum video loco mox citando. At reliqua ſanatu haud ita facilia:

Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν
ἀνθέων ἀλόχων ἐστράτευσαν, ἡδοναῖς
Ἐρωμένων &c.

In his αὐτῶν (verſ. 1.) ſi probum eſt, ad ἀνθέων fuerit relatum: quod tamen minus placet. αὖθις aut neſcio quid aliud equidem malebam. αὐτοὶ corrigendum Gallicus interpres cenſuit, & deinde (*verſ.* 3.) Ἐρώμενοι. Et Ἐρώμενοι quidem vel Ἐρώμεναι utique legendum videtur: nam Ἐρᾶσθαι paſſivâ formâ, haud dubie activâ notione accipi hîc debuit. ἡδοναῖς, ſi probum, (id eſt *voluptatibus*) ſic intelligi debuerit, *quaerentes flores, qui voluptatibus* (ipſorum) *inſervirent, voluptatem eis adferrent.* Vox ἀνθέων (*verſ.* 2.) διευλλάβως efferenda; quaſi ἀνθῶν eſſet. Sed ſcripturam ἀλόχων nec verſus ullo pacto admittit, nec ſententia. FIORILLO, in Obſervat. in Athen. pag. 97. tenendo reliqua, totam eclogam ſic ſanandam cenſuit:

Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν
ἀνθῶν ἀκρολόγων ἐστράτευσαν ἡδοναῖς,
Ἐρωμένων τὰ τέκνα λειμώνων. —

Docte ſane: provocans nimirum ad Athen. X. 432. c. ubi ſimiliter vocem ἀκρολόγου in locum vulgatae ἀκρολόχου feliciſſime, ut nobis videbatur, ſubſtituit. Et in Animadv. quidem ad illum locum commendavimus etiam nos huius loci emendationem: cuius tamen ratio haud perinde certa & in liquido poſita videtur. Vellem ſaltem ſenſum aperuiſſet vir ingenioſus, quem verbis iſtis ſic correctis ineſſe intellexiſſet: nam perſuaſum habeo, minus fidentem illum fuiſſe futurum in proponendis multis e ſuis coniecturis, ſi ſententiam verbis propoſitis ſubiectam clarâ ſemper & explicitâ mentis notione cogitaſſet. Poſitâ hoc loco ſcriptu-

râ ἀκρολόγων, cogitare (puto) debebimus *infinitum exercitum* ἀκρολόγων ἀνθῶν, *legentium flores*, (i. e. apum) *venantium filios pratorum; adversus quem exercitum alii*, nescio qui, *expeditionem suscepissent*. Sed in eâ ratione, quo spectet vocab. ἡδοναῖς prorsus non adparet. Si esset ἡδονὰς τῶν λειμώνος τέκνων, posses *dulcedines* intelligere *florum*. Nobis obortа erat suspicio, ἀρτιλόχων fortasse pro ἀλόχων scriptum oportuisse, valere autem ἀρτίλοχος idem ac ἀρτιλόχευτος, quod ex Epigrammate (nescio quo) citavit H. Stephanus, Thes. T. II. pag. 733. d. *nuper natum* interpretans. Suo iudicio utatur eruditus lector: sed in eclogâ tam brevi, tamque abruptâ, vereor ne difficile sit futurum, non modo quid verissimum sit, sed & quid verisimillimum, definire.

In eclogâ ex eiusdem *Chaeremonis* fabulâ *Baccho*, lepide ἑνιαυτοῦ παῖς vocatur *hedera*: nempe, ut flores dicuntur *veris filii*, quia verna tempestate nascuntur; sic *hedera filia anni*, quia (ut monuit Dalecamp.) toto anno viret & viget.

Ad *vers.* 1. ex eiusdem *Ulysse*, ubi *rosae* ex vulgatâ olim scripturâ ὡρῶν σώματα dicebantur, nihil adnotavit Casaub. Commode vero Dalecampius *vernae tempestatis indicium* interpretatus est; nempe σήματα corrigens, quod ipsum vocabulum in Graeco versu & *Pursanus*, & *Fiorillo* posuerunt. *Versu* 2. vero, ubi parum feliciter idem Dalecampius τιθήνημ' ἔαρος *veris nutricem* latine vertit, in illum errorem Casaubonus graviter animadvertit his verbis: »In subiecto versu, cum dicuntur *rosae* τιθήνημ' ἔαρος, quid intelligi voluerint interpretes per *veris nutricem*, ne ipsi quidem sciverunt. Est vero τιθήνημα idem »ac θρέμμα, τέκνον, *soboles*.«

In illo ex *Thyeste*, cum κρίνοισιν invito metro legeretur, κρίνεσι corrigendum monuit Piersonus ad Moerin, pag. 132. Eamque ipsam scripturam opportune nobis membranae nostrae obtulerunt.

ἐν δὲ Μινύαις. Ista verba cum deessent editioni Venetae & Basileensi, ad subiectos versus adnotavit in orâ Latinae versionis Dalecampius: »*Natalis* hos versus citat »*ex Minyis* eiusdem poëtae. In meo codice non legitur is »titulus.« — Ubi illud, *in meo codice*, nil aliud valet, nisi *in editione Bas.* In ed. Cas. e mssris adiecta sunt ista verba, quae & nostrae agnoscunt membranae: & ex Athe-

f naeo Μινύαι apud Suidam in dramatum Chaeremonis recenſu nominantur. Μινύας autem *Argonautas* intelligi, e fabulis notum. Confer Heynii Notas ad Apollodor. p. 178. Verſus ex iſtâ fabulâ recitantur hi:

Πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾷν παρῆν,
ἄκραισι περκάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου.

Ubi de *uvis* agi mihi videbatur, quae *matureſcere* coepiſſent: cur hae vero ὀπώρα Κύπριδος potius, quam Διονύσου, adpellentur, parum percepi. Nec mihi multo clariorem hunc locum reddidit, ſed aliis fortaſſe erit profutura, obſervatio huc ſpectans MITSCHERLICHII ad Horat. T. I. pag. 397. de qua me *Boiſſonadus* monuit. »Comparatur, »inquit, illa aetatis ἀκμὴ, quae amori aptiſſima eſt, ma»turis cuiuscumque generis fructibus, dicta inde ſimplici»ter ὀπώρα: quo exquiſito ſenſu haud dubie accipienda »illa Chaeremonis apud Athenaeum, πολλὴν ὀπώραν Κύ»πριδος &c.« — Haerebam etiam in voce χρόνου, ſic nude poſitâ. Satis quidem notae formulae, πολλοῦ χρόνου, ὀλίγου χρόνου, & aliae ſimiles, intellectâ praepoſitione διὰ vel ἐκ: novimus etiam, nude χρόνῳ dativo caſu dici, pro latino *ſucceſſu temporis*, *progrediente tempore*. Sed genitivum χρόνου nude ſic poſitum nusquam obſervare me memini.

Ex iſto capite *Epitoma* nil niſi haec pauca habet: Ὅτι Χαιρήμων ἔαρος τέκνα προσαγορεύει τὰ ἄνθη· τὸν δὲ κισσὸν, χορῶν ἐραστὴν, καὶ ἑνιαυτοῦ παῖδα· τὰ ῥόδα δὲ, ἔαρος τιθήνημα. καὶ ἀλλαχοῦ, ῥόδα ὀξυφεγγῆ.

AD CAP. LXXXIX.

Ἔτι γὰρ γέρων ἀοιδὸς κελαδεῖ Μναμοσύναν. Nec metrum in iſtis *Euripideis* verbis expedio, & in Fragmentis Euripidis a Barneſio aut Musgravio editis fruſtra quidpiam huc ſpectans quaeſivi. Dorica forma vocabuli Μναμοσύναν indicare videtur, eſſe iſta verba e chori cantu decerpta. Senſus, ni fallor, quo illa hîc ſua facit Athenaei Myrtilus, hic eſt, ut dicat: *Quemadmodum etiam ſenex cantor adhuc Mnemoſynen celebrat*, ſic & ego, vetus & veteranus in Veneris caſtris miles, adhuc celebro mulierum pulcritudinem.

Θαργηλία ἡ Μιλεσία. De hac muliere conſuli poteſt OLEARII Diſſertatio DE Poëtriis Graec. ſect. 72. p. 187 ſq. ed. Wolf. ubi de eâ, praeter hunc Athenaei locum, alia

teſtimonia ex Heſychio & Suida, item ex Plutarchi vita Periclis, Opp. T. I. pag. 363. b. & ex Luciani Eunucho, cap. 7. collecta ſunt.

Δίνων δ' ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Περσικῶν τῆς πρώτης συν- a τάξεως. Dalecampius: *Dinon in primâ conſtructione quinti libri Rerum Perſicarum.* In eam ſententiam oportuerat ἐν τῇ πρώτῃ συντάξει τῆς πέμπτης. Gallicus interpres in hunc modum accepit: *Dinon liv. 5. de la prémière édition de ſon Hiſtoire de Perſe.* Nobis ſecus viſum. σύνταξιν Graeci dicunt quodvis *ſcriptum*, praeſertim vero *opus hiſtoricum*: ſic ſaepe Polybius, cuius loca in Lexico Polybiano indicavimus. Videtur DINON duo opera de Rebus Perſarum edidiſſe, ſive, ut aliis verbis dicam, *Hiſtorias* ſuas *Rerum Perſicarum in duas Partes* distribuiſſe, utramque pluribus libris comprehenſam; quarum partium alterâ vetuſtior Perſarum hiſtoria, alterâ recentior exponebatur.

ὅτι ἡ Βαγάζου γυνὴ, ἥτις ἦν ὁμοπάτριος Ξέρξου (ſic ms. *A.* pro olim edito Ξέρξῃ) ἀδελφὴ, ὄνομα Ἀνοῦτις. (ſic idem codex, non Ἀνούτις.) Ad haec CASAUBONUS monuit: »Si Cteſiae fidem habemus, omnia no- »mina in iſtis ſunt corrupta. Nam illa mulier impudiciſ- »ſima, de qua loquitur, non *Anutis*, ſed *Amytis* voca- »batur: neque *Xerxis* fuit ſoror, ſed *Xerxis* quidem filia, »*Artaxerxis* vero ſoror. Poſtremo, eius maritus non *Ba-* »*gazus*, ſed *Megabyzus* Cteſiae multis locis nominatur. »Quare ita conſtituenda lectio fuerit ex huius mente: ὅτι »ἡ Μεγαβύζου γυνὴ, ἥ τις ἦν ὁμοπάτριος Ἀρταξέρξῃ »ἀδελφὴ, ὄνομα Ἀμυτις, &c. De huius *impudicitiâ* mul- »ta idem Cteſias. « — Confer quae ad Luciani Timonem, c. 22. notavit HEMSTERHUSIUS.

τὴν Ὀξυάρτου παλλακίδα — — ἀπεστάλκει δῶρον ὁ b τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς Στατίρᾳ τῇ βασιλέως γυναικί. *Statiram* dicere videtur, *Darii regis* uxorem. *Oxyartes* intelligendus (puto) fuerit Darii frater, qui *Oxathres* apud alios nominatur. Sed quisnam fuerit *Aegyptiorum* ille *rex?* Puto, aut *regem* improprie nominavit auctor eum, qui nonniſi praetor Aegypti fuiſſet; aut σατράπης ſcripſerat, & βασιλεὺς librariorum debetur imperitiae.

In *Theopompi* teſtimonio recte Ξενοπείθειαν edd. ubi Ξονοπείθειαν membr. corrupte haud dubie. *Ibid.* Χρύσην. Sic recte membranae, non Χρυσῆν.

Ὦ πόνηρε. Sic antepenacute ſcriptam vocem exhibent c

c ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. conſentiente utroque noſtro msto: id eſt, *o miſer!* Pro quo praeter rationem ὦ πονηρὲ, i. e. *o peſſime*, poſitum in ed. Caſ. 2. & 3.

Καὶ τὴν κατάγουσαν δὲ Πεισίστρατον ἐπὶ τὴν τυραννίδα ὡς Ἀθηνᾶς Σωτείρας εἶδος ἔχουσαν. Ad editam olim ſcripturam ὡς Ἀθηνᾶς πεῖραν εἶδος ἔχουσαν, adnotavit CASAUBONUS: »In msto Bibliothecae Palatinae legere me »mini, cum is liber eſſet in manibus meis, ὡς Ἀθηνᾶ πει»ρῶν. Utrumque mendoſum: neque nos Clio Herodoti »quicquam docet quod ſit ſanando huic vulneri.« — Nempe hiſtoriam, ad quam haec ſpectant, habes apud Herodotum lib. I. cap. 60. ubi traditur quidem, *ita armatam inſtructamque in curru iuxta Piſiſtratum ſediſſe illam mulierem, ut Minervae ſpeciem quodammodo referret:* ſed nihil utique adiicitur, ex quo intelligatur quo pacto corrigenda ſit huius loci apud Noſtrum menda. Codicis Palatini (haud ita pridem Pariſios translati) ſcriptura, quam in Animadv. retulit Caſaubonus, eiusdem Caſauboni manu notata eſt etiam in orâ exempli editionis Baſileenſis, quod ipſius olim fuerat. Noſter codex *A.* vulgatum tenet. Dalecampius verterat, *quoniam geſtum et ſpeciem Palladis prae ſe ferret.* Inde *Purſanus* in graeco ſuo libro πεῖραν καὶ εἶδος correxit: neſcio qua notione vocabulum πεῖραν accipiens. Eamdem ſcripturam ſuo ex ingenio TOUPIUS, in Emendatt. in Suid. p. m. 351. reſtituendam Athenaeo cenſuit; eamque, ut conſueverat ſua praedicare inventa, ſpretâ Valckenarii emendatione, unice veram contendit. Nos VALCKENARIUM probavimus, ad Herodot. I. 60. ſic corrigentem, ὡς Ἀθηνᾶς Σωτείρας εἶδος ἔχουσαν. Scilicet *Minervae Servatricis ſpeciem referens illa mulier*, exſulem *Piſiſtratum* (velut qui ad ſalutem patriae neceſſario reſtitui in amiſſam potentiam deberet) in arcem Athenarum & *in tyrannidem reduxit.* Confer Valerium Max. lib. I. cap. 2. extern. num. 2. De Ἀθηνᾷ Σωτείρᾳ, praeter teſtimonia a Valckenario citata, conſule Heſychium & ibi Interpretes. πεῖραν Toupius cum Schol. ad Sophocl. Aiac. 2. intelligebat δόλον καὶ τέχνην, vertens: *quae artes & oculos Minervae haberet.* At hic nonniſi de *formae ſpecie* agebatur. In *Epit.* locus iſte ſic concinnatus: Καλὴ δὲ ἐγένετο καὶ ἡ παραιβατήσασα Πεισιστράτῳ ἐπὶ τὴν τυραννίδα, ὡς Ἀθηνᾶ δῆθεν, ἡ στεφανόπωλις· ἣν καὶ ἐξέδωκε Πεισίστρατος Ἱππάρχῳ τῷ υἱῷ.

καλήν φασι γεγονέναι. Si φησὶ teneas, quod libri habent, referendum id ad *Phylarchum* auctorem fuerit. At mihi non dubium videbatur, φασὶ scripsisse Athenaeum. Tam frequenter autem ista inter se permutata videas, ut liberum fere editori esse debeat, alterutrum seligere, quod commodissimum videatur.

Ἐξέδωκε δὲ καὶ Ἱππάρχῳ &c. Non animadverterat Dalecampius, verba haec esse *Cleidemi* auctoris, (sive *Clidemum* latine dicere malueris) cuius testimonio utitur Deipnosophista. Sed praeterea levicula res totam hanc narrationem foede turbaverat. Cum Ἱππίαι (i. e. Ἱππίᾳ) scri- d
ptum esset in vetustis membranis, recentiori cuidam scribae accidit id, quod multis usu venisse iam saepius monuimus, ut ultimam literam ι pro ς acciperet, adeoque Ἱππίας scriberet. Quam scripturam adoptantes editores Athenaei, quum iam sequentia verba τῷ μετ' αὐτὸν τυραννεύσαντι ad *Hippiam* referri non possent, mirâ quadam parenthesi medendum turbis istis censuerunt, in hunc modum distinguentes orationem: Ἐξέδωκε δὲ καὶ Ἱππάρχῳ τῷ υἱεῖ, τὴν παραιβατήσασαν αὐτῷ γυναῖκα Φύην τὴν Σωκράτους θυγατέρα (καὶ Χάρμου τοῦ πολεμαρχήσαντος θυγατέρα ἔλαβεν Ἱππίας περικαλλεστάτην οὖσαν) τῷ μετ' αὐτὸν τυραννεύσαντι. Ita fiebat, ut cohaerere viderentur ista, Ἐξέδωκε Ἱππάρχῳ γυναῖκα Φύην τῷ μετ' αὐτὸν τυραννεύσαντι, atque adeo fingeretur Cleidemus contrarium dixisse eius quod de Hipparcho & Hippia diserte Thucydides contendit, lib. VI. cap. 54. ubi vide quae viri docti adnotarunt. Sed de hoc quidem utcumque statuisses, ex impeditissimâ orationis consecutione intelligi par erat, mendo premi hunc locum. Nunc, quum Ἱππίᾳ in dativo casu scriptum dederint optimae nostrae membranae, perspicue fluit oratio, nullâ parenthesi impedita: & omnis evanuit difficultas. Nam illa quidem locutio turbare neminem debet, ἔλαβεν Ἱππίᾳ (τῷ υἱῷ) τὴν Χάρμου θυγατέρα, nempe γυναῖκα. Sicut enim is, qui sui iuris est, dicitur λαβεῖν γυναῖκα, aut etiam nude λαβεῖν τοῦ δεῖνος θυγατέρα, subintellecto nomine γυναῖκα: sic, ubi de *filio familiâs* agitur, nullo incommodo etiam *pater* dici potest λαβεῖν τῷ υἱῷ γυναῖκα, *uxorem ei sumere* vel *capere*, id est, *seligere ei dandam & matrimonio iungendam.*

συνέβη δὲ, ὥς φησι, τὸν Χάρμον &c. Forsan & hîc ὥς φασι scriptum oportuit: ut non dicat Athenaeus,

dixiſſe haec Cleidemum, ſed ut ipſa etiam verba ὡς φασι ſint pars narrationis Cleidemi. De re, quae hic agitur, omnino conferri merentur quae ad Harpocrat. pag. 198. notavit *Henr.* VALESIUS.

e τὴν ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκίδα &c. »Heſiodus cum τὴν ἐν Εὐ»βοίᾳ Χαλκίδα καλλιγύναικα dixit, non [ut Dalec. acce»perat] »aliquam foeminam laudavit, cui eſſet *Chalcidi* no»men; ſed *urbem in Euboeâ* notiſſimam ex Hiſtoricis & Geo»graphis. Hanc poëta vocat καλλιγύναικα, *habentem pul»chras mulieres*, ut Homerus veterem Helladem,

»Οἱ δ' εἶχον Φθίην τε καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα.« CASAUBONUS.

AD CAP. XC.

περὶ οὗ ἱστορῶν Νικίας. Recte ἱστορῶν ms. *A*.

Ibid. διαθεῖναί φησιν αὐτὸν Κύψελον, πόλιν κτίσαντα ἐν τῷ πεδίῳ περὶ τὸν Ἀλφειόν. Quodnam fuerit nomen illi oppido, non docet auctor; nec alibi proditum legimus. *Cypſeli*, Arcadiae regis, meminit Pauſanias, lib. VIII. cap. 5. p. 608. ſed nec oppidi ab illo conditi, nec *pulcritudinis certaminis* ab eodem inſtituti, facit mentionem. Fuerit fortaſſe oppidum *Telpuſa* vel *Thelphuſa*: certe huius in agro *fanum* fuiſſe *Cereris Eleuſiniae*, quod continuo deinde apud Noſtrum memoratur, idem Pauſanias docet lib. VIII. cap. 25. pag. 648. Feſtinans Breviator minus accurate hunc locum excerpſit, ſic ſcribens: διετέθη δὲ καὶ περὶ κάλλους γυναικῶν ἀγὼν ἐν τῷ περὶ Ἀλφειὸν πεδίῳ παρὰ Κυψέλῳ. Debebat ὑπὸ Κυψέλου: nam oppidum Arcadiae, cui *Cypſelus* nomen, nemo novit. Sed forte recentior librarius peccavit. Nam auctor quidem Epitomae non ignoravit, de *viro* hic agi, non de *oppido*: continuo enim ſic pergit: καὶ ἐνίκησεν ἡ αὐτοῦ γυνὴ Ἡροδίκη.

εἰς ἣν κατοικίσαντα Παῤῥασίων τινὰς &c. Sic haud dubie ſcriptum oportuit. Imperitus librarius pluralem τινὰς ob oculos habens, etiam participium in plurali poſuit. Qui *condit urbem*, is *colonos* εἰς αὐτὴν κατοικίζει, i. e. *habitatum mittit* vel *legit*, *colonis eam frequentat*. Itaque κατοικίσαντα *ſingulari* numero erat dicendum, ad quem & verba iſta referuntur, ἀναστῆσαι τέμενος, & ἐπιτελέσαι ἀγῶνα, & genitivus αὐτοῦ in iſtis, αὐτοῦ τὴν γυναῖκα. *Mox* f *dein*, recte καὶ αἱ ἀγωνιζόμεναι dedere ambo mssti, adie-

cto articulo; quem in editis absorpserat praecedens καὶ particula.

ἀγῶνα κάλλους, φησὶ, γενέσθαι παρὰ Ἠλείοις. Istud *pulcritudinis certamen virorum* fuisse, non *mulierum*, intelligitur ex his quae continuo subiiciuntur. *Mox*, τὸν στέ- a
φανον δ' αὐτοῖς δίδοσθαι μυρρίνης. Sic recte mssti nostri. Monuerat CASAUBONUS: »Scribe μυρίνης. Sic me»lius quam μυρίνην.« — In eisdem nostris msstis, paullo post, γίνεσθαι scribitur, non γίγνεσθαι. Κρίσεις cum editis recte ms. *Ep.* Mendose κρίσις ms. *A.* qui tamen infinitivum γίνεσθαι tenet.

καθάπερ καὶ παρὰ Τενεδίοις καὶ Λεσβίοις. De *Tenedo* conf. pag. praec. *e.* De *Lesbiis* vide Suidam in Καλλιστεῖα, & Schol. ad Iliad. ι'. 130.

ταύτην δὲ τύχης ἢ φύσεως εἶναι, τιμὴν δὲ δέον προκεῖσθαι σωφροσύνης. Nullo sensu olim edebatur distinguebaturque, ταύτην δὲ τύχης ἢ φύσεως εἶναι τιμὴν, (in ed. Ven. etiam maiori distinctione, εἶναι τιμήν.) δέον προκεῖσθαι σωφροσύνης. Recte post εἶναι distinguit cod. *A.* & τιμὴν ad sequentia refert, sed idem τιμὴν δὲ νέον. προκεῖσθαι scribit: quod per se quidem haud incommode intelligi possit, *honorem vero nuper propositum esse modestiae morum.* At, quum parum conveniat haec sententia connexioni orationis, τιμὴν δὲ δέον corrigendum putavi. Fortasse satis erat, τιμὴν δέον absque coniunct. In *Epit.* desunt ista; & ex toto capite seq. nihil excerptum.

AD CAP. XCI.

Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν· b
Ἵππων, ἔφη, ὁ ἄθεος. De *HIPPONE*, qui *Atheus* est cognominatus, videndus FABRICIUS, Biblioth. Graec. T. I. pag. 819. & praesertim BRUCKERUS, in Hist. Crit. Philosophiae, T. I. pag. 1103. ubi collecta & sub examen revocata reperias quaecumque de hoc philosopho ex veterum scriptorum testimoniis cognita habemus. *Hexameter* illius, qui hic adfertur, vulgo in editis (nescio an & in vetustis membranis) sic scribitur, ut comma non ante τῆς, sed post hanc voculam ponatur; quasi τῆς idem hic valeret ac ταύτης. Deinde, si proba est (quod mihi secus videtur) distinctio verborum, quae ex membranis diserte adnotata, οὗ κε, νεώτερον οὐδέν· comma istud post οὗ κε consulto adiectum fuerit, quo indicaretur, οὗ κε idem at-

b que οὐκ ἂν valere, & ſeparandam eſſe voculam κε a ſequenti vocabulo νεώτερον: ubi ſuſpicari poteras, νεώτερον dixiſſe *Hipponem* pro νεανικώτερον, ut haec eſſet ſententia: *Hac mulŭfariâ eruditione nihil poſſit eſſe iuvenilius, nihil puerilius:* nam νεώτερον ſi velles *rarius, mirabilius*, intelligere, haec quidem ſententia menti auctoris prorſus erat repugnatura. Sed, quod iam ſignificavi, temere eam diſtinctionem ita poſitam arbitror, verſumque iſtum eodem modo ſcriptum oportuiſſe, quo paullo poſt & in ſuperioribus editionibus ſcriptus erat & a nobis editus eſt, ubi ſub *Timonis* nomine, qui eumdem ſuum fecit, iterum adponitur; ubi quidem in membr. *A.* rurſus, ut hîc, poſt οὗ κε comma ponitur, & νεώτερον ἄλλο ſcribitur. Quod ſi h. l. prorſus *deletam diſtinctionem* malueris, nihil repugno.

Quae *Heraclito* tribuitur ſententia, ea ſic edebatur: πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκειν. Ibi διδάσκει commode dedere membranae: de prima voce autem ex iisdem nihil enotatum. Quod ſi vero cogitabis eamdem ſententiam apud Laërt. IX. 1. & alios, quos ibi *Menagius* laudavit, (in his, apud A. Gellium in Praef.) his verbis citari, πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει: facile credas, librarium noſtrum temere πολυμαθῆ ad νόον retuliſſe, vocabulum πολυμαθίη vero haud dubie reſtitui debuiſſe auctori.

Timonis verba, ex *Sillis* puto decerpta, in quibus ſuum fecit *Hipponis* verſum paullo ante adpoſitum, nimis abrupta ſunt, quam ut definire poſſis, quid ſit quo referantur prima verba, Ἐν δέ. Illud quidem ſatis probabile eſt, ἐν pro ἔνεστι accipi debere. Vocabulum πλατυσμὸς, quod aliâs proprie *dilatationem* vel *diſtentionem* ſignificat, hoc loco pro *oſtentatione* & *iactantiâ*, aut etiam pro *loquacitate* accipiendum videri monuit H. Stephanus, in Theſ. III. 353. d. Alibi, quod ſciam, hâc notione non occurrit: ſed ſatis commoda iſta vocabuli a proprio ſignificatu in figuratum translatio.

c καὶ ἐὰν μέν τις σου πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούριον ἵππον ἐγκαταλειφθέντες &c. Haud male δούρειον editum erat: quam ſcripturam lib. IX. pag. 383. f. metrica ratio deſideraverat. (vide ibi not.) Sed quum ferri potuerit δούριον, quod habent membranae, revocandum hoc putavi. Sic quidem, ipſo etiam metro flagitante, ſcribitur apud Ariſtoph. in Avib. vs. 1128. Conf. Heſych. in Δούριος ἵππος, & ibi Interpp. Caeterum progreſſionem con-

nexionemque disputationis hoc loco parum percipio. *Vituperat* Athenaei Cynulcus *multiplicem atque vanam eruditionem*: & tamen *exprobrat* Myrtilo, *quod nesciat nomina eorum enumerare, qui in equo Troiano fuissent inclusi*, & similia. Nisi fortasse hoc dicit, *Muliercularum meretricum* nomina nosse Myrtilum, *fortium virorum* nomina ignorare. c

ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως &c. »Animadvertenda nobis sequentia verba sunt. *Si quis te roget*, inquit, *nomina eorum* »*qui Durium equum sunt ingressi*, ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς »ὄνομα. καὶ οὐδὲ ταῦτ' ἐκ τῶν Στησιχόρου (σχολὴ γὰρ) »ἀλλ' ἐκ τῆς Ἀκάτου Ἀργείου Ἰλιοπερσίδος. Primum, τὸ σχολὴ locum hîc non habet: nisi scribatur, »σχολῇ γὰρ τοῦτό γε. Ita Graeci loquuntur. Deinde »quis est hic *Acatus*, auctor antiquissimus? Tu vero ne »quaesieris: non enim invenias. Legendum est, geminatâ »literâ σ, quae semel posita duabus dictionibus inservit, »ἐκ τῆς Σακα τοῦ Ἀργείου Ἰλ. *SACAS* veteris tragici nomen est. Suidas: Σάκας ὄνομα κύριον, τραγῳδίας ποιητής. »Potest etiam legi, Σακάδου Ἀργείου, vel Σακάδα »τοῦ Ἀργείου. Haec certissima coniectura est: constat »enim, *SACADAM Argivum* poëtam fuisse, quî & Odas & »Elegias scripsit. Plutarchus, De Musicâ: [Opp. T. II. p. 1134. a.] »Γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος, ποιητὴς μελῶν »τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων. ὁ δ' αὐτὸς καὶ ποιητὴς »ἀγαθὸς, καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. [Eâdem paginâ apud Plut. idem Σακάδας iterum iterumque nominatur.] »Moneo etiam emendandum apud Pollucem »nihili verbum Σακοδονόμος, & scribendum ὁ δὲ Σακάδα »νόμος: lib. IV. cap. x. [sect. 79.]« CASAUBONUS. — Videri utique primâ specie potuerat huc spectare id quod Suidas habet in Σάκας, de tragico poëtâ huius nominis: cum praesertim etiam corruptam & capite truncatam eiusdem nominis scripturam in serie vocum a litera A incipientium idem Suidas adnotaverit: Ἄκας· ποιητὴς τραγῳδίας: quae glossâ, cum alterâ illâ collata, eam speciem habebat, quasi ex hoc ipso Athenaei loco, iam tum perinde corrupto, ducta fuisset. At nomen ab initio integrum, Σακάτου, habent veteres nostrae membranae. Prorsus autem nihil huc spectare illum Suidae *Sacam*, tragicum poëtam, liquido ostendit MAUSSACUS ad Harpocr. voc. Καθελών. Pertinent nempe illae glossae, altera recte scripta, altera corrupta, ad Aristophanis Av. vs. 31. & ex

c vetere Scholio ad eum locum ductae sunt: quae observatio praeterierat Küsteri diligentiam cum Suidam ederet. Quare nihil aliud superesse nobis visum erat, nisi ut fidenter Σακάδου Ἀργείου aut Σακάδα τοῦ Ἀργείου corrigeremus: cuius *Sacadae Argivi*, lyrici & elegiaci poëtae, praeter Plutarchum & Pollucem, Pausanias etiam frequentem fecit mentionem. Confer Fabricianam Bibl. Graec. Harlesii industriâ instauratam auctamque, T. II. p. 136 sq. nam ipse Fabricius nimis concise poëtam hunc expediverat. Poëma quidem *SACADAE*, Ἰλίου πέρσις inscriptum, nulli alii scriptori, praeter Deipnosophistam nostrum memoratum: sed *STESICHORI* Ἰλίου πέρσιν cum alii laudarunt, tum praesertim Pausanias, X. 26. pag. 862. & Harpocration in Καθελών. Quare apud Nostrum hîc pro ἐκ τῶν Στησιχόρου malles fortasse ἐκ τῆς Στησιχόρου: sed nil mutant membranae, & ad τῶν facile subst antivum βίβλων vel ποιημάτων subintelligi potuerit. Cur vero dicat, *ne haec quidem ex Stesichori*, (*vix enim;*) *sed ex Sacadae*, id quidem minus adparet. Pro vulgato σχολὴ γὰρ, satis putavi σχολῇ γὰρ corrigi: si quid amplius desideras, σχολῇ γὰρ ἂν suffecerit, quod malle se ait CORAYUS in *Notis msstis*. Sed, quo sensu ipsa haec verba σχολῇ γὰρ hîc adiecta sint, id ipsum dubitari potest. Haud incommode quidem Dalecampius reddidisse videtur, *id enim difficile fuerit*. Similiter, ac paullo etiam planius, Gallicus interpres: *car à peine t'en fourniroit-il*: id est, *nam vix illorum nomina apud Stesichorum reperias*: quod eam vim habere possit, ut dicat, *Stesichorum*, licet poëma Ἰλίου πέρσιν scripserit, tamen (utpote *amatorium* poëtam, & *ludicra lasciva*que *carmina amantem*, ut ipse Myrtilus pag. 601. a. profitetur) *mulierum* magis, quam *fortium virorum*, memoriam celebrasse. Caeterum de *titulo* etiam *carminis*, quod hîc memoratur, & dissident libri, & inter viros doctos controversia agitur. Ἰλιοπερσίδος unâ voce hîc edebatur. In membr. *A.* *duabus vocibus*, Ἰλίου περσίδος sive πέρσιδος (nam de *accentu*, quo notatur in membranis postrema vox, haud satis certus sum) scribitur: pro quo omnino Ἰλίου πέρσεως (a nominativo ἡ πέρσις, *devastatio*, *expugnatio*: conf. Aristot. Poët. cap. 18. & cap. 23 extr. pag. 60. & pag. 85. edit. Winstanl.) legendum videbatur SALMASIO, Exercit. Plin. pag. 600. col. 1. c. praeeunte *Scaligero* ad Eusebii Chron. pag. 72. Qua ratione

etiam apud Pauſan. X. 25. p. 860. pro vulgato Ἰλίου περσίδι *Sylburgius* Ἰλίου πέρσει corrigendum cenſuit; quod ipſum *Mauſſacus* apud Harpocrationem, voc. Καθελὼν, in contextum etiam recepit, ubi pariter ἐν Ἰλίου περσίδι dederant libri. Ac ſane a nominativo ἡ πέρσις analogia Grammatica utique in ſecundo caſu τῆς πέρσεως, in tertio τῇ πέρσει deſiderabat. At apud eumdem Pauſaniam, lib. X. cap. 25. pag. 862. & cap. 27. pag. 865. iterum iterumque ἐν Ἰλίου περσίδι ſcribitur. Quo in librorum in hanc formationem nominis conſenſu nihil equidem audendum putavi, niſi ut, quemadmodum apud Pauſaniam *retracto accentu* πέρσιδι pro περσίδι ſcribi ſuaſerat Kühnius, (ad pag. 860.) ſic ego hoc loco πέρσιδος, pro περσίδος, ſcriberem.

καὶ συνεχῶς Φυλάρχου μνήμην ποιούμενος. Commode d Dalecampius: *quamvis identidem Phylarchum cites.* Ac ſane aut καί τοι legendum aut (quod ſatis eſſe videtur) ipſa καὶ particula in illam ſententiam accipienda.

AD CAP. XCII.

ὑμᾶς τοὺς φιλοσόφους. Primam vocem, cum abeſſet editis, dedit ms. *A.*

οὐς οὐ μόνον Λυσίμαχος ὁ βασιλεὺς ἐξεκήρυξε τῆς ἰδίας e βασιλείας ἀπελαύνων. An fortaſſe *Antiochum* regem dicere voluerat auctor? *a quo philoſophos regni finibus electos* aiebat ſupra, lib. XII. cap. 68.

Ἄλεξις γοῦν ἐν Ἵππῳ. ἐν Ἵππεῖ videtur legendum, ſicut XI. 471. e. & 481. f. ſive ἐν Ἱππίσκῳ, ut III. 120. b. VI. 230. b. & alibi. Locus hic praeterierat doctiſſimi Harlesii diligentiam, cum in recenſu fabularum *Alexidis*, T. II. Biblioth. Graec. pag. 407. ſic ſcriberet: »Ἱππεὺς (pro quo male apud Grotium & alios ex »corrupto Athenaei codice, Ἵππος:) Athen. XI. 471. e. »481. f.« — Nam ex hoc loco (XIII. 610. e.) ducta eſt illa ecloga, quam ex *Alexidis* Ἵππῳ in Excerpta ſua recepit Grotius, p. 571. cuius Latinam verſionem Graecis verſibus ſubiecimus. Ad *verſ.* 2. πολλ' ἀγαθὰ δοῖεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ, conf. Meurſium, De Fort. Athen. p. 65.

Verſ. 5. cum αἴρειν legeretur in editis, quod *navem ſolvere* intelligere potuiſſes, multo commodius ἔρρειν dedere

membr. *A.* quod eſt proprium verbum quo utuntur Graeci in illa phraſi, ἔρρε ἐς κόρακας.

Καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς. »Non erat praetermittendum [quod fecit Dalec. in verſione] »illud τις, velut otioſum; non »eſt enim: ſed eo adiicitur, ne quis putet hunc eſſe *So-* »*phoclem* Sophoclis fil. poëtam, cuius noti omnibus co- »thurni. Nam, qui Athenis philoſophos cenſuit exigen- »dos, alius fuit, Anticlidae filius, Sunienſis. Pollux, li- »bro IX. [ſect. 42.] Ἔστι δὲ καὶ νόμος Ἀττικὸς κατὰ »τῶν φιλοσοφούντων γραφεὶς, ὃν Σοφοκλῆς Ἀμφικλείδου »Σουνιεὺς εἶπεν· ἐν ᾧ τινὰ κατ' αὐτῶν προειτὼν, ἐπηγάγετ' »Μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν σοφιστῶν διατριβὴν κατασκευάσα- »σθαι. « CASAUBONUS. — Confer Laërt. lib. V. ſect. 38. ibique Menag. Adde Athen. XI. 508. f. & Adnot. ad V. f 187. d. De *Demochare* conſulendus RUHNKENIUS in Hiſt. Crit. Orator. Graecor. pag. 179 ſqq. ed. Reisk. Quem quod *conſobrinum* (ἀνεψιὸν) *Demoſthenis* nominat Athenaeus, cum fuerit eius *ex ſorore nepos:* (ἀδελφιδοῦς) de eo confer quae notavimus ad VI. 252. f.

Καὶ Ῥωμαῖοι δὲ – – ἐξέβαλον τοὺς σοφιστὰς τῆς Ῥώμης. *Epicureos* Româ pulſos, L. Poſtumio, M. Popilio, Coss. A. U. DLXXX. vel DLXXXI. commemoraverat Noſter libro XII. cap. 68. Nunc, ubi generatim *electos ſophiſtas* ait, videtur illud ſenatusconſultum dicere, quod *contra Philoſophos & Rhetores*, C. Fannio, M. Valerio Meſſala Coss. A. U. DXCIII. factum Aulus Gellius refert, lib. XV. cap. XI. & Suetonius de Claris Rhetorib. cap. 1.

Ἀνάξιππος ὁ κωμῳδιοποιός. Sic membr. *A.* tam conſtanter, quam conſtanter κωμῳδοπ. absque ι poſt δ ſcribunt edd. In *ANAXIPPI verſ.* 1. τούς γε ſcripſi cum GROTIO in Excerpt. pag. 863. cuius etiam latinâ uſus ſum verſione.

a καὶ μάλιστα ἡ Λακεδαιμονίων. Vide Fabricium ad Sextum Empir. lib. II. ſect. 21. not. 5. ubi aliorum auctorum in eamdem rem teſtimonia citantur. In verbis, quae ſequuntur apud Noſtrum, ſi vera eſt ſcriptura, quam cum editis veteres noſtrae membranae tenent, οὔτε ῥητορικὴν, utique vel ante vel poſt illa tale aliquid deſiderabatur, quale in editis libris ſuppletum eſt, ubi οὔτε φιλοσοφίαν adiicitur. Sed ſatis eſſe videtur id, quod Epitoma habet, οὐ προσίενται τὴν ῥητορικήν.

Θεόδωρος ὁ ἄθεος, καὶ Διαγόρας. De *Theodoro*, qui *Atheus* eſt cognominatus, conſulendus Bruckerus, in Hiſt. Crit. Philoſ. T. I. pag. 602 & ſeqq. De *Diagora*, idem ibid. pag. 1203 ſqq. *Ibid.* ὅτε καὶ πλέων ναυαγίᾳ ἐχρήσατο, b CASAUBONUS, quum καὶ πλέον ναυαγίῳ ἐχρησ. edidiſſet, haec adnotavit: »Paullo poſt de *Diagora*: ὅτε καὶ »πλέον ναυαγίῳ ἐχρήσατο. Conatus eſt vir doctus iſtud »πλέον interpretari. Sed fruſtra fuit: nam πλέων omni»no legendum eſt: id eſt, *cum quidem navigans naufragium* »*fecit.*« — Nempe ſic verterat Dalecampius: *qua in fugâ multoties, tentato mari, naufragium paſſus eſt*: quaſi ὅτε καὶ πλεονάκις, πλέων, ναυαγ. ἐχρησ. legiſſet. Ubi docere lectorem Caſaubonus debuerat, in ed. Ven. & Baſ. itemque in mſstis unice πλέων ſcribi, ſcripturam πλέον vero nonniſi in ſuam editionem temere fuiſſe receptam. Pro edito ναυαγίῳ, nos ναυαγίᾳ ſcripſimus cum ms. *Ep.* & ſuſpicor eodem modo ſcriptum in ms. *A.* in quo ſaepe perſimiles ſunt literae α & ω, & vix a ſe invicem discernendae. Vide quae ad pag. 606. e. notavimus.

Θεότιμος δ' ὁ γράψας τὰ κατ' Ἐπικούρου βιβλία, ὑπὸ Ζήνωνος τοῦ Ἐπικουρείου ἐξαιτηθεὶς ἀνηρέθη. Διότιμος, non Θεότιμος, ſcriptum oportuiſſe monuerunt IONSIUS, de Scriptorib. Hiſt. Phil. lib. II. cap. 15, 4. & MENAGIUS ad Laërt. X. 10. In libris, quos *contra Epicurum* ſcripſiſſe philoſophus ille Stoicus dicitur, fuiſſe praeſertim quinquaginta laſcivas Epiſtolas docet Laërtius l. c. quas ſub Epicuri nomine, quaſi illius fuiſſent, edidit Diotimus.

AD CAP. XCIII.

πρὸς ὀσφρανσιν. Sic uterque codex mstus: a qua ſcriptura nil opus erat cur discederetur. Quod ſi aliis Graecis auctoribus minus uſitata eſt iſta nominis forma, a verbo ὀσφραίνω legitime derivata; nihil certe prohibet, quo minus credamus, *Clearchum* uti illo vocabulo potuiſſe, e quo haec ducta ſunt. In his quae continuo ſequuntur, editam tenuimus ſcripturam, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον καὶ ἀλ- c λότριον θαυμαστόν· τό τε συναυθρωπίζον, καὶ οἰκουρὸν εἶναι καὶ φυλακτικὸν τοῦ τῶν εὖ δρώντων βίου, πάντων περιττότατον. In ms. *A.* nonnihil in his turbatum eſt, quippe qui ſic habet: καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον καὶ ἀλλότριον θαυμαστὸν οἰκεῖον. τό τε συναυθρωπίζον οἰκουρὸν (*non*, καὶ οἰκου-

c ρὸν) εἶναι καὶ φυλακτικὸν &c. In *Epit.* totus locus sic conceptus: Ὅτι τοῦ κυνὸς τὴν φύσιν περιττὴν ἔχοντος αἰσθήσει τε τῇ πρὸς ὄσφρανσιν καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον καὶ ἀλλότριον, καὶ τῷ συνανθρωπίζον καὶ οἰκουρὸν εἶναι ζῶον καὶ φυλακτικὸν τοῦ τῶν εὖ δρώντων βίου, οὐδὲν τούτων πρόσεστι τοῖς κυνικοῖς.

αἰσθήσει τε πολλῷ ὑστεροῦντες. CASAUBONO obsecutus sum, monenti: »Scribe πολλῷ ὑστεροῦντες, non »πολλῶν. Apparet ex antecedentibus. « — πολλῶν ὑστεροῦντες sonabat, *multis aliis inferiores*: πολλῷ ὑστερ. sonat *multo inferiores*, nempe *canibus*, τῶν κυνῶν. Vulgatum πολλῶν tuentur tamen ambo nostri mssti. Ac fuerint fortasse qui huius scripturae susciplant patrocinium, dicentes, πολλῶν ὑστεροῦντες valere, *multis in rebus* vel *multis partibus inferiores*, *multis modis* (ab illis, nempe canibus) *superamini*. Simili quidem ratione & aliâs cum *genitivo casu rei* idem verbum ὑστερεῖν constructum videri possit: velut apud Nostrum, XIV. 613. b. ὑστεροῦμεν τἀγαθοῦ. Conf. Lexic. Polyb. voc. ὑστερεῖν & καθυστερεῖν.

κακολόγοι καὶ βαροί. Sic ambo mssti, ignorantes καὶ particulam ante κακολόγοι. *Mox*, pro eo quod sic editum erat, βιοῦντες ἔξω ἁπάντων, ἀλλότριοι μὲν &c. in membranis *A*. ita scribitur, ut nos edidimus, ἀνέστιοι βιοῦντες. ἐξ ὧν ἁπάντων &c. Breviator in verbis ἀνέστιοι βιοῦντες concluſit hoc argumentum. Continuo dein vero solam istam dictionem adnotavit, ex hac pag. lit. *c*. ductam: Διὰ τὸν βρένθον ὑμῶν τὸν πολύν. Tum: Ὅτι διάλογοί τινες φέρονται Λυσίου, &c. de quo mox.

d Οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν καλουμένων φιλοσόφων ἀφιλοσοφώτερον. Optime sic scribitur in editis, cum perperam omnino φιλοσοφώτερον absque negatione scribatur in vetustissimis membranis.

ὁ ῥήτωρ ἐν τοῖς τῶν συμβολαίων λόγοις. Intellige περὶ τῶν συμβολαίων. Titulus orationis *Lysiae*, quam hîc spectavit Deipnosophista, paulo post diserte ac praecise talis fuisse declaratur, Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν χρέως. Possis hîc τῶν συμβολαίων eâdem notione accipere, atque ibi χρέως: sunt enim συμβόλαια *contractus de re quacumque initi*, sed praesertim *de aere credito & debito*. (vide Reiskii Indic. Graec. Demosth. & Ind. Graecitatis Lysiacae, hac voce.) Sed rectius fortasse istud τῶν συμβολαίων generatim *De Contractibus* interpreteris; intellexerisque, Lysiae

Orationes olim ita per volumina distributas fuisse, ut inter se iunctae & ab aliis diversi argumenti separatim editae fuerint hae, in quibus *de contractibus* agebatur.

Ὧν ἐκ τῶν φερομένων ὡς αὐτοῦ διαλόγων θαυμάζομεν, -- πλὴν εἰ μὴ ὡς ἀληθῶς τοῦ σοφοῦ Σωκράτους ἐστὶ συγγράμματα, &c. Haec haud dubie ad *Aeschinem Socraticum* referuntur: de cuius Dialogis pariter Diogenes Laërtius, II. 60. monuit, iam olim contendisse nonnullos, non esse illos *ipsius Aeschinis*, qui pro suis venditaret; sed, cum revera *Socratis* essent, fuisse *Aeschini a Xanthippe donatos*. At Epitomae auctori hic accidit, quod iam saepius eidem usu veniisse observavimus, ut nomina permutaret, & *Lysiae* tribueret, quae ad *Aeschinem* spectabant. Sic enim ille: Ὅτι διάλογοί τινες φέρονται Λυσίου, θαυμαζόμενοι μὲν, ὑποπτευόμενοι δὲ Σωκράτους εἶναι &c.

AD CAP. XCIV.

Ἀλλ' ὅ γε Λυσίας ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ λόγῳ οὕτωσί· Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν χρέως. » Meminit huius *Lysiae* » *orationis* Harpocration in Κατάπληξις: itemque Dionysius Halicarnassensis, nisi fallor. Cogitemus de alio » Harpocrationis loco. Ἀσπασία. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην » τὸν Σωκρατικὸν διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασίᾳ. » Videtur significare Dialogum a Lysia fuisse conscriptum » contra Aeschinem, cui dialogo fuerit titulus *Aspasia*. » Non obscure hoc verba illa designant: si modo inuti» lem vocem διαλεγόμενος mutaveris in διαλόγῳ. Verum, » ut dixi, de eo loco adhuc cogitemus: nam dialogi illius » Aeschines auctor fuit, teste Diogene Laërtio, non Ly» sias. Desunt fortasse quaedam verba: & hoc potius vo» luit Harpocration, de illo turpiculo Aeschinis scripto » verba apud iudices Lysiam fecisse. « Casaubonus. — Nos in titulo orationis Lysiacae, pro χρέους, quod olim edebatur, χρέως posuimus, membranarum nostrarum auctoritate. Hanc fuisse nominis formam Atticis usitatam, (τὸ χρέως, gen. τοῦ χρέως) diserte docuit Etymologici M. auctor, pag. 814 med. & ex Lexico Rhetorico Eustathius, ad Iliad. ν'. pag. 939. init. Oratio autem ista apud Harpocrationem nusquam eodem titulo, adiecto vocabulo χρέως vel χρέους, memoratur: sed nude Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν, in vocibus Ἀσπασία,

Ἄστικτον, & Καταπλήξ. Semel (voce Χύτροι) citatur Λυσίας ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, περὶ τῆς δημεύσεως τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων. Apud Laërtium vero, II. 63. haec leguntur: καὶ Λυσίας δὲ κατ' αὐτοῦ (scil. κατ' Αἰσχύνου τοῦ Σωκρατικοῦ) συγγέγραφε λόγον, περὶ Συκοφαντίας ἐπιγράψας. Quae *Aldrobandino*, *Menagio* aliisque viris doctis eadem visa erat oratio, quam χρέως inscriptam Deipnosophista ait: quod etiam DALECAMPIUS in orâ notaverat: »Laërtius tradit, eam orationem ab Aeschine »[a Lysia *scribere voluerat*] inscriptam fuisse *De Calumniâ.*« Quos omnes errasse contendit TAYLOR, in Lysiae Fragm. p. 3. num. 2. At favere tamen illorum sententiae hoc videri poterat, quod in ipso orationis exordio (paulo post, lit. f.) dixisse *Lysiam* refert Deipnosophista, *hac ipsa caussâ, quam defendendam suscepissset Aeschines, nullam aliam facile συκοφαντωδεστέραν reperiri posse.* Nihil autem prorsus, quo ea sententia aut refelleretur vel infirmaretur, *Taylor* protulit. Quod eiusdem orationis mentionem fecisse Dionysium Halicarnasseum Casaubonus existimabat, in eo quidem falsum esse virum doctissimum, recte idem *Taylor* monuit. De Harpocrationis verbis, voce Ἀσπασία, quae Casaubonum exercitum habuerunt, consulendus Menagius ad Laërt. II. 63.

διὰ τὸν βρένθον ὑμῶν τὸν πολύν. βρένθος, fastus tumidus, & arrogantia contemtoria. De quo vocab. & coniugato verbo βρενθύω copiose docteque, ut solet, disseruit HEMSTERHUSIUS, Dial. Mort. X. 8.

f ὀφείλων ἀργύριον ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς Σωσινόμῳ τῷ τραπεζίτῃ καὶ Ἀριστογείτονι. Recte Ἀριστογείτονι membr. per o breve in penultimâ. Recte item eaedem Σωσινόμῳ, non Σωσίμῳ. *Sosinomus mensarius*, Demosthenis etiam memoratus, in Orat. pro Phormione, pag. 959. l. 26. ed. Reisk. Istud ὀφείλων ἀργύριον ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς vertit Dalecampius, *cum argenti drachmas tres deberet.* Pariter Gallicus interpres: *Cet homme devant trois dragmes d'argent à Sosime le banquier.* Lepide vero! nempe, trium drachmarum caussâ, quas debebat Aeschines, quae ne *tribus* quidem *libris* (quas vocamus) *Francicis* aequivalent, in eo erat ille ut *bonis eiiceretur!* At, nisi & res ipsa loqueretur, & Graeci sermonis usus, saltem ex eo quod continuo subiicitur, διὰ τοὺς τόκους ἐκ τῶν ὄντων ἐκπεσόντα, perspicuum erat de *usuris* agi. ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς, sonat,

pactâ usurâ trium drachmarum: tum vero intelligendum ἐπὶ f τρισὶ δραχμαῖς τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς: quae postrema verba & adiici poterant, (velut apud Aeschinem oratorem contra Ctesiphont. p. 496 sq. ed. Reisk.) & brevitatis caussâ omitti. Igitur ait, *pactâ usurâ trium drachmarum in singulos menses pro singulis minis pendendâ:* quod, quoniam mina centum drachmis constat, idem valet ac id quod vernaculo sermone diceres *à trois pour cent d'intérêt par mois.* Pari ratione, sed paulo pleniore oratione, continuo deinde Aeschinem dicentem Lysias inducit, οἴσω δέ σοι ἐννέ' (sic membranae, nempe ut in familiari sermone loquebantur; non ἐννέα) ὀβολοὺς τῆς μνᾶς τόκους: id est, *pendam tibi usurae nomine unum cum dimidio* (*in mensem*) *per singula centena:* gallice, *un & demi pour cent par mois.* Haud male ibi Dalecamp. *pro minae usurâ novem se obolos mihi persoluturum.* Ubi monuit CASAUBONUS: »*Novem* illi *obo-*»*li*, qui ab Aeschine promittuntur, *mensirua usura sunt* »*unius minae.*« — Quo magis mireris, nihil ab eodem ad superiorem locum esse animadversum, ubi plurimum a vero aberraverat interpres.

κατασκευάζομαι. Sic commode ms. *A.* in praesenti tempore: non κατασκευάσομαι. Ex toto hoc capite, Epitoma nil aliud nisi haec verba (ex pag. 612. a.) habet: Ὅτι Σόλων οὐκ ἐπέτρεπεν ἀνδρὶ μυρεψικῆς τέχνης προϊστασθαι.

ἀφορμῆς δὲ δέομαι. »Quid sit ἀφορμῆς δέομαι, clarebit »ex iis quae in superioribus dicebamus de notione huius »vocis inter Graeciae mercatores. Interpretes haec non »sunt assecuti.« CASAUBONUS. — Vide III. 90. f. & ibi notata: adde MAUSSACUM ad Harpocrat. voc. Ἀφορμή: & TAYLORUM ad Lysiae Fragm. pag. 5. ed. Reisk.

Φερεκράτης ἐν Ἴπνῳ ἢ Παννυχίδι. »Subiicitur testimo- a »nium, quod petitum dicitur e *PHERECRATIS* fabulâ, cui »titulus Ὕπνος ἢ Παννυχίς. Pollux libro X. cap. 47. »[sect. 183.] *Somnum* simpliciter inscribit: Φερεκράτης ἐν »Ὕπνῳ· Σκηνὴ περίερκτος περίβολος κάνναισι. Sed docuit nos »Harpocration, utrumque auctorem hac parte esse de- »pravatum. De voce enim ἴπνος, quae *caminum* signifi- »cat, loquens, ita scribit: Ἴπνος· μέρος τι τῆς οἰκίας οὕ- »τω καλεῖται, τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῶν μαγειρεῖον. ἔστι »γοῦν δρᾶμα Φερεκράτει, Ἴπνος ἢ Παννυχίς, ἐν ᾧ δηλοῦ- »ται τοῦτο ὅτι μέρος τῆς οἰκίας ἐστί.« CASAUBONUS. —

a Vide Polluc. X. 181. & 183. & utrobique Interpretes. In noſtris membr. ſic ſcribitur ἐν ὕπνῳ, absque ſpiritu quidem, ſed penacutâ voce. Notatur autem plerumque hoc vocabulum *leni ſpiritu*, accentu vero modo in ultimâ, modo in penultimâ. Nos, hîc codicem noſtrum ſequi debuimus, & *penacutam* vocem facere: eodemque accentu olim apud Noſtrum, VI. 229. f. notata fuiſſe videtur; quo facilius factum, ut ex ὁ δὲ ὕπνος fieret ὁ δεῖπνος, quod ibi eaedem noſtrae membr. habent. De diverſis vocabuli huius ſignificatibus nonnihil monuimus ad VI. 229. f. caeterum videndi cum alii Grammatici, tum Heſychius in Ὑπνὸς, & inſtar omnium H. Stephanus, Theſ. T. I. pag. 1725 & ſeq. Quibus e ſignificatibus eum hîc nos tenere debuimus, qui ab Harpocratione indicatus eſt.

Κᾆτα μυροπωλεῖν τί μαθόντ' ἂν δὲ χρῆν καθήμενον &c. »Corruptiſſima ſunt *Pherecratis* quae ſubiiciam: »Καταμυροπωλεῖν τὶ, μαθὼν τάν δὲ χρῆν καθήμενον: ita ſine »controverſiâ emendanda: Κᾆτα μυροπωλεῖν τί μαθόντ' »ἔχρην καθήμενον; *Quid accidit*, inquit, *cur oporteret ſeden-»tem unguenta vendere?* Non venditabimus hanc emenda-»tionem: cuius elegantiam ſoli capient γόνιμοι κριτικοί. »Purum putum Atticum dicendi genus, τί μαθὼν, vel τί »παθὼν, pro ſimplici τί, *quare*. « Casaubonus. — Nos totam fere docti viri emendationem amplecti non dubitavimus, cuius partem membranae noſtrae firmarunt, ſic ſcribentes, τί μαθόντ' ἂν δὲ χρῆν: ubi, pro δὲ χρῆν, perinde δ' ἔχρην ſcribi poterat. Caeterum ſatis quidem obvia formula τί παθὼν τοῦτο ἐποίησε; *quid ei accidit, quid ei in mentem venit, ut hoc faceret?* Mirum vero, eâdem notione etiam τί μαθὼν dici: quae formula frequens apud Ariſtophanem; ut Plut. 909. Nub. 1508. Acharn. 826. Veſp. 251. Lyſiſtr. 599. Quibus locis Küſterus (ad Nub. 1508.) Caſaubono adſentitur, τί μαθὼν idem valere ac τί παθὼν: Biſetus vero (in Notis ad Nub. & ad Plut.) τί μαθὼν interpretatur τίς σε ἐδίδαξε; *quis te docuit?* Sic & H. Stephanus (Theſ. T. II. pag. 784. e. f.) locum e Veſpis interpretatur: dicens »alios quidem exiſtimare idem »valere ac latinum *quid malum!* ipſum vero ſimpliciter »intelligere malle, *quid edoctus hoc facis?* quemadmodum »Gallice dicimus in reprehenſione, *Qui vous a appris à »faire cela?* « Quae interpretatio nonnullis quidem Comici locis bene convenit, at aliis non item. Omnibus

autem iſtis in locis Brunckius τί παθὼν (non τί μαθὼν) ſcriptum oportuiſſe cenſuit. Cui ſi quis oppoſuiſſet mirum codicum tam multis in Ariſtophanis locis (cui accedit hic locus *Pherecratis*) conſenſum in ſcripturam μαθὼν: huic Brunckius regerere potuerat, non modo non intelligi quo pacto τί μαθὼν idem ac τί παθὼν valere poſſit; verum etiam, ſi ita uſus ſermonis Atticorum, nullis legibus adſtringi ſe patiens, tuliſſet, intelligi non poſſe quid ſit cur tam mirus idiotismus nec a vetere Scholiaſte Ariſtophanis, qui omnia talia diligenter adnotare conſueverat, nec ab ullo alio vetere Grammaticorum adnotatus expoſitusque fuerit.

ἁρμόζοντα δ' εἶ εἶναι. Sic de coniectura ſcribendum putavi, pro vulgato δ' εἶν εἶναι. b

AD CAP. XCV.

οὔτε τόκους οὔτε τ' ἀρχαῖον. Recte τ' ἀρχαῖον dedit ms. *A. cum articulo*, qui abeſſe hic non poteſt. Idem codex, *mox*, recte ἠνεχυράσθη, non ἠνεχυράθη. Perperam vero, ni fallor, idem deinde προδόσεις, ubi recte προπόσεις edd. πρόδοσις, eſt *proditio*, *antedatio*, *elargitio*, item *arrha*: quarum notionum nulli hîc locus eſſe videtur. Paullo poſt cum eodem codice τὰς αὑτῶν οἰκίας ſcripſi, cum αὐτῶν quidem haud male hic habuiſſent editi, at deinde tamen (lit. *e.*) aſperum ſpiritum in αὐτοῦ νομίζει εἶναι tenuiſſent. c d

ὅσους δ' ἐράνους συνείλεκται, &c. »Peſſime vulgo iſta »capiuntur, ὅσους δ' ἐράνους συνείλεκται, τὰς μὲν ὑπολοί»πους φορὰς οὐ κατατίθησιν, ἀλλὰ περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον, »ὡς περὶ στήλην, διαφθείρονται. Senſus eſt: *Pecunia omnis, »quam ab amicis poteſt Aeſchines corradere nomine erani, non »impenditur ab eo in ſolvendis bonâ fide reliquiis penſionum »quas debet*, atque adeo propter quas a ſodalibus ſtipe col»latitiâ fuit adiutus: *ſed univerſa iſta pecunia*, quanta quan»ta eſt, *apud proximum cauponem perit, ſicut navis quae ad »columnas impegerit.* Cicero ad Piſonem: [Orat. pro P. Sextio, cap. 8.] »*Ne Scyllaeo illo aeris alieni in freto ad colum»nam adhaereſceret, in tribunatus portum profugerat.*» Casaubonus. — De Ciceronis verbis a Caſaubono adlatis videndi Oratoris Interpretes, & in his Ernestus in Clavi Ciceronianâ, voce *Columna*, qui de *columnâ Maeniâ* quidem, quae in foro Romano fuit, interpretatur; ſed »al-

d »legoriam ductam, ait, ab his, qui *in columnis maritimis* »*adhaereſcunt*, h. e. *ad eas illiſi naufragium faciunt.*« — At ego *columnas* (στήλας) *in mari, ad quas alliſae naves frangantur*, nemini nec Graeco ſcriptori, nec Latino, usquam memoratas novi. Nec ſane in Lyſiae verbis, de quibus agitur, video cur neceſſe ſit de *columná in mari* cogitare, *ad quam naves frangi ſoleant.* In *Circo*, ubi ludi aguntur Circenſes, *cippus* ſive *meta* erat, quam στήλην vocabant, (vide ſaltem Sophoclis Elect. vs. 720. & 744.) cui ſi in circumagendo curru nimis adpropinquaſſet auriga, impactum frangebatur peribatque vehiculum. Ab hac igitur *circenſi columná* ſive *metá* deſumtam eſſe metaphoram qua Lyſias uſus eſt, exiſtimo equidem cum REISKIO, in Indice Graecitatis Lyſiacae, pag. 887. Porro, τοῦτον τὸν κάπηλον, non cum Caſaubono de *vicino quodam caupone*, ſed *de ipſo Aeſchine* accipiendum eſſe, recte VALESIUS monuit, in Notis ad Harpocrat. voc. Πληρωταί: commodeque κάπηλον h. l. *veteratorem* interpretatus eſt: notum eſt enim, haud infrequenter Graecos vocabulum illud odioſâ quadam notione uſurpaſſe, *fraudulentum hominem* & *veteratorem* deſignantes. In quo tamen me conturbat id, quod paulo poſt idem Lyſias ſubiicit, (lit. *e.*) eumdem Aeſchinem ſpectans, αὐτὸν δὲ (*ipſum Aeſchinem*,) ἀντὶ καπήλου μυροπώλην ἀπέδειξεν: ubi κάπηλον nec *cauponem* commode intelligere poſſis; nam, ſi ipſe *caupo* fuiſſet, non *a vicinis cauponibus* (quod paulo ante aiebat orator) vinum emturus erat, quod ſodalibus propinaret: nec *veteratorem* ibi commode interpreteris; nec enim ſententia Lyſiae haec fuerit, deſiiſſe Aeſchinem eſſe veteratorem, poſtquam myropola factus eſt. Quare ibi (neſcio quam recte) κάπηλον notione quadam magis generali, quae eadem propria & primaria huius vocabuli notio eſt, *inſtitorem* interpretatus ſum.

τούτου τεθνεῶτος. Sic recte codex mſtus uterque: non τεθνειῶτος.

e οὕτω διέθηκεν, ὥστε τὸν μὲν ἄνδρα αὐτῆς καὶ τοὺς υἱοὺς πτωχοὺς ἐποίησεν, &c. Iſta, ὥστε — — ἐποίησεν, & dein ἀπέδειξεν, ad *Aeſchinem* retulit Dalecampius & Gallicus interpres: ego ad *mulierem* referenda iſta verba cenſui. Uſum verbi διατιθέναι eâ notione, quae hîc obtinet, copioſe declaravit HEMSTERHUS. ad Luciani Nigrin. c. 38.

ἀντὶ καπήλου. De hoc vocab. paulo ante dictum eſt:

ſuſpicor autem corruptum hîc eſſe, & in alterius (neſcio cuius) locum, temere irrepſiſſe: aut ſcriptum olim fuiſſe ἀντὶ λόγων (vel διαλόγων) καπήλου, *pro inſtitore ſermonum* vel *Dialogorum*. Vide ſupra, pag. 611. d. & confer Laërtium, II. 61. ubi ait, *oblatis nonnullis dialogis Aeſchinem dona accepiſſe a Dionyſio:* item Laërt. II. 62. ubi memoratur, *ſtipulatâ mercede orationes eumdem ſcripſiſſe* his, qui lege apud iudices experiebantur.

ἧς ῥᾷον τοὺς ὀδόντας ἀριθμῆσαι, ὅσῳ ἐλάττους ἦσαν, ἢ f τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους. »Non eſt illepidus iocus Ly» ſiae in anum decrepitam: ἧς, ait, ῥᾷον τοὺς ὀδόντας » ἀριθμῆσαι, ἢ τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους. Notata eſt dicti » huius venuſtas a Demetrio Phalereo in libello De Inter» pretatione. [immo, De Elocutione, cap. 128.] A mala » manu ſunt iſta, ὅσου ἐλάττους ἦσαν, quae in multis li» bris poſt verbum ἀριθμῆσαι comparent. Studioſus qui» dam lector ad vocem ἐλάττους adnotaverat in orâ ſui » libri, velut cauſſam explicans dicti huius, παρ' ὅσον ἐλάτ» τους ἦσαν. Inde error librarii, qui primus Lyſiae ver» ba illo emblemate vermiculavit. « Casaubonus. — Sane & apud Demetrium l. c. verba iſta deſunt, ubi ſic legitur, ἧς ῥᾷον ἄν τις ἀριθμήσειεν τοὺς ὀδόντας ἢ τοὺς δακτύλους: & apud Suidam in Ῥᾷον: ubi fontem, e quo ducta iſta verba, indicare neglexit Küſterus. At, de *Athenaei codicibus* ſi quaeris, nullus eorum eſt, quin iſta verba qualia in editis leguntur, ὅσου ἐλάττους ἦσαν, agnoſcat: neque ſolum in opere pleniore, verum etiam in Epitomâ eadem verba leguntur. Nec profecto eliminanda erant, quod cum Caſaubono Taylorus cenſuit; ſed emendanda, quemadmodum perſpecte Toupius docuit, Emend. in Suid. Part. III. p. m. 396. nempe ὅσῳ pro mendoſo ὅσου ſcribendo. Ad comparativum ῥᾷον ſubintelligi debet τοσούτῳ: de cuius vocabuli ellipſi, haud infrequenti Graecis in iſtâ dicendi formulâ, monuit Leisnerus ad Lamb. Boſii Ellipſes Graecas, pag. 211. Confer ſimilia exempla ex Thucydide a Dukero prolata, ad Thucyd. lib. VI. cap. 89.

Τάδ' οὐχ ὑπάρχων &c. »Poſtremo ait Myrtilus: Ἐγὼ » δὲ, κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον τὸν τραγικὸν ποιητὴν,

» Τάδ' οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος,

» καταπαύσω τὸν λόγον. Quem dicit eſſe *ARISTARCHI* » verſum, reperio apud Demoſthenem, aut quicunque

f » auctor orationis contra Neaeram: *Ὥστ' οὐχ ὑπάρχων*, » inquit, *ἀλλὰ τιμωρούμενος, ἀγωνιοῦμαι τὸν ἀγῶνα τοῦτονί.* Suidas e *Philemonis Therſitâ* petitum eſſe verſum ait: » alii, e *Menandri Olynthiâ*. Bene eſt: emerſimus iam ex » hoc ingratiſſimorum nobis ſermonum coeno; quod ſuſ» penſo pede calcaſſe, fraudi nobis, ſpero, apud aequum » Lectorem non erit. « CASAUBONUS. — Orationem contra Neaeram vide, inter Demoſthenicas, pag. 1345. edit. Reisk. Apud Suidam (in *Ὡς οὐχ ὑπάρχων*) verſiculus iſte non *Philemoni*, ſed *Chaeremoni*, adſcribitur. Nihil autem prohibet quo minus credamus, & auctorem orationis contra Neaeram, & Chaeremonem poëtam, ab *Ariſtarcho poëta tragico* mutuatos eſſe hunc verſum, Euripidis aequali. Perquam ſane probabile eſt, poſtquam ſemel in ſcenâ pronunciatus eſſet, in proverbium abiiſſe. Et in Proverbiis eumdem verſum recenſuit Zenobius, Cent. VI. num. 51. dicens, Menandrum in Olynthiâ proverbii huius feciſſe mentionem.

In *Epitomâ*, in fine huius libri, poſt verba *ἢ τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους*, ſequuntur iſta: *Φησὶ Πίνδαρος· ὃς τὰς τοῦ προσώπου τῆσδ' ἀκτῖνας &c.* tum alia nonnulla ex hoc libro XIII. excerpta, ſuis locis praeterita; de quibus omnibus ſupra dixi, in Animadv. ad p. 603. e. cap. 81. Quibus denique ſubiiciuntur haec: *Ἐκ τοῦ β'. βιβλίου. Ἔργον εἰς τρίκλινον &c. usque Φησὶ Μένανδρος.* (Quae a nobis ſubiecta ſunt *Epitomae libri ſecundi*, cap. 86. Tom. I. huius edit. pag. 276 ſq. eademque prioribus verſibus commodius diſtributis repetita in Animadv. T. III. pag. 617.) Tum ſequitur: *Πάλιν: Τῆς σκιᾶς τὴν πορφύραν &c. usque κεκραμένη.* (Quae poſuimus in fine Epitomae libri II. cap. 87. Tom. I. noſtrae edit. pag. 277.) Tum ſequuntur haec: *Κρατῖνος· Γαυριῶσαι δ' ἀναμένουσιν ὧδ' ἐπηγλαϊσμέναι μείραξ φαιδραὶ τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι.* (Quae ſuo loco inſeruimus in Epitomâ libri II. cap. 32. pag. 187. noſtrae edit. Ad quem locum confer Animadverſiones, T. I. pag. 338 ſq.) Tum: *Ἀντιφάνης· Τί φής; ἐνθάδ' οἴσεις &c. usque καὶ τίς* (ſic) *ὄψεται.* (Quae habes in Epit. lib. II. cap. 87. pag. 278. noſtrae edit.) Porro: *Ὁ αὐτός· Εὐτρέπιζε ψυκτῆρα, λεκάνην, &c.* usque *ζωμήρυσιν.* (Quae in noſtra editione eodem loco habes, ubi proxime praecedentia.) Tum ſequuntur haec: *Ἡδύ ἐστιν ἐν δαιτὶ &c. usque φησὶν ἐν τῇ Μελαμποδίᾳ Ἡσίοδος.* (Quae eisdem ver-

bis ipſi etiam Epitomae ſuo loco inſerta legebantur, pag. f
40. f. ed. Caſ. Vide cap. 13. T. I. p. 155. noſtr. edit.) Denique iſta : Παννύασις (ſic) φησί· Πρῶται μὲν Χάριτές τ' ἔλαχον &c. *usque* πολὺν ποτόν. (nam ποτόν acute, pro πότον, ſcribit, ut paſſim alibi. Inſeruimus autem nos iſta ſuo loco in Epit. lib. II. cap. 3. T. I. noſtrae edit. pag. 138 ſq. Quo loco pro eo, quod ad verſum penult. adnotavimus, *in mſstis* (nempe in noſtro cod. *Ep.* & in cod. Hoeſch.) ſcribi ἐσθλοῖς ἐν ξενίοισι κακὴν ἐπιθήσειε τελευτήν: debueramus κακὴν δ' ἐπιθήσειε τελ. Nam ſic habet uterque codex: ad metrum quidem parum commode, ſed ſatis commodâ ſententiâ, ſi modo iſta ἐσθλοῖς ἐν ξένιοισι ad ſuperiora referas, a quibus tamen ea ſeparat codex noſter, & cum ſequentibus iungit.) Poſtremo, veluti novum prorſus Excerptum, adiicitur hoc: Καὶ ἑξῆς περὶ ἀμέτρου οἴνου· ἐκ γάρ οἱ (ſic recte ms. non γὰρ οἱ, ut a nobis editum) ἄτης τε καὶ ὕβριος αἶσα ὀπηδεῖ. Deinde demum ſequitur *Epitoma libri XIV.* hoc titulo, Ἀθηναίου ἐκ τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου βιβλίου. Iſta, καὶ ἑξῆς περὶ ἀμέτρου &c. nos proxime praecedentibus continuo ſubiecimus, in Epit. lib. II. cap. 3. pag. 139. noſtrae editionis.

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM DECIMUM QUARTUM.

P. 613 » *Duas partes* ὁλοσχερεῖς habet iſte liber. *Prior*, reli- » quias continet ſermonum illorum de quibus diximus li- » bri decimi initio. Atque hîc *de Acroamatis & Gelotopoeis* » agitur. Solebant enim ſub coenae finem admitti qui par- » tim ſeriis recitationibus, partim dictis factisque ridicu- » lis ſaturos convivas exhilararent. Audiebantur etiam can- » tores, tibicines, citharoedi, & quicunque alii muſica » inſtrumenta tractare, pulſare, aut inflare noſſent. *Acroa-* » *mata* uno verbo Graeci Latinique hos omnes vocant. » De his loquuntur eruditi convivae ad haec usque ver- » ba: Τοσαῦτα τοῦ Μασουρίου διεξελθόντος, περιενέχθησαν » ἡμῖν καὶ αἱ Δεύτεραι καλούμεναι Τράπεζαι. [pag. » 639. b.] Ibi *poſterior* libri *pars* incipit: cuius praecipua ma- » teria ſunt *Menſae* quae dicuntur *ſecundae* & *bellaria*. Prae- » terea coniecit auctor eo loci analecta quaedam obſerva- » tionum ſuarum ſuper iis quae prioribus libris ſunt ex- » poſita: quemadmodum ſuis locis indicaturi ſumus. « CASAUBONUS.

AD CAP. I.

a Τὸν Διόνυσον, ἑταῖρε Τιμόκρατες, μαινόμενον οἱ πολλοὶ λέγουσιν &c. » Sermoni de Dictis ridiculis convenientiſſi- » mam obſervationem praepoſuit Athenaeus: *Bacchum* » *μαινόμενον dictum eſſe & Homero*, Ὀδυσσ. φ'. [*vs.* 293 ſqq.] » *& aliis, quia nonniſi bene poti ut plurimum dicta dicere ridi-* » *cula ſoleant, aut ea facere, quae ſint aliis ludibrio & riſuum*

» *argumento*: &, ut cum *Herodoto* dicit auctor, Κατιόντος του οινου ές τὸ σῶμα ἐπαναπλεει κακὰ ἕπεα καὶ μαινόμενα. « Casaub. — In *Homerico versu* 4. scriptura ista veterum membranarum, ὥλεσ' ἑνὶμ μεγάρῳ, geminatâ μ literâ, vetustatem spirare videtur; indicans ultimam syllabam voculae ἑνὶ, quae aliâs corripitur, produci hîc debere. Et pro eo, quod vulgo apud poëtam editur, ἀασεν ἐν μεγάρῳ, (Od. φ'. 296.) hactenus quidem cum membranis nostris consentit Galeni & veteris codicis a Bentleio collati scriptura, quod, elisâ ultimâ vocali primi verbi, deinde voculam ἑνὶ agnoscant, hoc modo, ἀασ' ἑνὶ μεγάρῳ. De qua scripturâ Clarkius monuit.

Apud *Herodotum*, lib. I. c. 212. post κακὰ ἕπεα, ho- b die non leguntur ista, καὶ μαινόμενα, quae hîc habet » Codicibus antiquior Athenaeus: « ut ait Valckenar. ad Herod. At potuit ista verba suo arbitrio adiicere Athenaeus, adaptaturus Herodoti testimonium ad id quod dicere coeperat, Τὸν Διόνυσον μαινόμενον οἱ πολλοὶ λέγουσιν. Eustathius ad Iliad. σ'. pag. 1212. l. 12. eumdem Herodoti locum spectans, scribit: ὅτε καὶ, καθ' Ἡρόδοτον εἰπεῖν, τοῦ οινου εἰς τὸ σῶμα κατιόντος, ἀναπλώει ἕπεα μαινομένῳ πρέποντα: & duobus etiam aliis locis, (ad Iliad. Φ'. pag. 1330. l. 28. & ad Od. τ'. pag. 685. l. 16.) a Wesselingio ad Herodot. citatis, in eâdem sententiâ eodem verbo ἀναπλώει utitur, quod Herodoti sermoni melius quam ἀναπλέειν convenire monuit idem Wesseling. Et illo quidem ipso loco, quem citavimus, haud dubie hunc Athenaei locum in mente habuerat Eustathius, quod ex praecedentibus ibi verbis fit perspicuum; nec vero scripturam ἀναπλώει ex Athenaei codice hausit: nam noster quidem codex Epitomae, quem eo quo Eustathius usus est haud paulo meliorem cognovimus, aeque ac vetus codex plenioris operis, editam apud Athenaeum scripturam ἐπαναπλέει κακὰ ἕπεα καὶ μαινόμενα tuetur. Uterque vero codex mstus ές τὸ σῶμα, loco editi εἰς, recte dedit.

Κλέαρχός τε ὁ κωμῳδιοποιός. Sic constanter membranae. *Clearchus* ille Comicus *poëta* non aliunde, nisi ex Athenaeo nostro notus est; qui eiusdem fabulam *Citharoedum* citat lib. X. pag. 426. a. & XIV. 623. c. item eiusdem *Pandrosum*, XIV. 642. b. Eclogam ex *Corinthiis* in Excerpta sua retulit Grotius pag. 827. Eamdem habes

in Brunckii Gnomicis, p. 202. Simillimam ſententiam ab Alexide in Phrygio expreſſam ſupra vidimus, X. 429. e.

c Ξενοφῶν δὲ τὸν Ἀγησίλαον μέθης μὲν ἀπέχεσθαι ὁμοίως ᾤετο χρῆναι καὶ μανίας, σίτων δὲ ὑπερκαίρων ὁμοίως καὶ ἀργίας. Ad hunc locum nulla exſtat *Caſauboni* animadverſio. Atqui idem tamen, (ut ab hoc initium faciam) loco iſtorum verborum ὁμοίως καὶ ἀργίας, ſuâ auctoritate, praeter rationem, ac non minus contra Xenophonteorum librorum fidem, quam contra id quod in Athenaei libris repererat, ὁμοίως καὶ λαιμαργίας in ſua editione poſuit. Nam apud Athenaeum cum editiones veteres Ven. & Baſ. tum codices mssti, tam plenioris operis, quam Epitomae, id ipſum habent quod nos edidimus, σίτων δὲ ὑπερκαίρων ὁμοίως καὶ ἀργίας: niſi quod in noſtro quidem cod. *Epit.* ἀργείας pro ἀργίας ſcribitur. In Xenophonteis libris (De Ageſilao Rege, pag. 526. edit. Baſil. 1569.) totus locus ſic conceptus vulgo legitur: ὃς (ſcil. Ἀγησίλαος) μέθης μὲν ἀπεσχέσθαι ὁμοίως ᾤετο χρῆναι καὶ λαιμαργίας, σίτων δὲ ὑπὲρ καιρὸν ὁμοίως ὡς καὶ ἁμαρτίας. Ibidemque in orâ, pro corrupto vocabulo ἁμαρτίας, notata eſt ab editore, ex hoc Athenaei loco, ſcriptura ἀργίας. Totam autem iſtam apud Xenophontem vulgatam ſcripturam Editor Athenaei Baſileenſis ad oram ſuae editionis adnotavit. Iam in priori membro orationis, ubi Xenophontei libri καὶ λαιμαργίας habent, Athenaei libri vero καὶ μανίας, non praeciſe definire praeſumo utra ſcriptura vera ſit: illud quidem ſatis adparet, perapte τὴν μέθην cum μανίᾳ conferri: & facile credi poteſt, Athenaeum in ſuo Xenophonteo codice καὶ μανίας ſcriptum reperiſſe: ſimul vero fatendum, ratione non deſtitui iſtam apud Xenophontem ſcripturam, qua ἡ μέθη cum τῇ λαιμαργίᾳ (*ebrietas* cum *voracitate vel guloſitate*) haud ſane incommode confertur. At, ſi (quod Casaubonus fecit) priori loco teneas Athenaei ſcripturam μανίας, poſteriori vero loco pro ἀργίας, quod libri omnes habent, λαιμαργίας ponas, quid inde lucraris, niſi ut Xenophontem aut Ageſilaum abſurdiſſime praecipientem facias, *guloſitatem haud ſecus ac guloſitatem eſſe fugiendam?* Nam σιτοι ὑπέρκαιροι (ſive, ut apud Xenoph. ſcribitur, ὑπὲρ καιρὸν) quid quaeſo ſunt aliud niſi ipſa λαιμαργία, *guloſitas*, *voracitas?* At perapte praecipitur, *immodicum cibum haud ſecus fugiendum eſſe atque iner-*

tiam & ignaviam; scil. quia *ex immodico cibo* nascitur c *inertia.* Cuius praecepti ad similitudinem iam probabile fit, prius praeceptum eodem modo concipi debuisse, quo in Athenaei libris conceptum legitur, scilicet *ebrietatem perinde fugiendam esse atque furorem;* quippe cum *ex ebrietate furor* nascatur. Sed, sicut teneri haud dubie hac parte debuit librorum Athenaei scriptura, sic dubitari non debet mendum inesse in praecedentibus illis verbis, Ξενοφῶν δὲ τὸν Ἀγησίλαον μέθης μὲν ἀπέχεσθαι ᾤετο χρῆναι: quae si teneas, hanc habent sententiam: *Xenophon censuit, Agesilaum debere ebrietate abstinere.* Quasi vero Xenophon praecepta vitae dedisset Agesilao! quem ille & aliàs ut perfectissimum exemplar vitae virtutisque proposuit nobis voluit, & eo ipso loco, unde ista verba ducta sunt, diserte ait, *Agesilaum ita consuisse.* Ac ne fortasse Athenaei errore haec aliter hìc tradi suspicemur vetat veterum nostrarum membranarum scriptura, in quibus Ξενοφῶντος δὲ, non Ξενοφῶν δὲ, scribitur: ex quo intelligi par est, sic scripsisse Athenaenm, Ξενοφῶντος δὲ ὁ Ἀγησίλαος: *Xenophontis Agesilaus*, id est, Agesilaus ille cuius ingenium & mores Xenophon depinxit: qua ratione ὁ τοῦ Πλάτωνος Σωκράτης & alia similia dicuntur. Breviator, omisso *Agesilai* nomine, sic scripsit: Ξενοφῶν φησὶ μέθης ἀπέχεσθαι ὁμοίως χρῆναι &c. Idem, pro σίτων δὲ ὑπερκ. quod habent membranae, σίτων τε ὑπερκ. posuit.

Ἀλλ᾽ οὐχ ἡμεῖς γε οὔτε τῶν πλείων πινόντων ὄντες, οὔτε τῶν ἐξαίνων γινομένων πληθούσης ἀγορᾶς, ἐπὶ τὰ μουσικὰ ταῦτα ἐρχόμεθα συμπόσια. Recte ἡμεῖς γε edd. ubi τε habet vetus cod. *A.* Nimis frequenter inter se permutantur istae voculae. In Epit. desunt haec, & reliqua huius capitis. Adnotavit ad hunc locum CASAUBONUS: »Obi»ter de voce ἔξοινος aliquid etiam hìc. De ea Pollux quo»que lib. VI. cap. 3. [sect. 21.] qui tamen censor dedu»ctum ab ἔξοινος vocabulum ἐξοινία improbat, usurpatum »Athenaeo haud semel. Adeo interdum diversi gustus sunt »vel eruditissimi Critici. Scribe, οὔτε τῶν πλείον πινόντων »ὄντες, οὔτε τῶν ἐξοίνων γινομένων.« — Cui obsequendum putavi, cum desiderari utique videretur posteriore loco particula οὔτε, a praecedente verbo ὄντες absorpta. De formulà πληθούσης ἀγορᾶς nonnihil dictum ad VI. 270. d. ubi πληθυούσης ἀγορᾶς, quod perinde est. Suidas, voce Πλήθουσα ἀγορὰ, interpretatur ὥρα τρίτη. Rectius idem

c alibi: Περὶ πλήθουσαν ἀγοράν· περὶ ὥραν τετάρτην, ἢ πέμπτην, ἢ ἕκτην. Ipſa illa verba πληθούσης ἀγορᾶς in ed. Baſ. & Caſ. itemque in Dalecampii verſione, duobus commatibus intercepta ſunt; ut neſcias, ad praecedentia-ne, an ad ſequentia referantur. In ed. Ven. *commate* nonniſi *ante* πληθ. ἀγ. poſito, ad ſequentia referuntur. Nos cum Gallico interprete ad ſuperiora retulimus, ut ἔξοινοι γινόμενοι πληθούσης ἀγορᾶς dicantur, *qui iam medio die aut etiam ante meridiem vino capti ſunt.* Nam ἔξοινος (quemadmodum ad X. 444. d. demonſtravimus) non *vinoſus* aut *ebrioſus* dicitur, ſed *vino captus, ebrius.*

Quod vero adiicitur, καὶ γὰρ ὁ φιλεπιτιμητὴς Οὐλπιανὸς πάλιν τινὸς ἐπείλητο εἰπόντος· Ἔξοινος οὐκ εἰμὶ &c. mira videri poterat huius ῥήσεως cum ſuperioribus connexio per coniunctionem καὶ γὰρ, *etenim.* Sed, niſi librariorum culpâ aliquid hîc peccatum eſt, hoc dixiſſe videtur Athenaeus: *Conſulto dico non eſſe nos τῶν ἐξοίνων: nam eodem vocabulo uſus eſt aliquis convivarum, dicens,* ἔξοινος οὐκ εἰμί. *Quem ſuo more interpellans Ulpianus, Apud quemnam, inquit, veterum reperitur hoc vocabulum* ἔξοινος? Nempe hoc ad exteriorem habitum coloremque pertinet, quem grammaticis ſuis obſervatiunculis inducere placuit auctori noſtro: ipſum verum ſi quaeris, nihil eſt aliud, niſi quod, cum antea de vocabulo ἔξοινος ex profeſſo verba faciens (X. 444. d.) non habuiſſet in promtu *poëtae* alicuius *teſtimonium*, qui eo vocabulo uſus eſſet, nunc, quoniam nuperrime in tale aliquod teſtimonium *Alexidis* inciderat, proximam arripuit occaſionem qua iſtud inventum cum lectoribus ſuis communicaret. Atque ita delectatus hoc invento erat noſter Grammaticus, ut de eodem iterum moneret libro XV. p. 685. f. Et ibi quidem, ut hîc, Εἰσοικιζόμενον titulum facit fabulae ALEXIDIS, in qua illud vocab. occurrebat. Videtur autem haec fabula non diverſa fuiſſe ab illâ, cuius titulus Οἰκιζόμενος perhibetur lib. XI. pag. 502. d. ac fortaſſe ibi, pro Ἀλεξις ἐν Οἰκιζομένῳ, ſcribi debuerat Ἀλεξις Εἰσοικιζομένῳ. Nullâ vero prorſus auctoritate Dalecampius ἐν Συνοικιζομένῳ hîc legebat.

AD CAP. II.

Ἐπεὶ δὲ ἑκάστης ἡμέρας &c. Fluctuat in fictione ſua

Athenaeus: nam plerumque quidem ita inducit hoc drama, quod *Eruditorum virorum Sermonibus convivalibus* conflat, quasi inter *unum* tolummodo *continuum convivium* omnes illi fermones agitati fuiſſent: nonnumquam vero, veluti hoc loco *pluribus deinceps diebus acta* apud Larenſium *convivia* & *per illa continuatos eruditos hos ſermones* fingit. Illud vero neminem turbare debet, quod, quum ſermonem, quem nunc orditur, de *hominibus* Γελωτοποιοῖς, veluti *ſuo nomine* inſtituere videatur, (φερε λέγωμέν τι καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων. καίτοι γε οἶδα καὶ Ἀνάχαρσιν &c.) deinde tamen initio capitis v. pag. 615. *e.* totam iſtam diſputationem ab *Ulpiano* habitam eſſe ait. Neque neceſſe eſt, ut ob eam cauſſam (quemadmodum nonnullis viſum erat) ſtatuamus, hoc loco aliquid a librariis eſſe praetermiſſum. οὗτος μὲν φύσει γελοῖός ἐστιν, ὁ δὲ ἀνθρωπος ἐπιτηδεύσει. Tenui hoc, multo commodius ſic editum, quam quod habet uterque noſter codex, ἐπιτηδεύει.

Εὐριπίδης δὲ ἐν τῇ δεσμώτιδι Μελανίππῃ. Rectius ſic hoc loco, quam XII. 523. d. Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι ἢ Μελανίππῃ. Vide Hygin. Fab. 186. & Strabonem, VI. 265. a. b. ibique Caſaub. Adde Barneſ. & Musgr. in *EURIPIDIS* Fragm. *ex Melanippe:* denique Fabricium Bibl. Graec. T. I. pag. 651. qui diverſas iudicavit Μελανίππην τὴν σοφὴν, & Μελανίππην δεσμῶτιν, quas pro eàdem habuere Barneſius & Musgravius, praeeunte GROTIO, qui hanc ipſam Eclogam, quae hìc adponitur, ad Μελανίππην σοφὴν retulit, in Excerpt. pag. 393.

In *EURIPIDIS verſ.* 3. tenui ſcripturam ſatis commode editam, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν: nam quid ſub illis monſtris lateat, quae veteres membranas invaſerunt, οἵτινες τι εἰ τι σοφῶν, non potui hariolari. Epitoma, omiſſis his ipſis verbis, nude ſic habet, οἵτινες ἀχάλινα ἔχουσι στόματα. Pro ἐπὶ σοφῶν MUSGRAVIUS σοφῶν ἔπι maluerat. *Verſ.* 4. ἀχάλινα ἔχουσι & καὶ εἰς absque apoſtropho ſcribunt ms. *A.* & *Ep.* *Poſtremos duos verſiculos*, ſic vulgo ſcriptos:

οἰκοῦσι δ' οἴκους, καὶ τὰ ναυστολούμενα
ἔτω δόμων σώζουσι. —

»omni aenigmate obſcuriores« eſſe, conqueſtus eſt MUSGRAVIUS, in Euripidis Fragm. ex Melanippe, num. 20. mira quaedam comminiſcens, ut hanc extorqueret ſententiam: *Famulis autem, qui aedes & in aedibus convecta cuſto-*

diunt, magis confido. Nos cum GROTIO vulgatam ſcripturam, quam eamdem veteres membranae agnoſcunt, tenuimus; & eiusdem *Grotii* interpretationem, qua Barneſius etiam uſus eſt, eclogae ſubiecimus. Iſtud, εἰκοῦσι δ' οἴκους, DALECAMPIUS reddiderat, *alienas domos frequentant:* TOUPIUS, in Notâ ad novam editionem Emendatt. T. I. pag. 447. (quod me *Boiſſonadus* docuit) *domos divitum adminiſtrant.* Conf. Emend. in Suid. Part. II. p. 295. ed. Lipſ. Codex *Epit. verſ.* 7. in contextu quidem ſic habet, ἔσω δόμων κομίζουσι, ſed ſcriptura σώζουσι ab eadem manu inter lineas notata: quod (quemadmodum iam aliâs ſubinde obſervavimus) ita accipiendum, ut pro σώζουσι, quod veteres codices dabant, ſuo arbitratu Breviator, interpretem ſimul agens, κομίζουσι ſcripſerit, ſed tamen noluerit lectorem ignorare genuinam veterum librorum ſcripturam.

AD CAP. III.

c Ἀναξανδρίδης δ' &c. » *ANAXANDRIDAE* verba ſuper »*inventoribus* τῶν γελοίων ita legerem: Καίτοι πολύ γε πο»νοῦμεν. τὸν δ' ἀσύμβολον βίον εὗρε γελοῖα λέγων Ῥαδά»μανθυς καὶ Παλαμήδης. Sed non discedendum temere ab »editâ lectione: τὸν δ' ἀσύμβολον εὗρε γελοῖα λέγειν Ῥαδ. »καὶ Παλ. quam ita interpretor: *Inventum eſt Rhadaman»thi & Palamedis, ut is qui ſymbolam conferre non poſſet, »ridicula dicta diceret.* « CASAUBONUS. — De *Palamedis* inventis vide I. 17. e. & quem ibi laudavimus ERASMUM, in Adagio *Palamedeum inventum.* De *Rhadamantho* quae narrant fabulae, breviter commemoravit Heynius, in Notis ad Apollodor. pag. 335 ſq. Neutri vero iſtorum ſerio tribuit (puto) poëta inventum illud, de quo hîc agitur: ſed, ſi quid video, haec eſt ſententia: *Ars dicendi ridicula, qua confidens conſequi poſſis convivia ſine ſymbolâ, ita ingenioſa eſt, ut Palamede digna ſit; ut a Palamede inventa videri poſſit. Rurſusque: Qui ridiculis dictis exhilarare noverit convivas, is ut absque ſymbolâ ad convivia adhibeatur,* (*& viciſſim: qui* ἀσύμβολος *ad convivia vult adhiberi, is ut ridicule dictis exhilarare noverit ſtudeatque convivas*) *id ita aequum eſt, ut ipſe iuſtiſſimus Rhadamanthus nil aequius pronunciare poſſit.* Verſuum genus haud ſatis mihi perſpectum. Primus verſiculus,

— Καίτοι πολύ γε πονοῦμεν,

videtur esse posterius hemistychium tetrametri iambici ca- c
talectici: duo posteriores efficiunt tetrametrum anapaesticum:

τὸν ἀσύμβολον εὖρε γελοῖα λέγειν Ῥαδάμανθυς καὶ Παλαμήδης.

Γελωτοποιῶν δὲ μέμνηται Ξενοφῶν, ἐν τῷ Συμποσίῳ, Φιλίππου μὲν, περὶ οὗ &c. Quum Γελωτοποιοῦ in singulari numero esset editum, nihil id quidem per se incommodi habebat: & agnoscit eamdem scripturam Epitoma, in qua sic: Γελωτοποιοῦ δὲ Ξενοφῶν μέμνηται Φιλίππου, λέγων ἐν τῷ Συμποσίῳ &c. Sed non de nihilo esse iudicavi, quod Γελωτοποιῶν in *plurali* dederint veteres nostrae membranae. Nempe, quod paullo ante promiserat Deipnosophista, (pag. 613. d.) ἔτι τε καὶ γελωτοποιούς· φέρε λέγωμεν καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων: id nunc exsequi aggreditur. Et quod hic ait, Γελωτοποιῶν δὲ μέμνηται Ξενοφῶν, cum quidem nonnisi unius γελωτοποιοῦ mentionem Xenophon fecerit, (vide Xenoph. Conviv. pag. 690. & Nostrum I. 20. b.) id respectum habet ad ea quae mox sequuntur; atque idem valet ac si dixisset Γελωτοποιῶν δὲ μέμνηται καὶ Ξενοφῶν, καὶ Ἱππόλοχος &c. Quod vero μὲν particula vulgo post Φιλίππου ponitur, id eam speciem habet, quasi praeter *Philippum* etiam aliorum γελωτοποιῶν mentionem feciisset Xenophon, quorum nomina mox etiam adpositurus fuisset Deipnosophista; quae tamen nusquam comparent. Quare commodius certe erat futurum, si mutatâ sede illius particulae sic fuisset scriptum, Ξενοφῶν μὲν &c. ad quae verba deinde aptius referrentur ista, Ἱππόλοχος δὲ &c. Sed & vulgata scriptura hoc sensu excusari atque adeo defendi potuerit, ut intelligamus, *Xenophontem* nonnisi *unius quidem Philippi* mentionem facere, *Hippolochum* vero duorum, denique *Telephanem* ingentis multitudinis.

τὸν παῖδα δὲ πάνυ πιέζεσθαι. »Cum ait *Philippus scur-* d
»*ra apud Xenophontem*, unde Noster recitat, καὶ τὸν παῖδα
»δὲ πάνυ πιέζεσθαι, διά τε τὸ φέρειν μηδὲν, καὶ διὰ τὸ
»ἀνάριστον εἶναι, dicti huius pessime a Dalecampio accepti
»elegantiam [sententiam certe] non capiet, qui non me-
»minerit eius quod ad Theophrastum dicebamus, capite
»περὶ Βδελυρίας: solitos eâ aetate Comicos in omnibus
»prope fabulis suis servum aliquem inducere, qui *gemens*
»*sub iniquo farcinarum pondere* clamaret Πιέζομαι. [Conf.

d Ariſtoph. Ran. vs. 3. ibique Schol. rurſusque vs. 30.] » Co» micos igitur Atticus hic ſcurra imitatur : & ait, *ſuum* » *quoque pueruin* πιέζεσθαι *& deficere*, non quidem prae one» ris gravitate, ſed *quod nihil adhuc ederit*, &, quod dete» rius eſt, *nihil habeat quod poſſit edere.*« CASAUBONUS. — *Paullo ante*, in eiusdem hominis verbis, καὶ particulam, quae inter ὥστε & δειπνεῖν temere interſerebatur, non magis codices noſtri mssti, quam Xenophontis libri, agnoſcunt.

Μανδρογένους καὶ Στράτωνος τοῦ Ἀττικοῦ. Vide ſupra, IV. 130. c.

Πλῆθος δ' ἦν Ἀθήνησι τῆς σοφίας ταύτης. Sic commode ms. *A.* cum editis. Suo arbitratu Breviator σοφιστείας poſuit. *Mox*, recte codex uterque τῷ Διομέως Ἡρακλείῳ dedit. Vide VI. 260. a. ibique notata.

καὶ ἐν τῇ πόλει δὲ ὠνομάζοντο. Intellige ὠνομάζ. οἱ ἐξήκοντα. Tum, ὡς valet *exempli gratia*. Niſi ὠνομάζοντο οὕτως ſcribi debuit. Epitomator haec ſic contraxit : καὶ ἐν τῇ πόλει δὲ ἐλέγετο, ὡς ἑξήκοντα τοῦτ' εἶπον. Debuerat ſaltem, ὡς οἱ ἑξήκοντα &c. cum artic. quem habet ms. *A.* cum edd.

Καλλιμέδων τε ὁ Κάραβος. Huius ſatis frequens mentio facta in ſuperioribus. Vide III. 100. c. & d. 104. c. & d. &c.

e *Mox*, Δεινίας ms. *Ep.* cum edd. *Ibid.* Μνασιγείτων recte uterque codex ms.

τοσαύτη δ' αὐτῶν δόξα τῆς ῥᾳθυμίας ἐγένετο. Perincommode Dalec. *Tanta vero fuit ſecuritatis illorum tranquillae famа.* Si proba eſt ſcriptura, ῥᾳθυμίας, quam tenent quidem ambo mssti cum editis, intelligenda ῥᾳθυμία fuerit *relaxatio animi, ratio qua illi per otium animos relaxare ſeſeque oblectare & genio ſuo obſequi conſueverant.* Conf. Polyb. X. 19, 15.

μαρτυρεῖ Δημοσθένης. Vide Orat. Olynthiac. ſecundam, pag. 23. ed. Reisk.

Φύλαρχος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστοριῶν. »At libro ſexto, [VI. 261. b.] »ἐν τῇ δεκάτῃ ſcribitur.« CASAUBONUS.

Ibid. ὅς γε καὶ τὴν Λυσιμάχου αὐλὴν &c. Commode καὶ particulam, & dein αὐλὴν, pro edito ἀρχὴν, dedit uterque mstus. αὐλὴν etiam e codice Farneſiano adnotatum a Caſauboni manu in orâ ſui olim libri, ſed ab eodem neglectum cum Athenaeum ederet.

f πάντας δισυλλάβους. »Solitus dicere rex Demetrius, »*Lyſimachi aulam comicorum ſcenae eſſe ſimilem*, ἐξιέναι γὰρ »απ' αὐτῆς πάντας δισυλλάβους. Servorum apud Graecos

» nomina vel unius ſyllabae fuerunt, ut *Mus*, ſervus Epi- f
» curi: eſtque verbum vetus, πάς δοῦλος δεσπότῃ μονο-
» σύλλαβος: vel duarum, ut *Davus*, *Geta*, *Manes*, *Sti-*
» *chus*, *Myſus*, *Dromo*, *Sabas*, *Adon*, *Telus*, *Cion*, *Ba-*
» *bys*, *Crexus*, & ſimilia his. Per *ſervos* autem pleraque in
» *comoediis* adminiſtrantur. Contra in *tragicam ſcenam reges*
» utplurimum & *proceres* prodeunt. Tragoedia enim non
» fit niſi de principibus: neque tragoediae argumentum in-
» grediuntur *meretrices*, ſine quibus nulla fere Plauti nec
» Terentii comoedia, neque veterum Graecorum τῆς νέας
» κωμῳδίας, quos Latini ſunt imitati. Ideo dicebat *Deme-*
» *trius* quidem, πάντας ἐξιέναι παρ' αὐτοῦ Πευκέστας καὶ
» Μενελάους, ἔτι δὲ Ὀξυθεμιδας: *Lyſimachus* vero, Ἐγὼ
» πόρνην ἐκ τραγικῆς σκηνῆς οὐχ ἑώρακα ἐξιοῦσαν: *non vi-*
» *di*, ait, *e tragicâ ſcenâ prodeuntem in pulpitum meretricem.*
» Male capiunt interpretes illa, οὐχ ἑώρακα. « CASAUBO-
NUS. — Adde Erasmi Adag. *Omnis herus ſervo monoſylla-*
bus, pag. 153. Diverſo ſenſu homines Grammaticos per
iocum μονοσυλλάβους dictos vidimus lib. V. pag. 222. a.

τόν τε Βίθυν χλευάζων. Recte Βίθυν ms. *Ep.* (neſcio an
& ms. *A.*) quemadmodum ſupra, VI. 246. d. e.

Ibid. ἔτι δὲ Ὀξυθεμιδας. *Oxythemidis* mentio facta,
VI. 253. a. *Ibid.* τὴν αὐλητρίδα Λαμίαν λέγων. Tenui
penacutam ſcripturam, quam exhibebant edd. De *Lamia*
latis ſupra dictum, cum alibi, tum lib. XIII. cap. 38 extr.
& ſeq. *Mox*, ubi editur πάλιν ὑπολαβὼν, deerat πάλιν a
ed. Ven. & Baſ. adiectum in ed. Caſ. ex msstis, conſentien-
te noſtro ms. *A.*

σωφρονέστερον τῆς παρ' ἐκείνῳ Πενελόπης ζῇ. Satis adpa-
ret *Penelopen* hoc loco, ubi *meretrici* opponitur, generatim
pro *uxore* poni: de quo etiam DALECAMPIUS in *Indice Re-*
rum & Perſonarum monuit. Caeterum uxor Lyſimachi *Ar-*
ſinoe fuit; cuius pag. ſeq. lit. *c.* fit mentio.

AD CAP. IV.

Ὅτι δὲ καὶ Σύλλας, ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, φιλόγελως
ἦν, προείρηται. » De *Sylla* locus, quo reiicimur, eſt libro
» ſexto. « CASAUBONUS. — Vide lib. VI. cap. 78. Articu-
lum τῶν, qui ad voc. Ῥωμαίων praeter neceſſitatem adii-
ciebatur in editis, ignorant ambo codices msſti.

αἰχμάλωτον ἀγαγὼν Γένθιον. Sic ſcripſi per θ literam,

quam eamdem tenuerant Athenaei codices lib. X. p. 440. a. ubi vide notata: ſic & alibi apud Polybium conſtanter ſcribi monuimus olim ad Polyb. lib. XXX. cap. 33. ubi ſuo loco inſeruimus hanc eclogam ab Athenaeo ſervatam; de qua conſulat ſtudioſus lector quae ibi adnotavimus. Scriptura Γέντιον per τ hoc loco debebatur emendationi editoris Baſileenſis, qui ſic ſcripſit pro mendoſo Γένιον, quod cum editione Ven. tenent ambo noſtri mssti.

b οὗτοι δ' ἦσαν. Dixerat modo αὐλητὰς ἅμα πάντας, *tibicines ſimul omnes*: nunc nonniſi *tres* nominat. Quare incommode dictum οὗτοι δ' ἦσαν, *hi erant*; omninoque τούτων δ' ἦσαν malim; id eſt, *in his erant*.

Ibid. Ἑρμιππος ὁ Λυσίμαχος. »Pro Ἑρμιππος ὁ Λυ»σίμαχος, ſcribe ὁ Λυσιμάχου, vel Λυσιμάχιος.« CASAUBONUS. — Editam ſcripturam, non utique ferendam, tenet ms. *A.* quae quo pacto corrigi debeat, nullâ certâ ratione definias. Tutiſſimam viam Breviator elegit, duas poſtremas voces omittens. DALECAMPIUS in verſione poſuit *Theodorum Boeotium, Theopompum, Hermippum, Lyſimachum*: a quo (puto) VALESIUS accepit, quod in Polybii Fragmentis, quae Excerptis DE Virtutibus & Vitiis adiecit, pag. 202. ſic ſcripſit, Ἑρμιππος καὶ Λυσίμαχος. Quod Caſaubonus coniecerat, Λυσιμάχιος, id locum habere vix poteſt: ſi gentile nomen, *Lyſimachenſis*, placet, Λυσιμαχεὺς fuerit legendum.

τῶν δὲ διατορευομένων τὰς κρούσεις μετὰ τῆς ἁρμοζούσης κινήσεως. Cum κατὰ τῆς ἁρμ. κινήσεως inſolitâ prorſus praepoſitionis κατὰ conſtructione in ed. Caſ. legeretur, ipſa illa praepoſitio fraudi fuit doctiſſimo VALESIO, ut, tenens eam in Graecis Polybii verbis, ῥῆσιν iſtam latine ſic converteret, *Illis vero modulato ac numeroſo digitorum motu tibias percurrentibus.* Quem vellem non eſſem ſecutus, cum haec Polybiana in Reliquiis Hiſtoriarum Polybii ederem. Nihil quidem hoc loco ad ſcripturam editionis Caſaubonianae ex vetere noſtro codice *A.* adnotatum eſt: ſed haec talia (praeſertim quum compendioſe ſcripta ſit vocula κατὰ in ed. Caſ. 1. cuius exemplum cum illo codice collatum eſt) facillime effugiunt aciem vel oculatiſſimi diligentiſſimique exploratoris. In ed. Ven. & Baſ. μετὰ τῆς ἁρμ. κιν. ſcribitur, recte omnino; nec dubito eodem modo in vetuſtis membranis ſcribi. Quam ſcripturam ob oculos habens DALECAMPIUS, totius ῥήσεως ſenten-

tiam haud ita male in hunc modum expreſſerat: *Motu corporis tibiarum modis apto illis per ſcenam lente incedentibus.* Potuerat preſſius ad verbum ſic reddere: *Illis igitur tibiarum modos cum conveniente corporis motu exſequentibus.* διαπορεύεσθαι τὰς κρούσεις, *percurrere, obire, exſequi modos*, ſimili ratione Polybius hîc dixit atque alibi (lib. XVI. cap. 26. ſect. 2.) διαπορεύεσθαι τὰς εὐεργεσίας, *beneficia narrando percurrere, verbis perſequi, enarrare.* In Athenaei Epitomâ h. l. ſcribitur, διαπορευομένων τὰς κρούσεις ἁρμοζούσῃ κινήσει, quod idem valet ac μετὰ τῆς ἁρμοζούσης κινήσεως. Scriptura κατὰ temere prorſus in editionem Caſauboni irrepſerat; nec a docto editore, cum commentarium conſcriberet, animadverſa erat.

Paullo poſt, ubi ἀγων. μᾶλλον ἐκέλευε editur, ibi ἐκέλευεν ſcribitur in cod. *A.* Praeſtare autem videtur ἐκέλευσε, quod habet *Epit.* In ἀπαγαγεῖν, quod ſequitur, (pro quo ἐπαγαγεῖν me malle profeſſus ſum in Notis ad Polybium) nil mutant libri: ſed pro ἐπ' αὐτοὺς perperam in *Epit.* ἑαυτοὺς ſcribitur. Commode ἐπαγαγεῖν ἐπ' αὐτοὺς (i. e. ἐφ' ἑαυτοὺς vel ἐπ' ἀλλήλους) intelligeretur *ducentes adverſus ſe invicem, in ſe invicem concurrentes.* Quid ſonet ἀπαγαγεῖν ἐπ' αὐτοὺς, minus percepi. Habes tamen mox rurſus, conſentientibus libris, ἀπῆγον ἀνὰ μέρος ἐπ' ἀλλήλους. Nempe ἀπάγειν dixerit auctor, *factâ converſione reducere & denuo concurrere.*

καὶ λαβόντες οἰκείαν κίνησιν ταῖς ἑαυτῶν ἀσελγείαις μεγάλην ἐποίησαν σύγχυσιν. Ad vulgatam ſcripturam οἰκίαν * ταῖς &c. monuit CASAUBONUS: »*Aſteriſcum* li» cet tollas per hanc lectionem, quam libris tacentibus »comminiſcimur, λαβόντες οἰκείαν ἔννοιαν ταῖς ἑαυ»τῶν ἀσελγείαις.« — VALESIUS, in Graeco contextu *aſteriſcum* omittens, nec vero nomen ſubſtantivum ſupplens, verſionem latinam hanc adpoſuit, *convenientem laſciviae ſuae licentiam nacti:* quaſi ſubſtantivum ἐξουσίαν in animo habuiſſet. Nos, ex quo Polybium olim edideramus, haec Athenaei interim retractantes, ſuſpicabamur οἰκείαν κίνησιν ταῖς &c. h. l. ſcriptum fuiſſe. Nec tamen inſigne aliquod momentum huic coniecturae tributuri eramus, cum penitus nos confirmavit doctiſſimi perſpicaciſſimique CORAYI in eamdem emendationem conſenſus; cuius eſt ad hunc locum *Nota msta* haec: »λαβόντες οἰκίαν * ταῖς ἑαυ»τῶν ἀσελγ. Caſaubonus, ſublato aſteriſco, emendat οἰκείαν

»ἔννοιαν. Equidem malim οἰκείαν κίνησιν. Meminit »infra, pag. 629. b. καλῶν καὶ ἐλευθερίων κινήσεων. α —— Lege illum locum, pag. 629. b. & c. & confer quod hîc modo dixerat μετὰ τῆς ἁρμοζούσης κινήσεως: denique cogita quam facile, poſt οἰκείαν in οἰκίαν detortum, abſorberi vox κίνησιν potuerit: nec fere dubitaveris veriſſimam eſſe hanc emendationem. Epitomae auctor, omiſſis verbis καὶ λαβόντες οἰκείαν, nude ſic ſcripſit: ταχὺ δὲ συννοήσαντες οἱ αὐλητὰὶ, ταῖς ἑαυτῶν ἀσελγείαις, μεγάλην ἐποίησαν σύγχυσιν: ſatis commodâ ſententiâ, ſi comma poſt ἀσελγείαις tollas.

d Quod editum erat τὶς τῶν χορευτῶν ἐκ τοῦ χοροῦ στραφεὶς, id neſcio utrum de *Caſauboni* conſilio receptum ſit, an illo invito temere irrepſerit: illud video, in ed. Ven. & Baſ. quemadmodum & in ms. *A.* ἐκ τοῦ καιροῦ στραφεὶς legi; a Caſaubono vero in Animadverſionibus nihil quidquam ad hunc locum adnotatum. ἐκ τοῦ καιροῦ valet *ex tempore*, (ſicut vertit Dalec.) vel *de improviſo*: familiaris Polybio formula, de qua vide Lexic. Polyb. pag. 318. num. 4. Breviator hoc loco, reliqua adponens, ipſa illa verba ἐκ τοῦ καιροῦ omiſit. Caeterum in totâ hac narratione inſunt multa haud ſatis utique perſpicua.

AD CAP. V.

e πάντων ἀνακαχασάντων. Sic ms. *A.* (In *Epit.* deſunt haec.) Nec vero opus fuerat iſtam deſerere ſcripturam. Heſychius, in iuſtâ literarum ſerie: Κακχάζει· ἀτάκτως γελᾷ, ἀσμένως, ἀθρόως.

ἐπὶ ταῖς ἀνικίοις ταύταις ᾠδαῖς. Quum ἀνοικείαις ſcriptum eſſet in ed. Ven. itemque in ed. Baſ. niſi quod in hac per operarum errorem ἀνοικείας eſſet poſitum; Dalecampius interpretatus erat, *ob indecentem eius ſpectaculi apparatum.* Caſaubonus, poſtquam ἀνικίοις ſuâ in editione poſuit, nihil de huius loci ſcripturâ adnotavit in Animadverſionibus. Diceres, e mſstis libris tacite, ut multa alia, ſic & hoc ab illo eſſe reſtitutum. Si verum quaeſiveris, ingenio Caſauboni deberi iſtam novationem reperies, aut ex recentiori quodam & vitioſo libro ductam eſſe: veteres quidem membranae perſpicue ἀνικίοις exhibent, quod nos ſuo loco reſtituimus. Eſt luſus in verbo: quo genere delectari ſolet noſter Athenaeus. *Anicius*

triumphalia haec ſpectacula ediderat: hinc adpellat ea Dei- e
pnoſophiſta ἀνικίους θέας, *Anicia ſpectacula*, adludens ad proprium in hac re vocabulum ἐπινικίους θέας vel ἀγῶνας, (vide hac pag. lit. *a.*) ſignificansque indigna illa hoc nomine fuiſſe.

περὶ γὰρ θαυματοποιῶν ἤδη προειρήκαμεν. » *De praeſtigiatoribus dictum eſt*, inquit, *in praecedentibus*: libro nem- » pe primo, ut ex illius fragmentis patet; nam Athenaei » quidem verba οἴχεται: nos in libris DE Venatione am- » phitheatrali & Circenſibus pridem multa ſcripſimus. « CASAUBONUS. — Θαυματοποιῶν mentio fit in Epitoma lib. I. cap. 35. Sed ibidem etiam, initio eiusdem capitis, Matreas ὁ πλάνος commemoratur; & extremo eodem capite *Cephiſodorus* quoque & *Pantaleon* πλάνοι ἔνδοξοι obiter nominantur.

Διονύσιος ὁ Σινωπεὺς – – ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὁμώνυμοι. *DIONYSII Sinopenſis* fabula Ὁμώνυμοι, id eſt, *Cognominеs*, citatur apud Noſtrum, IX. 381. Eodemque titulo laudatur Antiphanis fabula, III. 74. d. Qui hoc loco ſcripturam Ὁμωνύμῳ in ſingulari numero invexit, is a duabus praecedentibus vocibus in dativo ſingulari poſitis deceptus erat, immemor ſic loqui ſolere Athenaeum; v. c. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἰσοστάσιον, IV. 134. c. & XIII. 568. a. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πύλαι δράματι, XIV. 649. a. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι, III. 124. b. & alia ſimilia. Quod ſi hic omiſſo verbo ἐπιγραφομένῳ ſic ſcriptum eſſet, ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, tum vero intelligi deberet drama aliquod Dionyſii, cuius titulus fuiſſet vel Κηφισόδωρος vel Πλάνος.

DIONYSII verba, quae adponuntur, ita vulgo ſcripta f erant, quaſi metri legibus non eſſent adſtricta. Sunt autem perfectiſſimi ſenarii iambici, modo *verſu* 1. pro edito φησὶν, quod nec ad verſum commodum erat, nec ad ſententiam, φασὶν ſcriberes; quemadmodum etiam in *Epit.* ſcribitur, ubi tota quidem ecloga brevibus his verbis comprehenditur: Κηφισόδωρον οὖν τινα φασὶ εἰς τοῦτο τοῦ βίου καταχρώμενον, perperam etiam omiſſis (in noſtro quidem cod. *Epit.*) verbis τὴν σχολὴν, ad ſententiam & ad orationis ſtructuram neceſſariis. Metrica haec eſſe, in membranis *A.* etiam eo indicatur, quod ibi non, ut in editis libris, τινὰ ἐν Ἀθήναις ſcribitur, ſed τιν' ἐν Ἀθήναις cum apoſtropho.

f *Vers.* 2 *sq.* Ad ista verba: — τὴν σχολὴν εἰς τοῦτο τὸ μέρος τοῦ βίου καταχρώμενον: haec notavit CASAUBONUS: »*Novi*, inquit, *Cephisodorum* »*planum*, τὴν σχολὴν εἰς τοῦτο τὸ μέρος τοῦ βίου καταχρ. » Lego cum Dalec. τὸ γένος τοῦ βίου: vel sic, εἰς τὴν σχο- »λὴν τὸ πλεῖον μέρος τοῦ βίου καταχρ. Vitam partiuntur »etiam sapientes in otium & negotium, σπουδὴν καὶ σχο- »λήν. Plano huic pro negotio erat otium. Proxima, & »obscura sunt, & (ut puto) corrupta.« — At nullo modo solicitanda videntur superiora ista verba; quae nihil insolens habent, modo genitivum τοῦ βίου non ad μέρος, sed ad τὴν σχολὴν referas. καταχρώμενον τὴν σχολὴν τοῦ βίου εἰς τοῦτο τὸ μέρος. Satis obvia dicendi formula εἰς τοῦτο τὸ μέρος, eique simillimae, πρὸς τοῦτο τὸ μέρος, ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος: quarum exempla collegimus in Lexico Polyb. pag. 380. Verbum καταχρᾶσθαι cum accusativo casu constructum etiam apud alios, eosque probatissimos auctores, reperitur; velut apud Lucian. in Prometh. cap. 4. ταύτην σχολὴν καλῶς ἂν εἰη ἔχον εἰς ἀκρόασιν καταχρήσασθαι σοφιστικήν: quem locum, cum aliis, H. Stephanus adposuit in Thes. Gr. Ling. T. IV. pag. 616. g. Obscurior utique est, atque etiam corruptus, ut videtur, *quintus versus*, sic vulgo scriptus,

ἢ συγκαθεῖναι τῇ ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ.

Corruptum dico: nam συγκαθεῖναι τῇ, pro ταύτῃ, *eâ*, *ibi*, vel *eâdem ratione*, (nempe *cursu*) vix accipi apud Comicum poëtam posse videtur. An συγκαθεῖναι γῇ, pro εἰς γῆν, id est, εἰς πεδίον, *demittere se*, *descendere in planitiem*, dici potuerit, doctiores videant. Istud ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ intelligunt *baculo subnixum*: mihi videbatur dicere poëta *baculo inequitantem*; quo artificio arduos montes commode descendere vidi nonnullos.

Nicostrati versus, qui adponuntur, hypermetri sunt: sane, nisi in *primo versu* tollas voces τὸν πλάνον, in *tertio* vero verbum ἔχοντας, metro non constat ratio. Potuerit vero *tertius* etiam, servato verbo ἔχοντας, sic concipi:

ἀγκαλίδας ἔχοντας, ὡς (vel, ὥστε) παρελθεῖν μηδένα.

Caeterum, abrupte haec dicta esse, intelligi par est: exposueratque haud dubie sequentibus versibus, (qui adpositi hîc non sunt) quo consilio id fecerit planus. ἀγκαλί-

δες sunt *fasciculi*, praesertim *lignorum vel sarmentorum*, Hesychio interprete.

In *THEOGNETI vers.* 2. pro edito τοὺς δ', recte τούς τε a dedere membr. *A.*

AD CAP. VI.

Φιλοσκόπτης μέλλων ὑπὸ τοῦ δημίου σφάττεσθαι. b »Reperi in Excerptis non μέλλων ὑπὸ τοῦ δημίου σφάττεσθαι, sed ὑπὸ τοῦ Δημητρίου. Male notatus accentus hanc lectionem peperit: nam si acutus paululum »productior inclinetur, hoc modo, δημῖος, ipsissimum »fuerit vocis Δημήτριος compendium, quo nihil frequentius in membranis.« CASAUBONUS. — In nostro ms. *Ep.* est ὑπὸ Δημητρίου, absque articulo. Sed ὑπὸ τοῦ δημίου tuentur membr. *A.* cum editis: quod unice verum puto. Quo autem intelligat lector studiosus, qui codicum msstorum nullum usum habet, quid sit quod de accentu dixerit Casaubonus; meminerit id quod in editionibus etiam plerisque paulo vetustioribus Graecorum auctorum, perinde atque in msstis, factum conspicitur: scilicet, quod *nomina propria* a communibus, sive adpellativis quae vocare solemus, *lineolâ transversâ superne impositâ* soleant distingui; praeterea in msstis plerumque etiam ea vocabula, quae compendiose scripta sunt, v. c. προς, pro πατρὸς, simili *lineolâ transversâ* superne notari solent.

εἶπε θέλειν ὥσπερ τὸ κύκνειον ᾄσας ἀποθανεῖν. »Vide »Erasmum in Proverbio, *Cycnea cantio.*« DALECAMP. — Ad editam olim scripturam, εἰπεῖν ἔφη θέλειν, nihil e membr. *A.* adnotatum. Videtur ea ex varietate scripturae nata, cum alii codices olim εἶπε, alii ἔφη dediffent: ex quo imperitus aliquis librarius εἰπεῖν ἔφη fecit. Nos *Epitomam* secuti sumus; in qua nil aliud est, nisi εἶπε θέλειν &c.

Κακῶν κατάρχεις τὴν δε μουσαν εἰσάγων. »Versi- c »culum ex *Euripide* esse putant: sed in quo dicax ille, »pro τήνδε μοῦσαν (*hanc Musam*) pronunciavit τήνδ' »ἐμοῦσαν. (*hanc vomentem.*) Plutarchus Quaest. Sympos. »lib. II. cap. 1. Timageni id attribuit. Idem, libro DE EXI»lio, [Opp. T. II. pag. 606. b.] & Seneca DE IRÂ, [lib. III. c. 17.] »tradunt, *oculos Telesphoro exsculptos fuisse, de»curtatas aures, detruncatas nares, excisam linguam.* Vide

» LEOPARDUM Emendatt. lib. X. cap. 13. [in Gruteri Theſ. Crit. T. III. p. 199.] » Rhodium fuiſſe oſtendunt haec Se» necae verba, Epiſt. 7. *Itaque effoeminatiſſimam vocem illius* » *Rhodii exiſtimo, qui cum in caveam fuiſſet coniectus a tyran*» *no, & tamquam ferum aliquod animal aleretur, ſuadenti cui*» *dam ut abſtineret cibo, Omnia, inquit, homini, dum vivit,* » *ſperanda ſunt.* « DALECAMPIUS. — Verſiculum iſtum doctiſſimus PORSONUS, ad Euripidis Med. p. 364. (ed. Lipſ.) num. VII. probabile fecit ductum eſſe ex *Euripidis Antiopâ*, cuius fabulae reliquias collegit Valckenarius in Diatribe Eurip. pag. 74 ſqq. In ſcripturâ proximorum verborum nihil mutant libri: & in ms. *Ep.* quem prae oculis habeo, eodem etiam prorſus modo, ut in editis, diſtinguuntur verba, commate pro τρεφόμενον poſito. Videtur tamen verbum κολαζόμενον nimis mite eſſe pro illis cruciatibus, quibus adfectum hunc hominem Seneca & Plutarchus narrant.

d παρὰ Ὑπερίδῃ τῷ ῥήτορι. Sic ms. *A.* ut aliâs: non Ὑπερείδῃ. In *Epit.* deſunt iſta verba.

Καὶ Ταχὼς δ' ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς &c. Ταχὼς ſcripſi cum vetuſtis membr. *A.* quamquam non ſum neſcius, apud alios (quemadmodum hic apud Noſtrum edebatur) Ταχὼς ſcribi; velut apud Diodorum Sicul. XV. 92 ſq. & apud Aelianum, Var. Hiſt. V. 1. apud alios vero (quemadmodum in noſtro codice Epitomae) Τάχως penacute; velut apud Plutarch. in Ageſilao, Opp. T. I. pag. 600 & ſeq. De auctorum diſſenſu in huius *Tachi* & *Ageſilai* rebus exponendis conferendus PERIZONIUS ad Aelian. l. c. & WESSELING ad Diodor. XV. 93. Nos eam confuſionem nil morantes, monebimus hoc loco, *regem illum Aegypti*, a quo mulierem quamdam longe omnium formâ praeſtantiſſimam muneri miſſam *Statirae*, *uxori regis Perſarum*, ex Phylarchi Hiſtoriis tradit Athenaeus, XIII. 609. a. fortaſſe *Tachum* hunc fuiſſe, unum ex illis qui in Aegypto regnarunt poſtquam a Perſis Aegyptii defecerant. Hic fortaſſe quum a rebelle filio bello premeretur, & de exitu belli timeret, *munera ad Artaxerxem Mnemonem*, & in his mulierem illam miſit. Cum quo convenit, quod uxori Artaxerxis illius (haud ſecus ac uxori Darii Codomanni, de qua ſupra cogitaveramus) nomen *Statira* fuit; de qua multa narrat Cteſias in Perſicis. *Scomma* iſtud, quo in Ageſilaum uſus eſſe *Tachus* perhibetur,

Ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτεκεν μῦν:
ex notiſſimâ fabulâ Aeſopicâ ductum, verſu anapaeſtico trimetro cataleƈtico continetur.

καὶ Λυκέας ὁ Ναυκρατίτης ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς. Vera videtur ſcriptura Λυγκέας, lib. XIII. pag. 560. e. ubi eiusdem auƈtoris *Aegyptiaca* laudantur.

AD CAP. VII.

καὶ τῶν αὐτῶν οὐκ αἰεί. Sic ms. *A.* e

Ἃ μὲν Ἀθηναῖ' ὄργανα &c. Iſta *MELANIPPIDIS* verba ſic continuo tenore ſcribuntur in editis: Τὰ μὲν Ἀθαναία ὄργανα ἔῤῥιψέ τε ἱερᾶς ἀπὸ χειρός. εἶπέ τε, ἔῤῥετε αἰσχεα σώματι λύμα· ἐμὲ δ' ἐγὼ κακότητι δίδωμι. Ad haec CASAUBONUS: »Poſtrema, inquit, ſunt verba eclo»gae Melanippideae *de Minerva tibias proiiciente*: ἔῤῥετε »αἰσχεα σώματι λύμα· ἐμὲ δ' ἐγὼ κακότητι δίδωμι; ita »ſcribendum cum interrogatione. *Egone animum applicem* »*rei turpi?* κακότητα appellat τὴν ἀσχημοσύνην, *indecoram* »*vultus compoſitionem* tibias inflantium. Clemens Alexan»drinus, Paedagogi libro ſecundo: [pag. 185. ed. Potter.] »Προνοητέον δὲ μάλιστα τῆς εὐσχημοσύνης· ἣ καὶ τὴν Ἀθη»νᾶν φησιν ὁ μυθος, ἥ τις ποτὲ ἦν, προμηθουμένην αὐτῆς, »τῶν αὐλῶν ἐπιῤῥῖψαι [ἀποῤῥῖψαι] τὸ εὑτερπὲς, διὰ τὸ »ἀπρεπὲς τῆς ὄψεως.« — Ad eamdem eclogam haec adnotaverat DALECAMPIUS: »Apud Ovidium, lib. VI. Faſto»rum, *Pallas: Ars mihi non eſt tanti, valeas mea tibia, di»xit*, &c. Apud Plutarchum, περὶ Ἀοργησίας, Satyrus, »ut tibias abiiciat, ſic illam monet: Οὗτοι πρέπει τὸ σχῆ»μα· τοὺς αὐλοὺς μεθες, καὶ δ' ὅπλα λάζευ, καὶ γνάθους εὐ»δημόνει. Vide LEOPARDUM, cap. 13. lib. II. Emend.« — Eodem pertinet id quod idem DALECAMPIUS ad extremum librum quartum Athenaei, eodem LEOPARDO praeeunte, adnotaverat: »Plutarchus in Alcibiadis vitâ ſcribit, eum »noluiſſe diſcere tibiae cantum, quod vultus eo ſic de»formetur, ut vix agnoſcant familiares: ideoque Palla»dem abieciſſe tibiam.« — Confer quae notavit Potterus ad Clement. Alex. l. c. De *Marſya* conf. Noſtrum, IV. 184. a. & X. 448. a. tum quos laudavit Heynius ad Apollodor. l. 4, 2. & Weſſeling. ad Diodor. Sicul. III. 58. De argumento vero & huius eclogae *Melanippidis*, & proximae ex *Teleſtae Argo* praeſertim conſulenda eruditiſſimi

e BOETTIGERI Commentatio in Muſeo Attico, T. I. Faſc. 2. pag. 285 & ſeqq. cui titulus Germanicus in hanc ſententiam: *Inventio Tibiae, & Marſyae punitio.* Adſcribamus nos hoc loco ſuper ea re, quae hìc agitur, Ariſtotelis verba ex Politicor. lib. VIII. cap. 6 ſub fin. Εὐλόγως δ' ἔχει καὶ τὸ περὶ τῶν αὐλῶν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων μεμυθολογημένον. φασὶ γὰρ δὴ τὴν Ἀθηνᾶν εὑροῦσαν ἀποβαλεῖν τοὺς αὐλούς. οὐ κακῶς μὲν οὖν ἔχει φάναι καὶ διὰ τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ προσώπου τοῦτο ποιῆσαι δυσχεράνασαν τὴν θεόν· οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον εἰκὸς, ὅτι πρὸς τὴν διάνοιαν οὐδέν ἐστιν ἡ παιδεία τῆς αὐλήσεως· τῇ δὲ Ἀθηνᾷ τὴν ἐπιστήμην περιτίθεμεν, καὶ τὴν τέχνην.

MELANIPPIDIS verſiculos ſic ſcribendos cenſuit doctiſſimus GROTEFEND, in Notis msstis:

— — — Τὰ μὲν Ἀθηναῖ' ὄργανα
ἔῤῥιψεν Δ' ἱερᾶς ἀπὸ χειρὸς,
εἶπέ τ'· Ἔῤῥετ' αἰσχρὰ σώματι λύματα! »(*Troch.*)«
ἦ μέ γ' ἐγὼ κακότητι δίδωμι; »(*Dactylicus.*)«

Eodem fere modo FIORILLO, in Obſerv. in Athen. p. 48. niſi quod primum verſum ſic conſtituit:

— — — Τὸν μὲν Ἀθαναῖ' Ἐργάνη.

τὸν intelligens αὐλόν: Ἐργάνην vero accipiens pro *cognomine Minervae*, ex Aeſchyli Perſ. 461. ὄργανα enim reſpuere verſum ait. [De Ἐργάνη, Minervae cognomine, conf. Pauſan. I. 24. pag. 56.] Idem αἴσχεα *verſ.* 3. tenet: ſed λύματα cum Grotefendio ſcribit: tum *verſu* 4. δ' ἐγὼ tenet, ubi γ' ἐγὼ ſcripſit Grotef. Nos verſuum distributionem ab his duumviris accipientes, in verbis nil mutare auſi ſumus, niſi praeeunte vetere noſtro codice: in quo tamen quod (*verſ.* 1.) ἀθάνατα (ſic) ſcribitur, pro eo recte Ἀθαναία a Caſaub. editum putavi; ſed eliſâ ultimâ vocali Ἀθαναῖ' cum viris doctis ſcripſi. Pro Τὰ, quod in eclogae initio dabant editi, Ἃ ſcripſi cum membranis, dorice pro Ἡ, articulo foeminini generis ad Ἀθαναία referendo: nec tamen diſſimulare debeo, nude α, absque ſpiritu, & absque accentu, in membr. ſcribi. *Verſu* 3. λύμα tenendum putavi, doricam vocis formam, pro communi
f λύμη. *Verſu* 4. doricam formam κακότατι uterque codex mstus dedit: in *A.* quidem ſuperne adpoſita vocalis *η*. In *Epit.* totus locus ſic conceptus: Ὅτι Μελανιππίδης διασύρει τὴν αὐλητικὴν, λέγων· Ὅτι Ἀθάνα (ſic Dores ſcribunt, pro Ἀθηνᾶ) ὄργανα ἔῤῥιψεν ἱερᾶς ἀπὸ χειρὸς, εἶπά

τε· Ἔρρετε αἴσχεα σώματι λύμα. ἐμὲ δ' ἐγὼ κακόταται δίν f δωμι.

Ἀλλ' ὅ γε Σελινούντιος Τελέστης. Recte Τελέστης penacute ſcribitur in *Epit.* non Τελεστὴς, ut editum erat, neſcio an conſentiente ms. *A*. De dithyrambico hoc poëta conf. Fabricii Biblioth. Graec. T. I. pag. 598. & Harleſ. T. II. pag. 157 ſq.

Quae ex *TELESTIS Argo* hic adponuntur eclogae, maiorem quamdam, quam iſta *Melanippidis*, difficultatem habent, ſi ad metri legem revocare velis. Quare, liberum cuique relinquens tentare in hoc genere quidquid maxime viſum fuerit probabile, ſatis habui ipſa verba quam potui emendatiſſima adponere, varietate ſcripturae cum nonnullis doctorum virorum aut noſtris coniecturis ſub contextu ſubiectis. In *primâ eclogâ* nihil ab editâ ſcripturâ, quod ſciam, discedit vetus codex *A*. niſi quod ὀρίοις pro ὀρείοις habet. In ipſo initio, ubi legitur Ὄν σοφὸν σοφὰν λαβοῦσαν &c. ſatis adparet, σοφὸν ad ὄργανον referri: pro Ὄν autem perquam probabile nobis videbatur, Ἓν ſcribi debuiſſe; ut eſſet ἓν σοφὸν ὄργανον, *unum omnium ſapientiſſimum inſtrumentum*. In H. Stephani Lyricorum Fragmentis, (ubi hi *Teleſtis* verſiculi exhibentur, pag. 256 ſq. al. pag. 640 ſq.) pro Ὄν σοφὸν ſcribitur Ἦν σοφὸν, nullo ſenſu, nec ullâ auctoritate. Dein, cum ait poëta χειροκτύπῳ φηρὶ Μαρσύᾳ, *Marſyam* φῆρα nominat, utpote unum e *Silenis*; nec cauſſa erat, cur θηρὶ pro φηρὶ ſcriberet FIORILLO, Obſerv. in Ath. pag. 46. nam perinde erat. θῆρα quidem *Panem* nominatum ſupra vidimus, X. 455. a. In vocabulo χειροκτύπῳ haeſeram. Dalecampius reddidit, *manibus percuſſuro*: haud male, ad literam: ſed ad lyram aut ad citharam aptius hoc videri debuit, quam ad tibiam; in qua opus eſt quidem digitorum quadam agilitate, nec vero manuum pulſatione. De apta tibiarum tractatione accepit tamen etiam Gallicus interpres, ſic vertens: *il (cet inſtrument) fut la gloire du ſatyre Marſyas, fils d'une Nymphe, tant il en jouoit habilement.* Eamdemque notionem doctiſſimus BOETTIGER in Attico Muſeo l. c. pag. 309. ſecutus videtur. Ac videtur revera hoc vocabulo uſus poëta, quo ſignificaret, *Marſyam*, multicalamis fiſtulis ſubſtitutâ tibiâ, *ſolerti digitorum agitatione* ex unâ tibiâ, aut e duabus admodum, eamdem variorum ſonorum harmoniam elicuiſſe, ad quam efficiendam olim iunctis pluribus fiſtulis opus

fuiſſet. Conf. Diodor. Sicul. III. 58. Fuit quum cogitarem, vocem χειρόκτυπος fortaſſe paſſivâ notione hîc accipiendam, ut reſpiceretur fabula ea, quam in artificioſo opere Athenis expreſſam Pauſanias retulit, lib. I. cap. 24 init. ubi Ἀθηνᾶ fingebatur τὸν Σειληνὸν Μαρσύαν παίουσα, ὅτι δὴ τοὺς αὐλοὺς ἀνέλκοιτο, ἐρρίφθαι σφᾶς τῆς θεοῦ βουλομένης: *Minerva percutiens* vel *pulſans Silenum Marſyam, quod tibias ſuſtuliſſet, quas abiectas voluerat Dea.* Sed & de ipſa ſcripturae probitate addubitare licebat: ac ſane haud improbabiliter IACOBSIUS χοροιτύπῳ correxit, ut mox videbimus. At nihil temere mutandum; quin potius in librorum ſcriptura fidenter adquieſcendum, cum praeſertim paulo poſt (pag. ſeq. *a.*) idem poëta in tractandâ tibiâ rurſus laudet *manuum agilitatem*, τὴν τῶν χειρῶν ὠκύτητα.

a Pro εὐηράτοιο, metri cauſſâ fortaſſe εὐερράτοιο legendum cum viris doctis, de quorum ratione mox dicam. Quod ſequebatur αἱ γὰρ, in αἵ κ' ἄρ' mutarunt iidem. At interiectioni αἱ non erat hic locus. Dativus caſus, quem illi voculâ οἱ expreſſum voluerunt, in ipſa vocula αι (quae ſic absque ſpiritu accentuque in membr. *A.* ſcribitur) inerat. Eſt *iota ad latus poſitum*, pro *ſubſcripto*. ᾗ γὰρ, dorice pro ἧ γὰρ, *quippe cui.* καὶ γὰρ propoſuerat CASAUBONUS, cuius eſt ad hunc locum haec una brevis Animadverſio: »Corrupta ſunt iſta: αἱ γὰρ παρθενίαν »ἀγανὸν καὶ ἄπαιδ' ἀπέκειμε Κλωθώ. Lego: καὶ γὰρ »παρθενίαν ἄγαμον καὶ ἄπαιδ'.« — A quo iſtud ἄγαμον, ut haud dubie verum, cum praeſertim ſequatur καὶ ἄπαιδα, nil cunctatus recepi. In *Epitomâ* ecloga iſta in hunc modum expeditur: Ὦι ἀντικορυσσόμενος οἷον ὁ Σελινούντιος Τελέστης, φησὶ ψεῦδος εἶναι τὸ τὴν Ἀθηνᾶν δυσόφθαλμον αἶσχος ἐκφοβηθεῖσαν ἐκ χερῶν βαλεῖν νυμφαγενεῖ χειροκτύπῳ φηρὶ Μαρσύᾳ κλέος. οὐ γάρ νιν εὐηράτοιο κάλλους ὀξὺς ἔρως ἤγειρεν· ὡς οὐκ ἂν εὐλαβηθεῖσης &c.

Ad *metri rationem* quod ſpectat: quum regnare in hac eclogâ genus trochaicum videretur, BOETTIGERUS in Muſ. Att. T. I. Faſc. 2. pag. 352. quatuor priores verſus ſic digerendos legendosque cenſuerat:

Ὃν σοφὸν σοφὰν λαβοῦσαν οὐκ ἐπέλπομαι νόῳ
δῖαν Ἀθανᾶν ἐν δρυμοῖσιν οὐρεσίν τε συσκίοις
λυγρὸν αἶσχος ὀφθαλμοῖσιν ἐκφοβηθεῖσαν βαλεῖν
ἐκ χερῶν χεροκτυποῦντι ϖηρὶ Μαρσύᾳ κλέος.

Cuius rationem, quod ad metri genus attinet, ſecutus Iacobs, in Animadv. in Anthol. T. I. Part. II. pag. 354. »verſus depravatos & interpolatos« ut ait, in hunc modum corrigere tentavit:

Ὅν σοφὸν σοφὰν λαβοῦσαν οὐκ ἐπέλπομαι νόῳ
Πάλλαδ' ἐν δρυμοῖς ὀρείοις ὄργανον, δυσόφθαλμον
αἶσχος ἐκφυγοῦσαν εἰδους, αὖθις ἐκ χερῶν βαλεῖν
νυμφογενεῖ χοροιτύπῳ τε φηρὶ Μαρσύᾳ κλέος.

Qui Ὅν initio verſus primi tenens, ad αὐλὸν (puto) cum Boettigero retulit, ſubſtantivum ex praecedentibus verbis, ab Athenaeo omiſſis, repetendum. Quod nobis tamen ob diſerte mox adpoſitum vocabulum ὄργανον, minus probabile viſum erat. Idem vir doctus, ſtrentio praetermittens ea quae continuo ſequuntur, τί γάρ νιν - - - ἔτειρεν, iſta quae deinde ſubiiciuntur, ἢ γὰρ (ſic ille pro edito αἱ γὰρ legit) παρθενίαν ἄγαμον &c. haud ſecus ac illa, ὡς οὐκ ἂν εὐλαβηθείσης &c. commentarii inſtar ab Athenaeo adiecta iudicavit. Aliam rationem, haud paulo probabiliorem, iniit acutiſſimus Grotefend, in *Notis mſstis* nobiscum olim communicatis, totam eclogam in hunc modum digerens:

Λαβοῖσαν ὦν σοφὸν σοφὰν,
οὐκ ἐπέλπομαι νόῳ,
δρυμοῖς ὀρείοις ὄργανον
(δῖαν Ἀθανᾶν, δυσόφθαλμον αἶσχος ἐκφοβηθεῖσαν)
αὖθις ἐκ χερῶν βαλεῖν,
νυμφαγενεῖ χειροκτύπῳ
φηρὶ Μαρσύᾳ κλέος.
Τί γάρ νιν ἂν εὐεράτοιο γε κάλλεος ὀξὺς ἔρως ἔτειρεν;
αἰ οἱ γ' ἂρ παρθενίαν ἄγαμον καὶ ἀπαιδ' ἀπένειμε
Κλωθώ.

Similiter Fiorillo, in Obſerv. in Athen. pag. 46. niſi quod (ut ſupra memoravi) ϑηρὶ pro φηρὶ ſcripſit. Idem ibidem (pag. ſeq.) verſuum etiam genus explicavit. Quorum fere rationem ſecuturus in ipſo Athenaei contextu eram, niſi de iſtis verbis δῖαν Ἀθανᾶν δυσόφθαλμον αἶσχος ἐκφοβηθεῖσαν dubitatio nobis eadem fuiſſet oborta, quae cenſorem libelli *Fiorilli* in Novis Literariis Ienenſibus (anno 1803. num. 224.) retinuit, quo minus probaret e verſibus eiici illa verba, quae ita poëtica & exquiſita eſſe videntur, ut haudquaquam ſpeciem prae ſe ferant gloſſematis, interpretandi cauſſa interpolati. Quare ille verba iſta

a reliquis versibus in hunc modum interserenda censuit:

δῖαν Ἀθανᾶν
δυσόφθαλμον αἶσχος ἐκφοβηθεῖσαν.

Ubi tamen non video, verbum ἐκφοβηθεῖσαν quo pacto isti versuum generi conveniat. Supereſt ut coniectemus, eadem verba revera ab Athenaeo interpretationis causſâ hîc inserta esse, sed ex alio loco eiusdem poëmatis desumta. Pro eo, quod duumviri, quos laudavi, metricarum apud Athenaeum eclogarum restauratores, in *primo versiculo* inversâ verborum serie sic scripserunt,

Λαβοῦσαν οὖν (vel Λαβοῖσαν ὦν) σοφὸν σοφὰν,

idem Censor in Novis Literar. Ienens. malebat,

Ἔμφοφον σοφὰν λαβοῦσαν.

At, *tibias* prae caeteris instrumentis φόφον *citare*, nemo facile dixerit. Si tale aliquod nomen hîc placet, Ἔμφυχον equidem in medium proponerem. Sed quum *laudare* his versibus *tibias* poëta voluerit, nobis (quod supra professi sumus) verisimillimum visum erat, Ἐν σοφὸν hîc scribi debuisse. Caeterum adnotavit *Iacobsius* loco supra citato, in hoc Athenaei capite nonnulla emendasse BOURDELOTIUM ad Heliodori Aethiop. lib. II. pag. 106. ed. Lipsſ. Quae quidem qualia sint, nobis non vacavit inquirere.

Altera TELESTIS *ecloga* sic vulgo scribebatur: Ἀλλὰ μάταν ἀναχόρευτος, ἄδε ματαιολόγων φήμα προσέπτατο Ἑλλάδα μουσοπόλων, σοφὰς ἐπίφθονον βροτοῖς τέχνας ὄνειδος. In qua nil mutat vetus cod. *A.* nisi quod super doricis formis φήμα & τέχνας, superne adpositâ vocali η communis forma indicetur. Pro φήμα, rectius etiam fortasse φάμα scriptum fuisset. In ms. *Ep.* pro μουσοπόλων, quod commode ad ματαιολόγων relatum videtur, μουσοπόλου scribitur, eaque vox praemisso commate a superioribus separatur, & ad σοφᾶς (sic enim recte in hoc codice scribitur) τέχνας refertur. Hanc eclogam GROTEFENDIUS & FIORILLO, quatuor versiculis anapaesticis, & quinto iambico hypercatalectico complexi sunt hoc modo:

Ἀλλὰ μάταν ἀχόρευτος
ἄδε ματαιολόγων
φάμα προσέπτατο πᾶσαν
Ἑλλάδα μουσοπόλων,
σοφᾶς ἐπίφθονον βροτοῖς τέχνας ὄνειδος.

Vides vocem πᾶσαν commodissimo loco, coniecturâ per-a quam probabili, insertam; pro ἀναχόρευτος vero, nihili vocabulo, ἀχόρευτος restitutum poëtae: quod & nos quin reciperemus non dubitandum duximus.

Sequitur *tertia ecloga*, sic olim edita: Τὰν οὖν περιθειοτάταν Βρομίῳ παρέδωκε σεμνᾶς δαίμονος ἀερθὲν πνεῦμ' ἀελλοπτερύγων σὺν ἀγλαᾷνω † κυτᾶτι χειρῶν κόμφω † δὲ Post quae verba, *nullâ* interpositâ *distinctionis notâ*, sequuntur ista, κἀν τῷ Ἀσκληπιῷ ὁ Τελέστης ἐδήλωσε &c. Nil aliud hic adnotaverat CASAUBONUS, nisi quod pro mendosis istis, σὺν ἀγλαᾷνω † κυτᾶτι χειρῶν κόμφω † δὲ, scribi iussit, σὺν ἀγλαᾶν ὠκυτᾶτι χειρῶν κομφῷ γε. Eam eclogam GROTEFENDIUS his versiculis a poëtâ comprehensam olim fuisse coniectavit:

Τὰν ὦν περιθειοτάταν Βρομίῳ
παρέδωκεν σεμνᾶς δαίμονος
ἀερθὲν πνεῦμ' ἀελλοπτερύγων
(σὺν ἀγλαᾷ ὠκυτᾶτι: glossema.)
χειρῶν κομφᾷ διακάμψει. «

Postrema vero, ipse vir doctus, recte-ne emendaverit, se dubitare, ingenue professus est. FIORILLO in hoc modum concinnavit versiculos:

Τὰν ὦν περιθειοτάταν Βρομίῳ
παρέδωκε σεμνᾶς δαίμονος
ἀερθὲν πνεῦμ' ἀελλοπτερύγων
σὺν ὠκύτατι ἀγλαᾷ
χειρῶν κόμφων. — —

Equidem de restituendis *versiculis*, quales ipse poëta modulatus sit, desperans, bene nobiscum agi putavi, si, quid Athenaeus hic scriptum reliquerit, constituere satis probabili ratione possemus. Et, ut ab illa emendatione incipiam, ἀγλαᾶν ὠκυτᾶτι, quam Casaubono iam H. Stephanus l. c. praeiverat, ut nihil eâ simplicius & expeditius, sic nihil certius esse iudicavi. Inauditam vocem περιθειοτάταν ignorant veteres membranae; quae, pro editis olim verbis λέγει τὰν οὖν περιθειοτάταν, haec monstrosa habent, λεγε γαν ου μεριθοτάταν: sub quibus quid sit quod lateat, eruditi videant. Nos suspicati sumus, λέγει· τὰν οὖν ἐριθειοτάταν: existimantes, ut in aliis adiectivis praepositа vocula ἐρι significatum auget, sic ἐρίθειος *valde divinum* posse significare. In *Epit.* tota ista ecloga praetermissa est. Pro ἀελλοπτερύγων, membranae *A.* αἰολοπτερύγων dede-

b runt. Eaedem membr. in ſcripturâ κόμφω δὲ quidem nil mutant; ſed *poſt* χειρῶν interpoſito *puncto* orationem distinguunt: rectè vero: nam concluditur ſententia in ipſis verbis, σὺν ἀγλαᾷ (ſive ἀγλαᾷ malueris) ὠκυτάτι χειρῶν. Nec dubitandum nobis videtur, deinde ſic perrexiſſe ſuo nomine Athenaeum, Κομφῶς δὲ κἀν τῷ Ἀσκληπιῷ &c.

In *quarto* TELESTIS *fragmento*, quod ex eius *Aeſculapio* ductum, nihil prorſus mutat codex *A*. In *Epit.* autem totum deſideratur. Scribebatur illud in hunc modum: Ἡ Φρύγα καλλιπνόων (corrupte quidem καλληπιόνων ed. Ven. & Baſ. & καλιπνόων ed. Caſ.) αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα αὔδονος ἵμασε πρῶτος Δούριδος ἀντίπαλον μούσης. νομοαίολον ὀρφναὶ πνεύματος εὔπτερον αὔραν ἀμφιπλέκων καλάμοις. Quae ſic digerenda emendandaque GROTEFENDIUS cenſuit:

Ἡ Φρύγα καλλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα,
αὐλὸν ὃς ἵρμοσε πρῶτος,
Δώριδος ἀντίπαλον Μούσης, (ſive Μώσης) νομοαίολον ὀρχμᾷ,
πνεύματος εὔπτερον αὔραν
ἀμφιπλέκων καλάμοις. — — — —

Ad initium primi verſiculi adnotavit idem Vir doctus: »Verbum in ſuperioribus apud poëtam, quae ab Athe»naeo omiſſa ſunt, latebat.« — Tum ad *verſ.* 3. »Ὀρχμὴ »Heſychius καλαμὼν interpretatur. Pro νομοαίολον ὀρχμᾷ, »forſan νομοαιόλῳ ὀρχμᾷ melius legetur, quod equidem »cum emendato a me verſu ſecundo conſtruam. Verſus »ſunt hexametri trimetrique heroici alternantes.« — Eodem modo verſus iſtos FIORILLO conſtituit, loco cit. p. 43. niſi quod tertium ita ſcripſit:

Δούριδος ἀντίπαλον Μούσης νομοαίολον ὀμφὰν.

In eodem loco emendando, cum alios viros doctos laboraſſe, tum *Voſſium* ad Catull. pag. 227. & *Huſchke* in Epiſt. Crit. pag. 47. adnotavit ibidem Fiorillo. Et, ab eodem HUSCHKIO accepiſſe Fiorillum iſtud ὀμφὰν, ex Novis Literar. Ienenſ. A. 1803. n. 204. intellexi, ubi cenſor Obſervationum Fiorilli probat eiusdem *Huſchkii* coniecturam *verſ.* 2. Λυδὸν pro αὐλὸν corrigentis. Nobis neutrum placuit: atque ita probabile viſum erat, αὐδὰν ſcripſiſſe poëtam, ut in contextum hoc recipere non dubitaremus. αὐλῶν αὐδὴ, eſt *tibiarum ſonus*. Nec enim αὐδὴ, ut Euſtathius voluit, ad Iliad. α'. p. 42. l. 49. de *humanâ* ſolum

voce & oratione dicitur; ſed perinde de *qualibet voce* vel b *ſono* uſurpari (a poëtâ praeſertim) poteſt. Sic ſane & *nervi ſonus* in arcu, αὐδὴ dicitur Homero, Odyſſ. φ'. 411. Et Heſychio Αὐδὴ generatim eſt φωνὴ καὶ φθόγγος. Deinde, quo pacto orationis ſtructuram ſententiamque acceperint docti viri, qui pro vulgato ὀρφναὶ *verſu* 3. ὀμφὰν in accuſativo caſu legerunt, haud equidem percepi; ſed ὀμφᾷ haud dubie corrigendum exiſtimavi. Conſtructio naturalis, ſi quid video, haec eſt: ἀμφιπλέκων καλάμοις αὔραν νομαίολον εὔπτερον ὀμφᾷ πνεύματος, *flatu* (vel, *per flatum*) *ſpiritus*. Sic ſane Ὀμφὴ apud Heſychium non modo φήμη θεία, & φωνὴ, ſed & πνοὴ exponitur.

AD CAP. VIII.

Πρατίνας - - - ἀγαναικτεῖν τινας. Supple φησὶν, ut ſaepe aliâs. *Ibid.* ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν &c. Confer HEMSTERHUS. ad Luciani Dial. Marin. III. cap. 2.

Ibid. διὰ τοῦδε τοῦ ὑπορχήματος. Quod genus carmi- c num *hyporchema* dixerint Graeci, explicat Deipnoſophiſta paulo inferius, pag. 628. d. e. Conf. I. 15. d. e. & ibi notata.

PRATINAE carmen *hyporchematicum*, continuo tenore in ed. Ven. & Baſ. ſcriptum, verſiculis diſtinctum edidit Caſaubonus, fere ut praeiverat H. STEPHANUS in Lyricorum Fragm. pag. 258 ſq. (al. 642 ſq.) Nos in Caſauboniana diſtributione verſiculorum nil mutavimus: in verbis nonnulla emendavimus, msstorum librorum maxime auctoritate. Metricam rationem a ſe inſtauratam gloriatur FIORILLO, Obſ. in Ath. pag. 112 ſq. Et ille quidem *ſecundum & tertium verſiculum* ſic ſcribit:

τίνα τάδε τὰ χορεύ-
ματα; τίς ὕβρις ἔμολεν;

Atque ſic etiam ab H. Stephano editum video: & facile largior, commodius potuiſſe videri τίνα, quam quod apud Athenaeum editur, τί. At hoc ipſum τί uterque agnoſcit mstus codex: & poſſis facile intelligere, Τί χρῆμα ἐστὶ, aut τί βούλεται ταῦτα τὰ χορ. Porro *verſ.* 9. pro edito ἀν' d ὄρεα ἐσσύμενον, idem *Fiorillo* ἀν' ὄρεα συόμενον ſcripſit. Sed

ἀν' ὄρεα θύμενον

rurſus uterque mstus dedit, quod reſtituere debuimus

d auctori. Nec id sane incommodum: possit enim per syncopen dictum esse pro θυόμενον, a verbo θύω, i. q. θύνω, quod valet ὁρμῶ, φέρομαι, *cum impetu feror, curro, discurro.* A θύω potuit etiam formari verbum in μι, θῦμι, passivâ formâ θῦμαι: unde legitime derivaretur θύμενος.

Versu 10. pro Ναΐδων, quod tenent mssti cum editis, idem vir doctus Ναϊάδων scripsit: »ut proceleusmaticus (inquit) sanus sit. Idem est Ναΐς & Ναΐας. confer »Toup. [Append.] ad Theocr. pag. 42.« — Sic ille: cum quo de versiculi mensurâ (ad quam nobis quidem multo aptior videbatur librorum scriptura) non lubet nunc disceptare. At, quod *Toupius* l. c. scripsit, ubi de puellae nescio cuius nomine quaerebatur, id prorsus nihil huc faciebat. De *Naiadibus* hic agitur: quae Graece vulgo quidem Ναιάδες dicuntur, interdum vero etiam Ναΐδες, ut Hesychius docet. Atqui ex hoc ipso, quod minus usitata haec posterior vocabuli forma est, parum fit probabile, a vulgatissimâ & omnibus notâ vocabuli formâ ad alteram rariorem & insolentiorem aberraturos fuisse librarios: sed multo probabilius, rariorem hanc formam ab ipsius poëtae manu esse profectam. Mox *vers.* 11. ubi legitur:

οἷά τε κύκνον, ἄγοντα
ποικιλόττερον μέλος:

haec adnotavit CASAUBONUS: »Legunt & veteres, οἷά »τε κύκνον ἄγοντα. Opinor, pro ᾄδοντα. Nam cygni non ἄγουσι μέλος, neque *ducunt choreas;* sed ᾄδουσι, *canunt.*« — Cui suffragatus est HERINGA, Observat. cap. 31. pag. 278. & *Fiorillo* l. c. Nobis dithyrambicus poëta, qui cum carminibus cantibusque suis *sylvas pervagari* & *aëra pervolare* ait, haud incommode ἄγειν μέλος dicere potuisse videbatur; cum praesertim verbi huius usus latissime pateat. Idem verbum hic tenendum monuit WESTON, in Hermesian. pag. 52. provocans etiam ad similem dictionem apud Apollonium Rhod. IV. 1301. κύκνοι κινήσωσι ἓὸν μέλος. Sed *Teleste*s, cum ἄγοντα μέλος dixit, in mente habuisse videtur vulgatissimam dictionem ἄγειν χορόν. »Nam (quod commode *Sam.* PE»TITUS monuit, Miscell. lib. VII. cap. XI. pag. 178.) hoc »vult, *se praecenturum carmen*, ut ad suum μέλος & cantum modos faciant tibicines, ὥς τοὺς αὐλητὰς συναυ»λεῖν τῷ χορῷ ex veteri instituto.«

Hoc loco novum genus versuum incipit FIORILLO,

pag. 113. in hunc modum: d

Οἷά τε κύκνον ἄδοντα ποικιλόπτερον
μέλος ἀοιδᾶν, καὶ τεοῖσιν ἐφ' ἱεροῖς
οὐδὲν αὐλὸς ὕστερον χορευέτω· &c.

Ubi rurſus de digerendis verſibus non disputo: de verborum ac ſententiae conſtitutione quaero, in qua plurimum ille a vero aberravit, praeeunte ex parte Caſaubono. In edd. ſic legebantur iſta, ac distinguebantur:

Οἷά τε κύκνον ἄγοντα
ποικιλόπτερον μέλος
τᾶν ἀοιδᾶν.
κατεᾶς † ἐπιερεῖς βασίλεια.
οὐδ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.

Cuius loci eam partem, quae corruptiſſima erat, iam pridem feliciſſime *Adrian.* HERINGA (loco modo citato) curaverat, orationem *poſt μέλος interpungens*, ac deinde ſic ſcribens:

Τᾶν ἀοιδᾶν
καὶ γὰρ σὺ, Πιερὶς, βασίλεια·
ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.

Ad ſententiam adcommodatiſſime: *Nam cantuum tu, Muſa, regina es: tibia vero poſtea prodeat*, vel, *deinde partes ſuas agat.* Perſpecte, Πιερὶς, *Muſa:* ubi mendoſum quidem ἐπιερεῖς tenent veteres membranae. Pro κατεᾶς vero eaedem membr. recte κατέστας exhibent, dorice pro κατέστης, *conſtituta es*, aut ſimpliciter, *es.* Itaque κατέστας σὺ Πιερὶς ſcripſi. Si tamen recte accepi ea, quae ex membr. *A.* notata ſunt, non nude κατέστας ἐπιερεῖς habent illae, ſed κατέστας ασεπιερεῖς: in quo latere poteſt κατέστας ἆσαι, Πιερὶς, βασίλεια. Quod ſi ita eſt, poſſis genitivum τᾶν ἀοιδᾶν ad ſuperiora referre, ἄγοντα μέλος τᾶν ἀοιδᾶν: ſed poſſis ea etiam cum his ipſis ſequentibus hoc modo iuncta cogitare, τᾶν ἀοιδᾶν κατέστας, Πιερὶς, βασίλεια, εἰς τὸ ἆσαι αὐτὰς, *Canticorum tu es, Muſa, Regina, ut illas tu canas. Verſ.* 15. mendoſum οὐδ' αὐλὸς tenent quidem eaedem membranae; pro quo *Fiorillo*, neſcio quid ſpectans, οὐδὲν αὐλὸς legebat. At ὁ δ' αὐλὸς, quod *Dalecampius* in verſione expreſſerat, opportune rectiſſimeque *Epitoma* dedit; in qua poſt verba ποικιλόπτερον μέλος, interpoſito puncto, omiſſisque iſtis τᾶν ἀοιδᾶν usque βασίλεια, ſic pergitur, ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω. De quo etiam CASAUBONUS monuit: »Scribe cum Dalecampio,

d » ὁ δὲ αὐλὸς ὕστερον χορευέτω, ex superioribus Athenaei » verbis & Excerptis. At pro depravatissimis hisce, κατεᾶς » † ἐπιερεῖς βασίλεια, censeo legi posse, sublato puncto a » fine superioris vocis ἀοιδᾶν, hoc modo: σοῖς ἐπὶ ἱεροῖς » βασίλεια. «

Versu 16. Doricam formam ὑπηρέτας cod. *A.* dedit: cod. *Ep.* communem ὑπηρέτης habet cum edd. Quos κώμους ibi dicit poëta, sunt *comessationes, compotationes, lasciva convivia;* a quibus etiam peculiaris modus αὐλήσεως sigillatim κῶμος, itemque alius τετράκωμος nominatus est; ut ex Tryphone Grammatico (pag. seq. *c.*) docet Deipnosophista. Sed non debeo praeterire, in cod. *A.* κωμῶν h. l. ultimâ circumflexâ scribi: quod an verum sit, atque idem fortasse ac κωμάζων valere possit, eruditi videant. Codex *Epit.* quidem cum editis κώμων tenet, in quo adquiescendum putavi.

In his quae subiiciuntur, incerta sunt omnia, & prorsus desperata pleraque: quae ad liquidum perduci suo ingenio posse confisus erat *Sam.* PETITUS, Miscell. lib. VII. cap. XI. cuius late commemorandis commentis non morabor lectorem. Haud absurde ille tamen, *versu* 17. cum ita legeretur in editis,

πυραμάχοις τε πυγμαχίαισιν,

postremam vocem sic corrigendam censuit, πυγμαχίαις τε, de *rixis pugnisque* interpretans, quae, postquam vino incaluere homines, facile oriuntur. Adnotaverat h. l. CASAUBONUS: » In Epitomâ scribitur, Ἠπροαμάχαισί τε πυγ- » μαχίαισι νέων Ἀέα. Prima dictio, Ἠπρομάχοις scribatur » melius. « — In nostro cod. *Ep.* sic scribitur, καὶ γὰρ ἔσθ' ὑπηρέτης κώμων μόνον. Ἤπροα μάχοις τε πυγμαχίαι σινέων Ἀέα. At in membr. *A.* perspicue Ἠυραμάχοις τε: in qua scripturâ nihil videtur desiderari. Dativus casus ab ὑπηρέτης pendet: Ἠυραμάχοι vero sunt, *qui ad fores* eorum, apud quos comessatum eunt, *pugnant contenduntque*, cum eos admittere nolunt hi qui intus sunt. Inde etiam in αὐλήσεων generibus pag. seq. memoratur τὸ Ἠυροκοπικὸν & κρουσιθυρον. *Vers.* 18. εων Ἀεα sic absque spiritu accentuque in ms. *A.* scribitur. Epitomae auctor νέων Ἀέα legisse videtur, id est, *iuvenum spectaculum:* quod verum esse potest: sed in proximis, εἰς πάροινον ἔμμεναι στρατηλάτας, manifeste luxata turbataque, & defecta, ut videtur, oratio.

Inde a *verſ.* 19. *& ſeqq. ad Bacchum* converti videtur ora- e
tio, qui in penultimo verſu ſatis diſerte deſignatur. »Di-
»cuntur iſta (ſic commode *Sam.* PETITUS l. c.) adverſus
»illos tibicines, qui praecinebant choro, & modos facie-
»bant antequam melica ſua cantaret chorus. Illos igitur
»diris devovet, & Bacchum iratum imprecatur,

» Παῖε τὸν Φρυναίου ποικίλου προανέχοντα.

»*Deturba, o Bacche, de ſcenâ.*« — Sic ille: nec tamen, quid valeant iſta, Φρυναίου ποικίλου, definire auſus eſt. Suâ de conjecturâ *Dalecampius* interpretatus erat: *Iam, o Bacche rex, Phrynichi filium, varii chori praeſidem pulſa.* Gallicus interpres: *Frappe donc, o Bacchus, cet homme qui préſide à la flute Phrygienne.* Φρυγαίου ait ſe legere, vocabulo per contemtum formato. Mihi non liquet. Sed videant eruditi, an de *Phryne* ſive *Phrynide* cogitari hîc debeat, citharoedo, qui eisdem temporibus, quibus vixit Teleſtes poëta, primus Athenis citharâ ceciniſſe perhibetur: de quo videndus Suidas, & Scholiaſt. ad Ariſtoph. Nub. 967.

Verſus 20. eodem modo quo a nobis editus eſt,

φλέγε τὸν ὁλοσίαλον κάλαμον.

ſcribitur in utroque noſtro codice. Adnotaverat hoc loco CASAUBONUS: »Nullius pretii vox eſt, τὸν ὁλοσια-
»λοκάλαμον. Mutato ſpiritu vox Graeca fuerit, non in-
»elegans; qua ſignificaverit poëta, *tibiam* nihil eſſe aliud
»niſi *arundinem ſputo plenam.* Vel ita ſcribe, ὁλεσιαυλοκά-
»λαμον.«

In ſesquipedali verbo, quod *verſu* 21. continetur, vocalem ε, poſt βαρυ in editis (neſcio an & in ms. *A.*) inſertum, recte ignorat ms. *Ep.* Idem codex *vs.* 22. nude τρυπάνω δέμας habet, & in his verbis eclogam finit. In cod. *A.* finis *verſ.* 22. & initium *vs.* 23. ſic ſcribitur, ην ἰδου α δε σοι absque accentibus. Idem codex *vs.* 23. διάρεφα f
dedit: & *vs.* 25. Δώριον, recte.

AD CAP. IX.

Ἔφιππος ἐν Ἐμπολῇ. »*EPHIPPI Empolam* qui mutant in
»Ἔμπορον, caſtigandi, non laudandi ſunt. Expoſuimus pri-
»dem ad Suetonium.« — *Ephippus* in *Mercatore*, ſcripſerat Dalec. Vide quae notavimus ad XIII. 571. e. Perperam Ἐμπόλῃ penacute, pro Ἐμπολῇ, hîc editum erat. Pergit praecipere CASAUBONUS: »Prima *Ephippi* verba ita ſcribe: a

a » — Κοινὴ γὰρ, ὦ μειράκιον,
» ἥ 'ν τοῖσιν αὐλοῖς μουσική. « —

Et recte quidem ἥ 'ν (*vers.* 2.) pro edito olim ἣν scribi iussit: sed, cur κοινωνεῖ mutaretur, quod cum editis codex *A.* tenet, nihil causae erat. Vulgatum recte tenuit Grotius, in Excerpt. pag. 675. Pro συναρμόσωσι vero, quod *versu* 4. consentiente cod. *A.* editum erat, verum iudicavi id quod ms. *Ep.* dabat, συναρμόσῃ τις. De totâ quidem eclogâ nonnisi haec verba habet Epitoma: Περὶ δὲ τῆς αὐλῶν πρὸς λύραν κοινωνίας Ἔφιππος φησὶν, ὡς ὅταν εὖ συναρμόσῃ τις, τόθ' ἥ μεγίστη τερψις ἐξευρίσκεται.

Τὴν δὲ συναυλίαν &c. » Quid sit συναυλία, habes apud » Pollucem, [IV. 83.] & in Scholiis Comici, initio Equi- » tum. Eustathius Athenaei super ea re verba describit » ad Iliad. φ'. « [pag. 1324. l. 32.] CASAUBONUS. — Vide omnino HEMSTERHUSIUM ad Luciani Dial. Marin. III. 2. Quod ex *Semi Delii* definitione ἥ συναυλία hic declaratur esse ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖς αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος, id cum SAMUELE PETITO (Miscell. VII. 12.) sic videtur intelligendum: » *quando* » *alternis tibicen & cantor canebant* & concentum efficiebant, » *ita* tamen *ut solos carminis rhythmos & sonos*, ad quos mo- » dos suos faciebat tibicen, *accineret & saltaret cantor*, non » autem ipsa verba. « — » Nisi descripserit ibi *Semus* » (quod verius existimavit HEMSTERHUSIUS l. c.) *certum* » *aliquod* συναυλίας *genus in Sacris Deliis adhibitum.* « — In *Semi* verbis, pro eo quod editum erat ξυναυλίας, uterque codex mstus συναυλίας dedit.

b Ἀντιφάνης — ἐν τῷ Αὐλητῇ λέγων· Ποίαν, φράσον γὰρ &c. » *Antiphanis* Ecloga, merum Augiae stabulum. Ex- » spectandus νέος Ἡρακλῆς. Interea videamus an postrema » sic possint emendari:

» Ἡδυντικὸν μάλ' ἐστὶ, νοῦ χωρὶς πάλιν
» συννευμάτων προβλήμαθ' οἷς σημαίνεται
» ἕκαστα. —

» Tantum hic video: caetera relinquo τοῖς ὀξυδερκεστέροις. « CASAUBONUS. — Iste homo ὀξυδερκέστερος nos usque ille Hercules esse sibi visus erat idem, quem modo nominavi, *Sam.* PETITUS: cuius in hanc *Antiphanis* eclogam, quemadmodum & in alias obscurissimas veterum poëtarum eclogas, ingeniosa audire commenta iuvaret, si, non

dico, quantum ingenio, tantum etiam Graeci ſermonis b cognitione ille valuiſſet, ſed ſi modo aliqua grammaticae Graecae ſyntaxeosque notitiâ tactus fuiſſet. Nunc bene eſt, ſi ex ſingulorum verborum emendatione aut interpretatione, quae ab hoc viro proponuntur, raris quibusdam locis leves nonnullae lucis ſcintillulae emicant. Nobis in totâ ecloga nihil ſatis liquere, ultro profitemur.

Verſ. 1. pro ἥδε τὴν, *Petitus* unâ voce ἡδέτην legebat, in *duali* numero. Pro ἐπίστασαι γὰρ, (*verſ.* 2.) Gallicus interpres ἐπίστασαι γὰρ corrigit: *car tu la ſais.* Mire, ſed ſuo more, *Petitus* haec expedivit, ſic legens: ταύτην ἐπιστάται γάρ. »Hoc eſt, (inquit) *Quod enim praefectos ad-*»*tinet*, qui caeteros in hac arte inſtituunt, *novi ego quam* »*illi cecinerint ſynauliam.*« Nam quod *verſ.* 3. legitur μαθόντες, id idem pro μανθάνοντες accipiebat, *tyrones* intelligens.

Inde a *tertio verſu*, reliqua omnia uno continuo tenore ſic vulgo ſcribebantur: Μαθόντες ὥστε τοὺς αὐλοὺς, σύ τε αὐτὴ τελετῇ ϕεθείθαμεν συντυγχάνεις αὐλῶν πέραινε. δέξεται δὲ τ' ἄλλα σοι ἡ δ υ τ ι κ ό ν ἐστιν (*comma* hic interponunt ed. Baſ. & Caſ.) οὗ χωρὶς πάλιν συννεύματ' οὐ προβλημάθοις σημαίνεται ἕκαστα. Quibus in verbis nos, utcumque licuit, ſenarios diſtinximus, qui perſpicue ineſſe videbantur. In *Epit.* tota deeſt ecloga: codex *A.* nihil ab editis discedit, niſi quod pro ἥδυτικὸν perſpicue ἡδύ τι κοινὸν habet, quod reſtituimus auctori; (niſi tamen ἡδύ τι κ α ι ν ὸ ν fortaſſe debuit:) tum quod pro ἐστιν οὗ ſic habet ἐστιν ου absque ſpiritu accentuque, ut plane id debuiſſe videatur, quod Caſaubonus voluit, ν ο ῦ χωρίς: niſi forte ἐστὶ λ ό γ ο υ χωρὶς olim ſcriptum fuerat, quemadmodum paulo ante in *Semi* verbis: nam, quod *Petito* placuit, στίχου χωρὶς, id nemo facile probaverit. Pro τοὺς αὐλοὺς, (*verſ.* 3.) τοὺς ἰούλους legebat *Petitus:* tum pro σύ τε, idem Σὺ δέ; *Tu vero.* Porro, pro αὐτὴ τελετῇ ϕεθείθαμεν, idem αὐτῇ τερετῇ ἐϕελλίσαμεν, quod ſic interpretatur: »*Ad hos tibiarum modos ego* accinebam, vel »potius *balbutiebam*, & inconditum aliquem ſonum profe»rebam. Τερετὴ dixit (ſic pergit *Petitus*) ut puto, pro »τερετισμὸς ἢ τερέτισμα: ita enim apud Pollucem [IV. »83.] vocantur μέλη αὐλημάτων.« — At in tibiarum modis apud eumdem Pollucem [IV. 79.] memoratur etiam τελεστήριον: quod an huc ſpectet, docti viderint: &,

quid ſub ϕεθείθαμεν lateat, id velim ab alio Oedipo felicius nobis aperiri. Pergit idem PETITUS: (nec enim alienum fuerit, nonnulla adhuc eiusdem inventa hîc adpoſuiſſe, quo per ſe iudicare, qualia ſint, ii ex lectoribus noſtris poſſint, quibus ipſum adire non licuerit) ſic igitur ille: » Adhuc alter: Συντυγχάνῃς αὐλῶν περ: *Aſſequebaris* »*ne tuâ voce tibiarum modos*, ut ita poſſes aequabiliter con» centum efficere? Quaerenti reſponder: Αἰνῇς. *Laudares*, »ſi interfuiſſes & me audiviſſes. *Quin & alia tibi forent oble*»*tamento*: δέξεται δὲ τ' ἄλλα σοι: ſi & caeteros *noſtros* »*cantus audiviſſes*: cuius rei cauſſas aperit verſibus ſequen» tibus. Ἡδυντικὸν γάρ ἐστι στίχου χωρὶς πάλη συννευμά»των &c. *Suave namque eſt, carminis verbis verſibusque non* »*cantatis*, ſed illius tantum rhythmo & numeris, ac tibia»rum modis, nihilo tamen minus *per vocis transitum &* »*melodiam carmen ipſum dignoſcere & intelligere*. Nam συννεύ»ματα ſunt tibiarum modi, & numeri cantilenae, per »varias ſoni figuras transducti, tota denique melodia. « Λίβυν (temere Λιβὺν ed. Caſ. 2. & 3.) δὲ τὸν αὐλὸν προσαγορεύουσιν οἱ ποιηταί. » Euripides Hercule Furente, [*vs.* »683 *ſq.*]

»Παρά τε χέλυος ἑπτατόνου
»μολπὰν, καὶ λίβυν αὐλόν. « CASAUBONUS.

Alia eiusdem Euripidis loca, quibus *tibiam* poëta Λίβυν αὐλὸν & Λίβυν λωτὸν vocat, indicarunt Interpretes Heſychii, ad voc. Λίβυς τε λωτός. De cuius nominis ratione confer Athen. IV. cap. 80. pag. 188. noſtrae ed. & Pollux. IV. 74.

c ἐπειδὴ Σειρίτης, ὃς δοκεῖ πρῶτον εὑρεῖν τὴν αὐλητικὴν, &c. » Tibias Phryges invenerunt Olympus & Marſyas. »Plinius & Clemens Alexandrinus. *Sirites* hic non *tibias* »*reperit*, ſed viam excogitavit inflandi arte tibias. Adi ad »Iulium Pollucem libro IV. cap. X. Atque hic *Sirites* κα»τήλησε τὰ μητρῷα πρῶτος, id eſt, *primus ad Matris Deûm* »*ſacra tibiam adhibuit*. « CASAUBONUS. — Breviter Epitoma: Λίβυν δὲ τὸν αὐλὸν καλοῦσιν οἱ ποιηταί· ἐπεὶ Λίβυς τις νομὰς τὴν αὐλητικὴν πρῶτος εὗρεν. Et equidem in pleniore opere malebam ὃς δοκεῖ πρῶτος εὑρεῖν τὴν αὐλ. ſed quum mox dein ſubiiciatur κατηύλησε τὰ μητρῷα πρῶτος, priori loco variationis cauſſâ haud incommode adverbium πρῶτον fuerit poſitum. Modorum Olympi & Marſyae meminit Pollux IV. 78. *Siritae* mentionem nusquam facit,

nec Pollux, nec alius (quod ſciam) ſcriptor praeter *Du-* c
rin, e quo iſta retulit Athenaeus.

Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνομασίαι. (Sic, non ὀνόματα, ſcribitur in utroque noſtro codice.) — »Αὐλήσεις, qua»rum ſpecies & nomina deinceps enumerantur, *modos ti»biales* dicam potius, quam [cum Dalec.] *cantiones tibia»les*: etſi ſcio αὐλεῖν Latinis dici *canere tibiis*, & αὔλησιν »Caelio Aureliano *cantionem tibiarum*. Sed ea interpreta»tio confundit discrimen quod eſt inter φδὴν, *ſonum hu»manae vocis*, & αὔλησιν, quae *tibiarum inflatu* editur. »Erant autem *Tibiales modi*, pro diverſitate argumenti, »diverſi. Κῶμος, eſt ille *tibiarum inflandarum modus*, quo »utebantur *quando ibant comeſſatum*: qua de re multa ob»ſervamus alibi. Idem ſentiendum de caeteris αὐλήσεων »appellationibus. De *gingra* dictum eſt libro quarto. [IV. »174. f.] Heſychius: Γίγγρος· αὔλημά τι, ὅπερ ἔνιοι γίγ»γρον: ſcribe γίγγραν. De *Tetracomo* audiamus veteres »potius quam interpretem. Τετράκωμος· (verba Heſychii:) »μέλος τι σὺν ὀρχήσει πεποιημένον, εἰς Ἡρακλέα ἐπινίκιον. »ἐκαλεῖτο δὲ, τέσσαρες κῶμοι. Appellat μέλος quam No»ſter αὔλησιν: quia miſcebatur in tetracomo cantus cum »tibiis. Similiter Πολεμικὸν Athenaeus inter αὐλήματα re»cenſet: Heſychius vocat μέλος: utrumque recte. Eâ»dem ratione Ἡδύκωμος Athenaeo eſt αὔλησις: Heſychio »γένος φδῆς. Et *Mothon* ei grammatico eſt ſaltationis genus: »[Noſtro] *modus tibialis cum ſaltatione cani ſolitus*. Et, ut »redeamus unde ſumus digreſſi, τετράκωμος a Polluce »[IV. 99. & 105.] inter ſaltationis ſpecies refertur, ſicut »& κνισμὸς & μόθων: unde autem dictus ſit τετράκωμος, »quaerit Pollux eodem loco. Ἐπίφαλλος in Excerptis eſt »ἐπίφαυλος. Sic mox in iisdem [pag. 621. f.] φαυλοφόροι »ſcriptum, pro φαλλοφόροι. Euſtathius ἐπίφαλλος, recte. [Et noſter cod. *Ep.* recte ἐπίφαλλος, & φαλλοφορ.] »Non »eſt obſcura nominis ratio. Χορεῖος, apud Heſychium »eſt Χορεῖον· αὔλημά τι. At καλλίνικος eidem ſaltationis »nomen eſt. Iungebantur nempe tibiae cum ſaltatione. Sic »ille: Καλλίνικος· εἶδος ὀρχήσεως ἐπὶ τῇ τοῦ Κερβέρου ἀνα»γωγῇ. Fuit *Sicinnis* genus cantionis & ſaltationis, atque »ut puto etiam αὐλήσεως, pyrrhichae adfinis: militum »nempe, & σύντονος. [vide pag. 630. b. & c.] *Sicinnotyrbe*, »quae hî recenſetur inter αὐλήσεις, quid diſtaret a *ſicin»ne* parum explicant veteres. Erat fortaſſe non militaris

c »αὔλησις, sed *in circulis & stationibus coactae hominum tur-* »*bae usurpari solita.* Species est aut pars *comi tibialis* ille »modus, qui hic dicitur Θυροκοπικὸν καὶ κρουσίθυρον. Nam »comissatores inverecundi, cum incaluerant vehementius, »*fores pulsabant, tibias simul inflantes* convenienter ei quod »agebant. [Hinc Θυραμάχους adpellat *Pratinas* poëta dithyrambicus, pag. praec. d.] »Eiusdem argumenti, sed »remissior modus est παρακλαυσίθυρον. [apud Plutarch. in Amatorio.] »Qui est κνισμὸς in nostris libris, apud Eu- »stathium κνησμὸς per ν. Sed Hesychius: Κνισμός· μέλος »τι κνισμῷ αὐλούμενον. [Idem valet κνησμὸς & κνισμός: sed κνισμὸς cum editis & Hesychio agnoscunt etiam nostri mssti ambo: item Pollux lib. IV. sect. 100.] »De *mo-* »*thone* consule comici veterem interpretem. « [ad Plut. 279.] Casaubonus. — De plerisque istorum modorum consuli item Pollux potest, & eius interpretes. E veteribus omnia collegit digessitque Meursius, in Orchestra, sive De Saltationibus veterum. In nominum scriptura nil variant libri nostri; nisi quod pro βουκολιασμὸς, cum hoc loco, tum pag. 619. a. in *Epit.* βουκολισμὸς scribitur, quod inde etiam Eustathius habet, ad Iliad. σ'. pag. 1223. l. 13. Sic & Etymol. M. pag. 208. l. 9. Sed βουκολιασμὸς cum editis & msto *A.* tenet Hesychius. Tum vero ubi apud Nostrum nude τὸ αὐτὸ καὶ κρουσιθ. editum erat, ibi τὸ δ' αὐτὸ &c. dedere membr. *A.*

AD CAP. X.

Καὶ ᾠδῆς δὲ ὀνομασίας -- Ἰμαῖος &c. »Deinceps enu- »merantur ᾠδῆς ὀνομασίαι, *appellationes cantus variae.* Pri- »ma est, ἰμαῖος, ἣ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τοὺς »ἀλέτους ᾖδον. Eadem cantio & ἐπανταῖος dicta, & ἐπί- »νοστος, auctore Hesychio. Si scriberemus ἐπαντλαῖος, »esset eadem fere nominis ratio, ac τοῦ ἰμαῖος; nam ἰμᾶν »est ἀντλεῖν: [vide Interpp. Hesychii, ad voc. Ἰμαῖος.] »etsi videtur Athenaeus noluisse vocem ἰμαῖος inde esse »derivatam. Manifesta etiam sit ratio, si ἐπακταῖος scri- »bemus: ab ea quae dicitur poëtis ἀκτὴ Cerealis, id est, »farina. Exemplum ἐπιμυλίου sive molaris cantilenae ex- »tat apud Plutarchum in Convivio sapientum hoc:

»Ἄλει μύλα, ἄλει·

»καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ,
»μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων.

»Sunt auctores, qui *himaeam* cantilenam propriam scri-»bunt fuisse *aquam haurientibus*, quod Graeci dicunt ἱμᾶν. »Callimachus:

»Ἀείδει καὶ ποῦ τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον.

»Aristophanes in Ranis [vs. 1332.] vocat *ἱμονιοστρόφων »μελη*. « CASAUBONUS. — Vide Schol. ad Aristoph. Ran. l. c. &, qui indidem sua habet, Suidam in Ἱμαῖον ᾆσμα. Apud Athenaeum hîc non Ἱμαῖος, sed Ἱμάλιος legendum censuit ILGENIUS, in Disquisitione de Scoliorum Poësi, pag. XXIII. Quem omnino de variis cantilenarum generibus, quae hîc commemorantur, consuluisse iuvabit. παρὰ τοὺς ἀλετους rectè tenent mssti nostri cum editis: minus rectè περὶ τοὺς ἀλέτους editur apud Eustath. Iliad. σ'. pag. 1223. l. 12. De vocab. ἄλετος paulo post dicemus.

»Subiicit Athenaeus: ἴσως ἀπὸ τῆς ἱμαλίδος. ἱμαλὶς δ' »ἐστὶ παρὰ Δωριεῦσιν ὁ νόστος, καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλε»τῶν. (ἀλετῶν cum circumflexo in ultimâ habet *Epit.* & Eustathius loco mox citando; sed ἀλέτων penacute tuetur cod. *A.* cum editis.) »Falluntur eruditi viri qui νό»στον hîc [cum Dalecampio] in ea significatione acci»piunt, quam vulgo apud Homerum habet & alios, pro »*reditu in patriam*. Eustathius [ad Od. υ'. pag. 724 sub fin.] »postquam Athenaei hunc locum descripsit, sic vocem »explicat: Λέγει δὲ νόστον ὁ ῥήτωρ ἐνταῦθα οὐ τὸν Ὁμη»ρικὸν καὶ συνήθη, ἀλλά τινα δαίμονα ἐπιμύλιον, ἔφορον »τῶν ἀλετῶν, ὃς καὶ Εὔνοστος ἐλέγετο· οὗ παρώνυμον, νό»στιμον. Id est: *Significat νόστος* in hoc Athenaei loco, »non quod apud Homerum & *vulgo*, *sed molarem quem»dam Deum*, *molitoribus praefectum*, *qui & Eunostus dici»tur*: *inde est* νόστιμον. Haec Eustathius. Sed de voce νό»στιμον quod ait, rectè accipe: nam apud Poëtam νό»στιμον ἦμαρ nihil ad hanc dictionis νόστος significatio»nem: sed significat & καρποφόρον, ut explicant vetères. »Est & *Himalis* inter *Cereris* cognomina, ut *Sito*. Vide li»bro decimo. [X. 416. b. ibique not. conf. III. 109. a. & ibi not.] »Pro ἐπίμετρα τῶν ἀλετῶν, legitur apud Hesy»chium, τῶν ἀλεύρων: id est, *qui efficit ut farinae mensura »sit cumulata*. « CASAUBONUS. — Illud apud Eustathium, τὸν ἔφορον τῶν ἀλετῶν, latine vertens doctus Animadver-

d for *molitoribus praefectum*, videtur τῶν ἀλετῶν derivaſſe a ſing. ὁ ἀλέτης vel ἀλετὴς, quod poſſit *molitorem* ſignificare, quemadmodum ἡ ἀλετρὶς *molitrix* dicitur. At licet foeminium nomen cum apud Homerum tum apud alios reperiatur; masculinum tamen illud nec apud veterem auctorem ullum facile legas, nec ab ullo Grammaticorum adnotatum reperias. Euſtathius ipſe quidem iſtud τῶν ἀλετῶν (quemadmodum cum Athenaei Epitomâ ille ſcripſit; pro quo rectius, ut videtur, ἀλέτων habent edd. cum ms. *A.*) non aliter accepiſſe videtur ac Heſychius, qui (in voc. Ἰμαλιὰ) τῶν ἀλεύρων ſcribit. Certe & ipſe paulo ante verba a Caſaubono recitata (ad Od. υ'. pag. 724. lin. 38.) ex Pauſaniae Lexico haec verba adponens, ἀλετρίδες, αἱ τὸν ἱερὸν ἀλετὸν ἀλοῦσαι, perſpicue intelligere debuit, τὸν ἀλετὸν idem ac τὸ ἄλευρον valere. Idemque Euſtathius ad Od. α'. pag. 9. l. 45. ex Lexico quodam Rhetorico haec verba adponit, Heſychii verbis (in voc. Εὔνοστος) ſimillima: Εὔνοστος· Ζεὺς ἐπιμύλιος, δοκοῦσα ἐφορᾶν τὸ μέτρον (τὸν ἐπίμετρον Heſych.) τῶν ἀλεύρων. Vocabulum ὁ ἄλετος, τοῦ ἀλέτου, in Lexicis vulgo exponi ſolet *molitio*, *molitura*, *ipſa molendi actio*, citato Plutarcho auctore. Et ſic haud dubie accipiendum apud Noſtrum paulo ante, ubi de Ἰμαίῳ vel ἐπιμυλίῳ ᾠδῇ agitur, ἣν παρὰ τοὺς ἀλέτους (*inter molendum*) ᾄδον. *Farina* vero, τὸ ἄλητον (ſive, ut apud Heſychium ſcribitur, ἀλητὸν) per η vocalem aliâs dici ſolet. Itaque ad iſta Athenaei verba, καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλέτων adnotavit CORAYUS: »Forte ἀλήτων, quod eſt ſynonymum vocis ἀλεύρων, »*farinae* ſc. *triticeae*: de quo vocab. conſulendus Foeſius in »Oeconom. Hippocr. « — Idem vocab. ἄλητον eodem ſignificatu occurrebat apud Noſtrum, XI. 500. f. in Rhinthonis poëtae fragmento. Sed perinde fortaſſe & τὸ ἀλετὸν vel ἀλετὸν & τὸ ἄλητον dixere veteres. Vocabulum νόστιμον quis veterum (quod aiebat Caſaubonus) per καρποφόρον expoſuerit, non potui reperire. Apud Heſychium eſt: Νόστιμος· ὥριμος, καὶ τὰ ὅμοια. Apud Suidam, in Νόστος, eſt Νόστιμον, τὸ ἡδύ. Item apud Euſtath. ad Iliad. β'. pag. 162. l. 20. & ad Od. α'. pag. 9. l. 42. νόστιμον ἔδεσμα vel βρῶμα, τὸ ἡδύ.

ἡ δὲ τῶν ἱστουργούντων ᾠδὴ ἔλινος, »*Telam texentium* »*cantilena*, ἔλινος in omnibus Athenaei codicibus nuncu»patur: ſed melius in Epitoma αἰλινος. Cave autem

» confundas αἴλινον cuius hic ex *Epicharmo* fit mentio, cum d » aliorum ſcriptorum *aelino :* nam illi *aelino* [de quo mox, pag. 619. d.] » nihil commune cum textoribus: ſed triſtis » cuiusdam cantilenae eſt nomen, ut in verſu intercalari » apud Aeſchylum in Agamemnone : [*verſ.* 123.]

» Αἴλινον, αἴλινον εἰπέ· τὸ δ' εὖ νικάτω.

» Euſtathius, de *lino* & *aelino* cantilenis disputans: [ad Iliad. σ'. pag. 1223. l. 11.] » Ἡ μέντοι ἐξ Ἐπιχάρμου χρῆ- » σις ἐθέλουσα τὸν αἰλινον ᾠδὴν τῶν ἱστουργούντων εἶναι, οὐ » τὸν Λίνον τὸ κύριον ἐγκεῖσθαι τῷ αἰλίνῳ βούλεται, ἀλλὰ » τὸ λίνον. « Casaubonus. — At, quum longe diverſam eſſe hanc cantilenam, quae ἔλινος hoc loco ex codicum plenioris operis ſcripturâ nominatur, ab illo αἰλίνῳ carmine, quod paulo poſt memoratur, intellexiſſet vir doctus; haud video qua cauſſâ inductus Epitomae ſcripturam αἰλινος hic praeferendam alteri cenſuerit: nam, Euſtathium eamdem ſcripturam nonniſi ex eâdem Epitomâ hauſiſſe, id quidem nimis certum; adeoque illius teſtimonium nullum novum momentum huic ſcripturae addere poterat. Scripturam per ε vocalem inſigni cum veri ſpecie defendit Ilgenius, Disq. de Scolior. Poëſi, pag. 16. ita quidem, ut geminâ λ literâ ſcribi debuiſſe cenſeat, ἔλλινος, ab ἐν & λίνον, ut *carmen* ſignificaretur *de lino :* quo & refert idem Vir doctus, quod verbum ἑλλινιῶ apud Suidam ὑμνῶ exponitur. Monuitque inſuper, iam Homeri aetate ἑλλίνους eiusmodi videri in uſu fuiſſe, quum Deae a poëta inducantur inter texendum canentes, ut Calypſo, Od. ε'. 62. & Circe, κ'. 222. coll. 226. Pro ἱστουργούντων, quod conſentiente Epitomâ recte editum eſt, temere ἱστορούντων ſcribitur in ms. *A*. In eodem vetere codice, ſingula cantilenarum nomina, quae commemorat Deipnoſophiſta, in orâ libri notis numeralibus α', β', γ', &c. inſigniuntur.

ἢ δὲ ταλασιουργῶν, ἴουλος. Nil mutant libri: & ex Epitomâ habet etiam Euſtathius ad Iliad. σ'. pag. 1223. l. 10. ἴουλος, ἢ τῶν ταλασιουργῶν, ἢ ἐριουργῶν: ubi poſtremum vocabulum ex *Semi Delii* verbis (mox dein apud Noſtrum, lit. *c.*) deſumtum.

Τὰ δράγματα τῶν κριθῶν &c. » Ait, τὰ δράγματα τῶν » κριθῶν αὐτὰ καθ' αὐτὰ προσηγόρευον ἀμάλας. Alii [ali- » bi] ſcribunt ἀμάλλας: inde ἀμαλλοδετῆρες apud Home- » rum & Theocritum: utraque γραφὴ in optimis libris. «

d CASAUBONUS. — Apud Athenaeum in ſcripturam ἀμάλας conſentiunt noſtri mssti cum editis.

» Sequitur, συναθροισθέντα δὲ, καὶ ἐκ πολλῶν μίαν γε» νόμενα δέσμην, οὗλους καὶ ἰούλους. Appellarunt οὗλους, » tanquam ὅλους; nam ex pluribus manipulis fiebat unus » οὗλος: vel a torto vimine quo conſtringebantur; nam » οὗλον eſt τὸ συνεστραμμένον. Id vinculum veteres ἀμάλ» λιον, poſteriores οὐλόδετον dixerunt. At ἴουλοι appellati » faſces iſti, inquit Euſtathius, [ad Iliad. σ'. pag. 1221. l. » 6.] πρὸς ὁμοιότητα ἴσως ἢ τοῦ κατὰ τὴν ἴβην ἰούλου ἐν » τοῖς προσώποις, ἢ τοῦ πολύποδος ζωϋφίου· ἢ διὰ τὸ ἱέναι » εἰς ὁλότητα. In totum quae *fimbriatis* ſimilia ſunt, ἰουλοι » Graecis dicuntur.« CASAUBONUS.

καὶ τὴν Δήμητρα &c. » *Cererem*, inquit, *vocabant* ὅτε μὲν » Χλόην, ὅτε δὲ Ἰουλώ. *Chloae* cognomine colebatur in At» tico agro, ubi fuiſſe ſcribit Pauſanias [lib. I. c. 22. p. 51.] » Δήμητρος ἱερὸν Χλόης. Idem ſcriptor cupientem ſcire eius » cognominis cauſſam, ad ſacerdotes reiicit: quae tamen » magis eſt anceps, quam obſcura. Eupolis, Maricâ: [apud Scholiaſten Sophoclis ad Oedip. Colon. vs. 1600. edit. Brunck. aliis 1671.]

» ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ
» κριὸν Χλόῃ Δήμητρι. —

» Sophocles, Oedipo Coloneo:

» Τῷ δ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς ἑπόψιον
» πάγον μολοῦσαι. —

» Multa ibi Scholiaſtes.« CASAUBONUS. — Ἰουλὼ commode edd. cum accentu in ultimâ; ut Λητὼ, Σιτὼ, & his ſimilia. In membr. *A.* vero Ἰούλω penacure ſcribitur. In *Epit.* deſunt iſta verba: quare etiam ignorat Euſtathius.

e ἀπὸ τῶν οὖν τῆς Δήμητρος εὑρημάτων. Sic recte ms. *A.* non ὑπὸ τῶν. Idem valet ὄθεν, quod habet *Epit. Mox*, ubi editur οὗλους καλοῦσι, καὶ ἰούλους, δημήτρουλοι καὶ καλλίουλοι, eſt CASAUBONI Animadverſio haec: » Lego, » ut orationi conſulam & veritati: οἱ αὐτοὶ καὶ Δημη» τρίουλοι, καὶ καλλίουλοι.« — At nihil mutat vetus codex *A.* Et ſic conciſe interdum loquuntur Grammatici: ut non magnopere opus videatur adiectis verbis οἱ αὐτοί. Etiam δημήτρουλοι tenet idem cod. *A.* absque ιοτα in medio: nec ita male, voce ex Δημήτηρ & οὗλος compoſitâ. Δημητρίουλοι quidem (ex Δημήτηρ & ἴουλος) Euſtathio dicuntur, ad Iliad. σ'. pag. 1221. l. 8. nempe rurſus ex Epi-

tomâ, ubi ſic : ὅθεν καὶ ἴουλοι, εἰς τὴν Δήμητρα ὕμνοι, καὶ ε Δημητρίουλοι, καὶ καλλίουλοι. Vocabulum οὖλος, ut carminis nomen, non adnotavit Breviator. Nec apud Pollucem οὖλος vel οὖλον carmen memoratur: ſed ἴουλος, IV. 53. item I. 38. ubi diſerte etiam monetur, eſſe *hymnum in Cererem.*

καὶ, Πλεῖστον οὖλον οὖλον ἴει, ἴ ο υ λ ο ν ἴει. Cum nullâ diſtinctione interpoſitâ vulgo ſcriberetur, καὶ πλεῖστον οὖλον &c. nos *poſt* καὶ *comma* interpoſuimus, & Πλεῖστον maiusculâ initio vocis literâ ſcripſimus, quo indicaremus, contineri iſtis verbis preces ad Cererem dirigi vulgo ſolitas. Nempe ſic abrupte Grammatici uſitatas olim formulas adponere ſolent, in quibus poſita ea vocabula erant, quorum vim rationemque illi interpretari volunt. Verba iſta repetens CASAUBONUS in Animadverſionibus, duo poſtrema ſic ſcribit, ο ὖ λ ο ν ἴει: conſulto-ne, an caſu, neſcio: illud video, ut in editis, ſic & in utroque noſtro mſto & apud Euſtathium, penultimam formulae illius vocem ἴουλον ſcribi, non οὖλον: nec vero, cur ſolicitetur ea ſcriptura, quidquam cauſſae video. De voce ἴει monuit CASAUBONUS: »Antiquum erat verbum ἴέω: cuius poſt»ea locum obtinuit ἵημι.« — Nempe perperam ἴει cum leni ſpiritu ſcribebatur in editis: de quo errore monere Animadverſor voluit. Recte vero ἴει ms. *A.* & *Ep.* & Euſtathius. In noſtro ms. *Ep.* vero ſuperne adpoſita litera ἰ (cum hoc accentu) indicare videtur exclamationem ἰή, *Io*: quae tamen aliena eſſe ab hoc loco videtur.

ἄλλοι δὲ &c. »Cum paulo ante dixerit, eſſe *iulum* τῶν »ταλασιουργῶν, deinde ex aliorum ſententiâ *manipulorum* »*victoribus* attribuiſſet, repetit poſtea id quod prius dixe»rat: ἄλλοι δέ φασιν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ᾠδήν: *iulum* nem»pe.« CASAUBONUS. — At non ſuo nomine haec repetit Athenaeus: ſed poſtquam primum *Tryphonis* verba de variis cantilenarum modis adpoſuerat, deinde adpoſuit quae ſuper eodem argumento *Semus Delius* ſcripſit.

Αἱ δὲ τῶν τ ι τ θ ε υ ο υ σ ῶ ν ᾠδαὶ, καταβαυκαλήσεις ὀνομάζονται. »De *nutricularum naeniis*, quae hic nominan»tur καταβαυκαλήσεις, dictum affatim ad Theophraſteas »Notationes Morum, capite περὶ Λαλιᾶς. Quintilianus li»bro I. cap. 10. *Chryſippus etiam nutricum, quae adhibentur* »*infantibus, allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat.*« CASAUBONUS. — Recte καταβαυκαλήσεις edd. ubi mendoſe καταβλυκαλ. uterque codex mſtus. In τιτθευουσῶν, quod

e habent veteres membranae, nil aliud nisi τιτθευουσῶν latere existimavi.

Ἦν δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ἑώραις τις ἐπ' Ἐριγόνῃ, ἣν καὶ Ἀλῆτιν λέγουσιν ᾠδήν. » Positum est ε pro αι, cum additur, » Ἦν δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ἑώραις τις ἐπ' Ἠριγόνῃ: nam αἰώραις » intelligit. Multa ita scripta in libris Glossographorum. » At in Pollucis libris, [IV. 55.] ᾆσμα ταῖς ὥραις προσᾳ- » δόμενον: male. [Hodie ibi αἰώραις editur.] Recte autem » eruditissimus LEOPARDUS, ἣν καὶ ἀλῆτιν [pro mendoso αὐλῆτιν] » λέγουσιν ᾠδήν. Vae illis, qui tanti viri ob- » servationum reliquos decem libros nobis invident. « CASAUBONUS. — Perperam in edd. ἑώραις cum aspero spiritu scribebatur: pro quo recte Casaub. in Animadv. ἑώραις posuit. Nec vero hîc solum primâ vocali brevi scribitur id vocabulum, sed & apud Sophoclem in Oed. Tyr. vs. 1264. ed. Brunckii, ubi diphthongum αι ipsa metri ratio respuit: eiusdemque scripturae vestigium satis clarum in vocab. μετέωρος supereſt. ἑώρα etiam scribitur apud Hesych. in Ἀλῆτις: ut Suidam taceam, cuius glossa, Ἑώρα· ὕψωσις ἢ μέταρσις, ex Scholiaste Sophocl. ad Oed. Tyr. 1264. (aliis 1287.) ducta est; quod Küsterum fugerat. Caeterum, ut multo frequentior, sic & probatior utique vocabuli illius scriptura per αι diphthongum est. Consulendus autem super hoc loco prae caeteris, quem Casaubonus merito laudavit, *Paul.* LEOPARDUS, Emendation. lib. VI. cap. 14. Ἑώραι autem hîc non de quibuslibet *oscillis* intelligi debent, sed de *festis* illis *diebus*, qui in *Erigonae honorem* (quae ex arbore, sub qua patris Icarii cadaver invenerat, sese suspendit) Athenis agebantur: quo de festo videndus Meursius in Graeciâ Feriatâ, voce Αἰώρα: Potterus, Archaeol. Graec. lib. II. cap. 19. & Hesychii interpretes ad voc. Αἰώρα. Ἀλῆτις & ipsa *Erigone* dicta est, ab *erroribus*, quibus discurrens cadaver quaesivit interfecti patris; & *carmen*, in illius honorem cantari solitum. In *Epit.* desunt omnia, quae de hoc cantilenae genere hîc leguntur.

ὁ Θεόδωρος. Pollux IV. 55. ἦν δὲ καὶ ἀλῆτις ᾆσμα ταῖς αἰώραις προσᾳδόμενον, Θεοδώρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου.

f *Ibid.* λέγεται δὲ γενέσθαι τρυφῶν τις. » Ne errent ty- » rones in subiectis verbis, λέγεται δὲ γενέσθαι Τρύφων » τις, ὡς ἐκ τῆς ποιήσεως δῆλον ἐστί. Legendum est enim » τρυφητὴς, aut literâ minusculâ τρύφων τις, eâdem sen-

» tentiâ. τρύφων, ut τρίβων.« CASAUBONUS. — Nobis videbatur, mutato accentu, τρυφῶν τις ſcriptum oportuiſſe, participium verbi τρυφάω. — ᾄδουσιν αὐτοῦ μέλη. Sic ms. *A.* cum edd. non αὐτῷ. Deeſt tota ῥῆσις *Epit.*

Ἡ δὲ τῶν Ἁεριστῶν ᾠδή. »*Meſſorum cantilena* dicta eſt Λι- a »τυέρσης, a *Lityerſa* Midae filio, de quo multa in Le- »ctionibus Theocriticis. [cap. XII. ad Idyll. X. 41.] Vide »etiam Pollucem libro IV. cap. 7. [ſect. 54 ſq.]« CASAUBONUS. — In *Animadv. ed.* 2. & 3. adiicitur: »& Servium »viri optimi Danielis, ad illum verſum:

»*Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*« Perperam Λυτιέρσης ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. & 2. Recte Λιτυέρσης ed. Caſ. 3. & ms. *Ep.* puto & ms. *A.* ſicut ſupra, X. 415. b. De illa cantilena conſuli porro poteſt DE LA NAUZE, in Commentatione de Cantilenis Veteris Graeciae, in Commentariis Academiae Inſcript. T. IX. p. 348 ſqq. & EICHSTAEDT in libello: *De Dramate Graecorum comico-ſaryrico, inprimis de Soſithei Lityerſa*, Lipſ. 1793. &, qui hunc laudavit, ILGENIUS in Disquiſ. de Scolior. Poëſi, pag. 16 ſqq.

καὶ βαλανείων ἄλλαι. βαλανέων legendum conjectaveram, ut eſſet id quod Dalecampius in verſione expreſſit, *balneatorum alia*: a ſing. ὁ βαλανεύς: quemadmodum etiam τῶν Ἁεριστῶν, τῶν μισθωτῶν, τῶν πτισσουσῶν. At nil mutant libri. Diſerte quidem etiam monuit ILGENIUS l. c. pag. 27. »Non eorum intelligendos cantus »eſſe *qui ſe lavabant*, ſed *balneatorum*, docet locus Theo- »phraſti, Charact. IV. ubi ἄγροικον eſſe ait, ἐν βαλανείῳ »ᾄσαι: ubi vide Caſaub.«

καὶ τῶν πτισσουσῶν ἄλλη τις. »*Oda pinſentium mulierum* »dicebatur τὸ πτιστικόν. Phrynichus, Comaſtis:

»Ἐγὼ δὲ νῶϊν δὴ τερετιῶ τὸ πτιστικόν.

»Vel ſimpliciter πτισμός. Nicophon, Chirogaſtoribus:

»Ἀλλ' ἴθι προσάυλησόν συ νῷν πτισμόν τινα.«

CASAUBONUS. — Ducta haec ex Polluc. IV. 55 ſq.

ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. »*Thesmophoriazu-* »*ſas* accipe non illam quae extat fabulam: ſed alteram »eiusdem nominis, de qua libro primo.« CASAUBONUS. — Vide Athen. I. 29. a. & Brunckii Fragm. ex Θεσμοφορ. δευτ. pag. 249. num. 4.

Νικοχάρης ἐν Ἡρακλεῖ χορηγῷ. »*Herculem choragum Ni-* »*cocharis* appellat etiam Pollux libro VII. cap. XII. [ſect.

» 45.] Docuerat hic poëta & Herculem γαμούμενον: cuius » idem meminit lib. VII. cap. XI. [ſect. 40.] « CASAUB.

ὁ βουκολιασμὸς καλουμ. Huius Pollux non meminit. De vocabuli ſcriptura vide quae paulo ſuperius diximus ad
b pag. 618. c. » *EPICHARMI* fabula dicta hîc *Ulyſſes Naufra-* » *gus*, ſimplici nomine Polluci Ναυαγὸς nominatur lib. X. » cap. 30. [ſect. 134.] « CASAUBONUS.

ἣ δὲ εἰς Ἀπόλλωνα ᾠδὴ, φιλλιάς. » *Philelias*, *Apol-* » *lini ſacra*, ſic appellata eſt ab intercalari verſu, qui pro- » prius ei asmati: Ἔξεχ', ἔξεχε, ὦ φίλ' ἥλιε. » IDEM. — Vide Pollucem, IX. 122-124. Corrupte φηλικίας ms. *A.* atque etiam in exemplo, quo Breviator uſus eſt, corruptum fuiſſe videtur nomen: quare ab illo prorſus praetermiſſum. Recte φιλλιὰς emendavit neſcio utrum doctus aliquis recentior librarius, an Muſurus qui primus Athenaeum ex Aldinâ officinâ Venetiis edidit.

Οὔπιγγοι δὲ, αἱ εἰς Ἄρτεμιν. » *Upingi* Dianei, appellati » ab eius Deae nomine Οὖπις. Callimachus in eius Hym- » no: [vers. 204.]

» Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι, φαεσφόρε. « CASAUBONUS.

Vide ad illum Callimachi verſum Scholia Graeca, & Spanhemii Notas. Adde Polluc. I. 38. & IV. 53. Recte vero αἱ εἰς Ἄρτεμιν, adiecto articulo, dedere ambo noſtri mssti.

ᾄδοντο δὲ Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον. *Charondae nomos, Athenis inter pocula olim cantari ſolitos*, Dalecampius *modos muſicos* interpretatus erat. At de Charondae *modis muſicis* altum apud veteres ſilentium. *Leges Charondae* hîc intelligi debere, perquam probabile fecit BENTLEY, (in Comment. de Phalaridis Epiſtolis, pag. 373. edit. Londin.) cum ex titulo libri, περὶ Νομοθετῶν, e quo haec adferuntur; tum praeſertim ex Ariſtotelis Problem. XIX. num. 28. (Opp. T. II. ed. Duval, pag. 766.) ubi ad Quaeſtionem, Διατί νόμοι καλοῦνται, οὓς ᾄδουσιν; reſpondetur, probabilem rationem hanc eſſe, *quod homines, priusquam literas noviſſent, cantare leges conſueviſſent, ne eas obliviſcerentur.*

Iſta omnia, inde a pag. praeced. lit. *d.* ex *Semi Delii* libro DE Paeanibus adpoſuit Athenaeus: nunc breviter refert nonnulla, quae de veterum Graecorum cantilenis *ARISTOPHANES Grammaticus*, in *Lexico Attico*, adnotavit. In
c his referuntur Λίνος καὶ αἴλινος: de quibus vide notata

ad pag. 618. d. Sed de *Lino* praeſertim videndus Herodo- c
tus II. 79. & interpretes Homeri ad Iliad. σ'. 570. alii-
que quos laudavit Küſterus ad Suid. voc. Λίνος, & He-
ſychii interpretes, voc. Λίνον. Adde Cononem, Narrat.
XIX. & *Ilgenii* Diſquiſ. de Scolior. Poëſi, pag. 15 ſq.

ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην. Cum μολπῷ eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Scribendum μολ-
»πῇ, ut apud Euſtathium [ad Iliad. σ'. pag. 1223. l. 9.]
»& Breviatorem. At μολπὸς, eſt *poëta* vel *cantor*. « —
μολπᾷ, doricâ nominis formâ, ſcripſi praeeuntibus vetuſtis
membr. *A*. Videntur iſta verba ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ e chori
cantu quodam apud *Euripidem* ducta. Vocalem α recentior
aliquis librarius cum ω permutavit: cuius confuſionis iam
frequentia exempla obſervavimus.

AD CAP. XI.

Κλέαρχος - - - νόμιον καλεῖσθαί τινα, φησὶν, ᾠδὴν ἀπ' Ἡριφανίδος. *Nomiam cantionem* in verſione latinâ poſuit *Dalecampius*, ſic dictam exiſtimans, quod eſſet »metricis
»legibus compoſita. « Quem locum inanimadverſum prae-
teriit Caſaub. At νόμιος ᾠδὴ eſt *paſtorale carmen*. Apollo-
nius Rhod. I. 577.

— ὃ δέ τ' εἶσι πάρος, σύριγγι λυγείῃ
καλὰ μελιζόμενος νόμιον μέλος: —

id eſt, ποιμενικὸν, ut ait vetus interpres. Similiter Sui-
das: Νόμιος μέλος, τὸ ἐν τῇ νομῇ ᾀδόμενον. Caeterum *Eri-
phanidem* illam, illiusque carmen, praeter Athenaeum &
quem ille citat CLEARCHUM, nemo veterum novit. *Mox*,
ὀρείους cum editis tuetur ms. *Ep*. Dein, ubi legebatur τοὺς
λεγομένους Ἰνοῦς δρόμους, adnotavit CASAUBONUS: »Le-
»gam lubens, ὡς μῦθον εἶναι τοὺς λεγομένους Ἰοῦς δρό-
»μους. *Iûs* noti errores per omnes fere orbis plagas. Ta-
»men Ἰνοῦς libri ſcripti. « — Etiam noſtri ambo Ἰνοῦς te-
nent: ſed haud dubie *vagam Io*, non *Ino*, dicere volue-
rat *Clearchus*: ad cuius ſcriptoris mirum & hyperbolicum
loquendi genus pertinet hoc quod ait, *meras fabulas & nu-
gas eſſe Iûs qui perhibentur errores*, ſi cum huius curſibus con-
ferantur. μῦθον h. l. dixit, pro eo quod aliàs λῆρον dicunt
Graeci, velut paulo poſt, p. 620. b. θηρῶν rectè dedit ms. *Ep*.

προσαγορεύοντας Β ὦρμον. Ad editam olim ſcripturam f
Βῶρκον adnotavit CASAUBONUS: »*Borcum* Heſychius duo-

» bus locis *Bormum* nominat. Βῶρμον, ait, Ξρῶνον ἐπὶ Βώρ-» μου νυμφολήπτου Μαριανδυνοῦ. Accedit ſcriptura Excer-» ptorum, ubi *Borbus* appellatur. β & μ, ut ſcimus, [ob figurarum ſimilitudinem] » paſſim permutantur. « — Heſychio accedit Pollux, lib. IV. 54. Βώριμος δὲ, Μαριανδύνων γεωργῶν ἅσμα· ὡς Αἰγυπτίων, μανέρως. Idem nomen eſt, Βῶρμος & Βώριμος: niſi apud Pollucem ipſum Βῶρμον debuerant fortaſſe librarii. Et apud Athenaeum, quum Βόρβον quidem codex Epitomae, Βῶρβον vero ms. *A.* exhibeat, uterque haud dubie Βῶρμον debuit.

a βαδίζοντα ἐφ' ὕδωρ ἀφανισθῆναι. » ἀφανισθῆναι hîc eſt, » *correptum a Nymphis diſparuiſſe*, ut Hylam. Ideo Heſy-» chius Νυμφόληπτον dicit. « CASAUBONUS.

ὁ παρ' Αἰγυπτίοις καλούμενος Μάνερως. Cum Μάνερος eſſet editum, monuit CASAUBONUS: » Μανέρως melius, » ex aliis ſcriptoribus. « — De *Manerote* videndus prae caeteris Herodotus, II. 79. tum Plutarch. de Iſid. & Oſir. T. II. Opp. pag. 357. denique Heſychius, Suidas, item Pollux l. c. Quorum apud plerosque Μανέρως penacute ſcribitur, apud omnes vero per ω longum: & ω habent etiam apud Athenaeum ambo noſtri codices; ſed accentum in antepenultimâ Μάνερως, ad ſimilitudinem Atticae nominum in ως formae.

AD CAP. XII.

Οὐκ ἀπελίποντο &c. Miro abſurdoque commento verba iſta, usque οὐδὲ ῥαψῳδοὶ, tamquam iuſtus aliquis verſus adponebantur in ed. Caſ. 1. Quo ſpectat ipſius CASAUBONI Animadverſio haec: » Importunitatem vero ſpe-» cta, Lector, iſtorum correctorum; [nempe in officinâ Commelianâ Heidelbergenſi, e qua prodiit prima Caſauboniana editio] » qui verſus inveniunt etiam in ſolutâ om-» ni lege oratione: quod cum alibi factum ab iis perpe-» ram, tum iſto loco ſane quam ridicule, in his verbis: » Οὐκ ἀπελίποντο δὲ ἡμῶν &c. « — Sic ille: nihilominus eamdem ineptam rationem tenuerunt hi, qui *ſecundam & tertiam Caſaubonianam editionem* procurarunt.

b Κάσσανδρον τὸν Μακεδονίας βασιλεύσαντα. Non improbo ſcripturam Κασανδρ. ſimplici literâ ſibilante, quae frequentiſſima in Graecis libris ſcriptura. Cum tamen *geminam σ literam* praeiverit vetus codex *A.* qui aliàs defectu

magis, quam copiâ, in hoc genere peccare ſolet, exiſti- b
mavi e vetuſtiſſimis libris hanc ductam eſſe ſcripturam.

Ibid. οὕτως ἦν φιλόμηρος, ὡς διὰ στόματος ἔχειν τῶν ἐπῶν τὰ πολλά· καὶ Ἰλιὰς [forſ. καὶ ἡ Ἰλιὰς] ἦν αὐτῷ καὶ Ὀδυσσεία ἰδίως γεγραμμέναι. » *Caſſander Macedo*, inquit, » *adeo φιλόμηρος fuit, ut & plurimos poëtae verſus memoriâ* » *teneret, & haberet Iliadem & Odyſſeam ἰδίως γεγραμμένας.* » Puto hoc velle Athenaeum: Homeri poëmata a Caſſan- » dro fuiſſe emendata, quemadmodum ante fuerant ab » Alexandro & Ariſtotele. Caſſander igitur poëſin utram- » que Homericam habuit non ex publicis & vulgatis co- » dicibus deſcriptam, ſed propriâ ipſius induſtriâ corre- » ctos. CASAUBONUS.« — Ab *Alexandro* emendata fuiſſe Homerica carmina, non memini qui dixerit ex antiquis: uſum illum eſſe exemplo ab *Ariſtotele* emendato, Plutarchus ait in eius Vita. De *Caſſandro* diſſentire nobis licuerit a Caſauboni ſententiâ. Sane non dicit Athenaeus, *correctos eſſe a Caſſandro Homeri codices:* ac ne placet quidem illa interpretatio verborum ἦν αὐτῷ γεγραμμέναι, *habebat ſcriptam Iliadem & Odyſſeam.* Ex optimorum quorumque Graecorum ſcriptorum uſu nil aliud valent iſta verba, *niſi deſcripsiſſe ipſum Caſſandrum* Homerica carmina; tum quod ait *ἰδίως*, id eſt, *privatim, privato ſtudio, proprio ſtudio, ſua manu, ſuumque in uſum.* Eamdem fere in ſententiam accepta haec video a FABRICIO in Bibl. Graec. T. I. pag. 272. & a F. A. WOLFIO, in Prolegom. ad Homer. pag. 173.

ἐκαλοῦντο οἱ ῥαβδοὶ καὶ Ὁμηρισταί. » De *Homeriſtis* » Diomedes libro III. *Olim partes Homerici carminis in thea-* » *tralibus circulis cum baculo, id eſt virga, pronuntiabant, qui* » *ab eodem Homero dicti ſunt Homeriſtae.* « CASAUBONUS. — De iſto hominum genere, quibus primam Homericorum Carminum conſervationem maxime debemus, poſt ea quae a *Fabricio* in Bibl. Graec. lib. II. cap. 2. ſect. 22. & ab aliis doctis viris qui partim ab ipſo, partim ab *Harleſio* laudantur, diſputata ſunt, conſulendus WOLFIUS l. c. ſect. 23. pag. 96 ſqq.

Κλέαρχος δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Γραφῶν &c. » CLEAR- c
» CHI liber, qui Παραγραφῶν [at Παραγράφων penacute editum erat] » hîc inſcribitur, alibi nomen habet περὶ Γρα- » φῶν: [XIV. 648. f.] quae lectio magis placet, ut dictum » initio ſeptimi. Tamen ne id quidem verum cenſeo: ſed

c »περὶ Γρίφων. Vide infra, cap. XV. [ad pag. 648. f.] To» tum locum ita debes vertere: *Clearchus libro priore De* » *Griphis, Simonides, inquit, Zazynthius ſedens ſuper ſellâ* » *in theatro, Antilochi verſus recitabat.* Sed quis iſte fuerit » *Antilochus*, diſcam lubens, ſi eſt qui me doceat. In Ex» cerptis Ἀρχιλόχου invenimus, non Ἀντιλόχου. Iu» vat, quod modo nominatus *Archilochus* inter eos » *poëtas quorum verſus recitabantur.* Quare ita legamus; aut » certe, τὰ περὶ Ἀντιλόχου, ut intelligamus eam partem » ῥαψ. ψ'. Iliad. [verſ. 301 ſeqq.] quae eſt de *Antilocho.*« Casaubonus. — De titulo libri *Clearchi*, vide quae notavimus ad VII. 275. b. Perſpicue hoc loco, ut pag. 648. f. περὶ Γραφῶν ſcribitur in vetuſtis membr. In *Epit.* omiſſus libri titulus. Scripturam τὰ Ἀντιλόχου tuetur ms. *A.* cum editis: nec tamen vidi cur τὰ Ἀρχιλόχου ex *Epit.* recipere dubitarem. Pari errore apud Plutarchum (De Muſica, T. II. Opp. pag. 1133. f.) *Archilochum* in *Antilochum* mutarunt librarii, ubi aeque ac hîc manifeſtum vitium erat: de quo cum alii monuerunt, tum Burettus, in Obſervationibus ad praedictum Plutarchi libellum, in Commentariis Academiae Inſcript. T. X. pag. 286. In libro, qui περὶ Γραφῶν, id eſt *De Picturis*, inſcriptus erat, occaſionem *de Rhapſodis* disputandi inde fortaſſe ceperat Clearchus, quod illi *baculum manu tenentes* (a quo etiam nomen inveniſſe putantur) in *pictis tabulis* oſtendere conſueverant auditoribus formas hominum rerumve, de quibus agebatur in carminibus quae ab illis decantabantur.

Μυασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν, λέγει, ἐν ταῖς δείξεσι τῶν Σιμωνίδου τινὰς ἐμμέτρους ὑποκρινεσθαι. Eſt ad hunc locum Casauboni Animadverſio, quae in ed. 1. ſic ſcribitur: » Scri» be Μασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν λέγει, non λέγειν.« — Qua ex Animadv. ſumtum eſt quod in ed. Caſ. 2. & 3. hoc loco, quum in contextu Μυασίωνα ſcribatur, in ora poſita ſit haec nota: γρ. Μασίωνα. Atqui de hoc non cogitaverat Caſaubonus; qui nihil aliud hîc monere voluerat, niſi λέγει absque ν literâ ſcriptum oportuiſſe, pro λέγειν, quod vitioſe in ed. Baſ. poſitum erat, & inde temere in ed. Caſ. propagatum. Igitur cum ſic ſcripſiſſet Animadverſor: »Scribe Μυασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν λέγει, non » λέγειν« typotheta literam ν, quam in verbo λέγειν delere debuerat, in voce Μυασίωνα delevit. Quare ad oram contextus Athenaei non debuit Μασίωνα, tamquam ſcri-

ptura a Casaub. commendata, adnotari: quod eo etiam magis mireris factum, cum in Animadversionum editione secundâ & tertiâ recte scribatur: »Scribe Μνασίωνα τὸν ῥαψ. »λέγει, non λέγειν.« — De minutis talibus rebus non alienum est ab instituto nostro ut moneamus studiosum lectorem, ne quem turbet negligentia ista, qua duae praesertim posteriores Casaubonianae editiones curatae sunt. Pro δείξεσι, HEYNIUS in commentariis ad novam Homeri editionem, T. VIII. pag. 796. ἐπιδείξεσι malebat: at idem valere δεῖξιν & ἐπίδειξιν a Casaubono supra ostensum est, ad VI. 245. e. Animadv. T. III. p. 450 sq. Quod vero ὑποκρίνεσθαι carmina dicuntur rhapsodi, id sonat *recitare cum gestu & actione.* »Erat enim (ut perspecte idem Vir »summus ibid. pag. 795. ait) simillima recitatio actioni scenicae: & rhapsodi voce, vultu, gestu, ipsam rem red»debant, affectus movendo, lacrymis rem miserandam, »terrore horrendam, redhibendo &c.« — Confer WOLFII Proleg. ad Hom. pag. 96.

Ἰάσων δ', ἐν τρίτῳ Περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου Ἱερῶν, ἐν Ἀλεξ- d
ανδρείᾳ, φησὶν, ἐν τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ. Titulum libri *Iasonis*, inepte a Dalecampio *De Alexandri Sacrificiis* reddi ait TOUPIUS, in Notis ad Theocriti Scholia, p. 220. cum *De Alexandri templis* debuisset. Nobis non satis liquet. τὰ Ἀλεξάνδρου ἱερὰ possint esse *Solennia sacra in Alexandri honorem celebrata.* In *Scriptorum Indice* ab Athenaeo citatorum titulus libri sic conceptus legitur, περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἱερῶν: recte-ne, an secus, nescio: illud dubitari non potest, *magnum theatrum*, quod commemoratur, *Alexandrinum* intelligi debere: & commodum nobis visum erat, verba ἐν Ἀλεξανδρείᾳ a superioribus, interposito commate, seiungere. Breviator, & titulum libri & auctoris nomen omittens, sic scripsit: Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐν τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ ὑπεκρίνατο Ἡγησίας &c.

AD CAP. XIII.

Ἰλαρῳδοὶ, οὓς νῦν τινες Σιμῳδοὺς καλοῦσιν, — τῷ τὸν Μαγνῆτα Σῖμον διαπρέψαι &c. Cum Σῆμον scribatur in utroque nostro codice, & σημῳδοὺς etiam in ms. *Ep.* unde & Eustathius habet, (ad Od. ψ'. pag. 806. l. 47.) videri poterat maius momentum scripturae per η tribuendum. Nec invitus tamen tenui editam scripturam

per *ι* vocalem, ſuſpicans *Simum* illum, quem Alexidi in fabulâ Hercule memoratum vidimus, lib. IV. pag. 164. d. eumdem fortaſſe hominem eſſe quem hîc dixit *Ariſtocles*, e quo haec tradit Athenaeus. Sed editam apud Athenaeum ſcripturam Strabo etiam tuetur, lib. XIV. pag. 648. a. ubi pariter σιμῳδία per *ι* ſcribitur: homo autem, a quo id genus nomen invenit, non quidem Σῖμος vocatur, ſed Σίμων ὁ μελοποιός: quo in nomine ibi fortaſſe librarii peccarunt, aut typotheta: nam mox ibidem (lit. b.) ὁ Σίμος ſcribitur. De *hilarodis* & id genus aliis conf. SALMASIUM, Exercit. Plin. p. 76 extr. & ſeq. & praeſertim VOSSIUM, Inſtitut. Poëtic. lib. II. cap. 21. Ἱλαροτραγῳδίαν nominat Suidas in Πίνθων, quae ab Ἱλαρῳδίᾳ nihil videtur differre.

e Μαγῳδός· οὗτος δέ ἐστιν ὁ αὐτὸς τῷ λυσιῳδῷ. De *Lyſiodis* loquens SALMASIUS l. c. monuit, perperam a nonnullis *Lyſiodos* nominatos exiſtimari, quod in *Lyſiis* feſtis & initiis eae fabulae peragerentur, cum ab auctore *Lyſide* nomen id acceperint. Nempe hoc Strabo docet, loco modo citato. Fortaſſe vero ab utrâque ſimul origine invaluit nomen, a *Lyſide* poëta, & a *Lyſio*, quod Bacchi eſt cognomen. Lyſiodorum obiter mentio ſupra facta erat apud Noſtrum, VI. 252. e. & V. 211. c. Tibiarum quoddam genus, quae *lydiodae* dicebantur, memoratur lib. IV. p. 182. c.

Ἀριστόξενος δέ φησι, τὸν μὲν ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα πρόσωπα ὑποκρινόμενον, μαγῳδὸν καλεῖσθαι· τὸν δὲ γυναικεῖα ἀνδρείοις, λυσιῳδόν. »*Magodum* eſſe dictum aiunt »docti convivae, τὸν ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα πρόσωπα ὑποκρινόμενον. Dalecampius legit, ἀνδρεῖα γυναικείοις. »Repugnant veteres codices [etiam noſtri ambo,] & diſerte Euſtathius ad Od. Ψ'. [p. 806 ſub fin.] Sed virum erudition non abs re moverunt ſequentia, τὸν δὲ γυναικεῖα »ἀνδρείοις, λυσιῳδόν. Praeterea aliquanto poſt, [p. 621. c.] »tribuuntur magodo πάντα τὰ περὶ αὐτὸν ἐνδύματα γυναικεῖα.« CASAUB. — τὸν μὲν ἀνδρεῖα γυναικείοις προσώποις ὑποκρ. cum Dalecampio legit SALMASIUS, l. c. pag. 77. probavitque *Voſſius*, Inſtitut. Poët. II. 31, 6. quod non mirum eſt Caſaubono etiam placuiſſe, collatis praeſertim his quae p. 621. c. leguntur. At notandum tamen, iſta (pag. 621. c.) eſſe *Ariſtoclis* verba; cum haec quae hîc leguntur, ſint *Ariſtoxeni*. Facile autem credas, non eadem

omnia dixiſſe hos auctores, ſed in nonnullis rebus diverſa tradidiſſe: quare etiam ſingulorum verba ſeorſim adpoſuit Athenaeus.

Ὁ δὲ Ἰωνικὸς λόγος τὰ Σωτάδου καὶ τὰ πρὸ τούτου Ἰωνικὰ καλούμενα ποιήματα, Ἀλεξάνδρου τε τοῦ Αἰτωλοῦ, καὶ Πύρητος τοῦ Μιλησίου, καὶ Ἀλέξου, καὶ ἄλλων τοιούτων ποιητῶν προφέρεται. Videntur haec continuata eſſe eiusdem *Ariſtoxeni* verba, cuius ſunt proxime praecedentia. Eademque Suidas ex alio ſcriptore, qui ex eodem Ariſtoxeno hauſerat, paullo etiam uberiora, quam ab Athenaeo exhibentur, ob oculos habuiſſe videtur, cum illa ſcriberet, quae apud eum ſub voce Σωτάδης leguntur: cum quibus conferenda quae habet Strabo lib. XIV. pag. 648. b. De *Sotade* autem hoc *Maronitá*, *Ionicarum cantilenarum poëtá*, (quem non confundendum eſſe cum Sotade comico poëta monuerat ipſe Athenaeus, VII. 293. a.) conſulenda quae collegerunt *Fabricius* & *Harleſius*, Bibl. Graec Tom. II. pag. 495 ſq. ed. Harleſ. In ſcripturâ Πύρητος nil mutat ms. *A*. In *Epit.* deſunt, praeter *Sotadis* nomen, reliquorum poëtarum nomina. Apud Suidam l. c. Πύῤῥος vulgo ſcribitur, qui in noſtris libris Πύρης. Quod adiicitur, καλεῖται δὲ οὗτος καὶ κιναιδολόγος: id ad *Alexam* ſive *Alexum*, qui poſtremo loco nominabatur, retulit Dalecampius, & cum eo Gallicus interpres. Videndum vero, ne non ad hominem, ſed ad ipſum hoc carminum genus, de quo agitur, pertineat illud nomen. κίναιδος hoc genus apud Suidam vocatur l. c. ubi ait: Σωτάδης – – ἔγραψε φλύακας, ἤτοι κιναίδους, διαλέκτῳ Ἰωνικῇ. καὶ γὰρ Ἰωνικοὶ λόγοι ἐκαλοῦντο οὗτοι. Ac fortaſſe κίναιδος ſcripſerat Athenaeus; aut certe vocab. κιναιδολόγος eamdem in partem accipiendum. Sic quidem Epitomae auctor acceperat, qui Athenaei verba ſic in compendium redegit: Ἐν δὲ τῷ Ἰωνικῷ λόγῳ, τῷ καὶ κιναιδολόγῳ [perperam quidem κινωδολόγῳ ſcribitur in noſtro cod.] καλουμένῳ, ἤκμασε Σωτάδης ὁ Μαρωνείτης. Paulo poſt, ubi κακῶς μὲν εἰπόντος edidimus, particulam μὲν dedit uterque codex mstus.

Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὦθεῖ. Non ſperno a ὦθεῖς, quod habent edd. cum Plutarcho, de Pueror. Educat. II. 16, 17. Sed nil opus erat, apud Noſtrum veterum librorum deſerere ſcripturam. Nec tamen probavi ὄθει in imperativo, quod eſt in ms. *A*. ſed ὦθεῖ, quod de-

dit ms. *Ep.* De *Sotadeorum verſuum* (ſive *commatum*, ut Quintilianus ait, I. 8, 6.) metrica ratione, vide HERMANNUM De Metris, pag. 334. Paulo ante ferri poterat ὅτι, quod eſt in ms. *A.* ſed in ὅτε adquieſcendum putavi, quod conſentiente *Epit.* editum erat. Mox dein, εἰς μολυβῆν κεραμίδα recte ms. *A.* nec male μολιβῆν ms. *Ep.* κεραμὶς reddi poterat *dolium*, ſed & generatim *vas*.

Θεοδώρου τοῦ αὐλητοῦ Φίλιννος. Vocab. αὐλητοῦ in ed. Caſ. ex msstis adiectum eſt. Ad nomen Φίλιννος nihil e ms. *A.* monitum. Caſauboni manu in orâ ed. Baſ. adnotatum video: »Forſ. Φίλαινος.« Videndum vero, ne verum ſit Φιλῖνος, quod habet ms. *Ep.*

b In SOTADIS verſ. 2. διὰ δενδροφόρου φαράγγος dedit uterque codex mstus; non ἐκ δενδρ. Utramque vocula perinde admittit metri ratio. Mox βροντὴν ἠλέματον mire Dalec. *ingentem clavam* interpretatus erat: in quem cum nihil animadvertiſſet Caſaubonus, monuit SPANHEMIUS ad Callimachi Hymn. in Cer. vs. 91. idem valere ac latinorum *brutum fulmen*. Heſychius: Ἠλεμάτους· ἀφρονας. Idem rurſus: Ἠλέματος· μάταιος. Quid dicere iſtis verbis voluerit poëta, nemo non videt.

AD CAP. XIV.

οὐδὲ γὰρ σχινίζεται. »*Magodo* dicitur eſſe *hila*»*rodus* σεμνότερος, quoniam οὐδὲν [οὐδὲ dedit uterque noſter codex] »σχινίζεται. Etymologici auctor poſtquam »retulit *hominum delicatorum* morem, *lentiſcum habendi in* »*ore*, ut dentibus candorem concilient: *inde*, ait, *dicitur* »σχινίζεσθαι. Vellem adieciſſet de ſignificatione eius vo»cis aliquid. Neque enim huic Athenaei loco illa ſignifi»catio convenit, qua ſumitur pro *lentiſcum rodere*: ſed »*inſignem* aliquem *in geſtu mollitiem* deſignat: qualis fuit »pantomimorum aut Gaditanarum puellarum, in theatro »Romano ſaltantium. Ita autem libri omnes, σχινίζεται: »quorum conſenſus facit, ut diffidam coniecturae meae »ſcribendum eſſe σχοινίζεται, eoque verbo notari »*impudicos & omnifarios mimorum motus*. Nam σχοινίζεσθαι »eſt *flectere ſe inſtar iunci*: & vocem fractam atque effoemi»natam Graeci vocant σχοινίνην vel σχοινίνην. Heſychius: »Σχοινίνην φωνὴν, τὴν σαθρὰν καὶ διερρωγυῖαν. Fuit etiam »genus quoddam ſaltationis, σχοίνων Heſychio, σχοινίων

»Plutarcho de Muſicâ [Opp. T. II. pag. 1132. d. & Pollu- b
ci, IV. 65. 79.] »nominatum, ſimilem, ut probabile eſt,
»ob cauſſam. Arbitrium eſto docti & acuti lectoris. Cae-
»terum, quid eâ dictione ſignificari auctor voluerit, cla-
»ret ex ſequentibus verbis, [lit. c.] σχινίζεταί τε καὶ πάν-
»τα ποιεῖ τὰ ἔξω κόσμου.« CASAUBONUS. — Ante Caſau-
bonum iam H. STEPHANUS, Theſ. Gr. Ling. T. III. pag.
1204. c. d. adnotaverat, σχοινίζεται h. l. nonnullos (ne-
ſcio quos) legendum cenſuiſſe, σχοινίζεσθαι interpretan-
tes *obſcoene penem agitare*: reſpicientes ſcil. Ariſtophanis
Veſp. vs. 1333 ſq. (1342 ſq. ed. Br.) ubi σχοινίον pro *pe-
ne* uſurpatur. At ſcripturam σχινίζεται cum editis libris &
recentioribus msstis, tuetur & vetus cod. *A.* & *Epit.* Ver-
bum σχοινίζεσθαι vero ne alibi quidem usquam in vete-
rum ſcriptis reperitur: & eâ notione, quam H. Stephanus
dixit, ne aptum quidem huic loco erat futurum, cum con-
tinuo deinde idem verbum de eo homine etiam uſurpetur,
qui partes *mulierum* agit. Itaque vulgatum tenens *Petrus*
VICTORIUS, Variar. Lect. XXXIV. 4. (ſuffragante Vos-
SIO, Inſtit. Poët. II. 23. 2.) interpretatur *delicate, molliter,
effoeminate agere*: »quia molles homines σχῖνον, i. e. *lenti-
»ſcum* ſemper in ore tenebant, ut dentes candidiores red-
»derent: unde iidem dicebantur σχῖνον τρώγειν.« Sic ha-
bes apud Suidam: Σχῖνον διατρώγειν· ἐπὶ τῶν καλλωπι-
ζομένων, καὶ λευκαινόντων τοὺς ὀδόντας. — διὰ γὰρ τὸ
λευκαίνειν τοὺς ὀδόντας, ἤθιον σχῖνον. Caeterum quum
vocabulo σχῖνος & *lentiſcus* arbor ſignificetur, (cuius re-
ſina *maſtiche* vocatur,) & *ſcilla*, bulbi quaedam ſpecies;
Caſaubonus quidem & Victorius nonniſi de *lentiſco* cogi-
tarunt: ſed cautior H. STEPHANUS, Theſ. T. III. p. 1200.
g. ait: »Σχινίζομαι, *ad dentes repurgandos & candefaciendos
»lentiſcum mando, vel etiam ſcillam.* Diſſentiunt ſane vete-
res: nam Dioſcorides quidem lib. I. cap. 90. citante eo-
dem Stephano ibidem, & Martialis Epigr. 22. lib. XIV.
cuſpidem ex *lentiſci* fronde, loco pennae, ſcalpendis den-
tibus adhiberi ſolitam docent. Suidas vero l. c. & qui pa-
ria habent, Zenobius Proverb. Cent. v. num. 96. & Dio-
genian. Cent. VIII. num. 13. de *ſcilla* loqui videntur. Mi-
nime ambigue quidem Etymologus, p. 740 ſub fin. ait:
Σχῖνον, τὴν σκίλλαν, ἣν διαμασσῶνται οἱ καλλωπιζόμενοι
ἕνεκα τοῦ λευκοῦν τοὺς ὀδόντας· ἀφ' οὗ καὶ τὸ σχινίζεσθαι.
Nec tamen diffitendum, poſt iſta omnia nondum ſatis de-

claratum definitumque videri, quamnam potiſſimum vim verbo σχινιζεται ſubiectam h. l. voluerit auctor.

ψάλλει δ' αὐτῷ ἀῤῥὴν ἢ θήλεια, ὡς καὶ τῷ αὐλῳδῷ. δίδοται δὲ ὁ στέφανος τῷ ἱλαρῳδῷ, ὡς καὶ τῷ αὐλῳδῷ· οὐ τῷ ψάλτῃ, οὐδὲ τῷ αὐλητῇ. Vossius, Inſtit. Poët. lib. II. cap. 21. ſect. 3. Dalecampium fere ſecutus, ſic iſta latine convertit: *Simul cum hilarodo canit mas vel femina. Coronatur autem hilarodus, & aulodus; non cantor, vel tibicen.* At ψάλλειν hîc non eſt *canere*; ſed *fides vel lyram pulſare ei qui aſſa voce canit, lyrâ ei praeludere & ſuccinere, & lyrâ cantum illius comitari*: quemadmodum αὐλῳδὸς eſt, *qui ad tibias canit*; αὐλητὴς vero, *qui tibias inflat*. Pari modo οἱ αὐλῳδοὶ & οἱ αὐληταὶ diſerte distinguuntur lib. XII. pag. 539. f.

c ὑποκρινόμενος ποτὲ μὲν γυναῖκα. Commode γυναῖκας ms. *Ep.* in plurali, ſicut μοιχοὺς &c. ſed nec incommode γυναῖκα ms. *A.* in ſing. cum edd. quemadmodum mox deinde ποτὲ δὲ ἄνδρα μεθύοντα &c.

καὶ ἐπὶ κῶμον παραγενόμενον &c. Sic mssti cum editis. ἐπίκωμον unâ voce corrigendum cenſuit Toup ad Heſych. voc. Ἐπίκωμος, Emendatt. Tom. IV. novae edit. pag. 309. *Ibid.* πρὸς τὴν ἑρωμ. tenet ms. *A.* cum edd.

Φησὶ δὲ ὁ Ἀριστόξενος τὴν μὲν ἱλαρῳδίαν, σεμνὴν οὖσαν,
d παρὰ τὴν τραγῳδίαν εἶναι· τὴν δὲ μαγῳδίαν, παρὰ τὴν κωμῳδίαν. Dalecampius: *Ariſtoxenus ſcribit, post tragoediam, hilarodiam graviſſimam eſſe; post comoediam, ſummam eſſe magodiae gravitatem.* Quam in verſionem nihil animadvertit Caſaubonus. Simillimamque cum Dalecampio in ſententiam Vossius acceperat, Inſtit. Poët. II. 31. 6. ubi ait: »re»de *Ariſtoxenum* ſcripſiſſe, *quemadmodum ἱλαρῳδία tragoe»diae cedit gravitate, ita eâdem comoediae cedere μαγῳδίαν.« At quis umquam praepoſitionem παρὰ ita uſurpatam apud ullum Graecum auctorem obſervavit, ut *poſt* ſignificaret? quae plane e contrario *praetergreſſionem* & *eminentiam* ſignificat, cum id, de quo agitur, *ſuperat alterum*. Quod ſi, omiſſo participio οὖσαν, ſic ſcriberetur, τὴν μὲν ἱλαρῳδίαν σεμνὴν παρὰ τὴν τραγῳδίαν εἶναι, tunc ſenſus foret, *hilarodiam graviorem eſſe tragoediâ, magodiam graviorem comoediâ*. At hoc non magis, quam id quod doctis viris viſum erat, dixit Ariſtoxenus. Sententia eius haec eſt: *hilarodiam eſſe parodiam* (ſive *iocoſam quamdam imitationem*) *tragoediae: magodiam eſſe ridiculam quamdam imita-*

tionem comoediae. Nempe praepositio παρὰ eodem modo hic d accipienda, quo in vocabulo παρῳδία usurpatur, ut valeat *ad exemplum* vel *ad imitationem*: denique eodem modo, quo in istis verbis apud Nostrum, I. 19. d. ἐποίησε δ' οὗτος καὶ παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας. Inde est etiam, quod, quae *hilarodia* apud Nostrum vocatur, eadem ἱλαροτραγῳδία (id est, *hilaris & iocosa Tragoedia*) adpellatur apud Suidam, in Ῥίνθων, ubi ait: Ῥίνθων, Ταραντῖνος, κωμικὸς, ἀρχηγὸς τῆς καλουμένης ἱλαροτραγῳδίας, ὅ ἐστι φλυακογραφία. Denique id ipsum, quod modo dicebam, Stephanus Byz. voc. Τάρας satis perspicue his verbis expressit: Ῥίνθων Ταραντῖνος, φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζων ἐς τὸ γελοῖον. De vocab. φλύαξ, quod in his locis occurrit, vide notata ad III. 86. a. Idem vocabulum paulo post apud Deipnosophistam habes.

Quod subiicitur οἱ μαγῳδοὶ καὶ κωμικὰς ὑποθέσεις λαβόντες, ὑπεκρίθησαν κατὰ τὴν ἰδίαν ἀγωγὴν καὶ διαθεσιν: videri poterat his verbis eadem fere inesse sententia, quam modo tribuebamus proxime praecedentibus, τὴν δὲ μαγῳδίαν, παρὰ τὴν κωμῳδίαν. Atqui cum ait, πολλάκις δὲ οἱ μαγ. &c. satis adparet, contineri debere his verbis aliquid diversum ab eo quod modo dixerat auctor. Et differt revera. Nempe generatim dixerat, *magodiam esse aliquam imitationem comoediae.* Nunc ait: *magodos interdum sumentes ea ipsa argumenta, quae a comicis quibusdam poëtis tractata sunt, suo more & habitu atque eâ formâ*, quae ipsorum institutio propria est, *illa effingere agereque.* διάθεσις est, *forma, habitus, adparatus.* cf. V. 201. f. Sic & sigillatim in re theatrali, τραγικὴ διάθεσις καὶ πρόσωπον, *adparatus* vel *habitus & persona tragica.* V. 198. a.

ἔσχε δὲ τοὔνομα ἡ μαγῳδία ἀπὸ τοῦ οἱονεὶ μαγικὰ προφέρεσθαι. »*Magodiam* vult auctor sic dictam ἀπὸ τοῦ »οἱονεὶ μαγικὰ προφέρεσθαι. Hesychius [in Μαγῳδὴ] ma»gum aliquem profert nomine Chrysogonum, a quo μα»γῳδὴ saltatio est nominata. « Casaubonus. — »Cur *ma»godia* dicatur, hanc causam adfert: quia, ut in Persia »Magi dicebantur pluvias ciere, & multa miranda phar»macis suis praestare, ita hi quoque suo carmine prodi»giosa multa, & mirifica exponerent medicamentorum »vires. Ut videantur non dissimiles fuisse medicis nostris »circumforaneis. « Vossius l. c. — Commode μαγικά τινα scribitur in *Epit.* Forte tamen suo iudicio Brevia-

tor voculam τινὰ adiecit. προφέρεσθαι cum editis tuetur (ni fallor) codex *A*. Idem verbum paulo ante positum erat, p. 620. f. Nec vero spernam προσφέρεσθαι, quod habet ms. *Ep.* Vide Animadv. ad l. 14. c. & Lexicon nostrum Polybianum, in Προσφέρεσθαι.

AD CAP. XV.

Παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις – – ὥς φησι Σωσίβιος. *Sosibius*, Spartanus, III. 78. c. Grammaticus Ptolemaei Philadelphi aetate, qui plura scripsit partim Athenaeo, partim aliis laudata.

e In *ALEXIDIS verſ.* 4. vix probum esse potest quod vulgo scribitur,

ἐὰν δὲ πτισάναν καὶ τρυβλίον, θαυμάζομεν.

Satis enim adparet, ut vocab. πτισάναν alià formâ hîc effertur ac versu superiore, nempe Spartanâ & Doricâ dialecto, sic & formam vocabuli τρυβλίον hîc nonnihil mutatam esse debere. Nec tamen e ms. *A.* discrepantia ab editis adnotata: Epitomae auctor vero posterius vocabulum consulto omisit, sic scribens: ἐὰν δὲ πτισάνας, θαυμάζομεν. Quâ formâ Lacones aut Dores extulerint id vocabulum nescio: id unum reperio, pro eo quod vulgo τρυβλίον scribi solet, subinde τρύβλιον mutato accentu scribi, subinde etiam τριβλίον per *iota* vocalem in primâ syllabâ: nisi fortasse huc pertinet, quod apud Hesychium legitur, Λιδρίον· τρυβλίον.

Verſ. 5 *ſq.* καὶ πάλιν, ἐὰν μὲν σευτλίον, παρείδομεν· ἐὰν δὲ τευτλίον, ἀσμένως ἠκούσαμεν.

Quum in Euphorionis Comici versum commentarer, apud Nostrum XI. 503. a. ubi (si fidem habemus libris) ridentur qui pro eo quod Attici σευτλίον dicebant, τεῦτλα amabant dicere, turbaverant me sequioris aetatis Grammatici, Moeris, Thomas Magister, & Etymologici M. auctor, uno ore praecipientes, Τεῦτλον & τευτλίον (per τ literam initio vocis) *Attice* dici, σεῦτλον vero & σευτλίον *communi* Graecorum linguâ. Itaque pro eo quod vulgo ibi scribitur, τὸ σευτλίον δὲ τεύτλα, coniectaveram inverso verborum ordine sic scriptum oportuisse, τὸ τευτλίον δὲ σεῦτλα. Et memineram quidem, cum alibi passim apud veteres scriptores Atticos reperiri scripturam per σ literam, tum in Antiphanis versu apud Nostrum, IV. 169. e.

ſed *Alexidis* teſtimonium, quod hîc legitur, ob oculos ha- e bens, nec vero ſatis diligenter expendens, exiſtimaveram Grammaticorum illorum praeceptum hoc ipſo *Alexidis* teſtimonio diſerte confirmari. Quod plane contra eſſe, nunc maxime intelligo: nam ex orationis conſecutione connexioneque fit perſpicuum, σευτλίον a poëta poni tamquam dictionem Athenis uſitatam, τευτλίον vero ut peregrinam & Laconicam: quod perſpecte HEMSTERHUSIUS viderat, monens ad Luciani Iudicium Vocalium cap. 8. Tom. I. pag. 314. ed. Bipont. »ex Alexidis verbis, quae »hîc proferuntur, conſtare *Lacones* τευτλίον & τεῦτλον »dixiſſe.« Itaque Euphorioni l. c. ſua maneant: & iunctis collatisque inter ſe illius & Alexidis teſtimoniis colligamus, ad *ſequioris aevi Atticiſmum* pertinere id quod de vocabulis Τεῦτλον & Σεῦτλον a praedictis Grammaticis monitum eſt. Confer eiusdem HEMSTERHUSII notata ibid. ad cap. 7. p. 309 ſq. & inſignem Aelii Dionyſii locum, quem idem vir ſummus ex Euſtathii Comment. ad Iliad. κ'. pag. 736. ed. Baſ. ibidem adpoſuit. Poſtremum *ALEXIDIS* verſum, cum defuiſſet ed. Ven. & Baſ., ex msstis adiecit Caſaub. & agnoſcit eumdem uterque noſter codex.

δικηλισταὶ cum editis tenet ms. *A*. Sic & Suidas in Σωσίβιος & in voce Δικηλιστῶν. Similiter Heſychius: Δίκηλον· φάσμα, ὄψις, εἴδωλον, μίμημα. ὅθεν καὶ ὁ μιμολόγος παρὰ Λάκωσι, Δικηλίτας. Nam idem eſt δικηλίτας & δικηλιστάς. Sed apud eumdem Heſych. habes etiam Δείκελον· (per ει diphthongum) φάσμα, ὁμοίωμα. Et apud Suidam: Δείκηλα· μιμήματα, εἰκάσματα. τὸ δει δίφθογγον: quae gloſſa reperitur quidem etiam ſub voce Δίκηλα, in vocum ſerie a δι incipientium; ſed & ibi diſerte adiicitur, τὸ δει δίφθογγον. Quare praeſtat fortaſſe ſcriptura *Epitomae*, δεικελισταί: quam inde habet etiam Euſtathius ad Od. ρ'. pag. 628. l. 4. Apud Plutarchum Δεικηλίκται, ſi vera ſcriptura. Vide Heſychii Interpp. & quem illi laudant MEURSIUM in Miſcellan. Lacon. lib. III. c. 6.

ὡς ἂν τις σκευοποιοὺς εἴπῃ. Vocab. σκευοποιὸς eâ notione hîc accipiendum, qua, Polluce teſte, II. 47. vetus comoedia ſic vocavit eum, quem ſequiores προσωποποιὸν dixere: *qui perſonas & alium adparatum ſcenicum conficit.* Confer Ariſtoph. Equit. 232. & Ariſtotelis & Plutarchi loca ab H. STEPHANO citata, Theſ. T. III. pag. 834.

ἄλλοι δ' αὐτοκαβδάλους. Sic ms. uterque cum editis, f

f cum hîc, tum mox iterum. Hesychius: Αὐτοκάβδαλα, αὐτοσχέδια ποιήματα, εὐτελῆ: id est, *tumultuaria & vilia poëmata.* Itaque αὐτοκαβδάλους dictos ait SALMASIUS, Exercit. Plin. p. 76. »quod ludicra, non praemeditata, ex tempore funditarent, risus captandi gratiâ.« Caeterum vide Hesychii Interpp. ad eamdem vocem.

οἱ δὲ φλύακας, ὥς Ἰταλοί. »Legit Eustathius οἱ δὲ »φλοίακας, per οι. Vulgo φλύακας. Vide lib. III. cap. »IX. *Italos* hîc accipe Magnae Graeciae incolas. In his erant »Tarentini. Stephanus DE URBIBUS: ἀνεγράφη καὶ Ῥίνθων »Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζων ἐς τὸ γε»λοῖον. Tamen illum locum aliter acceperunt eruditissimi »viri.« CASAUBONUS. — Vide ad III. 86. a. notata, Animadversion. T. II. pag. 75 sq. Ut ἰάμβος, de quo mox, sic & φλύαξ, non modo de *poëmatis genere*, sed & de ipso *poëtâ* dicitur. In nostro ms. *Ep.* cum scribi debuisset Ἰταλοὶ δὲ φλύακας, omissae sunt duae priores syllabae vocis Ἰταλοὶ, vacuo spatio relicto; pro ultimâ syllabâ λοὶ vero, perperam λα scribitur. Eustathius tamen in suo exemplo Epitomae veram & integram scripturam repererat: nam ipse quidem hunc locum ob oculos habens, ad Iliad. λ'. pag. 836. l. 47. sic scribit, Ἰταλοὶ δὲ φλοίακας.

Θηβαῖοι δὲ, τὰ πολλὰ ἰδίως ὀνομάζειν εἰωθότες, ἐθελοντάς. Recte τὰ πολλὰ ed. Cas. consentiente ms. *A.* In *Epit.* desunt ista, τὰ πολλὰ - - εἰωθότες. Recte vero ἐθελοντάς ed. Ven. cum msstis: temere ἐθέλοντας ed. Bas. & Cas.

Στράττις ἐπιδείκνυσιν ἐν Φοινίσσαις &c. »Recitantur »STRATTIDIS elegantes versus e *Phoenissis:* quibus pro»batur, *Boeotos aliter locutos esse ac Graecos alios. Sepiam,* a »inquit, (*vers.* 2 *sq.*) vocant ὀπιτθοτίλαν; vel ὀπισθοτίλαν, »ut Hesychius scribit & Eustathius, apud quem omnium »harum vocum Thebanae dialecti interpretationem legat qui »volet, in Commentariis ad Odyss. ξαλ. ρ'. [p. 628. l. 5 seqq.]« CASAUB. — Scriptura ὀπισθοτίλαν in nostro cod. *Ep.* inter lineas indicatur; sed in contextu ὀπιτθοτίλαν scribitur, quemadmodum in edd. & in ms. *A.* Recte: nam, ut ἵττω verbi caussa pro ἴστω Cebes Thebanus suo idiomate dixit apud Platonem in Phaedone, ττ pro στ posito, sic consentaneum est etiam τθ pro σθ extulisse Thebanos. Vocabulum interpretatur Eustathius, ἢ ὀπίσω τιλῶσα τὸν παρ' αὐτῇ θολόν. Sed de hoc & aliis huius loci vocabulis

adponamus quae DALECAMPIUS adnotavit: »Ὀπισθατί- a »λας, quia parte corporis posteriore stercus, i. e. atra- »mentum, effundit. Ὀρτάλιχος, pipio aurorae nuncius: »σακτὴς, saginator: κωτίλας, garrula. Iunius Adag. 99. »Cent. VI. «

Vers. 4. τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὀρτάλιχον. Sic Boeotus apud Aristophanem, Acharn. 871. ubi etiam Graecus interpres adnotavit, eo nomine Boeotorum dialecto *gallum gallinaceum* significari. Theocritus vero Idyll. XIII. 12. de *avium pullis* dixit *nondum volucribus*. Utrumque significatum notavit Hesychius.

Ibid. τὸν ἰατρὸν δὲ σακτάν. Sic acute σακτὰν scribitur in edd. ac puto etiam in ms. *A*. Penacutam scripturam σάκταν ex *Epit.* habet Eustathius. Et legitur quidem eodem modo scriptum vocab. apud Aristoph. in Plut. 681. at ibi *faccum* denotat, non *medicum*. *Vers.* 5. βλέφυραν δὲ τὴν γέφυραν. »*Pons*, sive γεφύρα, Thebanis φλεφύρα: »ita codices Athenaei. Breviator βλέφυραν. « CASAUBONUS. — At βλέφυραν non modo codex Epitomae dedit, unde & Eustathius habet: sed eodem modo in membr. *A*. scribitur. Vice versa vero τὰ γλέφαρα dixere Dores, pro τὰ βλέφαρα: ut docet Maittaire, in Dialectis pag. 140.

Vers. 7. τὸ γελᾶν δ' ἐκκριδδέμεν. »Falsum est, »Thebanorum dialecto dici τὸ γελᾶν ἐκκριδδέμεν. Verum »est quod reponemus, τὸ γελᾶν δὲ κριαδεμεν. Auctor & »fundus nobis huius emendationis Hesychius, qui Boeoti- »cam esse hanc vocem scribit, significantem γεννᾶν. Sed »narro tibi, Lector, vitiosi etiam hic doctissimi illius Cri- »tici sunt codices, & scribendum ex his Strattidis versi- »bus γελᾶν: nam, ut contra Strattidem ex Hesychio »emendemus, lex metrica vetat. Quare ita scribe in opti- »mis illis glossis: Κριαδέμεν, γελᾶν. Βοιωτία ἡ λέξις. Non »dubitabis, *Strattidis* versum hunc ab Hesychio esse spe- »ctatum. « CASAUBONUS. — Apud Hesychium pro γεννᾶν ex hoc Strattidis versu γελᾶν corrigendum esse, ante Casaubonum iam docuerat socer eiusdem H. STEPHANUS, in Indice Thes. pag. 1293 sq. Perperam vero apud eumdem Hesychium Κριαδέμεν scribi, oportuisseque κριδδέμεν, dorice & Boeotice pro κρίζειν, perquam probabile fecerunt viri docti, qui doctissimas Glossas suis Animadversionibus illustrarunt. Nec vero dissimulari debet, editam apud Athenaeum scripturam in vetustissimis codicibus non

a reperiri: nam in *Epit.* omissum est posterius hemistichium penultimi versus cum toto versu postremo; in ms. *A.* vero (quemadmodum sub contextu notavimus) ἐκκριδδαίωμεν scribitur, manifesto quidem vitio. Simplici verbo δὲ κριδδέμεν scripsisse Strattidem, statuit VALCKENARIUS, in Epist. ad Roever. pag. 76. Commode autem DALECAMPIUS monuit, ab hoc verbo derivatum videri Latinorum *ridere*.

Vers. 8. » Claudit postremus versus Strattidis:

» Νεασπάτωτον δ' ἤν τι νεοκάττυτον.

» Scribe, ἤν τι ἦ νεοκάττυτον. Emendationem Dalecampii vi» tii manifestam lex metrica arguit, ut alia taceam. Signi» ficat, *calceos* νεοκαττύτους, id est, *quibus suppacta recens so» lea, dici Boeotis* νεασπάτωτον, vel νεοσπατ. Ex hac voce » licet coniicere, Boeotis σπάτος *corium* dici. Quare de » illis accipio Glossographi verba: Σπάτος· δέρμα, σκύ» τος. Non dicit, ut fere solet, cuias vox ea sit; sed hoc » nos docet hic Strattidis versus. Idem interpretatur σπά» τειον, δερμάτινον. Ergo etiam σπατοῦν, *opus ex corio fa» cere* aut *sarcire*, dixerunt: id est, ut exponit Strattis, κατ» τύειν. « CASAUBONUS. — Praeter rationem utique Dalecampius νεοκατάτρυτον correxerat, *perforatum nuper* intelligens. Sed, ad metricam quod spectat rationem, non felicior est Casauboni emendatio,

νεασπάτωτον δ' ἤν τι ἦ νεοκάττυτον.

Est enim penultima vocis νεοκάττυτον longa. Certe in verbo καττύεται apud Aristoph. Eq. 314. & in nomine κάττυμα, ib. vs. 869. syllaba τυ producitur. Veram poëtae scripturam opportune conservavit vetus noster codex *A.* in quo (ut indicatur in notulis ex illo excerptis) postrema vox in τονη exit: unde prodit absolutissimus senarius,

νεασπάτωτον δ' ἤν τι νεοκάττυτον ἦ.

In secundâ syllaba vocis νεασπάτωτον non est quod haereamus, aut cur νεοσπατ. corrigamus: nil mutat vetus liber, nec vetat quidquam quo minus credamus vocali α ibi usus esse Boeotos, ubi alii Graeci ο posuissent. De vocab. κάττυμα nonnihil dictum ad XIII. 565. e.

AD CAP. XVI.

b ἐστεφανωμένοι κιττῷ σχέδην ἐπέραινον ῥήσεις. Imperite in editis ista sic scripta erant, quasi a voce Κιττῷ,

& deïn rurſus a verbo Ὠνομάσθησαν, verſus quidam caperent initium: tum etiam vitioſe ἐπερρῆνον ſcribebatur in edd. & in cod. *A*. Quo ſpectat quod ad hunc locum monuit CASAUBONUS: »Scribe *Semi Delii* teſtimonium, quod »homines infruniti verſu conſtare exiſtimarunt: Οἱ αὐτο»κάβδαλοι ἑστεφανωμένοι κιττῷ σχέδην ἐπέραινον ῥήσεις: »non autem ἐπερρῆνον. Neque enim eſt ab ἐπιρρήνω: nam »id quidem ineptiſſimum: ſed a περαίνω. Ῥήσεις ſunt *integri* »*poëtarum loci*. περαίνειν ῥῆσιν, plane eſt ῥαψῳδεῖν. Alii »dicunt, ῥήσεις εἰπεῖν: nam & περαίνειν, pro εἰπεῖν, uſurparunt Attici. σχέδην, eſt ἡσυχῇ, & *cum lentitudine quadam decorâ*: vel ponitur pro βάδην, cui mox [lit. *d*.] »opponitur στάδην.« — De voce σχέδην erudite, ut ſolet, CORAYUS in Notis msstis monuit: »Forſ. αὐτο»σχέδην. Quatuor primores literae vocis αὐτοσχέδην »abſorptae fuere a quatuor praecedentibus ιττῳ. Contra»rium plane accidit in Luciani Fugitivis, T. VIII. pag. »328. edit. Bipont. μηνύειν ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ: ubi legen»dum νόμῳ, expunctis quatuor literis αὐτο, quas pepe»rit vox praecedens. Porro tuetur noſtrum αὐτοσχέδην »cum ipſum αὐτοκαβδάλων nomen, tum Heſychii auctoritas, qui αὐτοκάβδαλα exponit αὐτοσχέδια ποιήματα.« — Quae ſane inſignem veri ſpeciem habent: niſi forte ſtatuere licet, ut σχεδιάζειν ſubinde pro αὐτοσχεδιάζειν ponitur, ſic & σχέδην idem atque αὐτοσχέδην valere. De notione vocabuli ῥῆσις, cum alibi nonnihil obſervavimus, tum ad XI. 501. a. Confer Caſauboni Notas ad Theophraſti cap. 15. περὶ Αὐταδείας, ſub fin. pag. 286. περαίνειν Graeci nonnumquam pro εἰπεῖν dicunt, quemadmodum Latini *exſequi*. Confer Caſaub. ad Athen. IX. 396. b. Animadv. Tom. V. pag. 184. Diverſa notione Dialectici dicunt περαίνειν, pro *concludere*, quemadmodum etiam latine *efficere* eâdem notione dicimus: de quo verbi uſu diximus in Notis ad Epicteti Diſſertat. lib. I. cap. 7. pag. 102 ſqq. Eſt autem iſtud verbum, in quo errarunt hoc loco alii, recte ſcriptum in Epitomâ, ubi ſic: Σῆμος δὲ φησὶ, τοὺς αὐτοκαβδάλους ἐστεφανωμένους κιττῷ, περαίνειν ῥήσεις. Ex *Semi Delii* verbis ab Athenaeo hîc adpoſitis nonnulla excerpſit Suidas, in voce Σῆμος.

καὶ ἐστεφάνωνται χειρίδας ἀνθινὰς ἔχοντες. Ad ἐστεφάνωνται vel adiici vel intelligi debere κιττῷ, monuit TYRWHITT, ad Ariſtotelis Artem Poët. pag. 130. & ab illo

edoctus *Fiorillo* ad Herod. Attic. pag. 158. χειρίδας ἀνθινὰς Dalec. *manicas anthino colore* (i. e. *violaceo*) *tinctas* intellexerat: quem secutus est *Vossius*, Institution. Poët. II. XXXI. 5. At ἀνθινὰ dicuntur *vestes floridae*, i. e. *variegatae*, *versicolores*. Vide Animadv. ad VII. 281. d. *Ibid.* ταραντῖνον καλύπτον αὐτοὺς &c. Recte ταραντῖνον dedere ambo nostri mssti: quam scripturam iam e codicibus Londinensibus commendaverat BENTLEY, in Diss. de Phalaridis Epist. pag. 351. Conf. XII. 522. d. & ibi notata. Pro καλύπτον, vitiose καλύπτρον scribitur in ed. Cas. 3.

σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες. διὰ τοῦ πυλῶνος, *per vestibulum* cum Dalecampio interpretatur Vossius l. c. Nos *per maiorem portam*; intelligentes *mediam* e tribus illis, quas in scena fuisse Pollux tradit, IV. 124.

c Ἀνάγετ' εὐρυχωρίαν &c. In edd. & in cod. *A.* plene scribitur, Ἀνάγετε: in ms. *Ep.* ἀνάγετ', elisâ ultimâ vocali. Quum autem ista verba veluti soluto sermone concepta vulgo scriberentur, monuit TYRWHITTUS l. c. & post eum *Fiorillo*, latere hic particulam *carminis ithyphallici* ex eo genere, e quo est carmen ab Athenaeo conservatum lib. VI. cap. 63. Sed *primum versiculum* eius fragmenti, quod hic adponitur, sic integrandum coniectaverat idem politissimus *Tyrwhitt*:

Ἀνάγετ' ἀνάγετε κῶμον, εὐρυχωρίαν.

deinde reliquos ita, ut a nobis factum, digerendos docuit, adiectâ hac Notâ: »Versiculus quem ab iambico »distinxi, *Phallicus* κατ' ἐξοχὴν dicebatur. Vide Terent. »Maur. pag. 2440. ed. Putsch. « — Haec, ut multa alia, quum Tyrwhitti libro caream, *Boissonado* meo debeo. Quid sit vero quod ἐσφυρωμένος hic dicatur, nec mihi liquet, & a nemine certâ ratione declaratum reperio. Absque interpretatione, post Budaeum, adposuit id verbum H. Stephanus, Thes. III. 1192. f. g. DALECAMPIUS, *malleo ductus* interpretatus est, adiectâ notâ: »Sic aeneam imagi»nem Bacchi vocat.« Quem secutus est *Vossius* l. c. At non tam ad *Bacchi* simulacrum, quam ad ipsius *phalli formam* referendum verbum videtur. De quo etiam cogitans idem DALECAMPIUS, duas emendationes proposuit: »ἐσφιγμένος, *adstrictus*: & ἐσφηνωμένος, *arctatus*.« — Eodem haud dubie respexit CORAYUS, quaerens in *Notis mssis* ad hunc locum: »An ἐσφηκωμένος?« — Sic sane videtur: *cuneatus*, *acuminatus*.

προπόλιον δὲ ἐξ ἐρπύλλου περιτιθέμενοι, καὶ παιδέ- c
ρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται. Eodem modo, ad verbum, & ad literam, cum editis libris ſcribitur in utroque noſtro msto. At, quid ſit προπόλιον, nemo novit. Perſpecte idem doctiſſimus CORAYUS: »An προβόλιον?« — Nempe diminutivum nominis προβολὴ, quod ſignificat *quidquid praetenditur, quo nos tegimus, praecingimus,* aut *munimus.* Sed merito mireris, quo pacto idem *Semi Delii* locus apud Suidam vulgo ſcriptus exhibeatur, in voce Σῆμος; ubi ſic: οἱ δὲ φαλλοφόροι οὐ χωρὶς ἐρπύλλου καὶ παιδέρωτος ἔσκεπον τὰς ὄψεις, κιττῷ καὶ ἴοις στεφανούμενοι. Quae verba quidem in hunc modum intelligi poſſunt, *Phallophori non niſi ſerpyllo & paederote tegebant faciem* &c. Sed in Suidae editione Mediolanenſi ita ſcribitur, οὐ χωρὶς ἐξ ἐρπύλλου. De quo monens TOUPIUS in Emend. in Suid. P. III. pag. 413. ait, » aliud eſſe οὐ χωρὶς ἐρπύλλου, aliud »οὐ χωρὶς ἐξ ἐρπύλλου. Nempe hoc, οὐ χωρὶς ἐξ ἐρπύλ»λου, ſonare *nonniſi ſerpyllo.* « — Quod mihi plane contra videtur. οὐ χωρὶς ἐρπύλλου valere poteſt *nonniſi ſerpyllo.* οὐ χωρὶς ἐξ ἐρπύλλου ἔσκεπον τὰς ὄψεις, ſi quid video, vix Graecum eſt. At, voculam ἐξ quidem non de nihilo eſſe, nec temere in Suidae editionem principem irrepſiſſe, ex hoc ipſo Athenaei loco ſatis intelligitur: ſed, eâ poſitâ, deſiderabatur dativus caſus a verbo ἔσκεπον pendens, qui fortaſſe ſub ipſâ illâ ſcripturâ οὐ χωρὶς latet: aut, ſi genuina ſunt haec verba, intercidit apud Suidam illud ipſum nomen in dativo caſu poſitum, cuius loco in Athenaei libris hodie corrupta vox προπόλιον legitur.

αὔναξ τε περιβεβλημένοι. »Alii has veſtes appel»lant καυνάκας: & ita fortaſſe ſcribendum hic quoque.« CASAUBONUS. — Omiſſa iſta ſunt in *Epitomâ,* in qua poſt verba ἴων καὶ κιττοῦ ſic continuatur oratio: καὶ πρῶτον μὲν ᾄδουσί τι ἐν ῥυθμῷ· εἶτα προτρέχοντες τωθάζουσι στάδην οὓς ἂν &c. omiſſis etiam verſiculis illis, Σοὶ, Βάκχε, &c. Itaque vox αὔναξ, quae hic vulgo ponitur, unius codicis *A.* (e quo tenent alii) ſtat auctoritate: nec enim apud alium quemquam vel veterem auctorem vel Grammaticum ea vox reperitur. καυνάκην, *Perſicum veſtimenti genus,* nominavit Ariſtoph. Veſp. 1137. & 1149. ed. Br. Inde maxime habent Grammatici, Suidas in Καυνάκης, Heſychius in Καυνάκας, Pollux VII. 58 ſq. & idem alibi. De quo vocab. confer quos laudarunt He-

ſychii Interpp. l. c. *Gaunace* per *g* literam ſcribitur apud Varronem, de L. L. IV. p. 46. T. I. ed. Bipont. ad quem locum vide notata T. II. eiusdem edit. p. 112.

οἱ δὲ κατὰ μέσας τὰς θύρας βαίνοντες. »Cogitemus »de proximis verbis, οἱ μὲν ἐκ παρόδου, οἱ δὲ κατὰ μέσας »τὰς χεῖρας βαίνοντες ἐν ῥυθμῷ. Venerat in mentem, »κατὰ μέσας τὰς χορείας: ſed nihil pronuntiare, tutius »eſt.« CASAUBONUS. — Θύρας ſcriptum oportuiſſe, perſpecte monuit KÜHNIUS olim noſtrâs, ad Polluc. IV. 124. Atque id ipſum non modo nobis perſpicue ſcriptum obtulit vetus cod. *A.* verum etiam Caſaubono Farneſianus codex obtulerat; nam ipſius Caſauboni manu hoc ipſum Θύρας ex illo codice in orâ ed. Baſ. adnotatum video: quo magis miror inſuper habitam a docto Viro hanc unice veram ſcripturam. De literis X & Θ librariorum errore ſubinde inter ſe permutatis, diximus ad VIII. 343. f. Anim-adv. T. IV. pag. 563. Aliud exemplum eiusdem generis notavimus lib. XI. pag. 496. d.

d *Verſiculorum*, qui ſequuntur, *tertius & quartus* ſic ſcribebantur:

καὶ μὰν ἀπαρθένευτον οὔτι ταῖς πάρος
κεχρήμεθα πανώδασιν, ἀλλ' ἀκήρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

Ibi monuit CASAUBONUS: »Distingue poſt ἀπαρθένευτον »maiore diſtinctione: & poſtea ſcribe,

»— οὔτι ταῖς πάρος
»κεχρήμεθα νῦν ᾠδαῖσιν.« —

Vulgatum πανώδασιν non niſi ed. Caſ. habebat: in ed. Ven. & Baſ. κανώδασιν legebatur, non minus monſtroſe. Ex ms. *A.* ſcriptura enotata eſt huiusmodi, κεχρημε πανωδαισιν: ſub qua an aliud quid lateat, doceant nos ingenioſiores; nobis viſum erat, κεχρήμεθα μὰν ᾠδαῖσιν debuiſſe librarium. Particula μὰν Dorice non modo pro communi μὴν uſurpatur, ſed frequenter etiam pleonaſticâ quadam ratione reliquae orationi interſeritur.

εἶτα προτρέχοντες. Praetuli hoc, quod dedit ms. *Ep.* neſcio an & ms. *A.* e quo quidem nullam ab edito προστρέχοντες discrepantiam enotatam video. Quae ſubiiciuntur verba, στάδην δὲ ἕτραττον· ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαδίζων, καταπλησθεὶς αἰθάλῳ: dubitari poteſt ſatis-ne integra ſint. Omiſit illa Breviator: nil autem mutat codex *A.*

AD CAP. XVII.

περὶ Ἀμοιβέως, τοῦ καθ' ἡμᾶς κιθαρῳδοῦ. Fingit Athenaeus citharoedum ſuae aetatis *Amoebeum*, deſumto nomine a ſuperiore quodam Amoebeo, cuius meminit pag. ſeq. *d.* *Mox dein*, γεγωνότερον correxi, ut uſus & analogia ſuadebat; & otioſam δὲ particulam, quae hîc inſerta erat, delevi. Mendoſam editorum ſcripturam, tenet quidem (quod ſciam) codex *A.* In *Epit.* vero deſunt iſta verba. e

Amoebeum autem ſuum, *ſero ad coenam venientem*, eo maxime conſilio hic finxit Athenaeus, quo occaſionem captaret, poſt plurimas *coculorum* ῥήσεις ſuperioribus libris recitatas, duas etiam nunc, quas olim neglexerat, nobis adponendi. Quarum in priore, ex *Eubuli Auge* ducta, cum *verſ.* 1. vitioſe ἐν πάλαις ἔτι editum eſſet, monuit Casaubonus: »Omnino ſcribe ἐν πύλαις ἔτι.« — Hanc ipſam ſcripturam ex ſua Epitomâ iam olim Hoeschelius commendaverat: eamdemque communi conſenſu ambo noſtri exhibent mssti. *Verſ.* 5. κατηλόηται bene edd. Sic & *Epit.* quamquam in noſtro codice videri poſſit mendoſe κατηλόκται ſcriptum: nempe currente calamo litera η fere ſimillima fit literae κ: ex quo natos varios poſteriorum ſcribarum aut Editorum errores iam ſaepius obſervavimus. Quod in cod. *A.* ſcribitur κατηλόϊσται, id eam formam habet, quaſi a verbo καταλοΐζω deductum: quod quidem verbum nusquam alibi, quod ſciam, reperitur, nec analogiae videtur eſſe conſentaneum. *Verſ.* 6. ἀκροκώλια quae dicantur, expoſitum eſt ad II. 63. e. *Verſ.* 7. ἀλλᾶντος τόμος. Similiter ſupra, IX. f 403. a. & VI. 468. f.

Verſ. 9. παρεγκέκαπται σταμνί' ἐννέ' ἢ δέκα. Ad vitioſum στάρνι' adnotaverat Casaubonus: »Non displicet coniectura Dalecampii, τ' ἀρνία, *agniculi*. Magis tamen placet vel ἄρνια, pro ἄρνεια, ſupple κρέα; »ut dicimus λαγῷα ſimpliciter, pro *leporinae fruſtis*: vel »στερνία, ut ea ſignificentur, quae in ſuperioribus libris στηθύνια & στηθείδια dicebantur. Culinae & macelli ſunt vocabula.« — Poſt nominata *ciborum* plura genera, conſentaneum erat, ut *vini* etiam fieret mentio: & κάπτειν & ἐγκάπτειν perinde & de *potu* & de *cibo* dicitur. conf. Animadv. ad IX. 388. d. Quare cum certius

nil haberem, probabiliſſimum viſum erat παρεγκέκαπται σταμνί', quod propoſuit VALCKENARIUS, Animadv. ad Ammon. pag. 21. probavitque & copioſius illuſtravit TOUPIUS, in Cur. Noviſſ. pag. 298 ſq. ubi cum alia erudite ingenioſeque obſervata, tum illud, quod apud Heſychium in Ἐγκάπτει, pro eo quod vulgo ſcribitur ἐκπνεῖ, haud dubie ἐκπίνει ſcriptum oportuerit. Videndum tamen ne quid aliud lateat ſub iſto στέρανι', quod hîc habet codex *A.* ad Caſauboni στερνία proxime accedens. In *Epit.* omiſſus hîc verſus eſt.

Verſ. 11. ὡς λύκος χανών. Vide Suid. in Λύκος ἔχανεν, & ſupra, IX. 380. b. *Poſtremo verſu* commode editum eſt συχνὸν δράμης: ubi mendoſe συχνω δραχμῆς ms. *A.* unde συχνῶς legendum videri poterat: ſed placet συχνὸν, ſcil. χρόνον. In *Epit.* omiſſis poſtremis verbis, ecloga in haec deſinit, καὶ τῶνδ' ἁμάρτης.

ANTIPHANIS ex *Philothebano* quatuor priores verſus iam aliâ occaſione adpoſiti erant lib. IV. pag. 169. c. d. Quod *anguillam Boeoticam, cognominem* dicit *mulieris quae intus eſt*, ſive *hoſpitae*, ut vertit Dalecampius: videtur ſignificare, nomen mulieris fuiſſe *Copaidem*, ut h. l. adnotavit idem DALECAMPIUS; nam in Boeoticis anguillis praeſertim laudatae erant quae *Copaides* vocabantur: de quibus & alibi paſſim dixit Deipnoſophiſta, & ex profeſſo lib. VII. pag. 297. c. d.

a *Verſu* 3. pro eo, quod pag. 169. μιχθεῖσα legebatur, hoc loco τμηθεῖσα cum editis agnoſcunt ambo mssti noſtri. *Verſus* 4. quum imperite in ed. Ven. ſic ſcriptus eſſet,

χλιαίν' ἔτ' αἴρε' θέξεται παφλάζεται,

eodemque fere modo in ed. Baſ. repetitus; HOESCHELIUS ex Epitoma ſic corrigi iuſſit,

χλιαίνεται, ἐξαίρεται, παφλάζεται.

Atque ita etiam in noſtro cod. *Epit.* ſcribitur: eamque ſcripturam tacite in contextum recepit Caſaubonus. At codex *A.* ita habet, χλιαίνετ' αἰρεθέξεται παφλάζεται: in quo (niſi quod perperam ξ pro ϟ poſitum) perſpicue id ipſum continetur, quod pag. 169. legebatur,

χλιαίνετ', αἴρεθ', ἕψεται, παφλάζεται.

Quod *verſu* 5. ait coquus, προσκάεται, id *excoquitur* interpretatus eſt Dalec. notans in orâ, proprie *aduri* ſignificare. Ac ſane alienum ab hoc loco videri debuit, *aduri*

intelligere. Sed, ut πυροῦν, ſic etiam κάειν & προσκάειν a recte de *coquendis ad ignem & fervefaciendis cibis* dici videtur. Confer quae notavimus ad iſtud Ariſtophanis, τὴν κακκάβην κάε, apud Noſtrum, IV. 169. c. *Eodem verſ.* quid ſit quod edebatur χαλκεὺς ἔχων μυκτῆρας, non video. Ex ms. *A.* nil enotatum: in cod. *Epit.* χαλκεῦς ſcribitur cum circumflexo, haud multo quidem melius; ſed ita tamen, ut aliquod verae ſcripturae χαλκοῦς veſtigium in ipſo accentu ſuperſit. *Verſ.* 6. ἐξελθεῖν πάλιν reſtitui ex ed. Ven. & Baſ. conſentiente cod. *A.* ἐξέλθοι quidem *Epitoma* habet: ſed nil cauſſae fuerat, cur id in veteris ſcripturae locum reciperet Caſaubonus.

Verſ. 8. Λέγεις μάγειρον ζῶντα. Quo pacto hoc dicatur, parum liquet. Poſſis *interrogative* accipere, *An dicis tu, coquum hunc* (nempe, *me*) *vivere?* id eſt, *ſtrenuum eſſe, actuoſum, operi intentum?* Poſſis etiam cum Dalecampio *alteri perſonae* tribuere. B. *Nae tu vivum* (*ſtrenuum*) *coquum dicis.* Sed in aliam ſententiam idem interpres acceperat, nempe: *Vera-ne, o coque, narras?* Quae Graece ſic reddidit PURSANUS: Λέγεις, μάγειρε, τ' ὄντα; Eadem ratio Gallico placuit interpreti.

Quod de *impasto mugile* ait *verſ.* 9. id pertinet ad illud *mugilum* genus, cui peculiare nomen νῆστις a *ieiunando* erat. Vide lib. VII. cap. 49. ibique notata. Ac videri poſſunt haec in eamdem ſententiam dicta, in quam (ut in Animadv. ad VII. 308. b. Tom. IV. pag. 292. diximus) a multis doctis viris accipiuntur illa Ariſtotelis verba, κεστρεὺς ὅταν ᾖ μὴ νῆστις, φαῦλος: nempe, *malum in cibo mugilem eſſe, niſi ieiunus ſit.*

Verſ. 10. »Decimus *Antiphaneae* ῥήσεως olim corru»ptus eſt:

»κεστρεὺς λεπισθεὶς καὶ † σπασθεὶς, χρωσθεὶς, στραφείς.

»Dalec. ἁλὶ πασθείς: recte, ſi negligere modulum verſus »rectum eſt. Idem dixeris de Breviatore, qui ſcribit, Κε»στρεὺς λεπισθεὶς, πασθεὶς, στραφεὶς, χρωσθείς. Nos »legimus, κεστρ. λεπ. καταπλυθεὶς, χρ. στρ. ſerva»to metro, planâ ſententiâ.« CASAUBONUS. — Ad καὶ σπασθεὶς, quod in ed. Caſ. in contextu poſitum, nihil e noſtro cod. *A.* adnotatum, niſi ignorare eum καὶ particulam cum cod. *Ep.* Videndum vero, ne in eodem cod. *A.* non σπασθεὶς legatur, ſed πασθεὶς, quemadmodum in

ed. Ven. & Baſ. & in ms. *Ep.* Quorum tamen verborum quum neutrum aptum huic loco videretur, probabilem Caſauboni emendationem καταπλυθεὶς adoptavi. στραφεὶς ante χρωσθεὶς non modo Epitoma habet, verum etiam vetus codex *A.* reclamante metro; cui ſatisfecere iam olim editores, iſtud ad finem verſus reiiciendo. Sed quum Caſaubonus, de vi verbi χρωσθεὶς nihil monens, admiſſâ ſuâ emendatione nunc planam huius verſus ſententiam eſſe dixerit; velim ſcire, an χρωσθεὶς cum Dalecampio intellexerit ille *oleo perunctus*; quod Graece χρισθεὶς, non χρωσθεὶς ſonat. χρωσθεὶς ſane nihil aliud niſi *coloratus* valet: quod intelligi poſſit de *caeruleo vel glauco colore, quem induit piſcium cutis* cum aceto elixatorum. Quam notionem, ut videtur, ſecutus Gallicus interpres, pro καὶ σπασθεὶς, quod in ed. Caſ. legebatur, καὶ σπάθαις legens, ſic convertit: *il a les plus belles couleurs ſur les cotés.* Nempe σπάθας *coſtas* intelligebat: quo tamen Graeco vocabulo non tam generatim *latera* vel *coſtae*, quam ſigillatim *oſſa coſtarum* (τὰ τῶν πλευρῶν ὀστᾶ) adpellantur, ut Pollux docet, II. 181.

Verſ. 11. Cum ait μέρος δρόμου περῶν, idem valet περῶν ac περαίνων. Sic quidem vulgo Graece dicitur, ὁδὸν vel δρόμον περαίνειν, non περᾶν.

b *Verſ.* 12. σίζει κεκραγώς. Ex *Epit.* hoc recipiendum putavi, *ſtridet magna voce.* Sic quidem ſaepe uſurpatum verbum σίζειν, de *piſcibus elixis* aut *frixis*, in ſuperioribus libris vidimus: ut IV. 136. c. VI. 268. f. VII. 285. c. d. &c. ἥξει quidem intelligi poterat *veniet in menſam, adponetur*, ut ſaepius alibi. At, hoc ſumto, ſtatuendum fuerit κεκραγὼς hîc dici pro σίζων: quod minus commodum. Praeterea agitur hîc de piſce qui adhuc paratur, & de ſtatu in quo ille etiam nunc eſt; quandoquidem continuo etiam ſubiiciatur, παῖς δ' ἐφέστηκεν ῥάνων ὄξει, *adſtat puer aceto illum irrorans.* ῥάνων cum editis tenet vetus cod. *A.* idem valens ac ῥαίνων, quod Breviator hîc poſuit, uſum loquendi magis ſpectans, quam id quod metrica lex deſiderabat.

Verſ. 13 *ſq.* Quod ait, Λίβυς τε καυλὸς – – σιλφίου: conf. Animadv. ad I. 28. d. & ad II. 63. d.

Verſ. 15. Εἶτ' οὐκ ἐπωδούς φασιν ἰσχύειν τινές. In cod. *Ep.* ſcribitur φησὶν ἰσχύειν τινάς. Nos tenendum id putavimus, quod conſentiente vetere cod. *A.* editum re-

perimus. Potuerint autem haec eiusdem coqui, qui adhuc b locutus erat, verba esse, de arte sua gloriantis. Sed facile patiar, *alteri personae* tribui, quemadmodum Dalecampius accepit, sic vertens :

B. *Et sunt qui nihil posse incantatores putent ?*

Fuerintque fortasse eiusdem personae *B.* illa etiam, (*vers.* 16 *sq.*)

ἐγὼ γὰρ ἤδη τρεῖς ὁρῶ μασσωμένους,
σοῦ ταῦτα συστρέφοντος. —

Sed quae his subiiciuntur, Ἥ τε σύννομος &c. haud dubie rursus coqui verba sunt, cuius vel solae vel principes certe in totâ hac eclogâ sunt partes. Iam quod ait, ἐγὼ γὰρ - - μασσωμένους, id ad verbum sonat hoc ipsum quod in versione posuimus : *Ego enim iam tres video manducantes :* sed, quid sit quo spectet qui haec loquitur, minime mihi liquere profiteor. Mire quidem DALECAMPIUS *tres pisces mandentes* huc induxit : quos (in adiectâ ad oram Nota) finxit »Instar mandentium os dimoventes, quod »sit (inquit) a moribundis piscibus.« — Quem locum, ut multos alios, silentio praeteriit Casaubonus. Gallicus interpres *tria fercula ad comedendum parata* intelligit : »*trois* »*mets à manger :*« quae notio quo pacto e Graecis verbis elici possit, ipse viderit. Nec illud satis perspicuum, quid hic valeat σοῦ ταῦτα συστρέφοντος. *Haec dum tu convertis* interpretatur Dalecampius ; *haec*, intelligens *anguillam & mugilem.* Similiter Gallicus interpres : *pendant que tu retournes ces autres choses-là.* Vide vero, ne sententia sit : *has dum tu ῥήσεις & pulcras loquendi formulas torques :* aut nude, *haec dum tu paras.*

Vers. 17 & *seqq.*

— Ἥ τε σύννομος
τῆς κυφονώτου σῶμ' ἔχουσα σηπίας,
ξιφηφόροισι χερσὶν ἐξωπλισμένη
τευθὶς, &c.

Cum σηπία vulgo legeretur, Dalecampius (ut modo dicebam) de *tribus piscibus* hîc agi statuens, primum piscem posuit *sepiam*, alterum *teuthidem* sive *loliginem*, tertium *sargum*, quem ex vocab. σαρκὸς (*vers.* 21.) exsculpsit, σαργος legens. Eamdem rationem Gallicus secutus est interpres. Et scripturam quidem σηπία (*vers.* 18.) tuetur etiam vetus noster cod. *A.* Sed tota reliqua orationis structura satis ostendebat σηπίας scriptum opor-

b tuisse, quemadmodum & KOPPIERS in Obsservatis Philol. pag. 57. & TOUPIUS in Curis Noviss. pag. 241. ex ingenio correxerunt: eamque ipsam scripturam perspicue nobis exhibuit noster codex *Epit.* Quo fit ut tota ista ῥῆσις, & sequentia verba usque ad finem *versus* 23. ad *teuthidem* referantur: quod etiam ex participio ἐκκαλουμένη intelligi par erat, in foeminino genere posito, ad substantivum τευθὶς relato, non ad fictum a Dalecampio σάργος. Adpellatur autem *loligo* primum σύννομος: quod vocabulum si nude positum intelligas, significabit *gregalem* piscem, ut vertit Dalec. id est ex eo genere qui *gregatim vivunt*, ἐκ τῶν συναγελαζομένων, ut ait Aristoteles apud Nostrum, VII. 326. b. Possis vero etiam intelligere σύννομον σηπίας, *quae eodem cum sepiâ pabulo utitur, unà cum sepiâ vitam agit*; & , quod continuo adiicitur, *corporis formam illi similem habet*, σῶμ' ἔχουσα σηπίας: sive cum KOPPIERSIO (Obsservat. Philol. pag. 57.) σχῆμ' ἔχουσα legere malueris. κυφονώτου, pro vulgato κουφονώτου scripsi monente TOUPIO l. c. cui iam praeiverat Dalecampius: *cuius corpus gibbo dorso prominet.*

Vers. 19. ξιφηφόροισι χερσὶν ἐξωπλισμένη dicitur τευθὶς: nempe, cuius anteriores manus *in modum ensium* prominent.

Vers. 20 *& seqq.* — μεταλλάξασα λευκαυγῆ φύσιν
σαρκὸς πυρωτοῖς ἀνθράκων βαπίσμασι,
ξανθαῖσιν αὔραις σῶμα πᾶν ἀγάλλεται.

Cum πυρωθεὶς ederetur, in promtu erat πυρωθεῖσ' (nempe πυρωθεῖσα) corrigere: quod iam olim a *Conr.* GESNERO factum video, De Aquatilib. pag. 497. & post eum ab aliis doctis viris. In his PIERSONUS, Verisimil. II. 10. pag. 251. simul σάρκας corrigendum censuit; ut esset πυρωθεῖσα (κατὰ) σάρκας. At, sicut in scripturam σαρκὸς cum editis consentit uterque codex mstus, ut cohaereant ista, λευκαυγῆ φύσιν σαρκὸς, *candidam carnis naturam*; sic & uterque codex πυρωτοῖς dedit, dativum casum, ad βαπίσμασι ἀνθράκων referendum, *igneis* vel *ignitis ictibus prunarum.* Quibus positis, non opus videtur, ut βαπίσμασι in βιπίσμασι mutetur, quod ABRESCHIO placuerat in Add. ad Aristaenet. pag. 122. suffragante PIERSONO l. c. & COc RAYO in Notis mstis. Quid dicat ξανθαῖσιν αὔραις *vers.* 22. minus liquet: *flammis* intelligebat GESNERUS; αὐγαῖς legendum PIERSONUS censuit.

ὥστε γ' εἴσιθι. » In *penultimo*,
» ὥστ' εἴσιθι, μὴ μέλαε, χώρει. δεῖ γὰρ ἠριστήκοτας, c
» verſum corrumpunt prima verba, ὥστ' εἰσιθι: quae non
» ſunt *Antiphanis*, ſed Sophonis [coqui,] qui Antipha-
» neam ῥῆσιν pronuntiabat. Quamquam fieri poteſt, ut
» ea fuerit ultima dipodia praecedentis verſus, cuius cae-
» tera omnia, more ſuo, Athenaeus praetermiſerit. « CA-
SAUBONUS. — ὥ σ τ' εἰσιθι cum editis habet *Epit.* Sed ὥστε γ' εἴσιθι dedit vetus cod. *A.*

Ad *CLEARCHI* eclogam ex *Citharoedo* nil aliud niſi haec monuit CASAUBONUS: » Depravatus eſt Clearchi ultimus,
» τὸ φωνάριον ἡμῶν περίσαργον γίνεται.
» Legam, περίαυγον, aut περιαυγὲς, *vox clara*. Cur non
» ita dici queat, ſicut φωνὴ λαμπρὰ & μέλαινα? « — περί-
λαμπρον correxerat GESNERUS, De Aquatilib. pag. 293. atque ita etiam GROTIUS, in Excerpt. pag. 827. ubi verſiculos latine ſic reddidit:

Manduca congrum candidum, & ſi quid tenax
praeterea eſt. Namque haec ſpiritum corroborant,
& voci pariter clarum concinnant ſonum.

Nobis in mentem venerat, ut ἰσχνὴ φωνὴ dicitur *vox tenuis, exilis*, ſic e contrario περίσαρκον φωνὴν dixiſſe hunc poëtam *validam, claram* & *ſonoram*: veluti *carnoſam* & *corpulentam*. Similiter certe & ὑπέρογκος φωνὴ apud Pollux. II. 116. dici videtur vox *admodum ſonora*. Id ſi ſumere licet, in unâ literâ erraverint librarii, περίσαργον pro περίσαρκον ſcribentes. Sed de *primo verſiculo* mireris nihil a *Caſaubono* monitum; cum praeſertim ſcriptura, quae in ipſius editione Athenaei legitur, non minus a recta ratione, quam a librorum ſcripturâ discedat. Nam pro eo quod in ed. Ven. & Baſ. conſentiente ms. *A.* (in *Epit.* enim omiſſa haec ecloga) ita ſcribitur:

Γόγγρῳ τε λευκῷ πᾶσι τοῖς κολλώδεσι
βρόχθιζε &c.

in ed. Caſ. ſic legitur:

Γόγγρον τε λευκὸν πᾶσι τοῖς κολλώδεσι
βρόχθιζε &c.

Atqui ſi, ut compoſitum verbum καταβροχθίζω apud Noſtrum, III. 94. d. & VI. 270. b. ſic etiam ſimplex βροχθίζω cum *accuſativo caſu* conſtruendum ſtatuas, non poterant poſt Γόγγρον τε λευκὸν iſta πᾶσι τοῖς κολλώδεσι ſic nude adiici: ſed cum GESNERO (cuius emendationem ob ocu-

los habuiſſe Caſaubonus videtur) totus primus verſus in hunc modum corrigendus erat :

Γρόγγρον τε λευκὸν πᾶσι σὺν κολλώδεσι.

Quod ſi ita edere voluerat vir doctus, nec ei paruere operae; recte facturus erat, ſi in Animadverſionibus, quae aliquot poſt annis prodiere, de illo errore monuiſſet lectorem. Nos GROTIUM ſecuti ſumus, tenentem in priori hemiſtichio id, quod libri dabant, Γόγγρῳ τε λευκῷ, tum in altero hemiſtichio πᾶσί τε τοῖς κολλώδεσι ſcribentem. Verbum βρογχθίζω, ab ὁ βρόγχθος (*guttur*) derivatum, proprie ſonat *guttur exerceo*, aut *guttur impleo*: adeoque haud incommode cum *dativo caſu* eius rei, qua guttur implemus, aut in qua illud exercemus, conſtrui poſſe videtur.

d εἰ ἐξέλθοι ᾄσόμενος. Non displicet quod editum erat ὅτε ἐξέλθοι: immo miratus ſum veteres noſtros libros hanc non agnoſcere ſcripturam. Qui quum in εἰ ἐξέλθοι conſentiant ambo, reſtituere hoc auctori debuimus. Et eſt quod differat. ὅτε ἐξέλθοι ſonat, *quoties prodiret in theatrum* vel *in odeum*; εἰ ἐξέλθοι, *si prodiret*, vel *si quando prodiret*: quo ſimul ſignificatur, raro id factum, & aegre ſibi perſuaderi paſſum eſſe illum artificem ut in ſcenam prodiret.

AD CAP. XVIII.

e ἄλλων δ' ἄλλα γ' ὁσημέραι. Sic ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. quod in ἄλλων δέ γ' ἄλλα ὁσημ. tacite mutavit Caſaubonus: haud video qua cauſſâ.

πάντων δ' ἐπαινούντων τὴν παιδιὰν ταύτην. »De »*Musicâ* deinceps tractatur. Ait, πάντων δ' ἐπ. τὴν παι»διὰν ταύτην. Muſicam παιδιὰν vocat, non male. Eſt »enim animi quaedam oblectatio ad modum *luſus*. Cen»ſeo tamen, παιδείαν ταύτην ſcripſiſſe Athenaeum. »Confirmant ſequentia [mox, lit. f.] καὶ γὰρ τὰ ἤθη παι»δεύει. « CASAUBONUS. — Si iſta verba πάντων δ' ἐπαινούντων &c. Maſurius dicens induceretur, utique magis conſentaneum foret ut παιδείαν legeremus. Sed Athenaeus ſuo nomine iſta ſcribens, nullo incommodo παιδιὰν (id eſt *aliquod luſus genus*) nominare potuerat *Muſicam*, conferens eam cum aliis παιδιαῖς, de quibus adhuc agebatur.

ὁ μὲν κωμῳδιοποιὸς Εὔπολις. Rurſus recte κωμῳδιοποιὸς dedit cod. *A.* ubi κωμῳδοπ. edd. Pro *EUPOLIDE*, temere

Eubulum in verſione nominavit Dalecamp. Inde factum, e ut, quae hîc adponitur poëtae ecloga, eam GROTIUS in Excerptis bis poſuerit, primum ſub *Eupolidis* nomine, p. 507. deinde rurſus in *Eubuli* eclogis, pag. 661. Sed luxatum vulgo metrum parum felici ſucceſſu reſtituere conatus eſt idem vir praeſtantiſſimus. Nam cum ſic vulgo ſcriberetur: Εὔπολις ἄνδρες φίλοι φησὶ καὶ μουσικὴ

πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον,

ἀεί τε καινὸν ἐξευρίσκει τι τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις:

in Excerptis ex Eupolide, haec ſic Grotius digeſſit:

— Καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθὺ καὶ καμπύλον,

ἀεί τε καινὸν εὑρίσκει τι τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις.

In Excerptis vero ex Eubulo, in hunc modum:

— Πρᾶγμα δ' ἔστι μουσικὴ

καὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον· ἐξευρίσκει τε

ἀεί τι καινὸν τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις.

Nos, quum editam ſcripturam accuratiſſime teneant ambo mssti, niſi quod (ut aliâs, ſic & hîc) continuo tenore non diſtinctis verſiculis adponant verba, nihil in his novare conſultiſſimum duximus.

Etiam in *ANAXILAE* ecloga neglectum metrum: quod ſ in poſteriore verſu ſic reſtituit GROTIUS, Excerpt. p. 861. ut voculam ἀεὶ (pro qua *αἰεὶ* ſcripſimus cum ms. *A.*) omitteret, ita ſcribens:

καινὸν κατ' ἐνιαυτόν τι τίκτει θηρίον.

Quod ſi ſingula tenere verba volueris, ſic conſtituendus verſus fuerit:

αἰεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θήριον

τίκτει. —

Sequuntur iſta: Μέγας γὰρ, ὦ μακάριοι, κατὰ τὸν Θεοφίλου Κιθαρῳδὸν, θησαυρός ἐστι καὶ βέβαιος ἡ μουσικὴ &c. Ubi ſi tollas ἡ articulum, quem quidem cum editis libris tenent ambo mssti, perfecti prodeunt duo ſenarii,

θησαυρός ἐστι καὶ βέβαιος μουσικὴ

ἅπασι τοῖς μαθοῦσι παιδευθεῖσί τε.

Ac completa fuerit ſententia, ſi ſtatuas, verſum eum, qui hos apud poëtam praeceſſerat, in vocem *μέγας* deſiiſſe: nec opus eſt, ut maiori novatione cum GROTIO (Excerpt. pag. 707.) ſtatuas, primum verſum in haec verba exiiſſe, Μέγας καὶ μακάριος. Ex hoc ipſo Athenaei loco idem Grotius titulum fabulae *THEOPHILI* fecit *Citharoedum*, probabiliter ſane; quemadmodum & *Clearchi* comici fabulam

f *Citharoedum* fuisse paulo ante vidimus. Huc respexit Fabricius, cum in Bibl. Gr. T. I. pag. 751. *Theophili Citharoedum* laudari ab *Athenaeo* diceret: ubi non occurrebat doctissimo Bibliothecae Graecae instauratori, (T. II. p. 501.) quo loco huius fabulae Athenaeus fecisset mentionem. Cum vero eiusdem Theophili fabula exstiterit Φίλαυλος, Athenaeo laudata XIII. 563. a. & 587. f. possis etiam coniectare, *citharoedum*, qui ista dixisset, esse fortasse unam e personis illius fabulae.

τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει. »*Furiosi & qui mente* non constant, διάφοροι τὰς γνώμας »dicuntur: quasi *in diversa rapti*. Quod autem Musicâ gra»viores animi motus demulceantur componanturque igno»rat nemo. Illustre & certum in Saule exemplum, om»nibus Christianis notum. Multa in hanc sententiam pro»ferri possent ex antiquis scriptoribus: quibus lubens su»persedeo. Afferam tantum quae de ea re legi in Graecis »commentariis libri Hermogenis περὶ ἰδεῶν: non enim »omnium manibus teritur ille liber. Probaturus scriptor »ille, Musicam vim quandam in animum habere: Ὁ Τι»μόθεος, ait, αὐλήμασιν ἐκίνει πρὸς θυμὸν καὶ ὅπλα τὸν »Ἀλέξανδρον. καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς τὸν ἐμβατήριον τοῦ »αὐλοῦ ῥυθμὸν κατὰ πολεμίων ἐχώρουν. φασὶ δὲ καὶ τοὺς »Πυθαγορείους, εἴ ποτε κινηθοῖεν αὐτοῖς τὰ πάθη, ἤ τινας »ἑτέρους ὑπ' αὐτῶν κατεχομένους θεάσαιντο, διὰ τῶν ἐν »αὐλοῖς τε καὶ κιθάραις [forsan κιθάραις] ῥυθμῶν μετάγειν »ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον τὴν ψυχήν· καὶ Πυθαγόρας δὲ, ὡς Ἰαμ»βλιχός φησιν, ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου Αἱρέσεως, μέ»σῳ νυκτῶν ἀστρονομούμενος, νεανίαν τινὰ σὺν αὐλητῇ κω»μάζοντα μετὰ λαμπάδος κατὰ αὐλητρίδος, (scripti, καὶ »αὐλ. Sed deesse aliquid patet.) τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐμπρη»σαι σπεύδοντα διὰ ζηλοτυπίαν, ἐπέσχε τῆς μανίας, πα»ρακελευόμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλεσθαι τὸν ῥυθμὸν ἐπί »τι καταστηματικώτερον μέλος, τὸ καλούμενον σπονδεῖον. »Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος, ὁ Πυθαγόρου μαθητὴς, »ὁ Κωλυσανέμας ἐπίκλην, σπασαμένου τινὸς ἤδη κατὰ τοῦ »πλησίον τὸ ξίφος, ὃς ἐδόκει τὸν πατέρα τοῦ θυμουμένου »ἀνηρηκέναι, ἀνακρουσάμενός τι καταστηματικὸν τῇ κι»θάρᾳ μέλος, ᾧ ἔτυχε μετὰ χεῖρὸς ἔχων, διεκώλυσε τὸν »φόνον γενέσθαι, χαλάσας τοῦ νεανίσκου τὸν θυμὸν μαλθα»κωτέρῳ ῥυθμῷ. Habes hic nonnulla quae non temere alibi »legas: at, quod de Pythagora narrat, paucis perstrin-

»git Quintilianus [Inſtitut. I. 10, 32.] *Pythagoram*, ait, »*accepimus, concitatos ad vim pudicae domui afferendam iu-*»*venes, iuſſá mutare in ſpondeum modos tibicinâ, compoſuiſ-*»*ſe.*« CASAUBONUS. — Eadem narratio & de Pythagora & de Empedocle, paulo etiam uberior, legitur apud Iamblichum, in Vita Pythag. cap. XXV. ſect. 112 & ſeq. Quo vero loco in praeſcripta narratione deeſſe aliquid ait Caſaubonus, ibi nihil deſideraveris, ſi paulo poſt pro παρακελευόμενος τῇ αὐλητρίδι, τῷ αὐλητῇ cum Iamblicho legeris, *tibicinam* vero illam ante memoratam (κωμάζοντα – – κατὰ αὐλητρίδος) *amaſiam* intellexeris adoleſcentuli. In eamdem vero ſententiam apud Quintilianum, ſi conſentientem Romanum ſcriptorem cum Graecis volueris, *iuſſo tibicine* legi debebit, pro *iuſſá tibicinâ*. Quod autem τοὺς τὰς γνώμας διαφόρους Caſaubonus *furioſos & qui mente non conſtant* interpretatus eſt, id vero qua auctoritate cuiusve Graeci ſcriptoris uſu niſus fecerit vir doctiſſimus, doceri velim: nam, quod equidem noverim, nihil aliud ſignificare illa dictio poteſt, niſi *ſententiis diſſidentes, ob eumque diſſenſum mutuâ in ſe invicem irâ concitatos.* Suidas: Διάφοροι· ἐχθροί. παρὰ τὸ διαφορεῖσθαι τὰς γνώμας. Caeterum τοὺς τῆς γνώμης διαφορηθέντας id fortaſſe ſignificare potuiſſet, quod Caſaubonus voluerat.

τῷ βίῳ καὶ τοῖς ἤθεσι διαφορῶν. »Sequitur ex *CHA-* a
»*MAELEONTE Pontico*, Κλεινίας καὶ τῷ βίῳ καὶ τοῖς ἤθεσι »διαφορῶν *&c.* Aelianus [Variar. XIV. 23.] eandem hi-»ſtoriam recitans ex eodem (ut puto, & ſaepius obſer-»vavimus) ſcriptore, pro iſtis habet, Κλεινίας ἀνὴρ ἦν »σπουδαῖος τὸν τρόπον. Ut igitur eadem ſententia ſit et-»iam in Athenaeo, ſcribendum διαφέρων, pro διά-»φορῶν, *vir excellens vitâ & moribus.* Sed cogitemus am-»plius de hoc loco. Scripta lectio, καὶ τῇ γνώμῃ καὶ τοῖς »ἤθεσι: ut videatur ad iſta alludens Athenaeus ſcripſiſſe, »τοὺς τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει.« CASAUBONUS. — Editam ſcripturam τῷ βίῳ καὶ τοῖς ἤθεσι διαφορῶν tuentur operis plenioris codices, & in his princeps noſter ms. *A.* τῇ γνώμῃ, pro τῷ βίῳ, ſuo iudicio Breviator poſuit. Pro διαφορῶν, ex optimorum quorumque Graecorum auctorum uſu praeſtabat utique διαφέρων. Sed ſicut omnino διαφορέω idem valet ac διάφορός εἰμι: (quod etiam Suidas indicavit; ſcribens, Διαφορήσει· διάφορος γενήσεται:) ſic potuit etiam *Ponticus Chamae-*

a *leon τοῖς ἤθεσι διαφορῶν* eâdem ſententiâ ſcribere, qua alius dixiſſet *διάφορος ὢν* vel *διαφέρων*.

Quod ſcribitur *ἀναλαμβάνων τὴν λύραν ἐκιθάριζε* : » Ex » hoc loco colligitur, (ait PALMERIUS, Exercit. p. 527.) » *citharam & lyram* vel idem fuiſſe vel congenerum quid, » & aut nullam aut parvam fuiſſe inter ea organa diffe» rentiam. «

Quae de *Achille* ſubiiciuntur *citharam pulſante*, eadem rurſus Aelianus l. c. habet. Vide Iliad. ι'. vs. 186 ſeqq.

Ibid. καταστέλλειν τὸ πυρῶδες : *ardorem, irae vehementiam comprimere, reprimere.* Uſitatius eâ notione verbum eſt *ἀναστέλλειν* : ſed & *καταστέλλειν* ſubinde reperitur, cuius exempla nonnulla protulit H. Stephanus, Theſ. III. 1006. c. quibus alia quaedam adiecit TOUPIUS, in Notâ ad Emend. in Suid. v. *Θρήνους*, T. I. pag. 295. novae edit.

Ὅτι δὲ καὶ νόσους ἰᾶται μουσικὴ, Θεόφραστος ἱστόρησεν ἐν τῷ περὶ Ἐνθουσιασμοῦ. » Apollonius in Hiſtoriis Mirabi» libus : *Ἄξια δ' ἐστὶν ἐπιστάσεως τὰ εἰρημένα Θεοφράστῳ » ἐν τῷ περὶ Ἐνθουσιασμῶν. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος, τὴν μουσικὴν » πολλὰ τῶν περὶ ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα γιγνομένων παθῶν » ἰατρεύειν· καθάπερ λειποθυμίαν, φόβους, καὶ τὰς ἐπὶ μα» κρὸν γιγνομένας τῆς διανοίας ἐκστάσεις. ἰᾶται γάρ φησιν » ἡ καταύλησις καὶ ἰσχιάδα καὶ ἐπιλη-ψίαν.* Et teſtatur idem » paullo poſt, plurimos adhuc ſuâ aetate, praeſertim The» banos, cantionem tibialem ad morborum medelam ad» hibuiſſe. Mitto quae ſcribit Galenus. « CASAUBONUS.

b *εἰ καταυλήσοι τις τοῦ τόπου τῇ Φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ.* » *κατ» αυλεῖν τοῦ τόπου* eſt, *ſuper loco affecto* [ſive, *adverſus locum affectum*] » *tibiâ canere.* Coelius Aurelianus ita expreſ» ſit, *Philiſtionis frater ſcribit quendam fiſtulatorem loca do» lentia decantaſſe.* « CASAUBONUS. — Aulus Gellius, IV. 13. *Creditum hoc a plerisque eſt, & memoriae mandatum : iſchiaci cum maxime doleant, tum, ſi modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. &c.* Ad quem locum monuit MURETUS, Variar. Lect. lib. XIV. cap. 6. (in Gruteri Theſ. Crit. T. II. pag. 1119.) perperam Gellium *τὴν φρυγιστὶ ἁρμονίαν lenes modulos* interpretatum eſſe, cum ſit illa harmonia *omnium vehementiſſima* & aptiſſima ad animos audientium divino quodam furore incitandos.

διὸ καὶ τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν αὐλητὰς — — ἔχειν. Ad iſtum infinitivum ſi verbum *φησὶν* ſubintelligas, ſtatuendum fuerit eſſe haec etiamnum *Theophraſti* verba : quod

tamen aegre mihi persuadeo. Malebam equidem συμβαί- b νει ἔχειν: sed istud verbum ignorant mssti, ab edita scriptura nihil hîc dissentientes.

ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν αἰεὶ (sic ms. *A.*) πρὸς τὸ χεῖρον αὐλούντων· Κάκιον ἢ Βάβυς αὐλεῖ. Cum καὶ Κίων ἢ Βάβυς olim legeretur, monuit Editor Basil. & Dalecampius, Erasmum legendum censere Κάκιον Βάβυς αὐλεῖ. Vide ERASMUM, in Adagio *Pcius Babys tibiâ canit*, p. 371. ubi, quae ille primo loco de *Babye*, Martyae fratre adfert; qui, quod *peius caneret*, iram Bacchi ne occideretur evasit: ea e Zenobii Proverbiis desumta sunt, Cent. IV. num. 81. Et apud hunc quidem minus recte, ut videtur, sic enunciatur proverbium, Κάκιον Βάβυς αὐλεῖ, pro eo quod hic apud Athenaeum ἢ Βάβυς legitur, aut apud alios Βάβυος in eamdem sententiam. Illud vero apud eumdem Zenobium commodius scriptum videtur, *usurpari hoc proverbium* ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ χεῖρον ἀσκούντων: quod interpres ibi reddidit, *in eos qui deteriores exercendo fiunt;* ego redditurus eram, *in eos qui artem quamdam deterius* (sive omnino, *male*) *exercent.* Quod deinde idem Erasmus ex Aldi (nescio quibus) Collectaneis adfert proverbium, Βάβυος χορὸς, id in Paroemiographorum collectione ab Andr. Schotto editâ exhibetur in Proverbiorum e Vaticanâ Biblioth. Appendice, Cent. I. num. 18. ubi usurpari illud dicitur ἐπὶ τῶν ἀφυεστέρως τῇ μουσικῇ χρωμένων: item apud Suidam, in Τοῦ Βάβυος χορός: ubi adiicitur: ἐπὶ τῶν ἀπλουστέρων καὶ ἀμαθῶν εἴρηται ἡ παροιμία. Haud absurde vero Erasmus coniectaverat, Τοῦ Βάβυος χεῖρον (idem quod κάκιον) pro χορὸς scriptum oportuisse. Caeterum in eâdem quam dixi Appendice Vaticanâ, eodem loco, etiam his ipsis verbis conceptum adponitur proverbium, Κάκιον Βάβυος αὐλεῖ, ἐπὶ τῶν κατὰ στοιχεῖον ἀσκούντων: *de iis qui se adhuc circa elementa artis exercent.* Casaubonus apud Athenaeum pro καὶ Κίων, quod ante ipsum perperam edebatur, recte Κάκιον ponens, nihil ad hunc locum in Animadverss. adnotavit. In verbis πρὸς τὸ χεῖρον αὐλούντων nil mutant libri nostri.

ὁ δ' Ἀριστόξενος τὴν εὕρεσιν αὐτῆς Ὑάγνιδι τῷ Φρυγὶ ἀνατίθησιν. De *Hyagnide* testimonia veterum collecta dedit BURETTE in Notis ad Plutarchi libellum DE Musicâ, in *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* T. X. p. 257 sq.

AD CAP. XIX.

c Λακεδαιμόνιοι μὲν μάλιστα τῶν ἄλλων &c. Cum Λακεδαιμ. δὲ μαλ. legeretur in editis, turbata erat tota orationis connexio. Cui incommodo remedium adhibiturus CASAUBONUS, cum sedem mali parum cognitam haberet, in superioribus verbis nonnihil mutandum censuit. Itaque pro eo, quod sic edebatur, Δωριεῖς, Αἰολεῖς, Ἴωνας. οὐ μικρᾶς οὖν οὔσης διαφορᾶς ἐν τοῖς τούτων ἤθεσιν. Λακεδαιμόνιοι δὲ &c. ille in hunc modum scribi iussit: »Lege & »distingue, Τρία γὰρ καὶ γενέσθαι Ἑλλήνων γένη, Δωριεῖς, »Αἰολεῖς, Ἴωνας, οὐ μικρᾶς ἐνούσης διαφορᾶς ἐν τοῖς »τούτων ἤθεσι. Λακεδ. δὲ &c.« — Nunc, cum Λακεδαιμόνιοι μὲν μάλιστα opportune dederint ambo nostri mssti, recte & ordine omnia procedunt.

d διὰ τὸ συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀεὶ δυναστεύουσιν &c. De isto usu verbi συμπεριφέρεσθαι vide quae docuit CASAUBONUS, ad V. 177. Animadv. T. III. pag. 21.

e ἀλλὰ ἐξηρμένον καὶ τεθαρρηκός. Pro eo quod cum editis ambo etiam mssti nostri tenent ἐξηρημένον, CASAUBONO obsecutus sum monenti: »Lege ἐξηρμένον, cum »Dalecampio.« — Nempe *elatum* reddiderat hic interpres: quod Graece utique ἐξηρμένον sonabat, a verbo ἐξαίρω. Idem tamen error, quem hic errarunt nostri librarii, etiam Hesychii glossas occupavit: nam pro eo quod recte apud Suidam legitur, Ἐξηρμένην, ὑψουμένην: apud Hesychium habes, Ἐξηρημένην, ὑψουμένην: ubi vide quae a doctis viris adnotata sunt.

διὸ καὶ περιέχουσι τὸ τῆς ὑποδωρίου καλουμένης ἁρμονίας ἦθος. Cum in ed. Ven. & Bas. turbatum hic nonnihil esset, recte sic edidit Casaub. consentientibus mssts, & de vera scriptura iam olim ex Epitomâ monuerat Hoeschelius. In ed. Cas. 1. quidem περιέχουσει scriptum, operarum errore.

Λάσος ὁ Ἑρμιονεὺς ἐν τῷ εἰς τὴν ἐν Ἑρμιόνῃ Δήμητρα ὕμνῳ. »De *Laso*, & eius *Hymno in Hermioneam Cererem*, »satis libro X.« CASAUBONUS. — Vide ad X. 455. d. Breviter Epitoma, αὕτη γάρ ἐστιν ἡ Αἰολὶς, ὡς Ἡρακλείδης καὶ Λάσος φησίν. Quod hic editum erat, εἰς τὴν Ἑρμιόνην Δήμητρα, ferri id per se poterat: est enim Ἑρμιόνη, (ut ex Hesychio TOUPIUS monuit, ad Scholia Theocriti p. 220.) non modo *oppidi* nomen Peloponnesiaci, in quo

celebre templum Cereris & Proſerpinae erat, ſed & ipſius e *Cereris* cognomen. Ex eodem tamen Heſychio colligas, ipſam Cererem nonniſi apud Syracuſios Ἑρμιόνην fuiſſe cognominatam: aliis quidem Ἑρμιονὶς Δημήτηρ adpellabatur, ut apud Pauſan. II. 34. pag. 192. (nam perperam ibi vulgo τῆς Ἑρμιονίδος, interpoſito commate, a verbis ἱερὸν Δήμητρος discernitur; quaſi *Hermionis* ibi diceretur ager Hermionenſis:) aliis vero ἡ ἐν Ἑρμιόνῃ Δημήτηρ, ut Noſtro, X. 455. d. ex certiſſimâ veterum membranarum ſcripturâ. Et hoc loco cum in eisdem membr. εἰς τὴν Ἑρμιόνι Δήμητρα ſcribatur, haud dubie pariter τὴν ἐν Ἑρμιόνῃ debuerat librarius; ſed ex pravo more, cuius iam nimis frequentia exempla notavimus, ι pro η poſuit: praeterea vocula ἐν abſorpta eſt ab ν literâ, in quam exit vox proxime praecedens; quod ipſum etiam ſuperiori loco in editis libris acciderat. Caeterum etiam ipſum Ἑρμιόνι (nempe ἐν Ἑρμιόνι) ferri fortaſſe potuerat: quandoquidem nomen eiusdem oppidi non modo Ἑρμίονη fuit, ſed & Ἑρμιών, genit. Ἑρμιόνος: ſed iſta quidem minus uſitata forma.

Δάματρα μέλπω. Sic recte ed. Caſ. ut ratio ſuadebat, dabantque libri omnes ſuperiore loco, X. 455. d. Corrupte h. l. μ' ἔατω ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A*. In *Epit.* haec deſunt.

Κόραν τε Κλυμένοιο ἄλοχον Μελίβοιαν. »De *Clymeno* di»ctum lib. X. (loco modo cit.) Eius coniux Proſerpina »Graecis dicta & Μελίβοια & Μελιτώδης. Eſtque, opi»nor, duarum harum appellationum eadem ratio. Lege »Theocriti Scholiaſten ad Idyll. XV. [vs. 94.] & Porphy»rium in diſputatione de antro Nympharum. [T. I. Ho»meri Barneſiani, pag. CXIX.]« CASAUBONUS.

ὕμνων ἀνάγων Αἰολίδ' ἅμα βαρύβρομον ἁρμονίαν. f »In *Lasi* verbis perperam ſcribuntur multa, quae ita pro »virili emendare conabamur: Δάματρα μέλπω κόραν τε »Κλυμένοιο ἄλοχον Μελίβοιαν, ἀνάγων Αἰολίδ' ἀνὰ βα»ρύβρομον ἁρμονίαν, *Hymnum meum redigens ad Aeolicam »harmoniam*; id eſt, *aptans ei harmoniae*.« CASAUBONUS. — In *Epit.* iſta deſunt. In edd. ſic ſcribebatur, Κλυμένοιο ἄλοχον Μελίβοιαν ὕμνον, ἀναγνῶν Αἰολίδ' ἅμα βαρυβρ. ἁρμ. nec aliter in ms. *A*. Nos, ἀνάγων cum Caſaubono corrigentes, pro ὕμνον, quod ille abiecit, ὕμνων ſcripſimus, genitivum ab ἁρμονίαν pendentem, praeeunte IACOBS, in Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. II. p. 265.

f Particulam ἅμα autem tenuimus, nullam magnopere cauſſam videntes, cur aut in ἀνὰ mutaremus cum Caſaub. aut cum Iacobſio abiiceremus. ὕμνον ἀναγνῶν mordicus tenet Gallicus interpres, vertens *hymnum recitans.*

εἰκότως Αἰολίδα φησὶν &c. »Subiicitur: ἐπεὶ οὖν τὸ μέ»λος ἐστὶν ὑποδώριον, καὶ τὰ μέλη εἰκότως Αἰολίδα φη»σὶν εἶναι τὴν ἁρμονίαν ὁ Λάσος. Manifeſto παρέλκουσιν »haec verba, καὶ τὰ μέλη: niſi aliquid latet hîc gravio»ris mali. Caeterum, Αἰολίδα μολπὰν dici eam quae ſit *Do»rica*, Strabo nos dudum admonuit.« Casaub. — Cum non καὶ τὰ μέλη, ſed nude τὰ μέλη ſcribatur in vetere codice, eo fit manifeſtius, temere a ſcribâ repetita fuiſſe iſta verba, cum a proxime praecedente voce ὑποδώριον ad ſuperiorem ὑποδώρια aberraret oculis. De Αἰολίδι μολπᾷ locus Strabonis quaerentibus nobis non occurrebat: γλῶτταν Αἰολίδα, *ſermonem Aeolicum eumdem cum Dorico fuiſſe* ait Geographus, lib. VIII. pag. 333. a. Caeterum quo pacto hîc rationes ſuas ſubduxerit Athenaeus, aut (e quo haec ducta ſunt) Heraclides Ponticus, parum utique liquet nobis. Fuit autem cum dubitarem, verba iſta, Ταῦτα δ' ἀείδουσι (ſive, ut codex noſter habet, ᾄδουσι) πάντες ὑποδώρια τὰ μέλη, eſſent-ne Athenaei aut Heraclidis, ut vulgo accipi video, an *Laſi* poëtae, duobus ſuperioribus verſibus accenſenda. At diſſimulari non poteſt, nihil poëtici coloris illis ineſſe.

Pratinae primum verſum, proſaicâ formâ in utroque noſtro msto conceptum, recte ad metri legem concinnatum exhibebant editi libri; quorum ſcripturam lubens tenui, niſi quod ἀνειμένᾱν, doricâ verbi formâ, cum ipſis msstis pro communi ἀνειμένην poſuerim. *Verſu* 2. pro Ἰαστὶ οὖσαν, quod cum ms. *Ep.* dabant editi, perſpecte Ἰαστὶ μοῦσαν correxit Toup, in Epiſt. Crit. pag. m. 22. cuius ſcripturae veſtigium in ms. *A.* ſupereſſe videtur, in quo Ἰαστὶν pro Ἰαστὶ ſcriptum. Dein cum ſic editum eſſet: — ἀλλὰ τὰν μέσαν νέων

ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει.

νέῳ pro νέων corrigebat idem Toupius l. c. minus feliciter. νεῶν mutato accentu ſcriptum oportuiſſe, Porsonus docuit, in Appendice ad novam Toupii editionem, pag. 488. Nempe νεῶν, participium verbi νέᾱν, quod apud Ariſtoph. legitur, Nub. 1117. ed. Br. Unde apud Heſych. Νεᾶν· νεάσαι γῆν. Similiter Coray, in *Notis msstis*: »An

»νεῶν? ex νεόων vel νεάων. Νεώσατε Hesychio est ἀρο- f
»τριάσατε.« — Et eodem modo νεῶν, ultimâ circumflexâ, scribitur in ms. *Ep.* nescio an & in *A.* In fine *tertii* versus, vocem Σίμων, complendi metri caussâ, adiecit Toupius; nescio quid secutus. Sane quodlibet aliud disyllabum nomen, quod penultimam brevem haberet, perinde hariolari poteras.

Quae continuo subiiciuntur, ea sic edita legebantur: ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς σαφέστερον φησὶν πρέπει τοῖς παισὶν ἀοιδὰν λαβράκταις αἰολὶς ἁρμονία. Quae latine sic convertit DALECAMPIUS: »Idem aliquanto post manifestius in»quit:

»*Avidos cantionum iuvenes Aeolica docet harmonia.*«

Corruptissimum locum alii viri docti, ut desperatum, puto, intactum reliquerunt: & Epitomator quoque totum praetermisit. Nobis ad percipiendam sententiam nonnihil contulere optimae membranae *A.* sic scripta verba exhibentes, ut nos edidimus, πρέπει τοι πᾶσιν ἀοιδὰ λαβρ. &c. Voci ἀοιδὰ in fine superne adposita *η* litera communem vocabuli formam indicabat: eam literam pro *ν* accipientes posteriores scribae, ἀοιδὰν scripsere. De restituendo metro cogitent ingeniosiores. Vocabulum λαβράκτης, quod in Lexicis frustra quaesivi, idem sonare videtur ac Homericum λαβραγόρης, Iliad. Ψ'. 479. quod ibi interpretantur προπετῆ ἐν τοῖς λόγοις, τοῦτ' ἔστι, λάβρον καὶ θρασύν.

Πρότερον μὲν οὖν, ὡς ἔφην. Tenui hoc, commode sic a editum, ut intelligatur ipse *Heraclides Ponticus* ita scripsisse, cuius est haec tota disputatio inde ab initio capitis XIX. Sic rursus initio capitis XXI, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἴπομεν: quae sunt eiusdem Heraclidae verba. Sin ὡς ἔφη cum ms. *A.* malueris, haec duo verba Athenaeus suo nomine inseruisse statuendus fuerit. Eadem duo verba, quemadmodum alia talia, omisit Breviator.

Δώριον μὲν αὐτὴν οὐ νομίζειν, &c. »E libris non»nulla adiecimus: sed est oratio adhuc suspensa & ἀκατάλ»ληλος. Fortasse aliquid deest amplius. In quibusdam scri»ptum offendimus, Δώριον μὲν οὐ νομίζων, pro νομίζουσι. »Neutrum rectum est. Scribo, νομίζειν. *Non ausi sunt*, »inquit, *harmoniam Aeolidem, Doricam* appellare: sed *hy»podoricam*, ceu *paullo minus quam Doricam*, dixerunt.« CASAUBONUS. — In ed. Ven. & Bas. decem deerant ver-

a ba, Δώριον μὲν αὐτὴν - - διόπερ: de quibus adiiciendis iam olim *Hoeſchelius* ex Epitomâ monuerat. Ubi cum mutatâ orationis conſtructione νομίζουσι poſuiſſet Breviator, id etiam in contextu poſuit Caſaubonus: ſed, quod ille maluerat, νομίζειν, id ipſum exhibuit nobis vetus codex *A*. Idem codex cum *Epit.* poſt Δώριον inſertum dedit pronomen αὐτὴν, quod a Caſaub. omiſſum erat. Pro διὸ καὶ, quod ediderat Caſaubonus, nude διὸ ſcribitur in *Epit.* ſed διόπερ dedit ms. *A*. idque ipſum etiam e codice Farneſiano adnotatum ab ipſius Caſauboni manu in orâ ed. Baſil. Caeterum totam hanc *Heraclidae Pontici* de variis *Harmoniae Muſicae generibus* disputationem, (quae etiam per duo ſequentia capita, XX. & XXI. continuatur) quod ad argumentum remque ipſam ſpectat, iis Viris excutiendam relinquere debeo, qui, praeter ſubtiliorem univerſae rei muſicae notitiam, ea cognita habent, quae cum a Platone & Ariſtotele paſſim, tum a Plutarcho & aliis e veteribus, qui ex profeſſo de Muſicâ Veterum ſcripſere, tradita ſunt: quorum e ſcriptis ſumma quaedam delibata capita erudite luculenterque, ut ſolet, expoſuit praeſtantiſſimus auctor *Itinerum iuvenis Anacharſidis*, capite XXVII. Ad HERACLIDEM *Ponticum* vero quod adtinet, e quo latum iſtum locum adpoſuit Athenaeus, meminerit Lector, fuiſſe illum Ariſtotelis diſcipulum; cuius in ſcriptis Diogenes Laërtius, in eius Vitâ, lib. V. ſect. 87. nominavit περὶ Μουσικῆς, α'. β'. Quare (quod ſupra, ad initium huius capitis, pag. 624. c. adnotare oblitus ſum) quum apud Athenaeum noſtrum cum eodem loco, quem modo citavi, tum etiam libro X. p. 455. d. *tertius* laudetur *Heraclidae liber* περὶ Μουσικῆς, ſtatuendum cum MEURSIO fuerit (ut Menagius monuit ad Laërt. l. c.) apud Diogenem ſcriptum oportuiſſe περὶ Μουσικῆς, α'. β'. γ'. Niſi fortaſſe aliud eiusdem ſcriptum reſpexerat Athenaeus, quod hoc titulo idem Laërtius ibidem commemorat: καὶ Μουσικὰ δέ· Περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ, [nempe, μουσικῶν, ut puto:] α'. β'. γ'. Denique Plutarchus in Commentatione DE Muſicâ, haud procul initio, eiusdem *Heraclidae* opus Muſicum hoc titulo laudat, Ἡρακλείδης ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν ἐν Μουσικῇ: niſi ibi Εἰσαγωγῇ legendum, quo titulo (Μουσικὴ Εἰσαγωγὴ) eiusdem auctoris ſcriptum laudavit Porphyrius, in Commentario in Harmonica Ptolemaei, lib. I. cap. 3.

AD CAP. XX.

Ἐξῆς ἐπισκεψώμεθα τὸ τῶν Μιλησίων ἦθος, ὃ διαφαίνου- b
σιν οἱ Ἴωνες &c. Haec (quod iam modo dixi) sunt etiamnum eiusdem *HERACLIDAE Pontici* verba, cuius est superior disputatio. Mira autem videri possunt, quae de *Milesiis* & omnino de *Ionibus* scriptor ille disputat; prorsus certe contraria his quae de Ionum ingenio & moribus, & sigillatim de Ionica poësi, vulgo ubique traduntur. Nempe (quod ipse etiam hic auctor mox diserte significat, atque etiam pag. praeced. *c. d.* significaverat) non de recentioris aetatis Ionibus hic loquitur, sed de priscis illis, qui ex Atticâ egressi primi colonias illas Ionicas, quae dicuntur, in Asiae ora condiderunt. Ex his igitur ii, qui principem Ionicam urbem *Miletum* condiderunt, iam in ipsis coloniae auspiciis *ferox* illud, quod Heraclides dixit, *ingenium* satis prodiderunt; qua de re videndus Herodotus, lib. I. cap. 146.

οὐδὲν φιλάνθρωπον οὐδὲ ἱλαρὸν ἐνδιδόντες. Possis ἱλαρὸν *laetum* intelligere: sed cum φιλάνθρωπον iunctum rectius intelliges *mite, come, humanum, benignum:* quemadmodum latine *laetâ fronte* dicimus. Sic & I. 3. c. & VI. 253. d. idem vocab. recte accipies. Vicissim ἵλεως, quod proprie *propitium, benignum* significat, subinde pro ἱλαρὸς poni, docuit Noster, lib. VIII. pag. 363. c. ἐνδιδόντες potest significare, *praebentes, a se edentes, prae se ferentes:* cuius tamen usus commodum aliud exemplum non habeo in promtu. Fortasse vero, in scripto de Re Musicâ, tali quadam notione verbum hoc posuerat Heraclides, qualem apud Nostrum, XII. 520. b. & XIII. 556. a. observavimus; ubi proprie *canticum praeire, incinere* significat, & dein generatim *praeire alteri, exemplo praeire.* Quam fere in sententiam commode DALECAMPIUS praescripta graeca verba his latinis reddidit: *nullâ comitate humanitateve invitabant adeuntes.*

διὸ καὶ τῇ τραγῳδ. Sic codex ms. uterque: non διόπερ.

Φασὶ δὲ, Πύθερμον τὸν Τήϊον ἐν τῷ γένει τῆς ἁρμονίας c
τούτῳ ποιῆσαι σκαιὰ μέλη &c. Cum in editis, consentiente vetere codice *A.* sic legeretur, ἐν τῷ γένει τῆς (temere τῶν ed. Cas.) ἁρμονίας αὐτοῦ τούτῳ &c. monuit ad hunc locum CASAUBONUS: »Scribe, Φασὶ δὲ Πύθερμον »τὸν Τήϊον ἐν τῷ γένει τῆς ἁρμονίας ταύτης ποιῆσαι

c »σκαιὰ μέλη: aut fortaſſe, σκολιὰ μέλη. Sequitur de »hoc *Pythermo*; οὗ μνημονεύει Ἀνάνιος † Ἱππώναξ ἐν »τοῖς Ἰάμβοις. *Ananii* nomen mutavit Dalecampius in »*Clazomenius*: & Hipponactem, qui fuit Epheſius, Clazo»menium ab Athenaeo putat appellatum. Haec vero con»iectura immanis eſt. Lego Ἀνάνιος ἢ Ἱππώναξ. Ita ſolet »loqui Athenaeus de iis ſcriptis quorum incertus auctor. »*Ananio*, vetuſtiſſimo poëtae, non ſemel iniqui fuerunt »operis huius interpretes. Plura de eo nos in ſuperiori»bus. Si cui ſervandus potius videatur locus vacuus, ad »denotandum deeſſe Ananii teſtimonium, non repugna»bo.« — *Clazomenium* dici potuiſſe *Hipponactem* exiſtimans Dalecampius, niſus erat Suidae teſtimonio, qui Epheſium quidem fuiſſe tradit, ſed a tyrannis inde pulſum Clazomenis habitaſſe. At *Ananii* nomen obliterari utique non debuit: quo de vetere poëtà ſi legeris quae ad III. 78. f. adnotavimus, perquam probabilis atque etiam certa videbitur Caſauboni coniectura, Ἀνάνιος ἢ Ἱππώναξ: cum praeſertim in vetuſtis membranis nulla ſit lacunae nota, ſed ante vocem Ἱππώναξ ob itaciſmi confuſionem perfacile intercidere vocula ἢ potuerit. Quare, quin illam adoptarem emendationem non dubitavi. In *Epit.* inde a verbis οὗτός ἐστι Πύθερμος reliqua omnia, quae de *Pythermo* hic ſubiiciuntur, deſunt. Quod in ſuperioribus verbis Caſaubonus τῆς ἁρμονίας ταύτης legi voluit, *omiſſâ voce* τούτῳ, quam tenet uterque codex mstus; ei emendationi praeferendam duxi *Epitomae* ſcripturam, quae ſic habet, ἐν τῷ γένει τῆς ἁρμονίας τούτῳ, omiſſâ voce αὐτοῦ, quae in ms. *A.* & edd. perincommode inſerta erat. In eadem *Epit.* poſt iſta, ἐν τῷ γεν. τῆς ἁρμ. τούτῳ, haec ſubiiciuntur, ἁρμόττοντα τοῖς ἤθεσι τῶν Ἰώνων ποιῆσαι σκαιὰ μέλη: ubi iſta, ἁρμ. τοῖς ἤθ. τῶν Ἰώνων ex his deſumta quae in opere pleniore paulo poſt leguntur. Quaenam vero σκαιὰ μέλη hîc dicantur, merito dubites. Si genuinum illud vocab. eſt, quod cum editis ambo codd. mssti tenent, intelligi debebunt *dura*, *rudia*, *aſpera carmina*. Has enim, praeter alias, expoſitiones vocabuli Σκαιὸς legas apud Heſychium, ἀπαίδευτος, ἀμαθής, ἀπάιθρωπος, τραχὺς, σκληρός. Sed, quae emendatio nonniſi obiter in medium coniecta a Caſaubono eſt, σκολιὰ, ea, praeter reliquam veri ſpeciem, etiam veteris cuiusdam teſtimonii auctoritate firmatur. Nam in Proverbiorum e Bibliotheca Vaticana

Appendice, Cent. II. num. 14. (in Paroemiographis ab c Andr. Schotto editis, pag. 299.) haec leguntur: Οὐδὲν ἦν ἄρα πλὴν ὁ χρυσός. Αὕτη ἀρχή ἐστι σκολιοῦ. ἀνατιθοῦσι δὲ αὐτὸ Πυθέρμωνι. Quibuscum si contuleris quae continuo dein apud Athenaeum subiiciuntur, primum non dubitabis, qui ibi *Pythermon* nominatur, eumdem esse cum Athenaei nostri sive Heraclidae *PYTHERMO Teio*; tum vero videbis σκολιὸν, non σκαιὸν, dici huius poëtae idem illud carmen, cuius Heraclides apud Nostrum meminit. *Pythermonis*, poëtae Lyrici, meminit Fabricius, Bibl. Graec. lib. II. cap. 15. sect. 53. γ'. eiusdem Paroemiographi testimonio usus: quo loco & ipsum Fabricium & doctissimum Graecae Bibliothecae Instauratorem, (T. II. p. 136.) praeterierat alterum hoc Heraclidae Pontici apud Athenaeum testimonium; in quo rectius, ut videtur, *Pythermus*, quam ibi *Pythermon*, nominatur poëtae illius nomen, consentientibus msstis libris cum editis.

Iambicus ille versus *ANANII* sive *HIPPONACTIS*,

χρυσὸν λέγει Πύθερμος ὡς οὐδὲν τἄλλα:

haud dubie respicit ipsius *PYTHERMI* verba ista, quae continuo subiiciuntur, cum ait auctor noster: λέγει δ' οὕτως ὁ Πύθερμος·

Οὐθὲν ἦν ἄρα τἄλλα πλὴν χρυσός.

Continuo quidem tenore, nec ullâ interpositâ distinctione, sic vulgo ista scribuntur: λέγει δ' οὕτως ὁ Πύθερμος οὐδὲν ἦν ἄρα &c. Ubi verbum λέγει ad Hipponactem referunt Interpretes, totamque ῥῆσιν sic reddidit Dalecampius: *id nimirum significans, aurum merum Pythermum esse, aliudque praeterea nihil.* Similiter Gallicus interpres: *Hipponax indique que les poëtes de Pytherme étoient infiniment précieuses, en les comparant à l'or.* Sed, quod ex Paroemiographo protulimus testimonium, id perspicue demonstrare videtur, λέγει ad *Pythermum* esse referendum, cuius ipsa verba hîc adponuntur: quae tamen cum sint a reliquo carmine abrupta, haud satis liquet quamnam in sententiam illa dixerit poëta. Ne ipsius quidem illius iambi, quem *Ananii aut Hipponactis* esse ait Heraclides, satis perspicua sententia: quem Dalecampius sic interpretatus est,

Pythermus aurum loquitur, aliud nihil:

in eamdemque sententiam Gallicus interpres. At videndum, ne hic potius sensus sit: *De auro sic loquitur Pythermus, quasi reliqua omnia nihil sint.* Porro ipsa *Pythermi*

verba etiam diverſimode adferri video. Illud quidem non moror, quod ἆρα ſic cum circumflexo accentu ſcribitur in editis, neſcio an & in ms. *A.* Pro quo rectius ἄρα, penacute, apud Paroemiographum. Sed, primum, pro τἄλλα πλὴν χρυσὸς, quod hic apud Noſtrum legitur, Paroemiographus, omiſſâ voce τἄλλα, habet πλὴν ὁ χρυσός: adiecto articulo. Tum vero eadem Pythermi ῥῆσις, omiſſo quidem auctoris nomine, apud Diogenianum paroemiographum, Cent. VII. num. 94. in hunc modum efferrur: Οὐδὲν ἦν τἄλλα πάντα πλὴν χρυσός. Rurſus apud Suidam hoc modo: Οὐδὲν ἦν παρὰ τ' ἄλλα πλὴν ὁ χρυσός. Ad quem locum nihil de fonte, unde ducta ſunt iſta verba, nec de diverſâ apud alios ſcripturâ, adnotavit Küſterus. Apud Noſtrum, quum in ed. Baſ. & Caſ. λέγει δ' οὕτως ſcriberetur, nihil quidem ex ms. *A.* adnotatum eſt: ſed haud dubie verum erat λέγει δ' οὕτως, quod dedit ed. Ven. nec fere dubito eodem modo etiam in cod. *A.* ſcribi. Denique in *Pythermi* verbis pro Οὐδὲν ἦν, quod in eisdem editionibus Baſ. & Caſ. ſcribitur, ex eâdem editione Ven. ſcripturam Οὐθὲν per θ adſcivi; quam eamdem in vetere cod. *A.* ut frequenter aliâs, ſic & hoc loco non dubito repertum iri.

d Quod ſubiicitur, διόπερ ὑπολαμβάνω οὐχ ἁρμονίαν εἶναι τὴν Ἰαστὶ, id ambigue dictum. Poſſit enim ſignificare, exiſtimare Heraclidem, *harmoniam* prorſus *non eſſe* (non mereri *harmoniae* nomen) eam quae *Ionica* dicatur. Sed videtur ita accipiendum, *quae in Pythermi carminibus ineſſe perhibetur harmonia, non eſſe illam Ionicam harmoniam*, quam intelligebant ii qui tria ſumma harmoniae genera olim ſtatuerunt, *Doriam*, *Aeolicam* & *Ionicam*. Quid vero ſit, quod adiicit, τρόπον δέ τινα θαυμαστὸν σχήματος ἁρμονίας, id Oedipus aliquis nobis exponat, aut quo pacto iſta emendanda ſint nos doceat: nam quod σχῆμά τι corrigit PURSANUS, eo quidem quid lucremur non video. σχῆμά τε ſi ſcripſiſſet, (nempe τρόπον τινὰ καὶ σχῆμα ἁρμονίας) utcumque intelligi poſſet: ac videtur καὶ σχῆμά τι Purſanus voluiſſe. Sed σχήματος cum editis tenet uterque codex mstus. In *Epit.* tota ῥῆσις ſic ſcripta: Διόπερ οὐχ ἁρμονία ἡ Ἰαστί· τρόπος δέ τις θαυμαστὸς σχήματος ἁρμονίας. Fortaſſe vero ἁρμονίας σχῆμα nil aliud Heraclides dixit niſi ipſam harmoniam: ut τρόπος σχήματος ἁρμονίας hic idem valeat, ac ſi nude dixiſſet τρόπος ἁρμο-

νίας. Dalecampius ita vertit: *Harmoniam tamen illam opinor vere Ionicam non fuisse, sed admirabili quadam concentus specie modulatam.*

δεῖ δὲ τὴν ἁρμονίαν εἶδος ἔχειν ἤθους ἢ πάθους. Sic ms. *A.* e & sic etiam *Epit.* quamquam in nostro cod. *Ep.* corrupte scribitur εἶδος ἔχειν εἴδους ἢ πάθους.

AD CAP. XXI.

Τρεῖς οὖν αὗται, καθάπερ ἐξαρχῆς εἴπομεν εἶναι ἁρμονίας, ὅσα καὶ τὰ ἔθνη. »Scribendum, εἰσὶν ἁρμονίαι.« CASAUBONUS. — Commode *Epit.* Τρεῖς οὖν αὗται ἁρμονίαι, ὡς εἴπομεν ἐξ ἀρχῆς. Sed accusativum cum infinitivo, εἶναι ἁρμονίας, licet praecesserit nominativus αὗται, cum editis tenet vetus codex *A.* Ac ferri hoc fortasse utcumque possit, ita quidem ut intelligas quasi dixisset, Τρεῖς οὖν αὗταί εἰσιν ἁρμονίαι, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἴπομεν εἶναι τρεῖς ἁρμονίας. Sin cum Casaubono εἰσὶν ἁρμονίαι corrigas, nondum idcirco recte procedet oratio, immo peius fiet malum: nam quae deinde sequitur constructio infinitiva, τὴν δὲ Φρυγιστὶ καὶ τὴν Λυδιστὶ – – γνωσθῆναι, ea prorsus nihil habebit quo excusari possit: sic rursus paulo post, μαθεῖν οὖν – – τοὺς Ἕλληνας. Nunc hi pariter accusativi cum infinitivo ex illo καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἴπομεν possunt pendere. Id ni ferendum iudicaveris, oportebit initio tali quadam ratione refingere orationem, Τρεῖς οὖν λεκτέον ταύτας, καθάπερ &c.

Λυδοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ συνηκολούθησαν, διὰ τὸ τὴν Σίπυλον εἶναι τῆς Λυδίας. »*Sipylum* assignat *Lydiae;* alii Phrygiae. Lege Strabonem. « CASAUBONUS. — Strabonem vide lib. XI. pag. 571. d. Sedes *Tantali* regis *Sipylus* fuerat, patris Pelopis. f

TELESTIS Selinuntii verba, quum veluti nullo metro adstricta continuo tenore in ed. Ven. & Bas. adposita fuissent, Casaubonus, nescio qua auctoritate quove iudicio confidens, in hosce versiculos digesta edidit:

Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ἑλλήνων ἐν αὐλοῖς a
συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον.
τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς
κρέκον Λύδιον ὕμνον.

Qua in distributione quum ne vestigium quidem metri

a ineſſe iudicaret FIORILLO, ſic ſcribendos diſtinguendosque verſiculos cenſuit: (Obſervationum in Athenaeum pag. 43.)

— — Πρῶτοι παρὰ κρα-
τῆρας Ἑλλήνων ἐν αὐ-
λοῖς συνοπαδοὶ Πέλοπος
Ματρὸς ὀρείας Φρύγιον
ᾆσαν νόμον. τοὶ δ' ὀξυφώνοις
πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον
Λύδιον ὕμνον.

In *Epit.* deeſt illa ecloga. Codex *A.* ab editis non diſſentit, niſi quod pro ψαλμοῖς vitioſe ψαλμοὶ habet.

AD CAP. XXII.

Οὐ παραλειπτέον δὲ, τὴν Μουσικὴν, φησὶν Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ὡς Ἔφορος ἱστορεῖ, ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ παρεισῆχθαι. » Polybii locus inſignis extat libro quarto magni hiſtorici. [cap. 20. & ſeq.] Ita autem ille incipit: Οὐ γὰρ ἡγητέον μουσικὴν, ὡς Ἔφορός φησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης πραγματείας, οὐδαμῶς ἁρμόζοντα λόγον αὐτῷ ῥίψας, ἐπ' ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ παρεισῆχθαι τοῖς ἀνθρώποις. Pro οὐχ ἡγητέον, dixit Athenaeus οὐ παραλειπτέον: niſi ille ſcripſerat Οὐ γὰρ ὑπολειπτέον. « CASAUBONUS. — Temere prorſus Οὐ παραλειπτέον δὲ edebatur apud Noſtrum. Οὐ παραλειπτέον δὲ habet uterque noſter vetus codex. Quod ſi ita ſcriptum reliquit Athenaeus, παραλαμβάνειν ille dixerit pro *admittere* & *probare* id quod aliquis tradidit: quod Graece aliâs quidem non tam παραλαμβάνειν, quam ἀποδέχεσθαι ſonat. Quod Caſaub. coniectavit, Οὐ γὰρ ὑπολειπτέον: aptiſſimum utique huic loco verbum erat ὑπολειπτέον, idem valens ac ἡγητέον, quo Polybius uſus erat: ſed connexioni orationis apud Athenaeum non convenit γὰρ coniunctio; recte vero & ſuo loco ſtat δὲ particula. Quare ſi quid mutandum, Οὐχ ὑπολειπτέον δὲ ſcribendum fuerit.

b εἰς τὴν ὅλην πολιτείαν τὴν μουσικὴν παραλαβεῖν. Tria verba τὴν μουσ. παραλ. ex Athenaeo olim reſtituimus Polybio, in cuius exemplaribus illa deſiderabantur.

Ibid. παρὰ γοῦν μόνοις Ἀρκάσιν οἱ παῖδες. Manifeſte vitioſum erat Ἀρκάδων, quod hîc edebatur, neſcio an con-

sentiente cod. *A*. In *Epit.* quidem παρ' οἷς μόνοις commode scriptum.

χορεύουσι κατ' ἐνιαυτὸν τοῖς Διονυσιακοῖς αὐλητα῀ς. c
» *Praebent se chori loco Bacchicis tibicinibus.* Scriptura haec » omnium est exemplarium Athenaei: in Polybio est αὐ- »λοῖς. « CASAUBONUS. — τοῖς Διονυσιακοῖς αὐλητα῀ις cum ed. Ven. & recentioribus msstis tuetur vetus noster cod. *A*. & *Ep*. quam scripturam, postquam editor Basileensis suo iudicio vulgatam olim apud Polybium lectionem τοῖς Διον. αὐλοῖς Athenaeo obtrusisset, auctori nostro rursus restituit Casaubonus. Eamdem ipsam vero apud Polybium quoque meliores codices msstt, qui nobis contigerant, exhibuere. Vide quae notavimus, ad Polyb. IV. 20, 9. Sed apud eumdem Polybium corrigat aequus Lector levem errorem, qui imprudentibus nobis, cum in contextu, tum in Notis ibi exciderat, ut αὐλήταις penacute pro αὐλητα῀ις scriberemus.

Dein ubi consentiente ms. *A*. edebatur, καὶ παρ' ὅλον δὲ τὸν βίον ἐν ταῖς συνουσίαις ταῖς κοιναῖς, οὐ διὰ τῶν ἐπεισάκτων ἀκροαμάτων, ὡ῀ς διὰ τῶν ἀνὰ μέρος ἄδειν ἀλλήλοις προστάττοντες: iota ῥῆσις omissa in ms. *Ep*. Commode vero monuit CASAUBONUS: »Supple cum labe »sententiae omissa verba, & scribe, [ut apud Polybium] »οὐχ οὕτω τὰς ἀγωγὰς [immo vero τὰς διαγωγὰς cor- »rigendum erat] ποιοῦνται διὰ τῶν ἐπεισάκτων ἀκροαμά- »των. «— De alia menda, quae continuo post ista verba insederat libros, monere oblitus est doctus Animadversor: nam pro ὡ῀ς διὰ τῶν, quod vulgo hic legebatur, haud dubie ὡ῀ς δι' αὐτῶν cum Polybianis libris scripserat Athenaeus. Paulo post recte οὐδὲν αὐτοῖς αἰσχρόν ἐστι edd. ubi perperam αὐτὸν ms. *A*.

καὶ μὴν ἐμβάτηρια &c. Conf. pag. 630. f.

συνόδους κοινὰς καὶ θυσίας ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ κατει- d
θισαν. Apud Polybium συνόδους olim *conventus* interpretati sumus, minus commode. Commodius h. l. Dalecampius *congressus*. Ut συνουσία, sic & σύνοδος, sonat *congressum*, cum *plures unà sunt*: sed sigillatim, *convivium*; ut hoc loco. Vide IV. 149. b. V. 186. a. & 210. f.

τὸ τῆς φύσεως ἀτέραμνον. Sic recte msstt nostri, cum e Polybianis libris. Iidem nostri libri recte Κυναιθεῖς cum Polybianis, ubi Κιναιθεῖς editum erat; de quo corrigendo errore monuit CASAUB. in Animadv.

ὁμοῦ τῷ τόπῳ καὶ τὸν ἀέρα. Idem hoc valet ac id quod brevius Polybius dixerat, ἀέρα καὶ τόπον. ὁμοῦ τῷ τόπῳ idem ſonat ac ἅμα vel σὺν τῷ τόπῳ. *Ibid.* πρὸς αὐτὰς τὰς ἐν ἀλλήλοις παρατριβὰς ὁρμήσαντες. Quod hîc vulgo legebatur, πρὸς μὲν αὐτὰς, ad id ex ms. *A.* nil adnotatum: in *Epit.* autem deſunt iſta verba. At voculam μὲν non modo ignorant Polybiani libri: ſed prorſus ea non erat hîc locus, quia nihil ſequitur quod ad eam referatur. Quare eam delere non dubitavi. Ortam vero ſuſpicor hanc voculam ex vocabulo μόνας, quod olim doctus aliquis librorum horum lector, tamquam interpretamentum vocabuli αὐτὰς, ſuperne adſcripſiſſet.

f εἰς ἃς ποτε &c. Cum vulgo conſentientibus libris εἰς ἃς τε πόλεις hîc legeretur, otioſa prorſus erat τε particula, neque habebat quo referretur. Quare non dubitandum nobis videbatur, eſſe eam voculam ex ποτὲ decurtatam, quae apud Polybium h. l. legitur. *Ibid.* οἱ μὲν ἄλλοι παραχρῆμα πάντες αὐτοὺς ἐξεκήρυξαν. Sic ms. *A.* prorſus ut apud Polybium. πάντες αὐτοὺς *Epit.* omiſſâ voce παραχρῆμα. αὐτοὺς pro vitioſo ἑαυτοὺς ſcribendum monuerat etiam CASAUBONUS.

AD CAP. XXIII.

Ἀγίας δ' ὁ Μουσικός. De hoc vide notata ad III. 86. f. *Ibid.* Φρύγιον ποιεῖν ὀδμήν. »Φρύγιος ὀδμὴ, venuſtâ trans»latione a ſenſu auditus ad ſenſum olfactus, dicitur *odor* »*ſuavis & mollis, qualis eſt Phrygia harmonia.* Ita acci»piendum in iſtis, Ἀγίας ὁ Μουσικὸς ἔφη τὸν στύρακα τὸν »ἐν ταῖς ὀρχήστραις ξυμιώμενον τοῖς Διονυσίοις, Φρύγιον »ποιεῖν ὀδμὴν τοῖς αἰσθανομένοις. « CASAUBONUS. — At *Phrygia harmonia* non tam *ſuavis & mollis* erat, quam *gravis, vehemens & ſevera*, ad animos religione, ſuperſtitione & ſacro quodam furore implendos comparata: & *ſtyracis* odor *acer & vehemens* eſt, ut ex Dioſcoride (lib. I. cap. 70.) adnotavit Gallicus interpres.

a Ἀλκαῖος γοῦν ὁ ποιητὴς — — ἐπὶ τοῖς τοιούτοις σεμνυνόμενος φησίν· Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ. Doctus olim Horatii interpres *Chriſtian. Dav.* IANI, in Commentatione *de Alcaeo Poëta Lyrico*, Halae 1782. editâ, inſigne hoc *ALCAEI* fragmentum ad iuſtos metri modulos redigens & brevibus Notis illuſtrans, de argumenti ſumma haec mo-

nuit: »Gloriam ſuam bellicam, ex eaque ſummam feli»citatem ita declarat *Alcaeus*, ut domum ſuam non au»ro, non argento, non pretioſâ ſupellectile, ſed ſpoliis »atque exuviis victorum a ſe caeſorumque hoſtium ple»nam exornatamque deſcribat.«

Ipſa *Alcaei* ῥῆσις prorſus non diſtinctis verſiculis adpoſita erat in ed. Ven. & Baſ. eodemque modo exhibetur in Henr. Stephani Lyricorum Fragmentis, pag. 276. Eamdem in tredecim verſiculos nullâ certâ ratione diſtributam, caeterum eisdem verbis quibus ſuperiores editiones, exhibent Caſaubonianae Athenaei editiones, in quibus tota ſic concepta:

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ·
πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη,
λαμπραῖσι κυνέαισιν· καττὰν
λευκοὶ καθύπερθεν ἵπποι λόφοι
νεύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν ἀγάλματα.
χάλκειαι δὲ πασσάλοις κρυπτοῖσιν b
περικείμεναι λαμπραὶ κνημίδες
ἔρκος ἰσχυροβελὲς θώρακές τε νέῳ λίνῳ,
κοῖλαί τε καταστίδες βεβλημένον.
παρ' δὲ Χαλκιδικαὶ σπάθαι,
παρ' δὲ ζώματα πολλὰ καὶ κυπαττίδες,
τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθαι. ἐπειδὴ
πρώτιστα ὑπὸ ἔργον ἔσταμεν τόδε.

Ad quae ſpectant Casauboni Animadverſiones hae: »In »*Alcaei* verſibus non capio illa, θώρακές τε νέῳ λίνῳ: »& cenſeo ſcribendum, νέω λίνω dorice: *thoraces novi »lini*; id eſt, *linei novi*: vel ἀσπίδες τε [θώρακές τε ſcri»bere voluerat] νεόλινοι. Parum etiam intelligo proxima »verba: κοῖλαί τε καταστίδες βεβλημένον: ſed »neque alius quisquam mortalium capiat, quin emenda»rit prius. Lego, κεῖνται δὲ καὶ ἀσπίδες βεβλημέ»νων: *iacent* in meis aedibus *& clypei occiſorum*: vel κεῖθι »καὶ ἀσπ. Scripti quidam βεβλημέναι: quod etiam »ferri poteſt. Quemadmodum autem neceſſario haec erant »emendanda: ſic errant graviter, qui haec, παρ' δὲ Χαλ»κιδικαὶ σπάθαι, *prope ſunt Chalcidicae ſpathae*, cenſent »corrigenda, & legunt χαλυβδικαί.« [Hi qui ſint neſcio, niſi *Natalem Comitem* in animo habuit, qui *aereos enſes* interpretatus erat.] »Veteres *Chalcidica* appellabant *opera* »*ex ferro aut aere* aliove metallo: quia Chalcide in Euboea

b » coepta conflari opera ex aere: quod probant antiqui ar-
» gumento ex ipso nomine petito. Stephanus: Τινὲς Χαλ-
» κιδεῖς φασι κληθῆναι διὰ τὸ χαλκουργεῖα πρῶτον παρ'
» αὐτοῖς ὀφθῆναι. Vel *Chalcidicas* expone *Scythicas*. Chal-
» cis enim urbs nobilis fuit Scytharum, cuius meminit
» idem Stephanus. Utriusque interpretationis subobscure
» meminit Hesychius. « [Eum vide in Χαλκιδική: sed con-
fer eumdem in Χάλυβοι & Χαλυβδική: pro quibus, ut ab
Interpretibus monitum est, Χάλυβες & Χαλυβική scriptum
oportebat, quod etiam literarum series ostendit.] » Simi-
» liter apud Poëtam νώροπα χαλκὸν [Iliad. β'. 578. λ'. 16.
&c.] » existimarunt quidam e veteribus dici a gente illa,
» quae postea leviter mutato nomine appellata est *Norica*:
» ibi enim antiquissima ex aere & ferro facta esse opera.
» Clemens Alexandrinus: Νώροπες ἔθνος ἐστι Παιονικόν·
» νῦν δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται. κατειργάσαντο χαλκὸν, καὶ σί-
» δηρον ἐκάθηραν πρῶτοι. Ait *Alcaeus*: Παρ' δὲ ζώματα πολ-
» λὰ καὶ κυπατίδες. Lego κυπασίδες. Hesychius: Κύ-
» πασις, περίζωμα καὶ χιτῶνος εἶδος. Ex Alcaeo colligas,
» *cingulum militare* ita dictum, aut aliquam aliam armatu-
» rae partem. Plura Suidas: apud quem scriptum κύπασ-
» σις. Postremo addit Lyricus: ἐπειδὴ πρώτιστα ὑπὸ ἔργον
» ἔσταμεν τόδε. Corrigo πρώτιστοι: *quia primi stetimus in*
» *eâ pugnâ*. « Haec Casaubonus.

Nos cum in digerendis versiculis, tum in verborum lectione constituenda, eam maxime secuti rationem sumus, quam Iani praeiverat loco paulo ante laudato: nonnulla tamen haud spernenda optimus codex *A*. nobis contulit: nam in *Epitomâ* nihil fuit praesidii, quippe in qua brevissime ista expediuntur in hunc modum: Ἀλκαῖος - - - διασεμνυνόμενος φησί· Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ, καὶ ἄλλα τοιαῦτα: dein statim ad illa transitur, Καί τοι ἴρμοττε ἴσως &c. Versiculi sunt alternatim longiores brevioresque, quorum modulos hoc schemate descripsit vir doctus, quem secuti sumus:

— — | — υ υ — | υ — | — —
— υ υ — | υ — | — — | υ —

Vers. 2. scripturam Ἄρῃ ex ms. *A*. recepimus. *Marti*; i. e. Martis in honorem. *Vers.* 3. λαμπραῖσιν κυνέαισι praeivit *Iani*. Perperam κυνίαισιν ms. *A*. καττᾶν dorice, idem quod κατὰ τᾶν, i. e. καθ' ὧν. *Vers.* 4. ἵππειοι recte *Iani*, *Vers.* 5 & 6. τάγάλματα, *Idem*: primâ per

craſin productâ; articulo non ſine vi & emphaſi adiecto. ἄγαλμα Graeci dicunt *ornatum* quemvis. Vide Valcken. ad Phoen. pag. 291. & Ruhnk. ad Tim. p. 5. χάλκεαι δ' αὖ, ex eiusdem *Iani* emendatione. b

Septimum octavumque verſum idem vir doctus in hunc modum digeſſerat ſcripſeratque:

» κρυπτοῖσι περὶ λαμπραὶ κναμῖδες
» κείμεναι, ἔρκος ἰσχυρὸν βέλους.

ſtatuens vulgatam ſcripturam περικείμεναι ex Grammatici alicuius ſcholio ortam eſſe, cum a poëta per tmeſin ſeparata fuiſſet praepoſitio a ſuo verbo. At prior ex iſtis verſiculis praeſcriptae rationi metri repugnat, quum vocabulum λαμπραὶ (ſequente voce a conſona incipiente) ultimam producat, quae in illâ ſede brevis eſſe debebat. Nullâ vero vel mutatâ vel transpoſitâ literâ, recte procedebat verſiculus:

κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραὶ:

Turbaſſe virum doctum videtur vocab. κναμίδες, initio proximi brevioris verſiculi ponendum; quod ibi, ſi penultimam longam ſtatuas, ſtare utique non poterat. Et effertur quidem aliâs ſcribiturque κνημῖδες, circumflexâ productâque penultimâ, atque ita etiam h. l. in ed. Ven. & Baſ. ſcribebatur: ſed in ed. Caſ. (ſive conſilio id factum fuerit, ſive caſu) κναμίδες penacute, penultimâ brevi, recte ſcriptum nobis videbatur: quam ſcripturam neſcio an vetus cod. *A.* tueatur. Eadem ſane nomina foeminina in ις exeuntia, quae vocalem iota in genitivo, ſicut in nominativo, producunt, eamdem ſyllabam nonnumquam correptam habere obſervarunt qui Proſodiae praecepta tradiderunt. Illam igitur ſcripturam tenentes, poſteriorem verſiculum ſic conſtituimus:

κναμίδες, ἄρκος ἰσχυρῶ βέλευς.

Ubi pro ἔρκος, quod in ed. Caſ. legebatur, ἄρκος ex ed. Ven. & Baſ. revocavimus; quae ſcriptura & noſtrarum membranarum auctoritate firmatur, & Heſychii teſtimonio, apud quem habes, Ἄρκος· ἀρκεσμα, βοηθεια. Latine, *tutamen, id quod* (pericula) *arcet.* Tum, pro mendoſo ἰσχυροβελὲς (quod in ἰσχοβελὲς mutandum *Valckenarius* l. c. cenſuerat, *Iani* vero in ἰσχυρὸν βέλους) eaedem membr. opportune ἰσχυρῶ βέλευς dedere, doricos genitivos pro ἰσχυροῦ βέλους. *Verſ.* 9. νέω λίνω haud cunctanter fuit corrigendum cum Caſaub. Tum *ibid.* & *verſ. ſq.* καὶ κοῖλαι δ' ἐ, pro

vulgato κεῖλαί τε, Iani praeivit, poſtulante metri ratione. Idem dein κατ' ἀσπίδες βεβλημένων ſcripſit, eâdem ſententiâ quam Caſaubonus voluerat; & commodius etiam, ſervatâ praepoſitione κατὰ, & ad verbum βεβλημ. relatâ. Ac vellem equidem ſcripturam βεβλημένων firmari veterum librorum auctoritate; ſed βεβλημέναι habet vetuſtiſſimus codex *A.* cum aliis iunioribus, e quibus excerptas lectiones habuit Caſaubonus: eamdemque ſcripturam etiam Stephanica editio Lyricorum exhibet, pariter fortaſſe ex aliquo Athenaei codice msto ductam; nam editiones quidem Athenaei omnes in mendoſum βεβλημένον conſentiunt. *Verſ.* 11. παρ' δ' αὖ Χαλκ. (pro vulgato παρ' δὲ) rurſus ex *Iani* emendatione eſt. Cum eodem (*verſ.* 12.) κυπαττίδες geminâ τ literâ ſcripſi: rurſusque cum eodem (*verſ.* 13.) λαθέσθ' pro λαθέσθαι. De voc. κυπασσὶς vel κυπαττὶς vide Pollucem VII. 6. & alios *Iacobſio* laudatos in Animadverſ. ad Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 59 ſq. Geminatam τ literam, pro geminâ σ, ex Doriſmo eſſe, haud ita multo ante obſervavimus. Deinde cum eodem Iani πρώτιστα ὑπ' ἔργον malueram: ſed πρώτισθ' ὑπὸ ἔργον (ſic) ſcriptum dedere membr. *A.* Ipſa poſtrema verba in hunc modum interpretatur idem vir doctus, iam ſaepius a nobis laudatus: »*Quoniam* »*ante omnia hoc munus ſuscepimus, huic muneri nos ante* »*omnia addiximus*, h. e. quoniam bellatoris munere & »gloriâ nihil nobis in his terris prius aut carius eſt.«

c τὰ πολλὰ προσνέμειν οὐ τοῖς ἄλλοις.» Vulnus ac- »ceptum diſſimulat periodus haec: Οἱ παλαιοὶ τὴν ἀν- »δρείαν ὑπελάμβανον εἶναι μεγίστην τῶν πολιτικῶν ἀρετῶν, »καὶ ταύτῃ τὰ πολλὰ προσνέμειν οὐ τοῖς ἄλλοις. In Epi- »tomâ eſt, τὰ πολιτικὰ, non τὰ πολλά. Lego, καὶ »ταύτῃ τὰ πολλὰ (vel τὰ πολιτικὰ) δεῖν προσ- »νέμειν οὐ ταῖς ἄλλαις: *& huic virtuti cenſebant defe-* »*rendam eſſe reipublicae adminiſtrationem, non aliis.* Vel, τοῖς »ταύτην ἔχουσι τὰ πολιτ. δεῖν προσν. οὐ τοῖς ἄλλοις: *bel-* »*licâ virtute praeditis committendam eſſe rempublicam, non aliis.* »Quanti autem veteres fortitudinem fecerint, quae Ro- »manis ἁπλῶς *virtus* eſt dicta, ut obſervat Iuſtinianus Im- »perator, non eſt hîc locus exponendi pluribus. Ipſa »utriusque linguae vocabula multa, primorum hominum »iudicium hoc fuiſſe, arguunt clare: ut omittam graviſ- »ſimas rationes ex penetralibus cum philoſophiae tum hi-

» ſtoriae, quibus id poſſit demonſtrari. « CASAUBONUS. c
— τὰ πολιτικὰ προσνέμειν cum Hoeſcheliano codice tuetur etiam noſter codex Epitomae; ignorat autem tria verba, οὐ τοῖς ἄλλοις. Vetus cod. *A.* nihil ab editâ lectione diſſentit: quae ut haud dubie corrupta eſt, ſic certam vix reperias medicinam. Nec enim dubitandum videtur, plura quaedam verba per veteris alicuius librarii errorem intercidiſſe; quae in hac aliorum vetuſtorum codicum clade nemo hodie facile reſtituturus eſt.

Ἀρχίλοχος οὖν. Sic commode edd. cum *Ep.* Quod pro οὖν vitioſe τοῦ ſcribitur in ms. *A.* id fere non dubito quin ex γοῦν fuerit corruptum. Diſtichon *ARCHILOCHI* ex Athenaeo in Analecta Graecor. Poëtar. recepit *Brunck*, Tom. I. pag. 40. Apud alios auctores (quos laudavit IACOBS, Animadv. in Anthol. Vol. I. Part. 1. pag. 107.) initio hexametri, pro Εἰμὶ δ' ἐγὼ, legitur Ἀμφότερον. Sic & legerat Theodorus Prodromus, cuius exſtat parodia eiusdem diſtichi in Euchariſterio ſermone, quem edidit Vir clariſſimus DE LA PORTE DUTHEIL in *Notice des Manuſcrits*, T. VI. pag. 528. ubi ait: Τὴν δὲ περὶ τὰ πολιτικὰ τῶν πραγμάτων σοφὴν οἰκονομίαν καὶ μεταχείρισιν τί ἂν τις ἢ καὶ πόσον εἰπὼν ἐναργῶς παραστήσειεν; Ἁρμόσει γὰρ ἐπὶ σοὶ ἐκεῖνο τὸ Ἀρχιλόχειον, μικρόν τι παρῳδηθέν. ὑπάρχεις γὰρ

Ἀμφότερον, θεράπων μὲν πραγματικοῖο θεοῖο,
καὶ, Μουσάων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

Sicut ibi Μουσάων ſcribitur, ſic & apud Athenaeum ſcribitur in *Epit.* reclamante metro, ni καὶ particula extra verſum ponatur. Recte Μουσέων ms. *A.* cum edd. in quo vocab. duae poſteriores ſyllabae pro unâ debent efferri.

Ὁμοίως δὲ καὶ Αἰσχύλος — — — ποιήσας· Ἀλκὴν δ' εὐ- d
δόκιμον &c. » *Aeſchylus*, inquit Noſter, *vir tantus in poëſi*, » *nihilominus inſcribi monumento praeoptavit fortitudinem &* » *fortia ſua facta*; ποιήσας, id eſt, *factis verſibus*, qui ſe- » quuntur: Ἀλκὴν &c. In Aeſchyli vita legimus, Geloos » apud quos extremum ille vitae diem obiit, publicum ei » funus feciſſe virtutis ergo, eiusque tumulo tetraſtichum » inſcripſiſſe, cuius pars poſterior ii ſunt verſus, quos ad- » fert Athenaeus, & *ab ipſo Aeſchylo* ſcribit *eſſe compoſitos*: » quod in ipſius vitâ non legas. Minus commode iſta do- » cti acceperunt. « CASAUBONUS. — Vide Aeſchyli Vitam, Tragoediis poëtae praefigi ſolitam; e qua tetraſtichon iſtud

d in Analecta recepit *Brunck*, Tom. II. pag. 523. Conf. Iacobſii Animadv. Vol. I. Part. II. pag. 276. Pentametri ſcriptura, qualis in Athenaei editionibus exhibebatur, ex Aeſchyli vitâ huc translata erat. Nos eam ſcripturam Athenaeo reſtituimus, quam veteres noſtrae membr. *A.* (nam in *Epit.* totum diſtichon deeſt) dedere,

καὶ βαθυχαίται κεν Μῆδοι ἐπιστάμενοι.

Nec tamen imus inficias, magis nobis placere, alteram iſtam lectionem,

καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

Sicut autem h. l. βαθυχαῖται vel βαθυχαιτήεντες Medi & Perſae dicuntur, ſic eâdem ſententiâ κομήτας eosdem adpellaverat oraculum Mileſiis datum, apud Herodot. VI. 19.

AD CAP. XXIV.

Διόπερ καὶ οἱ ἀνδρειότατοι Λακεδαιμόνιοι μετ' αὐλῶν στρατεύονται. Mire vero haec, & quae ſequuntur, de *Muſicae uſu in bellis*, per *cauſſalem* particulam διόπερ cum ſuperioribus coniunguntur. Nec enim cum proximis haec connexa ſunt, ſed cum eis quae cap. 22. dicta ſunt de vi Muſicae animos & ingenia molliendi. Nempe *Lacedaemonii* & alii nonnulli populi ad *tibiarum aut ad lyrae modos* adverſus hoſtes ducebantur, ut *temperaretur nimius animorum ardor & impetus*, qui multarum ſaepe turbarum & cladium cauſſa eſſe ſolet. vide Thucyd. V. 70. & Aulum Gellium I. 11. Atque id ipſum Polybius ſpectabat initio eius diſputationis, quam c. XXII. ex illo auctore adpoſuit Athenaeus, pag. 626. a. Itaque, niſi initio huius capitis XXIV. intercidiſſe nonnihil ſtatuas, quo reſumta fuerit ſuperior de vi Muſicae molliendi animos oratio, iſta omnia quae cap. XXIII. leguntur, veluti per parentheſin interpoſita cenſeri debent. Sed iam ſaepius in his libris ſimili quodam modo interruptum diſputationis nexum obſervavimus, quum reliquis iam ſcriptis (ut videtur) mediam aliam quamdam diſputationem interſereret auctor.

Κρῆτες δὲ μετὰ λύρας &c. Confer ſupra, lib. XII. pag. 517. a. *Herodoti* locus, quem mox reſpicit Deipnoſophiſta, exſtat lib. I. cap. XI. *Homericus* qui deinde recitatur verſus, contractus eſt ex Odyſſ. ρ'. 262. & 271.

μετὰ τὴν περὶ τὸν Ἀχ. Sic commode ed. Baſ. & Caſ. deletâ δὲ particulâ, & poſitâ diſtinctione poſt φιλοτιμίαν,

ubi nulla erat in ed. Ven. Qui deinde adponuntur verſus, ſunt ex Iliad. α'. 603 ſq.

Quae ex *PHILOCHORO* (fortaſſe ex illius *Atthide*, quae a cum alibi nominatim citatur a Noſtro, tum pag. 637. f.) hîc adferuntur, in his ſententia quidem haud admodum obſcura eſt; in verborum ſtructurâ haeſitavi. Φιλόχορος δέ φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ σπένδοντες, οὐκ ἀεὶ διθυραμβοῦσιν, ἀλλ' ὅταν σπένδωσι, τὸν μὲν Διόνυσον ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ, τὸν δ' Ἀπόλλωνα μεθ' ἡσυχίας καὶ τάξεως μέλποντες. Si totam orationem, inde ab οἱ παλαιοὶ σπένδοντες, *Philochori* eſſe ſtatuas; pro μέλποντες in fine videtur μέλπουσι ſcriptum oportuiſſe. Si nihil erroris in ſcripturâ ineſt, in qua quidem veteres membranae nil mutant, niſi quod ſuo fere more αἰεὶ pro ἀεὶ exhibeant, ſtatuendum fuerit, propria *Philochori* verba nonniſi illa eſſe, ὅταν σπένδωσι &c. usque μέλποντες; quae nos eis notis intercepimus, quibus propria auctorum adpoſita verba distinguere conſuevimus. Sic fuerit verbum διθυραμβοῦσι (quod nusquam alibi facile reperias) ab Athenaeo fabrefactum, pro διθυράμβους ᾄδουσι, ſive pro eo quod Philochorus dicit τὸν Διόνυσον ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ μέλπειν. Breviator quidem perapte iſta in hunc modum concinnavit: φησὶ δὲ Φιλόχορος ὅτι οἱ παλαιοὶ ἔσπενδον, Διόνυσον μὲν ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ διθυραμβοῦντες, Ἀπόλλωνα δὲ μεθ' ἡσυχίας καὶ τάξεως μέλποντες.

Ἀρχίλοχος γοῦν φησίν· Ὡς Διονύσοι' ἄνακτος &c. Iſtud *ARCHILOCHI* fragmentum ad alienum verſuum genus referens BRUNCKIUS, Analector. T. I. pag. 46. n. 36. non meminerat, iam pridem docuiſſe BENTLEIUM (in Diſſert. de Phalar. pag. 295. edit. Lond.) eſſe duos perfectiſſimos trochaicos, in quibus nihil mutandum, niſi elidenda ultima vocalis vocabuli Διονυσίοιο: de quibus verſibus ita conſtituendis denuo nuper monuere IACOBS in Animadv. Vol. I. Part. I. pag. 170 ſq. PORSONUS ad Eurip. Oreſt. vs. 5. & HERMANNUS de Metris, pag. 118. & hic quidem initio prioris verſus Ὅς pro Ὡς legendum cenſuit. PORSONO viro doctiſſimo, excidiſſe videtur, ut prorſus contrarium eius, quam ipſe voluerat, ſcriberet. Videtur enim ille (quod & nobis viſum erat) ſtatuere, particulam ὡς *Athenaei* eſſe, non poëtae, idem atque ὅτι valentem, tum vero priori verſui primam deeſſe voculam, quae Καὶ fortaſſe fuiſſet: hanc ipſam vero ſententiam ille (aliud,

puto, animo agens) BENTLEIO tribuit; qui tamen verſum hunc plane ita ſcripſerat, ut ab his ipſis verbis, 'Ως Διονύσι' ἄνακτες inciperet. Sic quidem perſpicue ſcribitur in Bentleii libro, cuius exemplum ob oculos habeo, Anglico ſermone Londini 1699. editum, pag. 295. quam eamdem paginam Vir doctus citavit: nec aliter ſcriptum eſt in eiusdem libri verſione latina pag. 165. Quo magis miratus ſum, cum PORSONUM, poſtquam eodem modo a ſe ſcriptos verſus exhibuit, haec ſubiicientem vidi: »Verſus iam recte diſpoſuerat *Bentleius* in Phalar. p. 295. »in eo leviter errans, quod a Καὶ inciperet, cum puta»ret, opinor, ὡς eſſe Athenaei, non Archilochi.«

b Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὄκχ' ὕδωρ πίῃς. CASAUBONO obſecutus ſum, ad vulgatum olim οὐχ ὕδωρ πίῃς monenti: »Lege *Epicharmi* verba, ὄκχ ὕδωρ πίῃς.« — αἴχ' ὕδωρ πίῃς praetulit GROTIUS, Excerptor. p. 477. Sed ad veſtigia ſcripturae propius accedit Caſauboni emendatio; cui ſuffragatus eſt *KOENIUS* ad Gregor. de Dialect. pag. 81. Quod vero idem Koenius pro ἔστι h. l. ἔσσι legi iuſſerit, id imprudenti puto excidit, aut ab operis peccatum eſt, cum ἔντι ſcribi ille voluiſſet. Sic enim ſcriptum oportebat, ſi reſtitutam Doricam formam velles.

ἡδονῆς χάριν ἐπιπολαίου. ἐπιπόλαιον ἡδονὴν Dalecampius interpretatur *leviusculam voluptatem*. Nobis ἡδονὴ ἐπιπόλαιος videbatur dici ἡ ἐπιπολάζουσα, i. e. πλεονάζουσα, *redundans, nimia, effuſa*. Qua de notione verbi πλεονάζω haud ita multo ante diximus. Conf. X. 437. a.

Λακεδαιμόνιοι δὲ, εἰ μὲν ἐμάνθανον τὴν μουσικὴν, οὐδὲν λέγουσιν. Videtur εἰ, ut paſſim alibi, ſic & hic pro ὅτι accipiendum. Sed ne ſic quidem ſatis perſpicua auctoris ſententia. Videtur autem hoc dicere: *Lacedaemonii eruditos quidem ſe eſſe muſicos non profitentur.* In verbis nil mutant libri, niſi quod, pro δὲ εἰ, in ms. *A.* δ' εἰ cum apoſtropho ſcribitur. Quod ſequitur cum in editis libris, tum in utroque msto, ὁμολογεῖται παρ' αὐτῶν, vix ſanum eſt: nec fere dubito, παρ' αὐτοῖς legendum, *apud ipſos in confeſſo eſt, communi conſenſu praedicatur:* aut περὶ αὐτῶν, *de illis, ſuper illis, ad illos quod ſpectat, omnes in hoc conſentiunt.* Quae ſi placet poſterior ratio, verbum λέγουσιν, ubi aiebat auctor οὐδὲν λέγουσιν, non ad Lacedaemonios fuerit referendum, ſed ad alios Graecos, aut omnino ad ſcriptores qui de Muſicâ Veterum ſcripſe-

re. At in his quae continuo ſubiiciuntur, καί φασι τρὶς ἤδη σεσωκέναι διαφθειρομένην αὐτήν: in his, inquam, verbum φασὶ nonniſi ad ipſos *Lacedaemonios* pertinere poſſe videtur: nam ſi ad alios referretur, ad infinitivum σεσωκέναι adiici debuerat accuſativus αὐτοὺς, *illos*, ſcil. *Lacedaemonios*. Ad poſtrema iſta verba ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: »*Soliti gloriari Lacedaemonii, ſe* τρὶς »ἤδη σεσωκέναι διαφθειρομένην τὴν μουσικήν: hoc eſt, *ter a* »*ſe muſicos eſſe coërcitos*, qui in emendanda veteris muſicae »harmonia perverſe fuerant ingenioſi. Recte ſcriptum »τρίς: conſentiente hiſtoriâ, quae in tres Muſicos, *Ter-* »*pandrum*, *Timotheum*, & *Phrynidem*, ſimilem ob cauſſam »animadverſum teſtatur.«

AD CAP. XXV.

οἱ περὶ Δάμωνα τὸν Ἀθηναῖον. *Damon*, ſophiſta & Muſicus, Periclis praeceptor: de quo Plutarch. in Pericle & in Ariſtide. Conf. Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plut. p. 352. c

τὸ Κλεισθένους τοῦ Σικυωνίων τυράννου. Haud improbabilem per ſe ſpeciem habebat veterum librorum h. l. ſcriptura Κλεοσθένους. Sed communi librorum conſenſu alibi ubivis Κλεισθένης nominatur illi *Sicyoniorum tyrannus*. Vide Herodot. lib. VI. cap. 126 & ſeqq. Athen. VI. 273. c. & XII. 541. b. Aelian. Var. Hiſt. XII. 24. &c. Quare tenui ſcripturam Athenaeo in ed. Caſ. reſtitutam. *Ibid.* ἰδὼν γὰρ, ὥς φασι, φορτικῶς ὀρχησάμενον. »Φορτικῶς ὀρχήσασθαι eſt, *inepte & indecore ſaltaſſe*: »non, *laborioſe*: [ut Dalec. vertit.] non etiam *graviter*: »[ut idem.] Neutrum horum ſignificat τὸ φορτικῶς. « CASAUBONUS. — Sic XIII. 607. d. πολλὰ τῶν φορτικῶν ἐποίουν: *multa inepte & indecore fecerunt*. cf. p. 631. d. Vis ſcire qualis fuerit illius hominis ſaltatio, Herodotum lege, VI. 129. d

Quod dein poſuimus, ἀταξία καὶ τὸ φορτικὸν, adiectum articulum recte dedere ambo noſtri codices.

ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ᾀδομένων. DALECAMPIUS: *figuras depingentes* (in orâ: »ut noſtro ſeculo fit a Muſicis«) *quae cantionum eſſent notae*. Ad quae CASAUBONUS: »Fallitur, inquit, eruditus interpres, qui in »his, συνέταττον οἱ ποιηταὶ τοῖς ἐλευθέροις τὰς ὀρχήσεις, »καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ᾀδομένων: »σχήματα interpretatur de iis quas vulgo Muſici *tabla-*

» *turas* vocant. Atqui ſic exponi mens auctoris debuerat: » *Poëtae ſaltationes liberis aſſignabant, & figuris* ſaltationum » *utebantur tantum pro ſignis eorum quae voce canebantur; ſem-* » *per in iis animum ſervantes virilem & generoſum: quam ob* » *cauſſam ὑπορχήματα appellarunt;* quaſi dicas, *ſaltationes* » *voci ſubſervientes. Si quis autem figuras exprimeret non ſer-* » *vato modo, & cantionibus congruens nihil diceret in ſaltatio-* e » *ne, eum improbabant.* διατίθεσθαι τὴν σχηματοποϊαν, ut » libro primo, διατίθεσθαι ὑπόρχημα. [vide I. 20. e. ibi-que not.] » Venuſte dictum eſt, λέγειν κατὰ τὴν ὄρχησιν, » pro *exprimere aliquid ſaltando, congruentia ſaltationis cum* » *eo quod voce canitur.* Hoc vocat λέγειν: ut apud poëtas » indices animi oculorum nutus dicuntur *loquaces.* Quas » nominat *figuras ſaltationis*, Ariſtoteles *rhythmos figuratos*, » inquiens in libello DE Poëticâ: Οἱ ὀρχησταὶ διὰ τῶν » σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ » πράξεις. Proprium huius ſtudii vocabulum eſt σχήματα. » Ariſtophanes Pace: [vs. 322 ſq.]

» — Μηδαμῶς, πρὸς τῶν θεῶν,
» πρᾶγμα κάλλιστον διαφθείρητε διὰ τὰ σχήματα·

» id eſt, *ſaltationis cauſſâ.* Et σχηματίζειν, idem ac *ſaltare.* » Ibidem,

» Ἀλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομ'· ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς,
» οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος, αὐτὸ τὸ σκέλη χορεύετον.

» Quod ait de appellatione *hyporchematum*, illuſtrat Lucia- » nus in libro DE Saltatione: [cap. 16.] Ἐν Δήλῳ δέ γε » οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ καὶ με- » τὰ μουσικῆς ἐγίνοντο. παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῷ » καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι » προκριθέντες ἐξ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα » τούτοις ᾄσματα, ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο. Lege Athe- » naeum libro primo. « — Vide locum paulo ante citatum. In his oblitus eſt doctus Animadverſor monere, pro ἐπιτυγχάνων, quod in maſculino genere ſcriptum habent editiones omnes, ac neſcio an & ms. *A.* (nam in *Epit.* verba nonnulla h. l. deſunt) ἐπιτυγχάνον oportuiſſe, cum μηδὲν conſtruendum. Notandus autem hîc rarior uſus ipſius verbi ἐπιτυγχάνω: quod cum dativo perſonae conſtructum ſignificat *incidere in aliquem, occurrere alicui;* nunc cum dativo rei, *congruere, convenire, conſentaneum eſſe.* Paulo ante, τὰ τοιαῦτα recte dedere mssti.

Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σκευαῖς. Nullius fru-

gis erat quod hîc editum legebatur ἐν ταῖς Σκηναῖς. *Platonis* fabulam Σκηὰς nemo novit: & *Ariſtophanis* Σκηναὶ nullibi usquam exſtiterunt, niſi in vitioſâ editorum librorum ſcripturâ apud Athenaeum IV. 169. c. Nempe ἐν ταῖς Σκευαῖς perſpicue hîc ſcriptum in vetuſtis membr. *A.* Et apud Suidam & Eudociam in recenſu fabularum PLATONIS *Comici* diſerte etiam Σκευαὶ nominatur: quod vocab. quum *Apparatus* rectè interpretatus apud Suidam eſſet Aemil. Portus, neſcio cur Küſterus *Scevae* in latinâ verſione ponere maluerit. Obſcurior autem videtur fuiſſe fabula, ut incertus auctor. Ipſam quidem non viderat Athenaeus: non niſi ex *Chamaeleonte* Grammatico notam habuit. Duo verſus ex hac fabula hîc adpoſiti, quum non eſſent vulgo ex metri lege diſtincti, legitimos eſſe iambicos tetrametros monuit PORSONUS, in Praefat. ad Euripid. Med. edit. ſec. p. XLI. Quod in priore verſu Ὥστ' εἴ τις ὀρχοῖτ' per θ in cod. *A.* ſcribitur, id poterat indicare, non εὖ, ſed aliam vocem ſequi debuiſſe: quae tamen qualis eſſet, non potui exputare. Tentaveram Ὥστ' εἴ τις εὖ ὀρχοῖτ', οἷον Θέαμ' ἦν: ſed id metro parum convenit. Mox dein, ἀπομιμούμενον cum edd. tuetur ms. *Ep.*

ὅθεν καὶ Σωκράτης ἐν τοῖς Ποιήμασι &c. Quis ſit SOCRATES, cuius hic laudantur *Poëmata*, diſcere velim a doctis. Nomen quidem Σωκράτης cum editis tuentur ambo noſtri codices mssti. Fuerit-ne *Epigrammaticus* ille *poëta*, cuius Diogenes Laërtius II. 47. meminit? de quo quidem apud alios omnes ſcriptores altum ſilentium. Poëtae huius teſtimonium ita invocat Athenaeus, ut videatur pro ſatis antiquo illum habuiſſe.

AD CAP. XXVI.

a Ἀμφίων δὲ ὁ Θεσπιεὺς, ἐν δευτέρῳ περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι Μουσείου. *AMPHION* ille nonniſi ex hoc Athenaei loco notus nobis. Μουσεῖον, *Muſarum templum* interpretari malui, quam *Muſeum* cum Dalecampio. *Lucum Muſarum* vocat Pauſanias, lib. IX. cap. 29. Idem cap. 30. pag. 767. ait, multorum ibi poëtarum & aliorum muſicâ arte clarorum virorum ſtatuas conſpici.

In ſubiecti *Epigrammatis verſu* 1. pro ἐν Μώσαις ἐδίδασκον, quod tenent libri omnes, praeter rationem Gallicus interpres ἐν Μῶσαι' corrigendum cenſuit. Ad *verſum* 2. ubi

a legitur Ἄναξος Φιαλεὺς, adnotavit CASAUBONUS: »Scribebam Φιγαλεύς. *Phigalia*, vetus Arcadiae oppidum, »non obscuri nominis. Sed rectum est Φιαλεύς: cuius vocis praes est nobis Stephanus DE URBIBUS. *Phialia*, eadem quae Phigalia.« — Vide Indicem nostrum Historic. & Geograph. in Polyb. voce Φιγαλία. De nomine Ἄναξος monuit KOENIUS ad Gregor. DE Dialectis p. 279. esse Aeolicam vel Doricam formam, respondentem communi Ἄναξ, ut ἀλώπεκος pro ἀλώπηξ, & alia similia.

Versu 3 *& sq.* ubi sic scribebatur,

— ἦ ῥα θεοῖσι

† τᾷ Σικυῶνι καλὸν τοῦτ' ἀπέκειτο γέρας.

adnotavit idem CASAUBONUS: »Lego ἦ ῥα θεοῖσιν ἐν »Σικυῶνι.« — Cuius emendationem adoptavit BRUNCK in Analect. T. III. p. 184. num. 171. Et ἦ ῥα quidem haud dubie divisis vocibus fuit scribendum: sed ista novatio ἐν Σικυῶνι eo minus probanda nobis visa erat, quod ex Deipnosophistae narratione perspicue liquet, in *Helicone* repertum fuisse monumentum cum ista Inscriptione; non *Sicyone*. Quare nec PORSONO Viro doctissimo adsentire possum, in Notis ad Euripidis Med. 44. τοῖς Σικυῶνι corrigenti, eamdem in sententiam quam Dalecampius praeiverat, *Diis Sicyoniis* vertens. τᾶι (id est τᾷ) Σικυῶνι tuentur veteres nostrae membr. cum editis. In *Epit.* deest posterius distichon. τᾷ Σικυῶνι καλὸν nobis videbatur id ipsum sonare, quod in latinâ versione posuimus, *Sicyoni honorificum*. Nomen huius oppidi Polybius quidem in masculino genere solet efferre, ὁ Σικυών: sed diserte Stephanus Byz. docuit, perinde & ὁ & ἡ Σικυὼν in usu fuisse. Atque ita apud Strabonem habes, lib. VIII. pag. 382. c. τὴν δὲ Σικυῶνα &c. Quod de vocalium α & οι confusione ex scribarum festinatione orta l. c. docuit Porsonus, eius confusionis in vetusto nostro Athenaei codice nullum exemplum observare meminimus.

Οὐ κακῶς δὲ Καφησίας ὁ αὐλητὴς &c. *Capheſiae* nomen, quod lib. XII. p. 538. f. corruptum vulgo legebatur, recte hîc scriptum in edd. & in utroque codice msto. Di- b ctum illius tibicinis, quod hîc laudatur, idem a Zenone philosopho olim laudari solitum refert Diogenes Laërtius, VII. 21. Confer *Pauli* LEOPARDI Emendatt. lib. IX. c. 20. in Gruteri Thes. Crit. T. III. p. 185 sq.

Ἔστι δὲ καὶ τὰ τῶν ἀρχαίων δημιουργῶν ἀγάλματα τῆς

παλαιᾶς ὀρχήσεως λείψανα· διὸ καὶ συνέστη τὰ κατὰ τὴν b
χειρονομίαν ἐπιμελεστέρως διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. Tales videtur dicere *veterum artificum ſtatuas*, qualis fuit illa Glauco Caryſtio Olympiae poſita, Glauciae Aeginetae opus: de qua Pauſanias, lib. VI. cap. x. pag. 475. ait: Σκιαμαχοῦντος δὲ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα, ὅτι ὁ Γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκότων. Quibus ex verbis ſimul intelligitur, *chironomiam* (quam latine *manuum geſticulationem* dicunt) fuiſſe ſaltationem quae ſpeciem exhibebat σκιαμαχίας, id eſt, dimicationis cum umbrâ, nullo contra ſtante adverſario. *Chironomiam* vero, ait apud Noſtrum (pag. 631. c.) Ariſtoxenus, eamdem eſſe cum *Pyrrhichâ*, quam conſentiunt omnes fuiſſe ſaltationem armatam celerrimis motibus peragi ſolitam. Confer Meurſii Orcheſtram, voc. Χειρονομία & Πυρρίχη: & Athenaeum mox deinde lit. *c.* & p. 630. *d.* & *e.*

ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα παραλαμβάνοντες. Poſſit verbum παραλαμβ. hoc loco pro ὑπολαμβάνοντες accipiendum videri: *exiſtimantes in eo quod bonum ſit ineſſe magnum:* quemadmodum haud multo ante (p. 626. a.) παραληπτέον pro ὑπολητέον poſitum videri potuit. Sed poterit fortaſſe etiam uſitatiore notione accipi, tali quodam modo, *in eo quod bonum eſſet ſimul comprehendentes magnum; ſimul cum bono etiam magnum amplectentes.*

αἱ καλούμεναι πυρρίχαι, - - - καὶ αἱ πολλαὶ παρονο- c
μασίαι αὐτῶν. Deſunt poſtrema verba *Epit.* Particulam καὶ, quae deſideratur in edd. & in ms. *A.* adieci praeeunte CASAUBONO in Animadv. Idem ibidem monuerat, *punctum* quo *poſt πυρρίχαι* incommode distinguebatur oratio, *commate* permutandum eſſe. De *Pyrrhichâ* quae vocabatur, ſaltatione, item de aliis omnibus *ſaltationum generibus*, quae in hac diſputatione commemorantur, conſulendus MEURSIUS, in *Orcheſtra*, ſive *De Saltationibus Veterum* libro ſingulari, qui exhibetur in Gronoviani Theſauri Graecarum Antiquit. Tomo octavo: ibi omnia veterum de hoc argumento teſtimonia collecta reperiet ſtudioſus lector. De eodem argumento CASAUBONUS h. l. adnotavit: »Saltationis olim multi modi, ſchematis & nominibus discreti. Exempla aliquot referuntur ab Athenaeo, & a Iulio »Polluce libro quarto, cap. XIV. Sed, multas appellationes ab utroque eſſe praetermiſſas, non eſt dubium. Lucianus: [de Saltat. cap. 33.] Πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχή-

c »σεως συγγεγραφότες, τὴν πλείστην διατριβὴν τῆς γρα-
»φῆς ἐποιήσαντο, πάντα τῆς ὀρχήσεως τὰ εἴδη ἐπεξιόντες,
»καὶ ὀνόματα αὐτῶν καταλέγοντες, καὶ οἷα ἑκάστη, καὶ
»ὑφ' ὅτου εὑρέθη, πολυμαθείας ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι
»παρέξειν. Auctores qui de Saltatione ſcripſerunt, indi-
»catos hic a Luciano, habes enumeratos infra poſt ali-
»quas paginas.« — At paucos admodum de hoc argumento Auctores nominatim commemoratos a Deipnoſophiſta video equidem: nec vero dubito, omnia quae ab illo hîc traduntur, verbo tenus fere e vetuſtioribus auctoribus ducta eſſe.

ἧς μνημονεύει. Tenendum hoc putavi, tacite ſic a Caſaubono correctum: nam aliena utique ab hoc loco nobis viſa erat ὡς particula, quam tuetur quidem ms. *A.* cum edd. In *Epit.* omiſſa ſunt ea verba quae parentheſeos notis intercepimus. *Ibid.* Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ. De hoc *Ariſtophanis* dramate vide notata ad VII. 301. b.

ὕστερον μακτρισμὸν ὠνόμασαν. »Saltationem ἀπό-
»κινον, inquit Athenaeus, ὕστερον μακτρισμὸν ὠνόμασαν.
»Pollux: [IV. 101.] Βακτριασμὸς δὲ καὶ ἀπόκινος καὶ ἀπό-
»σεισις, ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων ἐν τῇ τῆς ὀσχύος [an τῆς ὄσχης voluerat vir doctus? ὀσφύος ſcribitur apud Poll.]
»περιφορᾷ. *Mactrismus* & *bactrismus* ſive *bactriasmus*, idem.
»β pro μ poſitum ex pravâ conſuetudine ſcribentium:
»nam verior lectio noſtra, quam Pollucis. Heſychio μα-
»κτὴρ appellatur.« CASAUBONUS. — In μακτρισμὸν apud Athenaeum conſentiunt duo noſtri optimi codices. Apud Pollucem, pro eo quod editum eſt βακτριασμὸς, alii codices ματρισμὸς exhibent: quibus inter ſe collatis duabus ſcripturis, perquam fit probabile veriſſimam eſſe hanc quam Athenaei libri praeferunt. Et ſic rurſus infra, (lit. f.) ubi ait, γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις ἴγδις καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε: quem locum ſpectans IUNGERMANNUS commode monuit ad Polluc. l. c. ut nomen ἴγδις ab ἡ ἴγδη (*mortarium*) derivatum eſt, ſic μακτρισμὸς derivatum eſſe a μάκτρα, quod item *mortarium* ſignificat. Quod in citato Pollucis loco Caſaubonus ὀσχύος ſcripſit, (ſi modo conſulto ſic ab eo ſcriptum, non temere excidit calamo, aut ab operis peccatum) videtur *Oſchophoria*, feſtum Athenienſium in animo habuiſſe: quo in feſto ſicut propria canebantur carmina, ὀσχοφορικὰ dicta, (Poll. IV. 53.) ſic & peculiare ſaltandi genus in uſu fuit. Conf.

pag. 631. b. Sane, quaenam sit illa τῆς ὀσφύος περιφορὰ, quam nobis vulgata apud Pollucem lectio exhibet, quam *lumborum circumvolutionem* latine reddidit interpres, intelligi vix posset, nisi lucem adfunderent Etymologi verba a Iungermanno cum Pollúce collata, e quibus liquet non solicitandum esse apud Pollucem vocabulum ὀσφύος. Confer eumdem Polluc. IV. 99.

»Sequitur, ἣν καὶ πολλαὶ γυναῖκες ὠρχοῦντο, ἃς καὶ »μαρκυπίας ὀνομαζομένας οἶδα. Videtur postulare ana- d »logia, ut μακτροποιούς scribatur: caeterum incerta ve- »ritas.« CASAUBONUS. — Omissum id verbum in *Epit.* In ms. *A.* μαρκτυπίας scriptum; perperam (ut videtur) ρ literâ ante κτ positâ, cum μακτρυπίας debuisset librarius. Sed fortasse ne haec quidem vera fuerit scriptura. Perspecte quidem CORAYUS in *Notis mstis* quaerit: »An μακτριστρίας, ut postulat analogia vocis μα- »κτρισμός? an μακτριππίας, a μακτρίζω & ἵππος?« — Mire nobis quidem prior placet ratio a docto Viro proposita: nisi forte verum fuerit μακτροτυπίας.

AD CAP. XXVII.

Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα. Insignem utique veri speciem habet quod hic adnotavit doctissimus CORAY: »Videtur »legendum ἀποικιλώτερα, ut & interpres legit aut le- »gendum existimavit.« — Nempe Dalecampius ex conjecturâ sic interpretatus erat, *in quibus* minus *varietatis est.* Gallicus vero interpres, nec ita male fortasse, in eamdem fere nobiscum sententiam accepit, quam suo sermone ille his verbis expressit: *Quant aux danses ou plus graves, ou plus variées dans les figures, ou plus simples, ce sont le dactyle*, &c. Vocab. στάσιμος, ut hic de *saltatione*, sic de *carmine* usurpatum vidimus, lib. XIII. pag. 592. b.

δάκτυλοι, ἰαμβικὴ, Μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις. »*Dactylum* saltationem describit Hesychius: ex »quo & Polluce multa hic studiosorum diligentia illustra- »bit.« CASAUBONUS. — De *dactylo*, quod huc spectet, fere nihil apud Pollucem reperias, nisi singula haec verba: δάκτυλος, ὁ ῥυθμός: II. 156. & δακτύλους αὐλητικούς: IV. 56. Hesychius: Δάκτυλος· οὕτω καλεῖται ῥυθμοῦ εἶδος καὶ κρούματος. χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ μάλιστα αὐληταί. Plu-

dra Meursius collegit in Orcheſtra, ſub voce Δάκτυλος. Nec vero δάκτυλος, ut Caſaubonus hîc tacite edidit, habent veteres libri: ſed δάκτυλοι (plurali numero) cum ed. Ven. & Baſ. tuentur mssti *A.* & *Ep.* Quare auctori hoc reſtituimus. Tum ἰαμβικοὶ etiam plurali numero in ed. Ven. & Baſ. ſcribitur: ſed ἰαμβικὴ, in ſingulari, ut edidit Caſaub. ſic exhibent ambo noſtri mssti. Deinde, nullâ interpoſitâ diſtinctionis notâ iungebantur in editis duae voces μολοσσικὴ ἐμμέλεια: & ſic etiam in ms. *Ep.* factum video, licet reliqua nomina omnia adcurate a ſe invicem diſtincta ſint. Adſentiendum tamen Meursio putavi, vocem μολοσσικὴ interſerto commate ab ἐμμέλεια ſeparanti. Ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, tria ſaltationum genera erant, quorum primum *tragoediae*, alterum *comoediae*, tertium *ſatyrico dramati* proprium cenſebatur; ut docuit Noſter lib. I. cap. 37. Confer mox deinde c. 28. huius libri; & Meurſium in Orcheſtrâ, voce Ἐμμέλεια. Caeterum, ſi quis utique iungendas voces ſtatuerit Μολοσσικὴ ἐμμέλεια, non magnopere repugnabo: videndumque fuerit, ne ſimiliter dein iungendae fuerint voces σίκιννις Περσικὴ, tum Φρύγιος νιβατισμὸς, & Θρᾴκιος καλαβρισμός. Videri ſane poterat ἐμμέλεια eſſe generale nomen, quod h. l. reſtrictum fuerit adiecto vocabulo Μολοσσικὴ: quamquam nusquam alibi haec duo ita coniuncta facile reperias. Sed *Sicinnum*, a quo *Sicinnis* ſaltatio nomen habet, quem barbarum aut Cretenſem auctor noſter facit pag. 630. b. alii *Perſam* ſtatuunt. vide ibi not. Porro νιβατισμὸς Heſychio dicitur *genus ſaltationis barbaricae:* quo referre poſſis adiectum vocabulum Φρύγιος. Denique καλαβρισμὸς, ſive (quod idem eſt) κολαβρισμὸς, diſerte Θρᾴκιον ὄρχημα καὶ Καρικὸν ait Pollux, IV. 100. Adnotaverat ad hunc locum Casaubonus: »νικατισμὸς, Heſychio dicitur νιβατισμός. In Excerptis νικτισμός.« — Atqui noſter quidem ms. *Ep.* cum Hoeſcheliano erravit: ſed in ms. *A.* νιβατισμὸς ſcribitur, ut apud Heſychium. Scripturam καλαβρισμὸς tenet uterque cod. ms. cum editis. κολαβρισμὸς eſt apud Pollucem l. c. Utraque ſcriptura habet quo ſe tueatur. Sic perinde & κολαβρίζειν & καλαβρίζειν dicitur, quod & σκιρτᾶν & χλευάζειν exponitur: item κόλαβρος & κάλαβρος, *porcellus*. Vide Suid. in Κολαβρισθείη, ibique Küſterum, & Heſychium in Καλαβρισθείησαν, & in Κολαβρίζειν. Ad hoc ſaltationis genus pertinuiſſe

videntur κολαβροὶ verſus cantusque, de quibus nonnihil d dictum ſupra ad IV. 162. e. & plura infra dicentur ad XV. 697. c.

τελεσιάς. τελεσειὰς ſcribitur h. l. in ms. *A.* ſed recte τελεσιὰς pag. ſeq. *a.* & ſic h. l. ms. *Ep.* cum editis. Quae autem de nominis illius origine paulo inferius (p. 630. a.) tradit auctor, ea hoc loco ſtatim adiiciuntur in Epitoma, ἀπὸ Τελεσίου, πρώτου μετὰ ὅπλων ταύτην ὀρχησαμένου: quae ipſa verba, praeter rationem, eodem hoc loco in plenioris operis editione tacite adiecit Caſaubonus, non animadvertens eadem paulo poſt poſita fuiſſe ab auctore, ubi etiam in eâdem ed. Caſ. repetuntur. Τελεσίας, penacute, vulgo ſcribitur apud Pollucem, IV. 99. τελεσία vero apud Heſychium.

οἱ περὶ Πτολεμαῖον Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου ἀδελφὸν ἀνείλον. »*Ptolemacus* ille, de quo hîc ſermo, ille fuit, qui »Alorites dictus fuit ab Aloro urbe, unde credo erat ori»undus. Extat haec hiſtoria apud Diodorum Siculum lib. »15. & 16.« Palmerius, Exercitat. pag. 527. — Diodorum vide lib. XV. cap. 71. ibique Weſſel. & XVI. 1. & quae ibi ab eodem Palmerio adnotata ſunt.

κερνοφόρος. »Ea eſt quam ſaltabant *cernophori*, de quibus e »libro ſeptimo.« Casaubonus. — Scribere voluerat »libro undecimo, capite ſeptimo.« Nempe vide ad XI. 476. c. notata. Conf. Polluc. IV. 103.

μόγγας. »In Excerptis μίγγας.« Casaubonus. — Sic & in noſtro ms. *Epit.* Utra vera ſit ſcriptura, aut verae propior, non liquet. Nullum huius nominis veſtigium nec apud Heſychium, nec apud Pollucem reperias: niſi huc ſpectare cenſeas γίγγραν, de quo Pollux IV. 102. ἦν δὲ γίγγρας, inquit, πρὸς αὐλὸν ὄρχημα, ἐπώνυμον τοῦ αὐλήματος. In αὐλημάτων generibus relatum *gingram* ſupra vidimus, pag. 618. c.

Σέρμαυστρις. Sic antepenacute ſcribitur in ed. Ven. & in ms. *Ep.* neſcio an & in ms. *A.* Σερμαυστρὶς *acute* in ed. Baſ. & Caſ. Σερμαστρὶς apud Heſych. & Polluc. IV. 102. & paulo poſt apud Noſtrum. Apud alios Σερμαϋστρίς. Eſt autem idem fere ſaltandi modus, quem *capreolum* (*des caprioles*) hodie vocamus. Conf. Lucian. De Saltat. c. 34. & Euſtath. ad Odyſſ. β'. p. 315. l. 29 & ſqq.

Ἦν δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις ἡ καλουμένη ἄνθεμα. »*Anthema* ſaltatio a *floribus* eſt appellata, ut ex nomine

e » paret; nam ἄνθος & ἄνθεμον significatione non differunt: » paret etiam ex subiectis verbis, quae quidem ita conci- » piuntur in Excerptis: Ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ ἴα; » ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα; Ποῦ μοι ταδὶ τὰ ῥόδα; ταδὶ » τὰ ἴα; ταδὶ τὰ καλὰ σέλινα;« CASAUB. — Eadem verba quae deerant editis, non modo codex etiam noster *Epit.* sed & vetus cod. *A.* nobis obtulit. ἄνθεμα est nominativus pluralis: intellige ἡ ὄρχησις ἣ καλουμένη τὰ ἄνθεμα. In ἰδιώταις fuit cum suspicarer latere fortasse proprium *populi* nomen: quemadmodum, verbi gratia, apud Polybium *Eleos* (Ἠλείους) in ἰδίους transformatos vidimus. Sed cum ἰδιώτης subinde τῷ στρατιώτῃ aut ὁπλίτῃ opponatur, indicare voluisse isto vocabulo videtur Athenaeus, non esse hanc ἐν ὅπλοις vel ἐνόπλιον saltationem. Tenent quidem vulgatam scripturam ambo nostri codices.

Παρὰ δὲ Συρακουσίοις καὶ χιτωνέας Ἀρτέμιδος ὄρχησίς τις ἐστὶν ἰδιος καὶ αὔλησις. DALECAMPIUS: *Apud Syracusios Chitoneas peculiaris Dianae & saltatio & tibiarum cantio est.* Quo spectans CASAUBONUS, monuit: » *Chitonae* » sive *Chitoneae Dianae propriam saltationem*, fuisse & ipsam » nominatam *Chitoneam*, per est verosimile. Quia tamen » hoc Athenaeus non dicit, interpretes ipsum potius sequi » par erat.« — Atqui id ipsum dicere videtur Athenaeus. Certe, si modo sana est vulgata huius loci scriptura, (in qua quidem codex *A.* nihil mutat; tacet autem Epitoma, totam ῥῆσιν ignorans) vocabulum χιτωνέας vix aliter intelligi potest, nisi tamquam nominativus singularis, ὁ χιτωνέας, saltationis nomen indicans. Ex Casauboni interpretatione, ἰδία in foem. gen. scriptum oportebat: nunc, quum ἴδιος scribatur, mira quidem videri possit verborum traiectio, sed ordo naturalis hunc in modum concipiendus: Παρὰ δὲ Συρακουσίοις χιτωνέας τίς ἐστι, Ἀρτέμιδος ἰδιος, ὄρχησις καὶ αὔλησις. Ad Ἀρτέμιδος autem ex ipso saltationis nomine subintelligendum fuerit cognomen Χιτωνέας. De *Chitonea Diana* vide Stephanum Byzant. ibique Holstenium, & quem hic laudavit interpretem Graecum Callimachi, ad Hymn. in Iov. vs. 77. Quae sequuntur verba, ἦν δέ τις καὶ Ἰωνικὴ ὄρχησις παροίνιος: ea cum proxime praecedentibus iungit MEURSIUS, in Orchestra, voc. Ἰωνική: confertque cum illis Pollucis, IV. 103. τὸ δὲ Ἰωνικὸν Ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο Σικελιῶται μάλιστα. At, quae in *Dianae* honorem peragebantur saltationes, non vi-

dentur eae fuisse παροίνιοι, id est, *lascivae & petulantes.* e Quare si vel maxime statuas, *Syracusiorum* illam in *Dianae* honorem celebratam saltationem ex *Ionia* fuisse translatam; nunc hoc dicere censendus fuerit auctor noster, *fuisse vero & aliam Ionicam saltationem*, quae fuerit παροίνιος, id est, *inter pocula usitata & petulans.* Ac tales sane vulgo habentur quae sigillatim *Ionicae* adpellantur: quod idem Meursius l. c. ex vetere Horatii interprete docet; qui *modos Ionicos* (lib. III. Od. 6.) interpretatur *Saltationes lascivas ac petulantes, instar Ionum.*

καὶ τὴν ἀγγελικὴν δὲ πάροινον ἠκρίβουν ὄρχησιν. »*Angelica* πάροινος Hesychio est ἀγγελίη παροίνιος.« Casaubonus. — Desunt praescripta verba in *Epit.* In editâ vero scripturâ nil mutat cod. *A.* Pro πάροινον tamen malebam παροίνιον, ut apud Hesych. utque apud Nostrum proxime ante legebatur, ὄρχησις παροίνιος. Cur autem apud Polluc. IV. 103. pro olim edito τὸ παραγγελικὸν, praeter librorum (quod sciam) auctoritatem, τὸ παραγγελτικὸν correxerint editores, haud satis causae fuisse videtur. Causam nominis declaravit Pollux his verbis: τὸ ἀγγελικὸν ἐμιμεῖτο σχήματα ἀγγέλων: ubi lepide interpres: *Angelicum, Angelorum referebat formas:* cum *nunciorum* debuisset. Quod vero ἠκρίβουν ait auctor, non liquet quinam sint qui ἠκρίβουν: utrum *Syracusani*, an *Iones?* an omnino, *Veteres?*

καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, f ἀπόκινός τε. De his vide paullo ante dicta, ubi de μακτρισμῷ egimus. ἀσελγῆ εἰδη ὀρχήσεως haec adpellavit Pollux, IV. 101. σοβάς. Ad editam olim penacutam scripturam σόβας nihil quidem dissensionis e codice *A.* adnotatum est: probavi vero acutam scripturam, quam praeivit ms. *Epit.* Sic etiam H. Stephanus scripserat in Thes. Gr. Ling. T. III. pag. 892. h. & Meursius in Orchestra. Apud nullum autem veterum, nisi hic apud Athenaeum, huius saltationis fit mentio: verumtamen, qualis fuerit, colligi potest ex alio eiusdem vocabuli significatu apud Hesychium: Σοβάδες· ὑπερήφανοι, ἄστατοι, μαινόμενοι: & plenius etiam ex eo quod apud Suidam legitur: Σοβάδες· αἱ διώκουσαι πόρναι.

ἔτι δὲ μορφασμός. Pollux IV. 103. ὁ μορφασμὸς παντοδαπῶν ζώων μίμησις ἦν. *Ibid.* καὶ λέων. Pollux IV. 104. ὁ δὲ λέων, ὀρχήσεως φοβερᾶς εἶδος. Quae proxime sequun-

f tur, ἀλφίτων ἐκχύσεις, χρεῶν ἀποκοπὴ, & στοιχεῖα, non memorantur apud Pollucem. De *Pyrrhicha* conf. p. 630. d. e. & 631. a. b. c. quae quum fuerit *militaris ſaltatio in armis* & ad veram pugnam exercitatio, mireris eamdem hic in *ridiculis ſaltandi generibus* recenſeri. Itaque *ridicula* haec *pyrrhicha* cum MEURSIO de illa intelligi debebit, quam ſequiore aetate inventam commemorat auctor noſter pag. 631. a. Pro καὶ λέων, perperam in ms. *Epit.* ἐλαίων ſcribitur.

τὴν τοῦ κελευστοῦ, καὶ τὴν καλουμένην πινακίδα. Deſunt haec *Epit.* »κελευστὴν vocant *remigum & nautarum* »*hortatorem.*« DALECAMP. — Saltationis hoc nomine alii non meminere. Pro πινακίδα poſſis conjectare, πινακίδας fortaſſe ſcriptum oportuiſſe. τὰς δὲ πινακίδας (ſic Pollux IV. 103.) ὠρχοῦντο οὐκ οἶδα εἴ τ' ἐπὶ πινάκων, εἴ τε πίνακας φέροντες. Heſychius vero: Πινακιδοῦς· ὄρχησις ποιά.

σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, καλαθισμὸς, καλλαβίδες. »Inter *ſchemata ſaltantium* nominatur *xiphismus*, »*calathismus, callabides.* Auctore Heſychio, ξιφίζειν etiam »*ſaltare* ſignificat. Saltationem autem xiphismum, alio no»mine *cola* vocabant, teſte eodem in voce Κῶλα. Καλλα»βίδες, alibi in hoc libro κολλαβίδες: minus probo: nam »exiſtimo eſſe Heſychii καλλαβίδα.« CASAUBONUS. — Ad poſtremum vocab. quod ſpectat, confer quae paullo ante (ad hanc pag. lit. c.) de vocab. καλαβρισμὸς dicta ſunt. Perperam vero καλλακίδες hic edebatur: ſed καλλαβίδες dedit ms. *A.* κολλαβίδες ms. *Ep.* ſed vocali α ſuperne adpoſita. ξιφίζειν Heſychius non generatim *ſaltare* interpretatur, ſed ἀνατείνειν τὴν χεῖρα καὶ ὀρχεῖσθαι. Tum idem: Ξιφισμὸς· σχῆμα ὀρχηστικὸν τῆς λεγομένης ἐμμελείας ὀρχήσεως. Conf. Noſtrum, I. 15. e. In καλαθισμὸς conſentiunt h. l. ambo noſtri mssti cum editis.

ἦν δὲ ὁ σκῶψ τῶν ἀποσκοτούντων τὸ σχῆμα, ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ μετώπου κεκυρτωκότων. Longe aliter τὸν σκῶπα Pollux interpretatur, IV. 103. quem eumdem & σκωπίαν dictum ait. Cum Noſtro autem conſentit Heſychius, in Σκωπευμάτων: unde ſimul intelligitur, idem eſſe τὸν σκῶπα & τὸ σκώπευμα. Pertinebat illa Heſychii gloſſa ad ipſum *AESCHYLI* fragmentum, quod hic adponitur ex Θεωροῖς. De quo dramate haec adnotavit CASAUBONUS: »*Aeſchyli Theoros* invenio duplicem habuiſſe titu-

»lum, ut multa alia dramata. Nam Hesychius, in 'Ιαμ-»βὶς, nominat Θεωροὺς ἢ 'Ισθμιαστάς.« — Confer quae ad voc. σκοπὸς paullo post notamus.

Καλλαβίδας δὲ βαίνει, σπαμίδας δὲ χέζει. Idem *Eu-*a *polidis* fragmentum paulo auctius repetitur pag. 646. f. ubi ὄζει pro χέζει habet ms. *A.* sed verum est quod hîc legitur. Similem iocum habes, XV. 685. a.

Θέρμαστρις, ἑκατερίδες. Ad editam olim scripturam pertinet Casauboni Animadversio: »Sunt e schematis »etiam Θαυμαστρὶς & κατερίδες. Immo Θερμαστρὶς & ἑκα-»τερίδες. Ita legendum ex Polluce, cuius verba: [IV. 102.] »ἑκατερίδες καὶ Θερμαστρίδες, ἔντονα ὀρχήματα. Aliis »Criticis [apud Hesychium] *thermastris* exponitur ὄρχη-»σις ἔντονος καὶ διάπυρος τάχους ἕνεκα.« — In *Epit.* de-sunt ista verba, & post κεκυρτωκότων (pag. praeced. extr.) nil aliud ex hac regione nisi haec leguntur: διποδισμὸς· ἐπαγκωνισμός: tum statim illa, καλεῖται δ' ἡ σατυρικὴ ὄρ-χησις σίκιννις &c. In ms. *A.* quasi unum continuum vo-cabulum hîc scribitur Θαυμαστειςεκατερίδες. In quo latet primum vocab. Θέρμαστρις, aut Θέρμαυστρις, ut paulo an-te (pag. praec. e.) scribebatur, ubi vide quae notavimus: sive acute scriptum malueris Θερμαστρὶς aut Θερμαυστρίς. Etiam apud Pollucem varie scribitur idem nomen: apud quem, praeter locum modo citatum, rursus IV. 105. sic habes: τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ χεὶρ, ὁ καλ-λαβίσκος, χεὶρ καταπρανὴς, ξύλου παράλη-ψις, διπλῆ, Θερ-μαϋστρίς. Sed Θαυμαστὶς apud Athenaeum legebat *Iul. Caes.* Scaliger, in libello de Comoedia & Tragoedia, cap. 14. (in Gronoviano Thes. Antiq. Graec. T. VIII. p. 1523 extr.) dicens esse schema »*admirantis*, contracto ore, »& cervice reflexa, passis manibus.« Dein vero in eâdem codicis *A.* scripturâ perspicue continetur vocab. ἑκατε-ρίδες, quod eodem modo apud Pollucem (loco a Ca-saub. citato) scriptum legitur: nam quod in Amstelodа-mensi editione Ἑκατερίδες scribitur, id operarum errore factum. Pertinet huc id quod apud Hesychium his verbis legitur: Ἑκατερεῖτο· πρὸς τὰ ἰσχία πηδῶν ἑκατέραις ταῖς πτέρναις. Proxime apud Nostrum subiicitur σκοπός: quod non differre videtur ab eo schemate quod paullo ante, σκῶπα, σκωπίαν & σκώπευμα nominatum vidimus; quod etiam ex collatis inter se duabus glossis Hesychianis perquam fit probabile, quae sunt huiusmodi. Prior: Σκω-

a πευμάτων· σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων. Altera : Ὑπόσκοπον χέρα· Αἰσχύλος. ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες, οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χεῖρα. σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκοπός.

Quod ſequitur ſchema, χεὶρ καταπρηνὴς, idem habes apud Pollucem IV. 105. Sed, quod perabſurde in editis ſic ſcribebatur, χεὶρ καταπρηνὴς χερσὶ, μηδιποδισμός: id vero mireris absque animadverſione a doctiſſimo Caſaubono eſſe praetermiſſum. Quod fere per ſe patebat, id ex Polluce l. c. & ex Heſychio in Διποδία & in Σιμὴ χεὶρ extra dubium ponebatur, χεὶρ σιμὴ & διποδισμὸς apud Noſtrum ſcriptum oportuiſſe; de quo perſpecte MEURSIUS monuit in Orcheſtra, ſub voc. Διαποδισμὸς & Χείρ. Verae ſcripturae ſatis clarum veſtigium Caſaubonus etiam in Epitoma potuerat obſervare, in qua διποδισμὸς ſcriptum, non μηδιποδισμός. Proxime praecedentia verba omiſſa eſſe a Breviatore, paulo ante diximus. ξύλου παράληψιν Pollux IV. 105. in tragicae ſaltationis ſchematibus recenſet : στρόβιλον vero, IV. 101. in laſcivarum ſaltationum genere ponit. Fuit autem στρόβιλος, ait SCALIGER l. c. »cum in modum *turbinis* verſaren»tur, quod etiam nunc faciunt.« Tum idem ibidem : »ἐπαγκωνισμὸς, quaſi *incubitatio* : cogitabundi fuit.« — Nempe, velut qui *cubito innititur*. Sed verbum ἐπαγκωνίζεσθαι longe aliter interpretatur Heſychius, nempe ἐπανάγεσθαι : quod parum utique huc quadrat.

καλαθίσκος. Sic hoc loco ſcriptum dedit cod. *A.* recte, quemadmodum apud Heſych. & apud Polluc. IV. 105. corrigendam ſcripturam olim editam MEURSIUS monuit. Paullo ante καλαθισμὸν ſuo loco, conſentientibus libris, recte nominatum vidimus.

καὶ Τελεσιὰς δ' ἐστὶν ὄρχησις. Haec quoque iam ſupra nominata eſt, pag. praec. *d.* quamquam nunc ita de ea loquitur Deipnoſophiſta, quaſi nunc primum in illius mentionem incideret. Nempe ſuperiora ex alio auctore ducta erant : nunc haec ſunt *Hippagorae* verba. Quae autem hîc de *Teleſia* ſaltatione traduntur, ea ab Epitomae auctore ſuperiori loco, ubi primum huius nominis mentio fit, ſtatim adpoſita eſſe, nec vero idcirco pleniori operi ibidem a Caſaub. inſeri debuiſſe, ſuo loco monuimus.

AD CAP. XXVIII.

Καλεῖται δ' ἡ μὲν Σατυρικὴ ὄρχησις &c. Conf. I. 20. e. b ibique not. Eadem habet vetus Interpres Comici ad Nub. 541. Pollux, IV. 99. Ammonius De Diff. Vocab. in Κόρδαξ. Hesychius in Σίκιννις. *Ibid.* Ἀριστοκλῆς ἐν ὀγδόῳ τῶν περὶ Χορῶν. Sic edd. In membranis mendose scribitur ἐνπτωτω περὶ Χορ. cum debuisset scriba ἐν τῷ η'. τῶν π. X. aut ἐν πρώτῳ π. X. *Ibid.* σίκιννις. σικιννὶς acute h. l. scribitur in ms. *A.* Accentum in antepenultima cum editis servat ms. *Ep.* Caeterum constanter *geminatâ ν literâ* hoc nomen scribitur in his libris, quod alibi passim simplici efferri solet. De qua διττογραφίᾳ etiam A. Gellius monuit, Noct. Att. XX. 3. ita scribens: *Quos* siciniistas *vulgus dicit, qui rectius locuti sunt,* sicinnistas, *literâ* n *geminâ dixerunt.* Sicinnium *enim genus veteris saltationis fuit: saltabundi autem canebant quae nunc stantes canunt.*

Σίκιννόν τινα βάρβαρον εὑρετὴν αὐτῆς γενέσθαι. »*Sicin-*»*nus* ille *barbarus*, a quo dicta est *sicinnis* saltatio, ipse est »liberorum Themistoclis paedagogus, homo Persa: qui »meretur astutiâ suâ inter claros Graeciae propugnatores »illorum temporum nominari. Huc facit Clementis Ale»xandrini locus: [Paedagog. lib. I. pag. 130. ed. Pott.] Καὶ »τῶν Θεμιστοκλέους παίδων ὁ παιδαγωγὸς Σίκιννος, οἰκέ»της ῥάθυμος ἦν. ὀρχεῖσθαί φασιν αὐτὸν καὶ σικιννίζειν εὐ»ρηκέναι.« Casaubonus. — Confer Etymologum p. 712 extr. apud quem, pro corrupto Σικανοῦ, ex Plutarchi Themistocle pag. 118. Σικίνου vel Σικίννου corrigendum esse post Sylburgium Meursius monuit in Orchestr. voc. Σίκιννις. Hinc igitur fieri potuerat, ut Περσικὴ diceretur *sícinnis* pag. praec. *d.* de quo ibi monuimus.

Σκάμων. »Super *ficinnide* laudatur Σκάμων ἐν πρώ»τῳ περὶ Εὑρημάτων. Paullo post dicitur idem *Scamno:* »apud Eusebium *Scammo.* Clementi *Scamo*, ut hic. Et om»nino rectum Σκάμων, ut apud Suidam.« Casaubonus. — Apud Nostrum, ut hic, sic & deinde pag. 637. b. recte Σκάμων exhibent veteres nostrae membranae.

Πρώτη δὲ εὑρῆται ἡ περὶ τοὺς πόδας κίνησις &c. »Anti»qua saltatio *pedum motu* solum peragebatur: postea ac»cessit *motus & gesticulatio manuum:* quae etsi recens in»ventum non est, (nam Lesbonax auctor antiquissimus »χειροσόφους appellavit [teste Luciano, de Saltat. c. 69.] »quos alii ὀρχηστάς:) ante Augustum tamen perfecta non

»eſt. Tunc conſummata eſt *ars pantomimorum*, ſolertium »quidquid vellent pedibus manibusque loqui. Propterea »ſcribitur hîc, Πρώτη δὲ εὑρῆται ἡ περὶ τοὺς πόδας κίνη»σις τῆς διὰ τῶν χειρῶν.« CASAUBONUS.

c τὴν σίκιννιν ποιητικῶς ὠνομάσθαι ἀπὸ τῆς κινήσεως. Quid ſit quod dicat ſtatuere nonnullos, ποιητικῶς *nominatam eſſe ſicinnin* ἀπὸ τῆς κινήσεως, haud ſatis adparet. *Poëticâ licentiâ* interpretatur Dalecampius. Gallicus interpres, *par inverſion poëtique* : nempe, quod ex vocab. κίνησις, per inverſionem quamdam ſyllabarum σίκιννις factum ſit. παρὰ τὸ σείεσθαι καὶ κινεῖσθαι ait Heſychius & Etymologus. Ac fortaſſe haec erat illorum, quos hîc dicit auctor noſter, ſententia, compoſitum eſſe ex utroque verbo vocabulum, quo magis ſignanter indicaretur *ſumma velocitas*. Mirum vero eſt, quod dehinc legebatur in editis, οὐ γὰρ ἔχει πάθος αὕτη ἡ ὄρχησις, διὸ οὐδὲ ἀναδύνει: & magis etiam mirum, nihil in hanc ſcripturam a Caſaubono eſſe animadverſum, cum praeſertim prorſus non adpareat, quo pacto *Dalecampius* verbo ἀναδύνει eam ſententiam ſubiicere potuerit, quam his latinis expreſſit : *ideoque ſaltantium motus ac geſtus nihil mutatur*. Si probum eſſet h. l. verbum ἀναδύνει, unice vera videri deberet Gallici interpretis interpretatio : *Mais comme elle ne caractériſe aucune paſſion, elle n'est pas en vogue:* id eſt, *non emergit, non eminet, nullam celebritatem habet.* — TOUPIUS vero, Emend. in Suid. pag. 29 ſq. οὐδὲ ἀνδάνει corrigendum cenſuit: *haec enim ſaltatio caret adfectu, & proinde ne placet quidem.* In eamdemque fere ſententiam quaeſiverat CORAYUS, in *Notis mſstis :* »An οὐδὲ (vel οὐδὲν) ἡδύνει ?« — At οὐδὲ βραδύνει, non ἀναδύνει perſpicue dedit & vetus cod. *A.* & *Epit.* Iſtud igitur utique reſtituere auctori debui : idque ipſum etiam CASAUBONUS reſtituendum Athenaeo ex Epitomâ Hoeſchelianâ poſtmodum monuit in opere DE Satyricâ Poëſi, lib. I. cap. 4. pag. 146. ubi totam ῥῆσιν ſic interpretatur : »*Sunt qui dicant ſicinnim appellatam eſſe* ἀπὸ »τῆς κινήσεως, i. e. *a motu ſaltationis Satyrorum, qui eſt con»citatiſſimus : haec enim ſaltatio caret affectu : idcirco etiam »lentitudinem nullam admittit.*« — Nec tamen diſſimulare debeo, minime nobis liquere quo pacto hae connexae inter ſe ſint ſententiae, *adfectum non habet haec ſaltatio : idcirco ne lentitudinem quidem admittit.* Atque etiam id ipſum »Mirum eſt, (ut ait idem CASAUBONUS ibid. pag. 149.) di-

»cere Athenaeum *carere affectu ſaltationem*, quae quidem »*concitatiſſima* eſt, & plurimâ utitur φορᾷ. « — *πάθος* fortaſſe dixerat auctor ille, e quo iſta deſumſit Athenaeus, non *quemlibet adfectum*, ſed *graviorem aliquem animi adfectum*, qualis in Tragoedia dominatur. Sed certiora nos eruditi doceant.

ἔνοπλοι γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχοῦνται. Loco hoc (collato cum pag. 631. a. ubi ait, *inde a quinto aetatis anno pueros Lacedaemonios pyrrichen ſaltare didiciſſe*) opportune uſus eſt IACOBS (Animadv. ad Anthol. Vol. II. Part. III. p. 75 ſq.) ad illuſtrandum Stratonis Epigr. XXVIII. in Analect. Bruncki T. II. pag. 365. ubi ait: d

ὡς μέλλων αἰῶνα μένειν νέος, ἢ διὰ παντὸς
ὀρχεῖσθαι πυρίχην. —

Caeterum de *pyrrhichâ*, quemadmodum & de aliis ſaltationum generibus, omnino conſulenda quae iam ſaepius nobis laudatus MEURSIUS in Orcheſtra collegit.

μηδ' αἰδεῖσθαι κακοὺς εἶναι. »Recte ſcribitur, φεύγειν, »μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακοὺς εἶναι: etſi apud poë»tam, unde habet, erat

»— μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι. « CASAUBONUS. Recte μηδ' αἰδεῖσθαι ſcriptum in edd. & in ms. *Ep.* quod in μηδὲ δεῖσθαι mutatum in ms. *A*. Verſus deſumtus ex Delphici oraculi reſponſo, quod Croeſo redditum tradit Herodotus lib. I. cap. 55.

AD CAP. XXIX.

ἀπὸ Πυῤῥίχου Λάκωνος τὸ γένος τὴν προσηγορίαν λαβεῖν· e &c. Quod in ed. Caſ. legitur ἀπὸ Πυῤῥίχου τοῦ Λάκωνος, articulum illum cum editionib. Ven. & Baſ. ignorat uterque noſter codex mſtus. Eſt autem ad hunc locum CASAUBONI Animadverſio haec: »*Pyrrhicham* dixere quidam »*a Pyrrhicho Lacone eſſe nominatam*: qui opinationis ſuae »hanc afferebant rationem, Λακωνικὸν γὰρ εἶναι μέχρι καὶ »νῦν ὄνομα τὸν Πύῤῥιχον: *quoniam*, aiebant, *Laconicum no»men etiam nunc eſt Pyrrichus*. Intellige *nomen viri proprium*. »Non eſt vanum argumentum: nam etiam in propriis »nominibus differentia poteſt obſervari inter Graeciae »populos. Πύῤῥιχος autem Dorica vox eſt, & cum eſt »κύριον ὄνομα, & cum ἐπιθετικόν. Theocritus, [IV. 20.] »λεπτὸς μὰν χ' ὡ ταῦρος ὁ πύῤῥιχος. « — *Cretenſem* facit

Pyrrichum Pollux, IV. 99. item Heſychius, in Πυῤῥιχίζειν: quos cum *Ariſtoxeno*, e quo iſta duxit Athenaeus, ſic conciliandos MEURSIUS cenſuit, in Miſcellan. Lacon. lib. II. cap. 12. ut ſtatueret, fuiſſe Pyrrhichum Cretenſem quidem natione, ſed Lacedaemonium genere.

ἐμφανίζει δ' ἡ ὄρχησις, πολεμικὴ οὖσα, ὡς Λακεδαιμονίου τὸ εὕρημα. Haec eſt ſcriptura membranarum *A.* quam eamdem tenuere editiones Ven. & Baſ. niſi quod in his temere omiſſum participium οὖσα. Percommodam ſcripturam, quae in ed. Caſ. recepta eſt, ὅτι Λακεδαιμονίων τὸ εὕρημα, iam olim ex Epitomâ commendaverat *Hoeſchelius*: eamdemque noſter codex *Epit.* agnoſcit. Fortaſſe Λακεδαιμόνιον τὸ εὕρημα ſcripſerat Athenaeus.

f Quod adiicitur, ἐμβατήρια μέλη: conf. quae notavimus ad Polyb. IV. 20, 12.

κρατήσαντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων διὰ τὴν Τυρταίου στρατηγίαν. Vide Pauſan. lib. IV. cap. 15. & ſeqq. Iuſtin. III. 5. & Suidam in Τυρταῖος. *Ibid.* ἔνρυθμον κίνησιν ποιοῦνται. ἔνρυθμον ſcribebatur in ed. Ven. & ſic rurſus edidit Caſaub. poſtquam ſuo arbitrio editor Baſileenſis εὔρυθμον poſuiſſet. Et codex quidem *Epit.* εὔρυθμον habet: ſed ex ms. *A.* nullus a ſcripturâ editionis Caſaub. diſſenſus hîc adnotatus; idemque codex *A.* mox pag. 631. b. rurſusque pag. 636. e. pro edito olim εὐρύθμους perſpicue ἐνρύθμους exhibet. Quod vocabulum, ex Platone etiam de Legib. citatum, neſcio cur ſuſpectum habuerit H. Stephanus, Theſ. T. III. pag. 725 extr. Sane, ut ἄῤῥυθμος ſonat *absque rhythmo*; ſic ἔνρυθμος, *in rhythmo, cum rhythmo, numeroſus.* ἔνρυθμος, ἐν ῥυθμῷ: ut ἔμμετρος, ἐν μέτρῳ. ἂν δειπνοποιήσωνται. »Forſ. ἐπὰν δειπν. « CORAY, in *Notis msstis.* — Nil mutant membr. *A.* In *Epit.* alia eſt verborum ſtructura, ἔθος δειπνοποιουμένοις καὶ παιανίζουσι. *Ibid.* Cum perperam παιονίσωσιν ſcriptum eſſet in ed. Ven. & Baſ. commode παιανίσωσιν correxit Caſaubonus: ſed παιωνίσωσιν dedere veteres membranae.

a ἐκλιπούσης δὲ αὐτῆς, συμβέβηκε τοὺς πολέμους καταλυθῆναι. Recte ἐκλιπούσης dedit ms. *A.* in aoriſto, praeteriti vim habente. Brevius Epitoma, παρ' ὃ καὶ οἱ πόλεμοι κατελύθησαν: commode tamen adiecta καὶ particula, quae in opere pleniore fortaſſe per librarii errorem intercidit. Quod paulo poſt ſubiicitur, ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς πυῤῥίχη, Διονυσιακή τις εἶναι δοκεῖ, &c. illud eſt *pyrrhichae* genus, quod

in *ludicris* relatum ſupra vidimus, pag. 629. f. Quo autem referatur quod ait καθ' ἡμᾶς, i. e. *noſtrâ aetate*, haud ſatis liquet: cum incertum ſit, ſint-ne haec ſuperioris cuiusdam ſcriptoris verba (*Ariſtoxeni*, *Ariſtoclis*, aut *Philochori*,) an ipſius *Athenaei* ſuo nomine ſcribentis. In Romanorum quidem Caeſarum hiſtoria *pyrrhicharum* publicis in ſpectaculis peractarum ſubinde fit mentio. Infra (extremâ hac pag. 631.) iterum οἱ καθ' ἡμᾶς habes.

τὰ περὶ τὸν Πενθέα. DALECAMPIUS in verſione *Penthei ſupplicium*; & in orâ: »Regis Thebarum: quem ſa- b
»cra Bacchi contemnentem, & vites ſuccidentem, Mae»nades cum Agave matre, & ſorore, praeciſo capite dis»cerpſerunt. Ovid. lib. III. Metamorph. &c.«

τοὺς ὀρθίους ῥυθμούς. *numeros rectos* in verſione poſuit DALECAMPIUS; tum in orâ: »Ὀρθίους, *intentos*, *ſonoros*. »Eos canebat Arion, cum in mare deſiluit.« — Vide Herodot. I. 24. ubi pro ὄρθιον codices nonnulli ὄρθριον exhibent, ſicut hîc apud Athen. veteres noſtrae membranae ὀρθρίους. Natus videtur error ex Ariſtophanis Eccleſiaz. 741. ubi ad ὄρθιον νόμον, quem vocant Muſici, adludens Comicus ὄρθριον νόμον dixit, de gallo gallinaceo loquens. Tota ῥῆσις, inde a Τακτέον, deeſt *Epit.* Recte vero ὀρθίους ῥυθμοὺς ſcribitur in edd. Vide Heſychium in Ὄρθιον νόμον, & Polluc. IV. 65. Dictus autem eſt ὄρθιος αὐλητικὸς νόμος, auctore vetere Comici Interprete ad Acharn. vs. 16. διὰ τὸ εἶναι εὔτονος καὶ ἀνάτασιν ἔχειν: eſtque εἰς πόλεμον ἐρεθιστικὸς, ut ait Euſtath. ad Iliad. λ'. p. 758. l. 8. Quod vero ait auctor, Τακτέον δ' ἐπὶ τῆς πυῤῥίχης &c. id latine ſic fortaſſe reddendum erat, *Ad pyrrhicham componènda ſunt pulcerrima carmina.*

AD CAP. XXX.

Ἔοικε δὲ ἡ γυμνοπαιδικὴ τῇ καλουμένῃ ἀναπάλῃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Vocab. ἀναπάλη, quod apud nullum alium, quod ſciam, auctorem occurrit, cum editis agnoſcunt ambo noſtri mssti. *Ibid.* ἐνρύθμους φοράς τινας ἀποτέμνοντες. »Forte ἀποτείνοντες.« CORAY, in *Notis mssstis*. Commodiſſimum erat ἀποτελοῦντες, quod inter lineas habet ms. *Ep.* (conf. p. 636. e.) Nec vero abiicere auſus ſum vulgatam ſcripturam, quam cum editis & msto *A*. ipſe etiam codex *Epit.* in contextu agnoſcit.

b Potuit apud orcheſticae artis magiſtros in uſu eſſe id verbum. Simplex quidem τέμνειν ſimili quadam ratione uſurpavit Graecorum ſermo, dicentium ὁδὸν τέμνειν, *viam ſequi, viam conficere.* Dalecampius in verſione ſic poſuerat: *concinno quodam impetu corporis, ſed interſciſſo.* Editum olim εὐρύθμους tenet quidem ms. *Ep.* ſed perſpicue ἐνρύθμους ſcriptum dedit ms. *A.* cum hic, tum rurſus p. 636. e. Confer modo notata ad pag. 630. f. Quas autem φορὰς hic dicit auctor, eaedem videntur eſſe πρόσοδοι χορῶν, quas Heſychius dicit, cuius verba ſunt, e neſcio quo vetuſtiore Grammatico deſcripta: Γυμνοπαιδία. ἔνιοι μὲν ἑορτήν φασι Σπαρτιατικὴν, ἐν ᾗ τοὺς ἐφήβους κύκλῳ περιθεῖν τὸν ἐν Ἀμυκλαίῳ βωμὸν, τύπτοντας ἀλλήλων τὰ νῶτα. ταῦτα δ' ἐστὶ ψευδῆ. ἐν ἀγορᾷ γὰρ ἑορτάζουσι· πληγαὶ δὲ οὐ γίνονται, ἀλλὰ πρόσοδοι χορῶν γεγυμνωμένων. Προσόδους autem χορῶν intelligebam, *cum chori adverſus ſe invicem progrediuntur, quaſi pugnaturi.* Nec vero, quoniam *choros* hic nominat Heſychius, itemque alii nonnulli auctores qui de *Gymnopaedia* loquuntur, idcirco apud Athenaeum pro eo quod ſubiicitur, σχήματά τινα τῶν χειρῶν, cum MEURSIO (in Orcheſtra, voc. Γυμνοπαιδία) σχήματά τινα τῶν χορῶν corrigendum exiſtimem. Quid autem ſit quod adiicitur κατὰ τὸ ἀπαλὸν, id quidem non exputo. Nec enim puto Graecam iſtam ῥῆσιν id ſonare, quod Gallicus interpres his verbis expreſſit, *avec un air libre & gracieux:* cui Dalecampius praeiverat, ita ſcribens: *molli quadam manuum figuratione.* Nec percipio quid ſit quod Meurſius interpretatur, *ſpecies quaedam chorum ad mollius.* Nihil quidem (quod ſciam) mutat codex *A.* & in cod. *Ep.* eamdem cum editis ſcripturam prae oculis habeo: ſed videndum, ne fortaſſe κατὰ τὸ ἀπαλὸν ſcripſerit auctor, id eſt, *per id tempus quo feriantur & interquieſcunt luctatores* ſive *maiores natu athletae.* Quo pertinere poſſit Heſychiana illa gloſſa: Ἄπαλον· ἀνοχὴ ἀπὸ τοῦ παλαίειν. Ac fortaſſe priſcum illud nomen ἀναπάλη, quod paulo ante commemoratum eſt, ſimilem aliquem ſignificatum habebat. Sed pulcre quidem intelligo, hariolari hoc eſſe, non interpretari.

τρόποι δ' αὐτῆς οἵ τε ὠσχοφορικοί. »Saltationis »τρόποι ὀσχοφορικοὶ ii ſunt qui ab *oſchophoris* ſerva»bantur, cum *oſchophoria* celebrabant. Excerpta, ὠσχοφο»ρικοί: quam ſcripturam alibi quoque obſervavimus. No-

»ta celebritas Athenienſium ex Harpocratione, Plutar»cho, & Photii Grammaticis Excerptis. « CASAUBONUS. — Perperam οἰσχοφορικοὶ ed. Ven. & Baſ. Ferri fortaſſe potuerat ὠσκοφορικοὶ, quod habet vetus codex *A*. Sic ſane etiam mssti libri apud Pollucem IV. 53. improbantibus quidem viris doctis. Diſerte tamen eamdem ſcripturam per σκ pro σχ etiam Suidas commemoravit, in voc. Ὠσχοφόρια, ubi ait: Ὤσκαι δὲ καὶ ὦσχαι, τὰ μετὰ τῶν βοτρύων κλήματα. Poſſis cogitare, ex archaismo in hoc vocabulo manſiſſe literam κ pro χ. Vitium editionum veterum correcturus Caſaubonus, ὀσχοφορικοὶ ſcripſit: nec id male. Obtinet quidem ea ſcriptura apud Harpocrationem, in Ὀσχοφόρος, & in Excerptis ex Procli Chreſtomathiâ apud Photium, pag. 522. l. 30. ed. Hoeſch. & pag. 525. ſub fin. eamdemque Suidas etiam adnotavit. Sed probatior uſitatiorque ſcriptura ea eſt, quam Epitoma exhibet, ὠσχοφορ. per ω longum initio vocis: quam ſcripturam habet Heſychius, & Suidas, aliique, & in his Plutarchus in Theſeo, Opp. T. I. p. 10. ubi feſti *Oſchophoriorum* apud Athenienſes origo & ratio fuſe deſcribitur. Vide Meurſii Graeciam Feriatam, aut Potteri Archaeologiam lib. II. cap. 19. ſub voce Ὀσχοφόρια vel Ὠσχοφόρια.

καλεῖται δ' ἡ πυῤῥίχη καὶ χειρονομία. De χειρονομίᾳ vide pag. 629. b. ibique notata.

Ἡ δ' ὑπορχηματικὴ, &c. Vide pag. 628. d. e. & I. 15. d. ibique not.

φησὶ γοῦν ὁ Βακχυλίδης· Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς. Tribus verſiculis auctius hoc *BACCHYLIDIS* fragmentum habes apud Dionyſium Halic. DE Compoſ. Verbor. T. V. ed. Reisk. pag. 206. Inde in Lyricorum Fragmentis poſitum, & in Analectis Brunckii T. I. pag. 152. num. 14. qua occaſione Notis illuſtravit IACOBS, in Animadv. Vol. I. Part. 1. pag. 287. Cur vero hoc potiſſimum loco iſta *Bacchylidis* verba citaverit Athenaeus, (ſive quisquis eſt auctor, e quo ille haec hauſit,) cauſſa videtur ea eſſe, de qua BENTLEIUS in Epiſt. ad Millium pag. 70. monuit: ſcilicet, quod ducti ſint illi verſiculi ex *carmine* quodam *hyporchematico*. Nam, praeter Ἐρωτικὰ, Ἐπινίκια, Ὕμνους, aliaque carminum genera, etiam Ὑπορχήματα edidiſſe *Bacchylidem*, ex Stobaeo diſcimus, Serm. XI. p. 296. ed. Schow.

βέλτιστοι δ' εἰσὶ τῶν τρόπων οἵτινες καὶ ὀρχοῦνται. Quaenam sit horum verborum sententia, haud satis percepi: ac dubitare subiit satis-ne sana essent. Dalecampius vertit: *Elegantissimi illi modi sunt quos saltant.* Gallicus interpres: *Les modes les plus parfaits des chants sont ceux qui peuvent être accompagnés de la danse.* Nempe hi τοὺς τρόπους (ut consentaneum erat) intelligebant τῶν μελῶν vel τῶν ὕμνων. Sic vero οἱ τρόποι οἵτινες καὶ ὀρχοῦνται, (i. e. *carminum modi qui etiam saltantur*) idem fere sonare videtur ac οἱ ὑπορχηματικοί. Sed in illa dictione hoc prorsus inusitatum, quod verbum ὀρχοῦνται, cum constanter aliàs *activum* habeat significatum, *passivâ* notione sit accipiendum. Id si licet, sententia praescriptorum verborum fortasse haec fuerit: *Optimi* (saltationis hyporchematicae) *modi sunt illi ipsi qui etiam vulgo saltantur;* id est, *qui etiam maxime in usu sunt.*

d εἰσὶ δὲ οἵδε, προσῳδιακοὶ, ἀποστολικοὶ, (οὗτοι δὲ καὶ παρθένιοι καλοῦνται) καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι. »Errant qui con»fundunt *modos prosodiacos & apostolicos.* [Nempe Dalec. scripserat, *Prosodiaci, qui & Apostolici & Parthenii* appellantur.] »Diversi enim sunt. Προσῴδιον sive προσόδιον »(nam utrumque praeferunt multorum scriptorum codi»ces) [conf. VI. 253. b.] carmen est ab iis cantari so»litum, qui ad Apollinem accedebant. Exempla quae pas»sim sunt obvia, non adferemus, ne operam abutamur. [Vide Suid. in Προσῴδιον, & in Προσόδια, (ubi sua debet Scholiastae Aristoph. ad Av. 854.) praestertim vero Etymologum pag. 690. Et conf. Kühn. ad Pausan. p. 427.] »Inde & προσῳδιακὸν sive προσοδιακὸν μέτρον apud me»tricos: & *prosodiaca saltatio* hîc. [Scripturam per ῳ tenent apud Nostrum mssti cum editis.] »*Apostolicus mo»dus*, quod ex ipso nomine licet coniicere, is est, qui con»venit τοῖς ἀποστόλοις vel ἀποστολεῦσι: quae erant apud »Graecos praefecturae nauticae vocabula. « Casaubonus. — At non tam a praefecto navium, quam ab ipsa ἀποστολῇ denominatum hoc genus videri debet. Commodius Vossius, Instit. Poëtic. III. 13. 8. ubi de variis melicorum poëmatum generibus, praeeunte Proclo in Chrestomathia, agit: »Ἀποστολικὰ, inquit, dicuntur quae scri»buntur *in gratiam eius quem dimittimus & alteri commenda»mus.*« Puta, *cui faustam navigationem precamur proficiscenti.* Quod adiicitur, οὗτοι δὲ καὶ παρθένιοι καλοῦνται, id ita

dictum, ut ad solos modos ἀποστολικοὺς referri videatur. d At id parum adcurate positum, & omnino minus subtiliter hîc distincta genera: quae commodius Proclus distinxit, apud Photium pag. 522. edit. Hoesch. (nam Schotti editio nunc nobis non ad manus est) & eo praeeunte Vossius l. c. toto cap. 13. Παρθένιοι τρόποι sunt modi *quos canebant saltabantque virgines.* Sic quidem & παρθένια apud Proclum sunt *carmina a virginum choro cantata:* & apud Scholiasten Aristoph. ad Av. vs. 919. παρθένεια, (sic enim ibi scribendum, non παρθενεῖα) ἀντὶ τοῦ, ἃ αἱ παρθένοι ᾖδον. παρθενεῖα vero, περιστωμένως, τὰ εἰς παρθένους ᾀδόμενα. Sed de *Partheniis* confer quae disputavit SCHNEIDERUS, in Pindari Fragmentis, pag. 17 sq.

τὸν γὰρ ὕμνον οἱ μὲν ὠρχοῦντο, οἱ δὲ οὐκ ὠρχοῦντο· ἢ τοὺς εἰς Ἀφροδίτην καὶ Διόνυσον, καὶ τὸν Παιᾶνα δὲ, ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δὲ οὔ. Tredecim verba, τὸν γὰρ ὕμνον - - - καὶ τοὺς εἰς, cum in ed. Ven. & Bas. deessent, ex Italicorum codicum lectionibus adiecit Casaub. eademque ex Farnesiano codice manu eiusdem Casauboni ad oram exempli editionis Bas. adscripta video. Sed, ut in nostro cod. *A.* sic & in illo Farn. non καὶ τοὺς εἰς Ἀφροδίτην, (ut de suo ingenio edidit Casaub.) sed ἢ τοὺς εἰς Ἀφροδ. scribitur: quae scriptura licet minus commoda videri possit, tamen in loco praesertim alioquin non satis expedito, recipienda nobis visa erat. Quo accedebat quod dein non nude καὶ τὸν Παιᾶνα, sed καὶ τὸν Παιᾶνα δὲ, dederint eaedem nostrae membr. *A.* Priora verba sic corrigenda censuit Gallicus interpres: τῶν γὰρ ὕμνων τοὺς μὲν ὠρχ. τοὺς δὲ οὐκ ὠρχ. Nobis nihil novandum videbatur.

ὁ μὲν κόρδαξ παρ' Ἕλλησι φορτικός. De notione vocabuli φορτικὸς dictum ad pag. 628. c. quae notio firmatur ex his quae de *cordace* alii auctores tradunt: verbi caussâ Hesychius, Κόρδαξ· εἶδος ὀρχήσεως ἀσέμνως κωμῴδης: & Schol. Aristoph. ad Nub. v. 540. Κόρδαξ, κωμικὴ ὄρχησις, ἢ τις αἰσχρῶς κινεῖ τὴν ὀσφῦν.

ἢ παρὰ Ἀρκάσι κίδαρις. Est aliâs Persicum nomen *cidaris, insigne regum* significans. *Ibid.* ὁ ἀλητήρ. » ἀλητὴρ, *molitor.* Fortassis ἀλήτης: *erro, mendicus.* « DALECAMP. — Ἀλητὴρ, *molitor*, possit esse Dorica forma, respondens communi ὁ ἀλετὴς, unde foemininum ἡ ἀλετρὶς, *molitrix.* Conf. ad XIV. 618. d. Animadv. Vol. hoc VII. p. 361.

τοσαῦτά μοι - - λέλεκται. Isti dictioni λέλεκταί μοι ad- e

e curate respondet latina formula, *Dixi.* Quare non solicitanda illa videtur.

AD CAP. XXXI.

Τὸ δὲ παλαιὸν ἐτηρεῖτο περὶ τὴν μουσικὴν τὸ καλὸν &c. »Redit Athenaeus ad sermonem *de Tibiis:* [generatim quidem *de Musices studio*, tum sigillatim de *Tibiis:*] »& *Olim*, »inquit, »ἦσαν ἰδιοι καθ' ἑκάστην ἁρμονίαν αὐλοὶ, καὶ ἑκάστοις αὐλητῶν ὑπῆρχον αὐλοὶ ἑκάστῃ ἁρμονίᾳ πρόσφοροι ἐν »τοῖς ἀγῶσιν. Πρόνομος δ' ὁ Θηβαῖος πρῶτος ηὔλησεν ἀπὸ »τῶν αὐλῶν τὰς ἁρμονίας. Prior periodus planissima: »*fuisse olim & harmonias tres, & tria genera tibiarum diversarum.* »Posterior, de *Pronomo*, obscura est, quia corrupta. De»sunt enim nonnulla; ut facile intelligent eruditi, qui »mediocrem attentionem adhibuerint. Eruditissimus vir »[Dalecampius] ita vertit: *Pronomus Thebanus pro varie»tate tibiarum modos distinxit.* Haec sententia neque prae»cedentibus cohaeret, neque ex edita lectione potest eli»ci: & omnino falsa est. Nam contra, primus omnium »*Pronomus* discrimen tibiarum, quod obtinuit apud vetu»stiores, sustulit. Pausanias, in Boeoticis: [IX. 12. pag. »734 fq.] Τέως μέν γε ἰδέας αὐλῶν τρεῖς ἐκτῶντο οἱ αὐ»ληταί. καὶ τοῖς μὲν αὔλημα ηὔλουν τὸ Δώριον· διάφορος »δ' αὐτοῖς ἐς ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον ἐπεποίηντο οἱ αὐλοί· »τὸ δὲ καλούμενον Λύδιον ἐν αὐλοῖς ηὑλοῦντο ἀλλοίοις. Πρό»νομος δὲ ἦν ὃς πρῶτος ἐπενόησεν αὐλεῖν ἐς ἅπαν ἁρμο»νίας ἔχοντας ἐπιτηδείως· πρῶτος δὲ διάφορα ἐς τοσοῦτον »μέλη ὑπ' αὐτοῖς ηὔλησε τοῖς αὐλοῖς. Quamobrem ita »emendabis, ηὔλησεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν τὰς τρεῖς »ἁρμονίας.« CASAUBONUS. — In vulgatâ scripturâ ἀπὸ τῶν αὐλῶν τὰς ἁρμ. nil mutat ms. *A.* nec ms. *Epit.* nisi quod pro ἀπὸ τῶν in hoc ὑπὸ τῶν scribitur: perperam: nam ὑπὸ τῶν αὐλῶν significat *ad tibiarum sonum;* ut ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι, IV. 177. a. & χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ἦξαν, *ad aeneae tubae sonum proruperunt*, Sophocl. Electr. 711. Casauboni emendationem, sane quam probabilem, integram adoptavit *Meursius*, Lection. Attic. VI. 4. p. 320. & *Salmasius*, Exercit. Plin. p. 84. KÜHNIO ad Pausan. l. c. sufficere fortasse visum erat, si legeretur ἀπ' αὐτῶν αὐλῶν. At non respondurum hoc erat sententiae quam desiderare hic locus videtur: ἀπ' αὐτῶν αὐλῶν sonat, *ipsis*

tibiis, vel *folis tibiis*: ſi *eisdem tibiis* velles, ἀπὸ τῶν αὐτῶν oportebat. Quamquam fatendum eſt, ne apud Pauſaniam quidem difficultate vacare vulgatam lectionem: nam in eam, quam Caſaubonus voluit, ſententiam ſcriptum oportebat τοῖς αὐτοῖς ηὔλησεν αὐλοῖς, non αὐτοῖς ηὔλησε τοῖς αὐλοῖς. Atque etiam praepoſitio illa ὑπὸ, apud Pauſaniam, dubitationem movere poſſit: quae ſane multo commodius abfutura erat. Nam, ut ὑπ' αὐλῶν, ſic & ὑπ' αὐλοῖς (*ad tibiae ſonum*) ᾄδειν, χορεύεσθαι, aut tale quid, dici quidem poſſe intelligo hac notione, *ad tibiae ſonum cantare, ſaltare*, aut tale aliquid facere. (veluti apud Apollonium Rhod. I. 540.

ὡς οἱ ὑπ' Ὀρφῆος κιθάρῃ πέπληγον ἐρετμοῖς
πόντου λάβρον ὕδωρ. —

Sic illi ad Orphei citharam feriebant remis impetuoſam ponti aquam.) Sed ὑπ' αὐλοῖς ηὔλησε, *tibias inflavit, tibiis cecinit*, Graece dici potuiſſe, aegre mihi perſuadeo. De *Pronomo* conf. IV. 184. d.

ὡς Ἀντιγενίδου εἰπόντος. *Antigenidas tibicen* ſupra me- f
moratus, IV. 131. b. ubi vide notata. De quo, praeter viros doctos quos ibi laudavimus, conſuli poſſunt auctores ab Harduino laudati ad Plin. XVI. xxxv. 66.

Ποσειδωνιάταις τοῖς ἐν τῷ Τυρσηνικῷ (Τυῤῥηνικῷ ms. *Ep.*) a
κόλπῳ. *Poſidoniatae* ſunt incolae Paeſti, quae Graecis Ποσειδωνία. Quod quum fuerit Lucaniae oppidum, minus adcurate dixit Ariſtoxenus, ἐν τῷ Τυῤῥηνικῷ κόλπῳ: quum debuiſſet ἔν τινι κόλπῳ τῆς Τυῤῥηνικῆς θαλάσσης. De eodem oppido loquens Strabo, lib. V. pag. 251. τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον, dicit, ὃς νῦν Παιστάνος καλεῖται· καὶ ἡ πόλις ἡ Ποσειδωνία, Παῖστος, ἐν μέσῳ τῷ κόλπῳ κειμένη. Sed parum adcuratam orae illius notitiam etiam in his prodidit idem Ariſtoxenus, quae continuo ſubiiciuntur, ubi *Tuſcos aut Romanos factos eſſe* ait *Poſidoniatas*.

καὶ ἀπολοφυράμενοι πρὸς ἀλλ. Sic uterque codex mſtus. b
Mox, οὕτω δὴ οὖν φησὶ recte edd. non φασὶ, ut perperam ms. *A*. Deeſt verbum ms. *Ep*.

διαφθοράν. CASAUBONO obſecutus ſum, ad vulgatam olim ſcripturam, καὶ ἐς μεγάλην διαφορὰν προελήλυθεν ἡ πάνδημος αὕτη μουσική, monenti: »Omiſſio lite»rae unius depravat totam ſententiam. Legendum δια»φθοράν. Tantulum errorem non deprehenderunt acuti ho»mines: qui etiam non animadvertunt, alluſum eſſe voce

» πάνδημος ad *volvivagam* Venerem, quae Graecis πάν-» δημος cognominatur. Et de hac & de coeleſti Apuleius » in Apolog. multa.« — Vulgatum errorem tenet ms. *A*. In *Epit.* deſunt iſta, inde a verbis οὕτω δὴ &c. Alia exempla eiusdem permutationis vocabulorum διαφθορὰ & διαφορὰ collegit Dorville ad Charit. p. 305. quibus plura facile adiici poſſent. Quod mox ſequitur, ἀναμιμνησκόμεθα: tenui hoc, commode ſic editum. Per ſe quidem haud improbabile erat ἀναμιμνησκώμεθα, quod habet ms. *A*. ſed parum id congruebat cum eo quod initio legitur, Ὅμοιον ποιοῦμεν Ποσειδιωνάταις.

AD CAP. XXXII.

C ἔοικεν ἡ παλαιὰ τῶν Ἑλλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη. » *Videtur*, ait, *antiqua Graecorum ſapientia* » *τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη*. Putem ſcribendum » δεδεμένη. Duriusculum hoc, fateor: at illud plus » quam durum.« CASAUB. — Ad verbum ſi latine reddere volueris vulgatam ſcripturam, dices, *veterem ſapientiam deditam fuiſſe philoſophiae:* qua tamen notione verbum δίδοσθαι alibi poſitum vix reperias. Nec tamen diſſentiunt libri. Ipſum εἶναι δεδομένη tuetur ms. *A*. quod uno verbo δεδόσθαι complexus eſt Epitomae auctor: ἐνδεδεμένη malebam, *illigata, arcte coniuncta.* Sed ampliandum exiſtimavi. Quidquid ſit, quod hic ſcripſerat auctor, eamdem quam in animo habuerat ſententiam paulo poſt his verbis expreſſiſſe videtur, πρὸς τὴν μουσικὴν οἰκειότατα διέκειντο οἱ ἀρχαῖοι: ubi recte οἰκειότατα edd. perperam οἰκειότητα veteres membranae.

πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀπεκάλουν. Sic Sophocles de citharoedo loquens, σοφιστὴν adpellavit, teſte Pindari Scholiaſte, & Euſtathio ad Iliad. o'. pag. 1028 extr. Confer Brunckii Lexicon Sophocleum, voce Σοφιστάς. In *AESCHYLI* qui adponitur verſu, cum ait καλὰ παραπαίων χέλυν, verbum παραπαίειν contra vulgarem uſum pro ſimplici παίειν accipiendum: quod tamen vix ferendum videtur. Mire ſane iuncta verba καλὰ (i. e. καλῶς) παραπαίων: quum παραπαίειν alioquin ex conſtanti omnium auctorum uſu, ipſiusque Aeſchyli, (vide Prometh. 1055. al. 1064.) nil aliud ſignificet, niſi παραφρονεῖν, ἀγνοεῖν, λῆρεῖν, μαίνεσθαι, ἁμαρτάνειν, & ſi-

milia. Quare vide, ne περιπαίων fortaſſe ſcriptum oportuerit. Vulgatum tuentur tamen ambo mssti noſtri.

δῆλον καὶ ἐξ Ὁμήρου, ὃς, διὰ τὸ μεμελοποιῆκέναι (perd peram μελοποιηκ. ed. Caſ. 3.) πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ποίησιν, ἀφροντιστὶ τοὺς πολλοὺς ἀκεφάλους ποιεῖ στίχους, καὶ λαγαροὺς, ἔτι δὲ μειούρους. *Homerus* (ait auctor) propterea *quod univerſam ſuam poëſin ad cantandum comparavit, ſecure tam multos verſus acephalos, & in medio defectos, & ad extremum curtos fecit.* (ἀφροντιστὶ ἐποίησε, *ſecure id fecit;* ſive, ut commode Dalec. reddidit, *facere non dubitavit.*) Verſus ἀκεφάλους, λαγαροὺς, & μειούρους, (quorum mox exempla ex quoque genere adponuntur) vocabant veteres Grammatici eos, quorum vel *in ipſo initio*, vel *in medio*, vel *in extrema voce*, *ſyllaba eſſet naturâ aut uſu brevis, ubi tamen metri lex productam ſyllabam deſideraret.* Horum verſuum primam notationem *Chamaeleonti* auctori tribui ab HEYNIO video, ad Iliad. γ'. 172. neſcio quo indicio. Primarium quidem de hoc argumento locum, qui hodie ſuperſit, eſſe hunc ipſum Athenaei locum, in quo verſamur, idem Vir praeſtantiſſimus ad Iliad. α'. 342. profeſſus erat; ex Athenaeo autem habet Euſtathius quae de eodem argumento cum alibi, tum praeſertim ad Iliad. μ'. pag. 858. ed. Baſ. diſputavit: apud neutrum vero horum *Chamaeleontis* mentionem in hac re factam reperio, quamquam non eſt dubitandum ex vetuſtiore aliquo Grammatico eſſe haec ab Athenaeo translata. Mirum vero quod ait Deipnoſophiſta, *ſecure admiſiſſe tales verſus Homerum eam ob cauſſam, quoniam univerſam ſuam poëſin ad cantum comparatam eſſe voluiſſet.* Quod ita intelligendum, quod *in canendo* ſyllaba brevis a cantore, in eâdem ſyllabâ longius morante & eam quaſi protrahente, hoc ipſo producatur. (Conf. Euſtath. ad Iliad. α'. vs. 342. pag. 86. l. 27. cuius verba Barneſius etiam ad Iliad. l. c. adpoſuit.) At, pari ratione, in *recitandis* verſibus, ſi conſonam, quae ſequitur brevem vocalem, in pronunciando gemines, aut alio modo ſyllabae aliâs brevi paulo longius immoreris, producta illa ſyllaba fuerit. Quod ipſum quum etiam extra verſum in ſolutâ oratione, pro loquentis adfectu, haud ita raro uſu veniat; eo magis ſubinde ſibi licitum putarunt poëtae, ut vel geminatâ conſonâ uterentur, ubi vulgo nonniſi ſimplici erat locus, aut ut in eodem vocabulo eamdem ſyllabam aliâs quidem corriperent, nonnum-

quam vero etiam producerent: idque minime mirum videri debet priſcâ illâ aetate maxime factum, qua nondum tam certis ſeverisque legibus, quam procedente tempore, ſtabilita definitaque erat pronunciandi ratio. De Homericorum carminum cantu conf. pag. 638. a. b.

e Pro *acephali* verſus (i. e. *initio claudi*) exemplo, adfertur ille, ἐπειδὴ νῆάς τε &c. ex Iliad. Ψ'. 2. cui multi ſunt apud Homerum ſimiles, ab ἐπειδὴ incipientes: qui nihil ſingulare erant habituri, ſi his, qui primi literis conſignarunt Homerica carmina, placuiſſet ἐππειδὴ ſcribere, quemadmodum v. c. ὁππότε pro ὁπότε ſcripſerunt, & ἔδδεισε pro ἔδειε, & id genus alia. Similis ratio eſt alterius verſus, ab Ἐπίτονος incipientis; ubi quidem alia etiam ratio productae primae ſyllabae reddi poteſt, de qua Clarkius ad vocem ἀθανάτοισιν Iliad. α'. 398. monuit. Ductus eſt autem ille verſus,

Ἐπίτονος τετάνυστο βοὸς ἴφι κταμένοιο,

ex Odyſſ. μ'. 423. ſed ita, ut pro βέβλητο, quod ibi legitur, τετάνυστο hîc legatur, & loco duorum poſtremorum verborum ῥινοῖο τετευχὼς, adiecta ſint iſta ἴφι κταμένοιο, ex Iliad. γ'. 375. — Quo pertinet CASAUBONI Animadverſio, ubi ait: »Verſus *acephali* exemplum ex »Homero affertur:

»Ἐπίτονος τετάνυστο βοὸς ἴφι κταμένοιο.

»Cui licet addas ex eodem poëta:

»Ἐπίτονος βέβλητο βοὸς ῥινοῖο τετευχώς. «

Deinde, pro exemplo verſus λαγαροῦ, i. e. *claudicantis in medio*, adfertur primum ille,

Αἶψα δ' ἄρ' Αἰνείαν υἱὸν φίλον Ἀγχίσαο.

Qui locus duobus modis me conturbat. Primum enim ipſum illum verſum nusquam in poëtae carminibus reperire mihi contigit: tum vero, quid in eo inſit, cur in τῶν λαγαρῶν ponatur numero, prorſus exputare non poſſum; niſi in eumdem cenſum referri placeat omnes illos hexametros, qui, quod penultimum pedem pro dactylo ſpondeum habent, *ſpondaici* ſolent adpellari: cuius generis ſexcenti utique apud Homerum, ſed & apud alios quosque poëtas, reperiuntur. Alter verſus, quem ut λαγαρὸν citat auctor noſter, ille eſt ex Iliad. β'. 731.

Τῶν αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδες.

Ubi recte ἡγείσθην dedit ms. *A*. Ad ſcripturam παῖδες vero, pro qua παῖδε vulgo apud Homerum, nihil ex eo-

dem cod. *A.* adnotatum. (In *Epit.* omiſſi ſunt omnes iſti verſus.) *Claudicans* autem *in medio* dicitur hic verſus, ob penultimam vocabuli Ἀσκληπιοῦ, cum per ſe *brevis* ſit, pro *longâ* uſurpatam. Ad quem verſum vide quae a BARNESIO, & ab HEYNIO praeſertim, adnotata ſunt; a quo quae laudatur Bentleii coniectura, proxima vero videtur, Ἀσκληπίοφιν cantaſſe Homerum, idque a ſequioribus in Ἀσκληπιοῦ eſſe mutatum.

Μείουροι δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς. »Extremum verſum [nempe, extremam partem verſus, aut extremum pedem] »appellat ἐκβολήν. Euſtathius, [ad Iliad. μ'. pag. »858. l. 40.] deſcriptis verbis Athenaei, Ἔνθα, inquit, »σημείωσαι ὅτι ἐκβολὴν ἔφη τὴν λήγουσαν, ὡς ἐκ μετα»φορᾶς τῶν ποταμίων ἐκβολῶν. Vulgo Grammatici τὴν λή»γουσαν appellant *ſyllabam* dictionis *ultimam*. Si ita acci»pit hîc Euſtathius, incogitanter nimis ἐκβολὴν in hoc »Athenaei loco interpretatur τὴν λήγουσαν. Nam, exem»pli gratiâ, hic verſus,

»Καλὴ Καστιέπειρα θεοῖς δέμας εἰκυῖα, f

»*miurus* eſt: vitium tamen non in ultimâ ſyllabâ poſtre»mae dictionis, ſed in primâ ſyllabâ. Sed Euſtathius, opi»nor, λήγουσαν intelligit *dictionem*, non autem *ſyllabam*.« CASAUBONUS. — Ecce vero rurſus verſum, qui nusquam talis, qualis hîc conſentientibus libris citatur, reperitur apud Homerum: ſed pro eo hodie Iliad. θ'. 305. ſic conceptus legitur:

»καλὴ Καστιάνειρα, δέμας εἰκυῖα θεῇσι.

ubi ſyllaba μας in δέμας, cum alioqui brevis ſit, producitur ob digamma aeolicum, a quo ex antiquâ pronunciandi ratione incipiebat vox εἰκυῖα. Qui ſi verſus (quod credi Athenaeo poteſt, diſerte teſtificanti) in vetuſtioribus quibusdam libris talis ſcriptus fuit, qualis hîc exhibetur, vocalis ε initio verbi ἐοικυῖα ex vetuſtiſſimâ item ratione ει pronunciari atque adeo produci debuit: quin etiam, ſi literis curate conſignatum verſum velles, ειοικυῖα ſcribi debuerat, quemadmodum l. c. HEYNIUS monuit.

Qui ante iſtum adponitur μείουρος verſus,

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἴολον ὄφιν:

is eſt ex Iliad. μ'. 208. Ad quem multas rationes commenti ſunt interpretes, cur in voce ὄφιν primâ, cum naturâ brevis ſit, pro longâ uſus ſit poëta: quarum rationum haud dubie veriſſima illa, quam HEYNIO etiam pro-

batam video, quae ſtatuit, geminatâ in pronunciando literâ φ ſyllabam illam produci potuiſſe, productamque adeo a poëta in hoc verſu eſſe; quapropter, curatius ſi ſcriptum verſum velles, ὄφφιν vel ὄπφιν ſcriptum oportuiſſe: quemadmodum v. c. in voce σκύφος prima ſyllaba brevis producitur geminatâ φ literâ, & σκύπφος ſcribendo; quod fecit Anacreon, apud Athen. XI. 498. c. & Panyaſis, ibid. lit. d.

Tertius, qui tamquam μείουρος adponitur, Homericus verſus, ex Odyſſ. ι'. 212.

τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ἤϊα:

is non *defectu* claudicat, ſed *exceſſu;* nempe quod in fine dactylum habet pro ſpondeo aut trochaeo. Sed & huic incommodo facile mederi potuit pronunciatio, ita vocabulum efferens quaſi ἤια ſcriptum eſſet, aut duas vocales ι & α in unam ſyllabam complectens.

AD CAP. XXXIII.

Διετήρησαν δὲ μάλιστα &c. Sic ms. *A.* ignorans καὶ ante μάλιστα: nec habet eam particulam *Epit.* in qua quidem mutata orationis ſtructura. *Ibid.* πλείστῃ αὐτῇ χρώμενοι. Sic commode uterque cod. mſtus, non πλεῖστον.

a εὔτικος εἰς χορόν. »Non puto Graecum verbum eſſe »εὔτυχος. Ita lego cum Excerptis, Λάκων ὁ τέττιξ, »εὔτυκος εἰς χορόν: vel εὔτυκτος. *Laconicus eſt muſicus,* »*aptus ad choreas.* « CASAUBONUS. — Nobis ſcripturam εὔτυκος non modo codex *Epit.* dedit, ſed & vetus cod. *A.* Et eſt probum vocabulum εὔτυκος, *facilis, paratus, promtus:* quo uſus eſt non modo Theocritus, Idyll. XXIV. 86. ſed & Callimachus, H. in Lav. Pall. vs. 3. ubi vide Spanhemium, idem vocabulum Aeſchylo etiam vindicantem. Conf. Schützium ad Aeſchyli Suppl. verſ. 981. & 1001. Complendum ſenarium hoc modo,

Λάκων ὁ τέττιξ εὔτυκός ἐστιν εἰς χορόν:

cenſuit WAKEFIELD, Silv. Critic. Tom. II. p. 36. a quo etiam ipſum verſum erudite illuſtratum ait Fiorillo, ad Herodem Attic. pag. 106.

διὸ καὶ οἱ ποιηταὶ &c. »Sequitur, διὸ καὶ οἱ ποιηταὶ διε»τέλουν οὕτως προσαγορεύοντες τὰς ᾠδάς. *Propterea poëtae* »*ſua cantica ſic nominare perſeverarunt.* Quomodo? nempe »μέλη. Colligo ex ſuperioribus. Proprie μέλος dicitur *car-*

» *men μεμελοποιημένον*: id est, *in cuius compositione habita* a
» *ratio harmoniae, ut cani possit.* Talia sunt Lyricorum in-
» primis carmina. Sed & aliorum antiquorum poëtarum
» carmina habuisse *μελῳδίαν*, ut Homeri, Xenophanis, So-
» lonis, Theognidis, Phocylidis, nec non Periandri, an-
» te dictum Athenaeo: qui nunc ait, ex eo factum esse,
» ut omnes poëtae sua carmina appellent *ᾠδὰς* & *μέλη*.
» Exemplum quod adiectum est, imperfectum ad nos per-
» venit: ut neque de auctore constet, neque de senten-
» tiâ multo magis. Quis enim dubitet illa esse corrupta,
» *καὶ μέλεα μελιπτέρωτα* Μοῦσαν? Scribo, *καὶ μέλεα,*
» *μέλη πτερωτὰ Μουσᾶν? carmina alata Musarum.*
» Poëtae se vocant *alites*, & *θείους ὄρνιχας*: versibus suis
» tribuunt *alas*: vulgata res. « CASAUBONUS. — At, quae de Xenophane & Solone aliisque ait vir doctus, plane contra auctor noster paulo ante dixerat, melodiam hos carminibus suis non adhibuisse. Deinde silentio non praeterire debuerat Animadversor, in istis, *γλυκυτάτων πρύτανιν ὕμνων*, vocem *ὕμνων*, cum abfuisset superioribus editionibus, a se fuisse adiectam: quod recte quidem utique ab illo factum, sed ex coniecturâ puto docti alicuius viri, quam lectionibus codicum Italicorum mixtam Casaubonus repererat: nam vetus quidem codex noster *A.* mendose *ὑμῶν*, non *ὕμνων*, exhibet; in *Epit.* autem desunt ista omnia, *διὸ καὶ οἱ ποιηταὶ* usque Μουσᾶν. Iam ad sententiam quod spectat auctoris, haud sane satis perspicua ea est, & in verbis fortasse etiam deest nonnihil. Interim hoc dicere videtur: *quoniam antiquitus cantari solita sint carmina, inde factum, ut constanter poëtae* (*Lacedaemonii certe*) *carmina sua nominaverint ᾠδὰς, ὕμνους, & μέλη.* Pro edito olim *μελιπτέρωτα*, vetus noster codex *μελιπτέρωτα* dedit: quod mutare non sum ausus, quamquam non nimis feliciter compositum videri possit nomen *μελιπτέρωτον*, *carmen mellitis alis praeditum*, i. e. *dulce alatumque.* Gallicus interpres, diserte professus » se nihil in contextu mutandum censere « Graecam *ῥῆσιν* in qua versamur suo sermone sic reddidit: » *Aussi leurs poëtes appel-*
» *loient-ils l'ode,*
» *Le president des chansons enchantereſſes.* «
& les vers lyriques,
» *Les traits ailés des Muſes.* «
Ubi haud obscurum videtur, versionem istam ADAMI

fuisse: nec vero animadvertisse VILLEBRUNIUM, cum suam eam faceret, pro μέλη *Adamum* βέλη legendum statuisse.

b ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ χρηστομουσεῖν &c. Cum deessent tria priora verba, sic ad hunc locum commentatus est CASAUBONUS: »καὶ τὸ χρηστομουσεῖν, καὶ μὴ παραβαίνειν »τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους. Non bene ista co»haerent: neque enim alia hîc incipit sententia, sed con»tinuanda ista cum superioribus. *Choragos*, inquit, *hodie* »*vocant eos qui pecuniâ suâ chorum conducunt & instruunt: at* »*primitus* χορηγὸς dicebatur *is qui erat vere* ἡγεμὼν τοῦ χο»ροῦ: cuius erat officium, videre ne imperitiâ chori aut »lasciviâ vetus musica corrumperetur, sed pura atque »sincera servaretur. Lege sic integrum locum: Ἐκάλουν »δὲ καὶ χορηγοὺς οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθωμένους [at, pro isto nihili verbo, recte μισθουμένους dedere ambo nostri codd.] »τοὺς χοροὺς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ »χοροῦ, (καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει) πρὸς τὸ χρη»στομουσεῖν, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς »νόμους. Etsi autem verissimum est, hanc esse genuinam »vocis *choragus* significationem; vix tamen reperias ex »omnibus antiquis scriptoribus Graecis qui ita usus sit eo »verbo, quod in historiâ praesertim Atticâ frequentissimum »est. Athenis enim inter publica munia, divitibus neces»sario obeunda, fuit τὸ λειτουργεῖν. [χορηγεῖν, puto, »scribere voluerat.] Inde postea manavit latius eius verbi »significatio.« — Haec ille in *Animadversionum editione prima:* quibus in *edit. 2. & 3.* haec insuper adiecta: »Nam »simpliciter accipi coepit χορηγεῖν, pro παρέχειν & *neces»sariis praesidiis instruere.* Notio prima vocis χορηγὸς, ut ait »Athenaeus, *chori magistrum* designat, (qui & *coryphaeus*, »& *mesochorus*) ut στρατηγὸς, *exercitus praefectum.* Atque »in hac primaeva significatione accipit Chrysostomus, Ho»miliâ duodecimâ in Epist. ad Philipp. Καθάπερ ἐν χοῷ »καὶ στρατοπέδῳ τὸν χορηγὸν καὶ στρατηγὸν δεῖ μιμεῖσθαι »τοὺς λοιποὺς, καὶ οὕτω δεῖ βαδίζειν εὐτάκτως. Appellat »hîc *choragum*, quem alii *coryphaeum:* quare idem alibi »κορυφαῖον & στρατηγὸν solet iungere, ut in simillimo »huic loco, Homil. XXXIII. ad Hebraeos.« — Ab editâ olim scripturâ, καὶ τὸ χρηστομουσεῖν, nil dissentit vetus codex *A.* ubi durum videtur, καὶ cum Casaubono in πρὸς velle mutare. Suspicatus olim eram, cohaerere fortasse haec verba καὶ τὸ χρηστομουσεῖν cum illis superio-

ribus, εἰκότως οὖν ἐγίνετο χαίρειν τοὺς ἀκροωμένους: ut reliqua omnia, ἐκάλουν δὲ – – σημαίνει, in parenthesi posita intelligi deberent. Sed commodiorem rationem praeivit *Epitoma*: cuius scripturam miror silentio praetermissam a Casaubono. Nam ibi post verba τοὔνομα σημαίνει, interposito puncto, sic continuatur oratio, ut nos edidimus: ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ χρηστομουσεῖν. In ms. *A.* utique intercidisse nonnihil videri debet. Quod nisi ita prorsus scripserat Athenaeus, ut habet Epitoma; perquam probabile est tamen, in eamdem fere sententiam verba nonnulla ab illo hìc posita fuisse.

ἔσται δ' ἴσως τοῦτο μᾶλλον. Sic mstus uterque cum c editis. Sed vix dubito, ἔτι δ' ἴσως &c. scripsisse Athenaeum: quemadmodum etiam CORAYUS vir acutissimus coniectaverat in *Notis mstis*.

Ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν ἡρώων. »*HOMERI* locus de »*Achille, fortium laudes ad lyram canente*, extat in nono »Iliadis. [ι'. 189.] Cogimur hoc dicere propter interpre»tum incuriam, qui falsissimam Athenaeo sententiam affin»gunt.« CASAUBONUS. — Vocabulum ἡρώων interpretationis causâ vel ab Athenaeo vel ab aliquo interpolatore adiectum. De *Phemio* habes in Odyss. α'. 337 sq.

Ὅτε γὰρ, φησὶν, ἠγήσατο τὴν εἰς Πέρσας ἀποδημίαν ὁ d Κῦρος &c. »Antiquos etiam barbararum gentium musicos, »graves fuisse viros, & qui a rerum actu alieni non es»sent, illustri exemplo docet nos Dipnorhetor. *Astyagi* »*enim praedixisse cantorem* quemdam *futuram Cyri virtutem*, »*& bellum ab eo contra Astyagem suscipiendum.* Profert *DI»NONIS*, qui *Persica* ediderat, locum non sane obscurum, »neque depravatum, perperam tamen ab interpretibus »acceptum. Graeca sonant: *Quo tempore Cyrus* (*qui in* »*Astyagis aulâ initio satellitum praefectus fuerat, deinde mili»tum, postea abiit*) *relicto Astyage ad Persas se contulit: re»ge cum amicis convivante, Aggares quidam, omnium eius* »*cantorum clarissimus, vocatus in coenationem, cum alia pro* »*more, tum ad extremum hoc cecinit: Dimitti in paludem fe»ram apro truculentiorem; quae si semel locorum circa se fuerit* »*potita, facile cum paucis adversus multos pugnabit.*« CASAUBONUS. — In prioribus *DINONIS* verbis, quae in *Ep.* omissa, nil mutat ms. *A.* in quibus tamen insolita est illa constructio, ἠγήσατο τὴν εἰς Πέρσας ἀποδημίαν, quum ἡγεῖσθαι cum accusativo casu vix aliter construi soleat,

quam in huiusmodi dictione, ἡγεῖσθαι ὁδόν τινι, *praeire alicui viam.* Si proba hoc loco scriptura, videtur hoc dicere voluisse Dinon, *quum Cyrus primum in Persiam proficisceretur.* Fortasse vero εἰσηγήσατο scripserat & Dinon & Athenaeus, i. e. *postquam proposuisset iter in Persiam suscipiendum, postquam cum Astyage egëssset de itinere in Persiam (a se) suscipiendo:* quod si placuerit, finienda dein parenthesis fuerit in vocabulo ὁπλοφόρων, ut cohaereant ista, ὅτε εἰσηγήσατο τὴν εἰς Πέρσας ἀποδημίαν καὶ ἀπῆλθεν. Sic sane multo commodius progressura erat oratio. Caeterum nihil hîc nos iuvat Herodotus, qui, partim proprio motu, partim magorum hortatu, ab Astyage Cyrum, etiam tum puerum, in Persiam missum ait, lib. I. cap. 120 & seq.

e Rectè dein εἰς τὸ ἕλος habent edd. ubi in ridiculo errore uterque codex versatur, alter τὸ ἕλεος, alter τοὺς Ἕλληνας exhibens. Paulo post vero, pro edito μετ' ὀλίγων, eorumdem codicum consentientem scripturam μετ' ὀλίγον recipiendam putavi. Denique, quamquam percommodum videri debuit quod editum erat, οὐδὲν ἤνυσεν; aliud tamen praescripsere veteres libri, in οὐδὲν ὤνησεν consentientes, a quibus praeter rationem discessere iuniores. Et ms. *A.* quidem nil aliud mutat: in *Epit.* vero ὅμως οὐδὲν ὤνησεν scribitur: sed in eâdem perperam omissa sunt verba καὶ μεταπεμπόμενος.

AD CAP. XXXIV.

ἀποθανεῖν αὐλούμενον, *mori ad tibiae sonum*, sive *audientem tibiarum cantum.* Sic ψαλλόμενος, apud Suidam hac voce, ὁ ἀκροώμενος ψάλτου: & κιθαριζόμενος, ὁ κιθάρας ἀκροώμενος. Conf. Animadv. ad VIII. 348. vs. 7. & quem ibi laudavimus LEOPARDUM, Emendation. lib. X. c. 4.

f Εὐφορίωνα τὸν αὐτὸν ἐποποιὸν ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων. *EUPHORIONEM, eumdem & poëtam epicum, & auctorem libri De Ludis Isthmicis, in quo sambucae mentionem fecit.* Desunt haec *Epit.* In ms. *A.* vero perperam h. l. περὶ Ἰσμων scribitur: sed περὶ Ἰσθμίων, ut rectè hîc editum, sic & in eodem cod. scribitur paulo post, pag. 635. a. & f. De eodem & libro & auctore loquens Deipnosophista IV. 182. e. aiebat, Εὐφορίων δὲ, ὁ ἐποποιὸς, ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων. Adnotavit h. l. CASAUBONUS: » Musicum instru-

» mentum, quod *ſambucam* dicebant, *Parthis & Troglody-*» *tis* aſſignat Euphorion. Certum eſt, vetuſtiſſimos Orien-» tis populos eo organo eſſe uſos. Inde transiit poſtea » ad Graecos & res & nomen. Daniel prophera cap. 3. ἣ » ἂν ὥρᾳ ἀκούσητε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, σύριγγος, καὶ » κιθάρας, σαμβύκης τε. In Chaldaico texru Danielis eſt » *ſabbecâ*. « — De *ſambuca* inſtrumento muſico nonnihil etiam ſupra dictum, IV. 175. d. ubi λυροφοίνιξ σαμβύκη, auctore Iuba, memoratur, quaſi *lyra Phoenicia*, Syrorum inventum. Vide etiam infra, pag. 637. b. De variis etiam aliis inſtrumentis muſicis plura iam ſupra disputata ſunt libro IV. cap. 75 & ſeqq.

Πυθαγόραν ἐν τῷ περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς Θαλλάσσης. Conf. IV. a 183. f.

οὗ τό τε σχῆμα καὶ τὴν κατασκευὴν ἀποδείκνυσι Βίτων ἐν τῷ πρὸς Ἄτταλον περὶ Ὀργάνων. &c. » *Sambucam mili-*» *tarem* deſcripſerunt Graeci & Latini ſcriptores nonnulli: » ſed obiter, & parum plene aut exacte. Extat accuratior » eius deſcriptio in Mechanicis Athenaei, non quidem ex » Bitone aut Andreâ Panormitâ, ad quos reiicit nos hoc » loco Dipnoſophiſta: verum ex Damio quodam Colo-» phonio. Plura nos de his rebus in Polybianâ editione; » quam, defuncti moleſtiſſimo hoc labore, aut curabimus » Ζεοῦ διδόντος, brevi, aut aeternis tenebris ſemel damna-» bimus. « Casaubonus. — Immo vero Athenaeus ille cuius exſtat *de Machinis* libellus (in veterum Mathematicorum Operibus, Pariſiis MDCXCIII editis) diſerte declaravit, (pag. 7.) ſe *ſambucas* non deſcripturum, utpote ſatis notas. Exſtat autem *ſambucae* alicuius deſcriptio, a Damio Colophonio conſtructae, in eiusdem, quem laudat Athenaeus noſter, *Bitonis* libello περὶ πολεμικῶν Ὀργάνων, ibid. pag. 110 ſeq.

καὶ Ἀνδρέας ὁ Πανορμίτης, (ſic recte ms. *A.* cum ed. Ven. non Πανορμήτης) ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ τῶν Σικελικῶν τῶν κατὰ πόλιν, (intellige φησὶν) ὡς ἀπὸ δύο ὄνων προσάγοιτο τοῖς τῶν ἐναντίων τείχεσι. » Nihil demutant ab » editâ lectione veteres libri, cum de *ſambucâ militari* ſcri-» bitur, ὡς ἀπὸ δύο ὄνων προσάγοιτο &c. Placet tamen » iure clariſſimi viri Iusti Lipsii coniectura, haud teme-» re ſuſpicantis, ἀπὸ δύο νεῶν potius eſſe ſcribendum. « Casaubonus. — Vulgatam ſcripturam Lipsius, Poliorcet. lib. I. dial. 6. pag. 37. fere cum Dalecampio ſic inter-

a pretatus erat: *quod duabus ſuculis ad muros hoſtiles admoveatur.* Et eſt ὄνος nomen machinae cuiusdam tractoriae, cui neſcio an hîc locus eſſe potuerit. Nec vero, ubi de *ſambuca militari* agitur, opus eſt ut conſtanter de *navi* aut de *navibus* cogitetur, quibus illa impoſita fuerit: nam etiam in terrâ ſambucae locus erat: & in ea quidem, quam *Biton* l. c. deſcribit, nulla fit *navium* mentio. Verumtamen ANDREAS ille, ignotus quidem alioqui ſcriptor, in *Rebus Siculis oppidatim expoſitis* videtur de *Marcelli ſambucis*, ad oppugnandas Syracuſas adhibitis, verba feciſſe. Atqui illarum ſambucarum unaquaeque *duabus iunctis navibus* erat impoſita, Polybio teſte, VIII. 6, 2. Atque etiam illa ſambuca, quam Mithridates in Rhodi oppugnatione exſtruxit, *duabus navibus* erat impoſita: σαμβύκην τινὰ, ait Appianus, DE Bello Mithrid. cap. 26. μηχάνημα μέγιστον ἐπὶ δύο νεῶν φερόμενον ἐποίει. Denique ipſe etiam ANDREAS, ab Athenaeo citatus, continuo deinde diſerte *navis* facit mentionem. Unde ſane quam probabilis fit doctorum virorum coniectura, ἀπὸ δύο νεῶν (niſi ἐπὶ δύο νεῶν malueris) corrigentium.

Quae his ſubiiciuntur, ea plane ex *Polybio* ad verbum fere transcripſiſſe *Andreas* ille videtur; cuius quidem verba, uti vulgo legebantur, haud dubie corrupta erant, atque etiam, ut videtur, defecta. Apud Polyb. VIII. 6, 11. ſic legitur: Εἰκότως δὲ τὸ κατασκεύασμα τῆς προσηγορίας τέτευχε ταύτης. ἐπειδὰν γὰρ ἐξαρθῇ, γίγνεται τὸ σχῆμα τῆς νεὼς ταύτης (*duas* naves iunctas, pro *unâ* nunc numerat) ἐνοποιηθὲν, παραπλήσιον σαμβύκῃ. Ad quae verba vide, ſi lubet, quae, cum Polybium ederemus, notavimus. ANDREAE verba apud Athenaeum in hunc modum edita legebantur: καλεῖσθαί τε σαμβύκην, ἐπειδὴ ὅταν ἐξαρθῇ γίνεται σχῆμα νεὼς καὶ κλίμακος ἐνοποιούμενον. ὅμοιον δέ τι ἐστὶ καὶ τὸ τῆς σαμβύκης. Quibus in verbis nihil prorſus mutat ms. *A.* Magis autem placet ἐπεί, quod pro ἐπειδὴ habet *Epit.* Tum pro ἐνοποιούμενον praelaturus eram ἑνοποιουμένων, quod habet idem cod. *Ep.* niſi ſimiliter ἐνοποιηθὲν ad σχῆμα relatum legeretur apud Polybium. Quod autem deinde *interpoſito puncto* ſic legebatur, ὅμοιον δέ τι ἐστι καὶ τὸ τῆς σαμβύκης: id vero, licet in eadem verba conſentiat uterque codex mstus, minime fuit ferendum. Neceſſario haec ſuperioribus iungi, & unâ eademque periodo comprehendi debuerunt:

quare tali quodam modo omnino refingenda nobis visa erant, γίνεται σχῆμα — — ὅμοιον οἷον δή τι ἐστὶ καὶ τὸ τῆς σαμβύκης : nempe τῆς σαμβύκης, ὀργάνου μουσικοῦ, *figura similis qualis est sambucae, instrumenti musici.*

ταῖς μὲν ναυσὶν αὐτοῦ κυαθίζειν ἐκ θαλάσσης Ἀρχιμήδην, b τὰς δὲ σαμβύκας ῥαπιζομένας ὥσπερ ἐκ πότου μετ' αἰσχύνης ἐκπεπτωκέναι. » Allegoricus sermo est, quo usus Marcellus, cum diceret, ταῖς μὲν ναυσὶν αὐτοῦ &c. *Archimedes*, inquiebat, *navibus meis ceu cyathis aquam haurit e mari : sambucae autem colaphis percussae, tamquam e compotatione cum dedecore sunt ejectae.* Interpretes, cum allegoriam non animadverterent, integerrimum locum emendare aggressi sunt : nam pro ἐκ πότου scribit Dalecampius εἰς πόντον : plane absurde. Apud Polybium legitur hodie, ὥσπερ ἑκασπόνδους : [immo ἑκσπόνδους, ut in Animadversion. ed. 2. & 3. scribitur :] id quoque absurdum : sed videtur scripsisse ἐκ σπονδῶν : quod more suo velut interpretans Athenaeus, mutavit in ἐκ πότου. Refert & Plutarchus Marcelli iocos : sed καθίζων ibi scriptum, pro κυαθίζων : emenda igitur. « CASAUBONUS. — Testimonium POLYBII servatum est in Excerptis antiquis ex Polybii libro octavo, legiturque in *Reliquiis libri octavi Historiarum Polybii*, cap. 8. sect. 6. nostrae editionis. Quod ait, ταῖς ναυσὶν αὐτοῦ κυαθίζειν, istud ταῖς ναυσὶν pro *ablativo instrumenti*, ut Casaubonus, sic ante eum H. STEPHANUS acceperat, in Indice Thes. pag. 1307. f. Pariter vetus Polybii interpres, *navibus suis ceu trullis aquam haurire.* Nos pro *dativo* accepimus, *navibus suis ex mari potum infundere.* Nam cyathis potus ex paterâ haustus infunditur in calicem. Tum quod ait, τὰς σαμβύκας ῥαπιζομένας : memineram quidem, compositum verbum ἐπιῤῥαπιζειν leniori quadam notione usurpari, pro *conviciari, obiurgare, verbis castigare :* (conf. IV. 168. f. X. 422. d. XIII. 604. b.) sed hic recte intelligi videtur *colaphis percutere.* In vocab. τὰς σαμβύκας (quod etiam antepenacute τὰς σάμβυκας scribi poterat) notanda ambiguitas, de qua ad Polyb. l. c. & ad eiusdem Polybii librum V. 37, 10. monuimus; qua non animadversâ perit omnino iocus, qui in Marcelli dicto inest : nempe idem vocabulum & *sambucam* instrumentum musicum significat, & *sambucistriam* puellam quae instrumentum illud pulsat. In ἑκσπόνδους, quod est apud Polybium, nihil mutandum.

AD CAP. XXXV.

Εἰπόντος δ' ἐπὶ τούτοις Αἰμιλιανοῦ. Ecce rurſus ἀνακολουθίας genus ſatis uſitatum Noſtro. Nec enim ſequitur apodoſis, huic protaſi ad verbum reſpondens. Sed poſt bene multa Aemiliani verba, eiusdem ſermonem ſic concludit Athenaeus: Τὴν ἀπορίαν οὖν &c. Ac tum demum ſequitur, (cap. 36.) Καὶ ὃς (ſcil. Οὐλπιανὸς) ἔφη.

c πότερον αὐλῶν εἶδος ἢ κιθάρας ἐστίν. Poſſis αὐλοὺς hîc generatim intelligere quaelibet *muſica inſtrumenta quae inflantur:* nec tamen ſine cauſſâ (ut e ſequentibus adparet) hoc potiſſimum vocabulo utitur auctor. Sed κιθάραν certe generatim hic dixit, pro *quolibet inſtrumento* ψαλτικῷ, id eſt, *quod fidibus tenſum eſt, & vel plectri ope vel nudis digitis pulſatur.*

ψάλλω δ' εἴκοσι &c. Repetitur idem ANACREONTIS fragm. pag. 635. quod BARNESIUS, (num. 84.) in tres verſiculos distinguens, quo primum verſiculum compleret, ſuo iudicio vocem πάσαις adiecit: ψάλλω δ' εἴκοσι πάσαις. Poteras v. c. Λυδὴν coniectare, *Lydiam magadin*, ex eo quod ſub finem paginae legitur, Λυδῶν τε εὕρημα. Verbum ἠβᾷς idem BARNESIUS interpretatus eſt *iuvenum more-inſoleſcis.*

d οὐκ εἶπε δὲ τοῦτο οὐδὲ Πύρανδρος ἐν τῷ Περὶ Αὐλητῶν. Haec verba cum deeſſent vetuſtis editionibus, ex Italicis codicibus tacite adiecit Caſaubonus: eademque vetus noſter cod. *A.* agnoſcit; ſed pro Πύρανδρος, quod Caſaub. ediderat, Πύῤῥανδρος geminâ ῥ literâ ſcriptum dedit: recte. Sic ſane idem nomen ſcribitur apud Ariſtophanem, Equit. vs. 897. ubi quidem de alio homine agitur.

οὐδὲ Φίλλις ὁ Δήλιος· ξυνέγραψε γὰρ καὶ οὗτος περὶ Αὐλητῶν, καὶ Εὐφράνωρ. » Melius Φύλλις. Hic eſt *Phyl-* » *lis*, quem muſicum appellat & cum Ariſtoxeno bis ter- » ve laudat Scholiaſtes Ariſtophanis. « CASAUBONUS. — Scholiaſten Comici vide ad Ran. 1337. & Veſp. 1231. ubi qui Φύλλις ὁ μουσικὸς nominatur, eiusdem nomen Φύλλης ſcribendum eſſe diſerte monuit Suidas in hac voce; apud quem ipſum tamen Φύλλις ſcribitur in voc. Σχολιόν. Apud Scholiaſten Luciani vero (ad libellum, Pro lapſu inter Salutandum, cap. 6. Tom. III. ed. Bip. pag. 292.) qui ſua ab eodem Ariſtophanis Scholiaſte mutuatus videtur, Φίλων ὁ μουσικὸς ſcribitur. Sed noſtri codices conſtanter ſcripturam

Φίλλις tenent: ſic enim hîc cum editis habet ms. *A.* tum rurſus pag. 636. b. uterque codex mstus cum editis: eodemque modo codex *Epit.* lib. I. pag. 21. f. Φίλλις ὁ Δήλιος, μουσικός: ubi vide not. Qui deinde hîc nominatur Εὐφράνωρ, eius nomen temere Ηὐφράνωρ ſcribitur in ed. Caſ. 3. Is eſt autem *EUPHRANOR* ὁ Πυθαγορικὸς, cuius liber περὶ Αὐλῶν citatur apud Noſtrum, lib. IV. cap. 80. p. 182. c. rurſusque ibid. cap. 84. pag. 184. e. Priori loco citatur etiam *Alexonis* liber περὶ Αὐλῶν, quem hîc commemorare neglexit Deipnoſophiſta.

Ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλός. Sic ms. *A.* quemadmodum & conſtanter aliâs, & mox rurſus in eiusdem *Tryphonis* verbis, ubi etiam editi ſcripturam μάγαδις tenuere. Priora iſta verba omiſit Breviator: ſed mox μαγάδις ἐν ταυτῷ agnoſcit idem cum aliis. Recte vero priore etiam loco μάγαδις, non μάγαδος, habent veteres membranae: nam eodem modo ſcripta eadem *Tryphonis* verba ſupra etiam relata ſunt, lib. IV. pag. 182. d.

ὡς Ἀναξανδρίδης ἐν Ὁπλομάχῳ φησὶ Μάγαδιν λα- e
λήσω &c. »De iſto verſu, Μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα »σοι καὶ μέγα, diximus libro IV. cap. XXV. « CASAUBONUS. — Vide IV. 182. d. ibique notata. Mirum vero, utroque loco pariter corruptum poëtae nomen; & utrobique item μέγαν pro μέγα vulgo ſcribi: quae quidem quin corrigeremus non dubitavimus. Videndum tamen, ne fortaſſe (quod ex p. 638. a. colligi poſſe videtur) μάγαδιν in eo verſu dixerit Anaxandrides *certum* quoddam *cantionis aut melodiae genus* ex fidium & tibiae cantu mixtum, quod ὁ μάγαδις masculo genere fuerit nominatum: qui cantus quum partim *acutus* fuerit, partim *gravis*; τὸν μάγαδιν μικρὸν, *acutum* dixerit poëta; τὸν μέγαν vero, *gravem.*

AD CAP. XXXVI.

Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα Ἀντεξηγήσεσιν. Conf. XI. 468. e. Videntur ſignificari *Expoſitiones dramatum Ionis, aliorum Expoſitionibus oppoſitae.* Sic h. l. interpretationi *Ariſtarchi* (lit. *c. d.*) aliam opponit; loco ſuperiore vero (XI. 468. c. d.) *Epigenis* ſive *Epimenis* interpretationi ſuam oppoſuit.

μάγαδιν αὐλὸν ἀκούει τὸν κιθαριστήριον. »Eadem »interpretatio apud Heſychium: ſed quam in vulgatis li-

» bris peſſime acceptam ex Athenaeo emendandam eſſe ſtu» dioſos velim monitos.« CASAUBONUS. — Heſychium vide in Μαγάδεις, & quae ibi a doctis viris adnotata ſunt. Dicebatur autem αὐλὸς κιθαριστήριος, *tibia quae citharae accinit*, interprete Heſychio l. c. & Polluce, IV. 81. atque ipſo Didymo apud Noſtrum, paullo poſt. *Ibid.* οὗ μνημονεύειν Ἀριστόξενον ἐν πρώτῳ περὶ Αὐλῶν τρήσεως, λέγοντα. Sic commode ms. *A.* Nempe intellige, οὗ μνημονεύειν φησὶ Δίδυμος Ἀριστόξενον. Eiusdemque ſcripturae veſtigium etiam in editionibus Ven. & Baſ. ſupereſt, quae accuſativum λέγοντα tenuerunt. Sed quum in his temere μνημονεύει Ἀριστόξενος ſcriptum eſſet, tenens hoc Caſaubonus, etiam λέγοντα tacite in λέγων mutavit.

f πέντε γένη εἶναι αὐλῶν, παρθενίους, παιδικοὺς, κιθαριστηρίους, τελείους, ὑπερτελείους. Cum deeſſet poſtremum vocabulum, monuit ad h. l. doctiſſimus CORAY in *Notis mſstis*: »*Quatuor* tantum, non *quinque* habes hic *ti*» *biarum genera*. Legendum igitur exiſtimo, παιδικοὺς, δα»κτυλικοὺς, κιθαριστ. conf. lib. IV. pag. 176. F.« — Idem vocab. excidiſſe reſtituendumque Athenaeo cenſuerat MAHNE, in Diatribâ de Ariſtoxeno, pag. 136. Ac quisquis ſuperiorem illum locum attentius inſpexerit, vix aliter coniectare poſſit. At *poſt* τελείους vocabulum ὑπερτελείους communi conſenſu adiectum dedere ambo noſtri codices mſsti: quod quidem quam facile ibi intercidere per iuniorum librariorum feſtinationem potuerit, in oculos incurrit. Deinde vero quod vulgo ſic continuata erat oratio, ἢ ἐλλείπειν οὖν δεῖ &c. deſunt verba iſta Epitomae, e mſto *A.* vero nulla adnotata diſſenſio: ſatis autem adparet, particulae ἢ non fuiſſe hîc locum; niſi fortaſſe ſtatuas intercidiſſe aliud orationis membrum, quod ab ἢ item incepiſſet: at id quum parum ſit veriſimile, vulgatam ſcripturam ſub contextu adnotaſſe contentus, abieci importunam particulam; de qua delendâ MAHNIUS etiam l. c. monuit. Deinde vero quod ſubiicitur, ἐλλείπειν οὖν δεῖ παρὰ τῷ Ἴωνι τὸν τε σύνδεσμον: poſſunt quidem haec ita intelligi, ut interpretatus eſt idem MAHNIUS: *Igitur in illo loco Ionis neceſſe eſt omiſſam eſſe copulam* τε. At id ſi voluiſſet auctor, ſcripturus erat ἐλλείπειν οὖν ἀνάγκη aut aliquid ſimile: nam ad verbum ἐλλείπειν perincommode δεῖ adiectum videtur; quod proprie ſonat, *omittere oportet*. Praeterea, ſicut in totâ hac

βήσει *infinitâ* oratione utitur auctor, ſic & hoc loco ad f infinitivum ἐλλείπειν nullum adiici verbum finitum debuit; ſed intelligebatur, ut ſupra, verbum φησὶν, ſcil. ὁ Δίδυμος. Unde omnino fit probabile, δὴ (ſive δῆλον malueris) non δεῖ, hîc ſcripſiſſe Athenaeum. Adiectâ igitur τε particulâ verſum *Ionis* ſic ſcriptum oportuiſſe cenſuerat *Didymus*:

Λυδός τε μάγαδίς τ' αὐλὸς ἠγείσθω βοῆς:

id eſt, *Et Lydia tibia, & tibia magadis, praeeat clamori.* At, quum *magadis inſtrumentum chordis tenſum*, (ut continuo deinde traditur) *inventum* fuerit *Lydium*, poſſit etiam αὐλὸς μάγαδις *Lydium* ſtatui inventum: quare in eamdem ſententiam, quam *Didymus* voluerat, etiam absque τε particulâ poſt μάγαδις inſertâ dicere *Ion* potuerat:

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἠγείσθω βοῆς:

Et tibia Lydia magadis (i. e. *magadi accinens*) *praeeat clamori.*

Ἡ γὰρ μάγαδις ὄργανόν ἐστι ψαλτικὸν, &c. Vocabulum μάγαδις cum editis hîc tenet ms. *A.* tanto probabiliore ratione, quod ad *Anacreontis* teſtimonium hîc provocetur, qui μάγαδιν, non μαγάδα, dixerat: cuius verba paullo ante (lit. *c.*) adpoſita ſunt; rurſusque eodem modo repetuntur p. 635. c. Nec tamen ſpecie caret μαγὰς, quod h. l. habet *Epitoma*: nam a nominativo μαγὰς formatus videri poterat dativus caſus μαγάδι, qui modo praeceſſerat, rurſusque paullo poſt eodem modo ſcriptus occurrit, pag. 635. a. & iterum ibid. lit. b. quum contra ab ἡ μάγαδις tertius caſus proprie τῇ μαγάδιδι formari debuiſſet, quemadmodum ſecundus τῆς μαγάδιδος, hac pag. lit. c. & pag. 635. c. Et ipſum illud vocab. ἡ μαγὰς adnotarunt etiam Heſychius & Suidas, interpretantes *ligneum fulcrum ſuper quo tenduntur chordae*: ut adeo haud incommode pro toto etiam inſtrumento uſurpari id nomen potuerit. Sed potuit etiam penacuta ſcriptura dativi caſus, μαγάδι, pro μαγάδιδι poni, ſive per librariorum errorem, ſive quod ita uſus tulerit, in tertio caſu, licet in primo ἡ μάγαδις & in ſecundo τῆς μαγάδιδος dicere conſueviſſent.

Λυδῶν τε εὕρημα. Perperam αὐδῶν τε ms. *A.* & mox rurſus idem τὰς αὐδὰς pro τὰς Λυδάς: ſed in *Ionis* verſibus deinde recte Λυδαὶ ψάλτριαι. Verſus iſti quum in editis ſic ſcripti legerentur:

Ἀλλ' αἱ Λυδαὶ ψάλτριαι παλαιθετῶν
ὕμνων ἀοιδοὶ τὸν ξένον κοσμήσατε:

nonnisi haec adnotavit CASAUBONUS: »παλαιθετῶν »ὕμνων ἀοιδοί. Ferri potest, pro *dudum compositorum.* τιθέ»ναι, pro ποιεῖν, translatitium. Tamen haec dictio nescio »quomodo parum satisfacit. An παλαιδετῶν? Hesychius, »Παλαιδέτης· πρεσβύτης, pro παλαιετής.« — Equidem, cur hoc mallemus, nullam causam vidi. Apud eumdem Hesychium habes Παλαιοθέτης· πολυπράγμων, δραστήριος: ubi si statuere liceret, Παλαιθέτης scriptum oportuisse, legitime inde formaretur genitivus plur. παλαιθετῶν: sed huc non convenit notio activa, illi formae nominis propria. Apud Suidam, in Κᾶλα, habes Κᾶλα παλαίθετα, i. e. ξύλα ἐκ πολλοῦ ἀποτεθέντα χρόνου: *ligna a longo tempore reposita.* Eâdem vocabuli formâ ὕμνοι παλαίθετοι fuerint ὕμνοι πάλαι τεθέντες, *hymni*, non quidem *a longo tempore repositi*, sed *olim instituti, ex veteri instituto cani soliti*, πάλαι νενομισμένοι: ab illo usu verbi, quo νόμοι τίθεσθαι, *leges ferri*, dicuntur. Quare παλαιθέτων, penacute scriptum, malebam. Sed eumdem priorem versum in ipso initio claudicare adparebat: ubi perspecte BENTLEIUS, in Epist. ad Mill. p. 56. Ἀλλ' εἶα Λυδαὶ corrigi iussit. Idque ipsum exhibuerunt veteres nostrae membr. *A.* in quibus absque accentibus quidem spiritibusque, quod sciam, sed eisdem prorsus literis αλλεια λυδαὶ scriptum. (In *Epit.* deest totum testimonium.) *Posteriori* autem *versu*, si teneas ἀοιδοὶ, in foeminino genere fuerit hoc accipiendum, & eaedem quae modo *psaltriae*, id est, *fidium pulsatrices* dicebantur, nunc etiam ἀοιδοὶ (*cantatrices*) fuerint adpellatae: quod per se quidem non incommodum: sed, cum ad verba κοσμήσατε ξένον, *ornate, honorate hospitem*, desiderarentur dativus vel ablativus casus rei, *quâ ille hospes honoraretur*, perquam probabile nobis videbatur ἀοιδῇ scripsisse poëtam.

a Θεόφιλος δ' ὁ κωμῳδικὸς ἐν Νεοπτολέμῳ. Eadem THEOPHILI fabula citata est lib. XIII. pag. 560. a. Ferri potest κωμῳδικὸς, idem valens ac κωμικὸς vel κωμῳδιοποιός. Et usus fortasse eo vocabulo *Didymus* est, e quo haec cum superioribus ducta videntur. Nusquam autem alibi, quod quidem meminerim, ita loquitur Athenaeus: sed raro quidem κωμικὸς dicit, frequentius vero ac paene constanter κωμῳδιοποιός. Et hic fortasse κωμικὸς ille scripserat; librarius autem, alteri vocabulo κωμῳδιοποιὸς, ut longe frequentius occurrenti, adsuetus, id ipsum hic quoque po-

nere inſtituerat, ſed deinde vocab. κωμικὸς in exemplari a animadvertens, primoribus literis κωμῳδί terminationem κος adiecit. Similiter quidem & aliàs ſubinde in eisdem vetuſtis membranis inſolitam quamdam ſcripturam e duabus aliis temere & inconſtanter compoſitam obſervavimus. THEOPHILI verba in ed. Ven. & Baſ. ſic ſcribebantur: Πονηρὸν υἱὸν καὶ πατέρ' ἔστι μαγαδίζειν &c. omiſſis iſtis καὶ μητέρα, quae ex msstis tacite adiecit Caſaubonus, atque ita primum verſum complevit. Eadem verba agnoſcit ms. *A*. In *Epit.* totum deeſt teſtimonium. *Tertio verſu*, pro ὑμῶν, quod in ed. Ven. erat, ἡμῶν legitur in ed. Baſ. & Caſ. eodemque modo (ni fallor) in ms. *A*. Abruptorum verborum ſententia haud ſatis certa. Dalecampius, cum duo verba καὶ μητέρα non haberet in ſuo exemplo, ſic converterat: *Improbi cum patris eſt, tum filii, rotae inſidentibus* μαγαδίζειν. Gallicus interpres: *Ce coquin de fils, le père, la mère peuvent magadizer, aſſis ſur la roue; mais aucun de nous ne chantera cette chanſon.* — τὸν τροχὸν, *rotam*, inſtrumentum fuiſſe poenale examinandis & torquendis reis inſerviens, monuit DALECAMP. Vide ſis notata ad Epicteti noſtri Diſſertat. lib. II. cap. 6. ſect. 18.

παλαιὸν μὲν, φησὶ, τὸ ὄργανον εἶναι. Sic ms. *A*. cum ed. Ven. Baſ. & ed. Caſ. 3. Verba iſta deſunt *Epit.* Caeterum conf. IV. 183. e. f.

χωρὶς πλήκτρου διὰ ψαλμοῦ. Satis ex h. l. adparet quid b dicatur proprie ψάλλειν & ψαλμός. Conf. quae notavit FABRICIUS ad Sextum Empir. VI. 1.

διόπερ καὶ Πίνδαρον – – ψαλμὸν ἀντίφθογγον. *Pindari* verba paulo poſt adponuntur, cap. ſeq. lit. *d*. & *e*. At pro eo quod hìc ait auctor, *magadin a Pindaro* dictam eſſe ψαλμὸν ἀντίφθογγον, ibi contra perſpicue poëta *barbiton* ψαλμὸν ἀντίφθογγον vocat, nempe quod *reſponderet* τῇ πηκτίδι, quae eadem putatur eſſe cum *magadi*. Videant ſtudioſi quae ſuper hoc loco commentatus eſt BURETTE, in Commentar. Academ. Inſcript. T. IV. pag. 120 ſq. ubi disputat contra *Claud.* PERRAULT, *de la Muſique des Anciens*, pag. 366.

τὴν συνῳδίαν ἀνδρῶν τε καὶ παίδων. Sic ms. *A*. cum editis. Videndum vero, ne rectius ſit quod habet *Epit.* ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν.

In *SOPHOCLIS* ex *Myſis* fragmento, ubi *verſ.* 1. ἀντίc σπαστά γε in edd. legebatur, γε particulam ignorat ms. *A*.

Altero verſu autem, mendoſum αὐδεῖ tenet mstus codex. Utramque mendam, de qua monere neglexerat doctus Animadverſor, correximus ex lib. IV. pag. 184. e. Magis vero placuit ἐφύμνει, quod hîc in imperfecto tempore ſcribitur, quam quod ibi ſcribebatur ἐφυμνεῖ in praeſenti.

AD CAP. XXXVII.

d Φρυγίου τε, καὶ Δωρίου, καὶ Λυδίου. Duae mediae voces, καὶ Δωρίου, deſunt vetuſtis membranis, recte adiectae in edd. Defuerant eadem verba etiam illi vetuſto exemplari, quo Epitomae auctor uſus erat: itaque conſulto ille *ternarium* numerum, qui diſerte nominabatur, (τριῶν μελῳδιῶν) omiſit. Adparet tamen etiam e ſequentibus, *tria melodiarum* (ſive *harmoniarum*, ut habet *Epit.*) *genera* hîc nominari debuiſſe. In noſtro cod. *Epit.* ita ſcribitur: Ὅτι κρέων (ſic mutilato nomine, pro Ἀνακρέων) Φρυγίῳ τε καὶ Λυδίῳ ἁρμονίᾳ ἐκέχρητο.

Τόν ῥα Τέρπανδρος &c. *PINDARI* verſiculos distinximus, ut praeivit HERMANNUS, Tomo III. Pindari Heyniani, Goettingae MDCCXCVIII. editi; cuius libri, diu aegerrime deſiderati, copia tandem nobis facta eſt. Cum eodemque ſubtiliſſimi iudicii Viro, pro Λύδιον, quod *verſ.* 2. vulgo legebatur, Λυδῶν poſuimus, quod etiam a SCHNEIDERO in Pindari Fragm. pag. 10. propoſitum erat. Quod paullo ante verbis παρὰ Λυδοῖς ſignificabatur, id ἐν δείπνοισιν Λυδῶν dixerat poëta. Confer vero ſupra lit. *b.* & quae ibi monuimus.

e Τὰ Καρνεῖα. De hoc feſto Lacedaemoniorum vide ſupra, lib. IV. pag. 141. *e. f.* & quem ibi laudavimus MEURSIUM. De *Terpandro*, praeter Suidam, conf. quae ad Aeliani Var. Hiſt. XV. 50. notavit Perizonius, & Weſſelingius ad Diodor. T. II. pag. 639.

f ὡς Σωσίβιός φησιν ἐν τῷ περὶ Χρόνων. *SOSIMUS Chronographus*, qui temere huc invectus erat, nullus umquam fuit. Σωσίβιος ὁ Λάκων (Callimachi aequalis, idem ille Grammaticus ſaepius laudatus Noſtro, quem Λυτικὸν vel Ἐπιλυτικὸν dictum vidimus lib. XI. pag. 493. d.) ἐν Χρόνων ἀναγραφῇ laudatur a Clemente Alexandrino, Stromat. lib. I. p. 389. ed. Pott. Eiusdemque teſtimonio utitur (ut monuit Voſſius, DE Hiſtoricis Graecis lib. I. cap. 15. p. 100.)

Cenſorinus, de Die Natali cap. 21. Unde hîc apud Noſtrum reſtituendum *Sosibii* nomen perſpecte monuerat Meursius, Miſcellan. Lacon. lib. IV. cap. 17. pag. 325. Cuius iudicium egregîe firmarunt optimae noſtrae membr. *A.* hoc ipſum ὡς Σωσίβιός φησιν exhibentes.

AD CAP. XXXVIII.

Διογένης δὲ ὁ τραγικὸς (intellige φησὶ) διαφέρειν πα- a
χτίδα μαγάδιδος. » Diogenes hic, etiam *Oenomaus* di-
» ctus, Athenienſis fuit, & plures fabulas edidit. « Casaubonus. — Vide Suidam ſuo loco.

Verſ. 1. Pro κλύωμεν, quod una voce editum erat, duabus vocibus κλύω μὲν poſui. Nec enim hic locus erat ſubiunctivo verbi modo: & ad κλύω δὲ, quod ſexto verſu ſequitur, κλύω μὲν referebatur. Ἀσιάδος poteſt utique ad Κυβέλας referri: ſed neſcio an rectius Dalecampius Ἀσιάδας coniectaverit, *Aſiaticas foeminas.* Caeterum *mithratas Cybeles mulieres*, cum eodem Dalecamp. intellige *ſacerdotes Cybeles, ei conſecratas.*

Tertius & quartus verſus cum in editis, tum in ms. *A.* (nam in *Epit.* omiſſi octo priores verſus) ſic concepti legebantur:

τυμπάνοισι καὶ βομβοῖσι καὶ χαλκοκτύπων
βόμβοις βρεμούσας ἀντὶ χερσὶ κυμβάλων.

Ad haec Casaubonus monuit: » Tertii verſus initio ſcribe τυπάνοισι, non τυμπάνοισι. Utrumque dixerunt » Graeci: hoc uſitatius eſt: illud ἀνὰ λόγον magis. *Toph* » vel *tuph*, (hebr. & chald.) *tympanum.* *Quarto verſu*, pro » βόμβοις malim βρόμοις: & quia hoc ἀττικώτερον, & » quia praecedit vox βομβοῖσι. Videndum etiam an ſcribi » oporteat ἀντίχερσι. « — Τυπάνοισι probans, ut par erat, Piersonus Veriſimil. II. 6. pag. 204. pro eo quod proxime ſequebatur καὶ βομβοῖσι veriſſime (ut nobis videbatur) ῥόμβοισι corrigendum cenſuit; ad ſimillimum Apollonii Rhod. verſum provocans, Argon. I. 1139.

ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται:

& ad verſum a Suida in Θίασος & in Ῥόμβος citatum, qui legitur in Phalaeci Epigr. III. in Brunckii Analect. T. I. pag. 421. Quo accedit id, quod e Photii Lexico msto ad Heſychium voce Ῥόμβος notâ II. protulit doctus Editor: Ῥόμβος, ὃ ἔχουσιν οἱ ἀποθειάζοντες, ὡς τὸ τύμπανον. Qui-

a bus ex locis intelligitur fuisse *rhombum* instrumentum musicum in Cybeles & in Bacchi sacris adhiberi solitum. Quod quale fuerit donec certiori ratione nobis fuerit declaratum, teneamus interim probabilem IACOBSII coniecturam, (Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. II. p. 247.) » videri *rotundum* fuisse *tympanum*, *quod* Bacchae manibus » tenentes *crebro rotabant*. « — De aliis, eisque usitatioribus, eiusdem vocabuli significatibus dictum est ad XII. 525. c. Quod sequebatur, βόμβοις βρεμούσας ἀντὶ χερσὶ κυμβάλων: quum nihil significare possint verba ἀντὶ χερσὶ, probavi levem Casauboni emendationem ἀντίχερσι, ut intelligeretur ἀντίχερσι adiectivum (a sing. ἀντίχειρ) ad βόμβοις referendum. Cum vero ait poëta, βρεμούσας σοφὴν θεῶν ὑμνῳδὸν &c. βρεμούσας (i. e. *frementes* vel *tumultuantes*) dixit, pro βρόμῳ σέβουσας vel ἄδουσας, *fremitu illo & tumultu canentes* (vel *colentes*) *Deam*.

Vers. 5. σοφὴν θεῶν ὑμνῳδὸν ἰατρὸν θ' ἅμα.

Malebam σοφὴν θεὸν, sive (quod metro convenientius erat) θεὸν σοφὴν &c. Nec enim *Deorum cantatricem & medicam* dici Cybelen existimo. Sed fortasse in eamdem quam volumus sententiam *genitivus* ille θεῶν accipi possit: nempe *illam Deorum, illam ex Divis, quae simul solertissima cantatrix & medica est*. In utrâque quidem arte Cybele, dum inter homines viveret, excelluisse perhibetur. τῷ τε κάλλει (ait Diodorus Sicul. III. 58.) καὶ σωφροσύνῃ διενεγκεῖν, ἔτι δὲ συνέσει γενέσθαι θαυμαστήν. τήν τε γὰρ πολυκάλαμον σύριγγα πρώτην ἐπινοῆσαι, καὶ πρὸς τὰς παιδιὰς καὶ χορείας εὑρεῖν κύμβαλα καὶ τύμπανα· πρὸς δὲ τούτοις καθαρμοὺς τῶν νοσούντων κτηνῶν τε καὶ νηπίων παίδων εἰσηγήσασθαι. διὸ καὶ τῶν βρεφῶν ταῖς ἐπῳδαῖς σωζομένων - - - ὑπὸ πάντων αὐτὴν ὀρείαν μητέρα προσαγορευθῆναι. Postremo hoc cognomine usus est Teleste apud Nostrum, XIV. 626. a.

Ad *vers.* 6. ubi mireris cum *Lydis virginibus* iungi *Bactrias* vel *Bactrianas*, consule quae monuit SPANHEMIUS ad Callimachi H. in Dian. vs. 37. nempe *Bactrias* poëtarum more dici pro *Persicis*; apud Persas autem praecipue cultam esse Dianam, fuisseque in Lydiâ etiam multos, qui Persico more Dianam colerent, ob idque ipsum etiam *Persicos* fuisse nominatos. Conf. Pausan. V. 27. pag. 448. & quae ibi Kühnius notavit. Apud Nostrum cum in ed. Ven. & Bas. corrupta fuissent verba κλύω δὲ & παροίκους

Ἀλυΐ, de corrigendo errore monuerat *Guil.* CANTERUS, Novar. Lect. lib. IV. cap. 5. (in Gruteri Thes. Crit. T. III. pag. 597.)

Tres postremi versus sic corrupti legebantur in editionibus b omnibus:

ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων τε Περσικῶν
ἀντιζύγοις ὀλκοῖς κρεκούσαις μάγαδιν ἔνθα Περσικῷ
νόμῳ ξενωθεὶς (ξανωθεὶς ed. Ven. & Bas.) αὐλὸς ὁμο-
νοεῖ χοροῖς.

Ibi CASAUBONUS monuit: »Scribe:

»ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων τ' ἀντιζύγοις
»ὀλκοῖς κρεκούσας μάγαδιν, ἔνθα Περσικῷ
»νόμῳ ξυνωθεὶς αὐλὸς ὁμονοεῖ χοροῖς.

»Ita dictum κρέκειν μάγαδιν, ut apud Aristophanem [Av. »628.] κρέκειν αὐλόν. Late patet verbi huius usus. κρέκειν »ὕμνον dixit Teleστes Selinuntius, [apud Athen. p. 626. a.] »Τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον. »Male in editionibus, κρεκούσαις: nam iungi debet cum »superiori voce Λυδάς. Caetera ante nos restituerat opti»mus *Sylburgius.*« — Quonam in scripto SYLBURGIUS de corrigendo hoc Athenaei loco monuerit, non habeo compertum. Fortasse in literis privatim ad Casaubonum datis. In *versu antepenult.* ignorat uterque noster codex mstus (nam in *Epit.* exhibentur tres postremi versus) verba ista temere adsuta, τε Περσικῶν. Quare ex codicum praescripto versus ille sic scribi debuit, ut nos edidimus:

ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων ἀντιζύγοις

absque coniunctione post πηκτίδων. Quo fit ut τρίγωνον hic non substantive accipi debeat, ut paullo post, lit. *b.* & IV. 175. d. & 183. a. sed adiective; ut πηκτίδες dicantur τρίγωνοι, *triangulares*, quemadmodum apud nos instrumenta illa quas *harpas* vocamus. Ad vulgatum olim κρεκούσαις nihil ex ms. *A.* adnotatum. In cod. *Ep.* κεκρούση scribitur perperam, quasi a κρούω deducto verbo. κρέκω, generatim τὸ ἠχῶ, *resono*: sed proprie & figillatim, τὸ τὴν κιθάραν κρούω, κιθαρίζω. Sic Suidas, & Hesychius. *Postremo versu*, ξενωθεὶς, ut ediderat Casaubonus, sic scribitur in utroque nostro codice. Forsan ξενωθεὶς, pro ἐξενωθείς.

καὶ Φίλλις δ' ὁ Δήλιος. De hoc paullo ante dictum, ad p. 634. d. *Mox*, ubi nominantur Φοίνικες: conf. IV. 182. f. ibique not. & deinde, XIV. 637. b.

σαμβύκαι, ἰαμβύκαι, τρίγωνα. »σαμβύκαι, ἰάμβοι

b »καὶ τρίγωνα, κλεψίαμβοι. In hac enumeratione ἀσυν-»δέτῳ mendi ſuſpicionem movet τὸ καὶ ante τρίγωνα. »Legendum eſt σαμβύκαι, ἰάμβυκαι, τρίγωνα. Sepa-»rat *iambycas* a *ſambycis*. Quid autem *iambycae* fuerint, »mox declarat. Utrumque & Heſychius verbis paene iis-»dem: Ἰάμβυκαι, ὄργανα μουσικὰ ἐν οἷς τοὺς ἰάμβους ᾖδον. »ἡ δὲ σαμβύκη ἕτερον ἀφὲ εὑρημένον.« CASAUBONUS. — Ab editis hîc nil recedit ms. *A.* & parum ms. *Ep.* in quo ἰάμβοι, τρίγωνα, absque coniunctione. Certiſſima vero viri docti emendatio: niſi quod accentus non in antepenultimâ, ſed in penultimâ erat ponendus, ἰαμβύκαι, ut σαμβύκαι. Sic ſane & apud Heſychium & apud Suidam in Ἰαμβύκαι: & mox ἰαμβύκας habes apud Noſtrum, (ubi quidem perperam ἰαμβύκους ed. Baſ. & ἰαμβυκὰς ed. Caſ.) & ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον, pag. 638. e.

κλεψίαμβοι, σκινδαψοί. Poſterius vocab. quod deerat editis, iſto loco adiectum dedere ambo codices mssti. Idemque inſtrumentum iam ſupra, IV. 182. f. in ſimillimo recenſu ab Ariſtoxeno memoratum vidimus. Conf. p. 183. a. Adde Heſychium in Βλιτύριον, & alios quos laudat Fabricius ad Sextum Empir. VIII. 133. De *clepſiambis* nonnihil dictum ad IV. 182. f. Subiicitur hîc nominis interpretatio talis, quae ipſa aliam diſertiorem deſideret. ἐν οἷς δὲ παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς μέτροις, (id eſt, τὰ ἐν τοῖς ἰάμβοις) κλεψιάμβους. Dalecampius haud incommode, ut videtur, vertit: *quibus iambos velut adulteratos & metricâ ratione fraudatos, Clepſiambos.* Similiter Gallicus interpres: *On appelloit* iambiques, *les inſtrumens avec les quels on accompagnoit en accord le chant des iambes:* & clepſiambes, *ceux qui accompagnoient ces mêmes chants, mais ſans en ſuivre préciſément la meſure.*

c μαγάδιδας δὲ τὰ διὰ πασῶν καὶ πρὸς ἴσα τὰ μέρη τῶν ᾀδόντων. DALECAMPIUS: *Magadidas vero, quae concentu* διὰ πασῶν *conſentiunt, & reſpondent aequalibus cantorum modis.* Adiecta in orâ Nota: »Muſici noſtri hunc con-»centum vocant *in octavâ uniſonum.*« Gallicus interpres: *Les* magadis *ſervoient à faire les octaves, & ſe montoient de manière à être à l'uniſon des voix des chanteurs.* Tenui h. l. ſcripturam *antepenacutam* quam exhibebat editio Caſ. Nec tamen ſub contextu adnotare neglexi, in utroque noſtro codice, ſicut in ed. Ven. & Baſ. h. l. μαγαδίδας *penacute* ſcribi; licet in totâ hac diſputatione conſtanter aliàs

ἢ μάγαδις, τῆς μαγάδιδος, τὴν μάγαδιν ſcribatur. (Nam c quod in tertio caſu τῇ μαγάδι ſcribitur, pag. 634. f. id aliam rationem habet.) Paullo etiam ante hunc locum in quo verſamur, (hac pag. lit. *b.*) ubi μαγάδιδες antepenacute editum eſt, nihil ex ms. *A.* adnotatum: at ibidem tamen in ms. *Ep.* μαγαδίδες penacute, ut hîc μαγαδίδας, ſcriptum. Denique eodem modo μαγαδίδας penacute ſcriptum cum in edd. tum in msstis vidimus, IV. 182. f.

βάρβιτος ἢ βάρμος. » De *barbito* & *barmo* dictum in quar» to. « CASAUBONUS. — Vide IV. 182. f. ibique notata.

τὰ μὲν ἔγχορδα, τὰ δὲ ἔνπνχα, κατεσκεύαζον. » *Alia* » *fidibus intendebant, alia ſonora faciebant*: id eſt, ut mox » loquitur, ψόφου μόνον παρασκευαστικά. Expoſuimus li» bro quinto, capite quarto. « CASAUBONUS. — Monuerat vir doctus, ad V. 193. (Animadv. T. III. p. 73.) perperam Dalecampium, τὰ ἔνπνχα h. l. cum *pneumaticis* inſtrumentis confundentem, vertiſſe *quae ad ſonum inflantur ſpiritu.* Nempe, ſi cum praeſcriptis verbis conferas ea quae continuo ſubiiciuntur, intelliges tria genera hîc ſtatui muſicorum inſtrumentorum: 1. ἔγχορδα, ſive χορδαῖς διειλημμένα. 2. τὰ ἐμφυσώμενα, quae & πνευστικὰ vel πνευματικὰ aliàs nominantur. 3. ἔνπνχα, id eſt, ψόφου μόνον παρασκευαστικά.

AD CAP. XXXIX.

Δικαίαρχος ἐν τοῖς περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος Βίου. Vide quae ad XIII. 577. b. notavimus.

Ἄρτεμι σοί με τι φρὴν ἐφίμερον ὕμνον ἰέναι &c. d Exhibuimus iſtud fragmentum quale editum erat; niſi quod, pro ἐφ' ἵμερον, cum ms. *A.* ἐφίμερον ſcripſimus. In *Epit.* deeſt totum. ὕμνον ex msstis tacite reſtituit Caſaub. pro quo cum ὕπνον ex ed. Ven. & Baſ. legeret interpretareturque Dalecampius, plane extra oleas vagatus eſt. Sub νεναι, quod pro edito ἰέναι habet codex noſter, an aliud quid melius lateat, videant eruditi. Nobis non liquet: quare tenuimus in hoc verbo editam ſcripturam: ſed in latinâ totius fragmenti verſione coniecturas magis, quam certam rationem, ſumus ſecuti; in Graecis vero, quo indicaremus defectam in fine eſſe orationem, puncta nonnulla poſt χερσὶν adiecimus. VILLEBRUNIUS, Caſaubonianam editionem ob oculos habens, totum locum ſic

convertit: » *Diane, j'ai le deſſein d'entonner à ta gloire une* » *hymne qui te plaiſe, pendant que cette autre* (femme) *fera* » *retentir dans ſes mains ces crembales d'airain doré.*« Aitque, ſe Graeca ita legiſſe: (id eſt, puto, ADAMUM Graeca ita legenda ſtatuiſſe:) ἐφ' ἵμερον ὕμνον ἱέναι, τέως τῆνα δέ τις ἄλλα χρυσοφ. κρεμβ. χαλκ. χερσὶν συγκραύει. Eumdem locum tractans FIORILLO, Obſervation. in Athen. p. 48 ſq. ait: » *Iacobs* in Exercitat. Crit. T. I. pag. 21. legendum pu» tat: Ἄρτεμις, ὁρμᾶται φρὴν ἐφ' ἵμερον ὕμνον ἱέναι. Sed » ſequentem verſum non expedire potuit. Mihi ſcribendum » videtur:

» Ἄρτεμι, σοί μ' ἔτι φρὴν ἐπ' ἐφίμερον ὕμνον ἔνωθεν,
» ἄδ' ἔτι χρυσοφανῆ κρέμβαλα χαλκοπαγῆ
» χερσίν.« — —

Ubi miratus ſum abolitum a viro docto vocabulum χαλκοπάραα; quod tamen, ſi χαλκοπάρᾳα ſcribas ſubſcripto iota, probum utique videtur: habesque eamdem doricam formam aliquoties apud Pindarum, de *iaculis aeneis*, i. e. *ferreis*: apud Homerum vero χαλκοπάρηος, Iliad. μ'. 183. & alibi, de *galeâ aeneâ*; quae forma Ionica indicatur etiam in noſtris membr. *A.* vocali η ſuper ſyllabâ ρα inter lineas adſcriptâ. Commode quoque monuerat DALECAMPIUS: » Χαλκοπάρεια: ad verbum *aeneis genis.*« Alia ratione emendandum ſupplendumque idem fragmentum coniectaverat idem FIORILLO, in Notis ad Herod. Attic. pag. 68. ſcilicet, » Ἄρτεμι, σοί μ' ἔστι φρὴν ἐφίμερον ὕμνον ἱέ» ναι, ἕως ἀλλά τις, (ἄλλα τις voluerat) χρυσοφαέα κρέμ» βαλα χαλκοπάραα χερσὶν ἔχουσα, ἰαχεῖ.«

κρεμβαλίζειν. Vide Heſych. in Κρεμβαλίζειν, qui ex Athenaeo corrigendus. Confer vero etiam quae ad V. 193. e. (Animadv. T. III. pag. 73.) a Caſaubono notata ſunt: ubi quidem doctiſſimum Virum, apud Heſychium ἀῤῥυθμόν τινα ἦχον corrigi iubentem, fefellerat hic Athenaei locus: nam ex his, quae continuo apud Noſtrum ſubiiciuntur, ſatis adparet, pro mendoſo ἐρισμόν τινα apud Heſychium ἔνρυθμόν τινα vel εὔρυθμόν τινα ſcribi debuiſſe. Quo vero metro decurrat ſubiectus *HERMIPPI* verſus:

Λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες κρεμβαλίζουσι:

doceri velim ab artis magiſtris. Λεπάδες quid ſint, quibus non in promtu eſt, eos docuit DALECAMPIUS, monens eſſe » Conchae genus, unicâ valvâ, petris & ſaxis af» fixum.« Memoratae ſunt ſupra, lib. III. p. 85.

ἔνρυθμον ἦχον. Revocavi hanc ſcripturam ex ed. Ven. e vetuſti codicis *A.* auctoritate firmatam : de quo vocab. vide ad pag. 631. b. notata. Nec vero altera ſcriptura εὔρυθμον, (licet temere in ed. Baſ. poſita, indeque in editionem Caſ. propagata) patrocinio caret. Agnoſcit enim eam ms. *Ep.* exhibeturque eadem in vetere Scholio ad *ARISTOPHANIS Ranas*, vs. 1340. ubi eadem verba *Didymi*, quae hîc adpoſita ſunt, exhibentur. Eſt autem is ipſe Comici verſus, quem *DIDYMUS* iſta ſcribens in animo habuerat.

AD CAP. XL.

Ἀρτέμων δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Διονυσιακοῦ Συστήματος. Vulgatum olim ἐπιστήματος tenet quod ſciam vetus cod. *A.* In *Epit.* autem haec deſunt. DALECAMPIUS, ἐπιστήματος pro ἐπιστήμης accipiens, interpretatus eſt, *De Bacchica Intelligentia*: nec vero ignoraverat, quod etiam in orâ adnotavit, ἐπίστημα Graecis dici *ſepulcralem columnam.* Quem ſignificatum arripiens Gallicus interpres, *De Sepulcrali columnâ Dionyſii* accepit. At nihil certius acutiſſimi CORAYI coniecturâ, nimis modeſte ab illo in *Notis msstis* propoſitâ, cum ait: »Forte συστήματος.« — Eſt vocabulum Muſicis uſitatum, σύστημα, quo nullum in illorum ſcriptis magis frequentatum. *Conſtitutionem* latine reddidit Boëthius, & (referente H. Stephano, Theſ. T. I. pag. 1796. c.) ita definit, libro IV. DE Muſic. c. 14. *Eſt autem Conſtitutio, plenum veluti modulaminis corpus ex conſonantiarum coniunctione conſiſtens: quale eſt διὰ πασῶν, vel διὰ πέντε, vel διὰ τεσσάρων, vel δὶς διὰ πασῶν.* Alii σύστημα definiunt, τὸ πλειόνων ἢ ἑνὸς (vel δυοῖν) διαστημάτων συγκείμενον. Vide Meibomium ad Euclidis Introd. ad Harmonic. pag. 45. & ad Ariſtidem Quintilianum pag. 225. Idem vocab. apud Noſtrum continuo deinde intemeratum reliquere librarii, ubi πολυχορδοτέρῳ συστήματι recte ſcribitur. Paulo inferius, pag. 637. e. συστήματα vocantur tria vulgata illa harmoniae genera, Harmonia Doria, Lydia & Phrygia. Διονυσιακὸν vero σύστημα ita dictum videtur, ut διονυσιακοὶ αὐλητᾶι, ſupra pag. 626. b. c. aut οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται, de *artificibus ſcenicis*, apud Polybium & alios. (conf. Weſſel. ad Diodor. IV. 5.) Sed & omnino de quovis Muſicae genere, quae *in Bacchi honorem* peragebatur, intelligi poſſit.

Τιμόθεον -- δόξαι πολυχορδοτέρῳ συστήματι χρήσασθαι τῇ μαγάδι. Non μαγάδιδι, ut editum erat, ſed μαγάδι, quemadmodum pag. 634. f. (ubi vide not.) & p. 635. b. ſic & hoc loco ſcribitur in utroque codice noſtro.

διὸ καὶ παρὰ τοῖς Λάκωσιν εὐθυνόμενον ὡς παραφθείροι τὴν ἀρχαίαν μουσικήν. Ipſum decretum Lacedaemoniis propoſitum, quo condemnaretur *Timotheus* eo, quod veterem corrupiſſet Muſicam, ex Boëthio, qui illud conſervavit, a Caſaubono adpoſitum vide in Animadverſ. ad Athen. VIII. 352. a. Tom. IV. Animadv. p. 611 ſq.

f πρὸς τὴν αὐτὴν σύνταξιν. Sic commode edd. cum ms. *Ep.* Teneri tamen fortaſſe, in eamdem omnino ſententiam, poterat τὴν αὐτοῦ συντ. quod habet ms. *A.*

Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῇ πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφῇ. Vide HEYNII Apollodori Fragm. pag. 1172.

Ibid. ἔτι δὲ ὁ τρίγωνος. Nil mutant libri. Utrumque dicebatur: τὸ τρίγωνον, ut paulo ante hac pag. lit. b. & ὁ τρίγωνος, ut hic, & p. 635. c. & IV. 183. e. ἔτι δὲ, pro ἔστι δὲ, quod olim legebatur, tacite edidit Caſaubonus: recte vero, ut nobis viſum erat: & ſic perſpicue ſcribitur in ms. *Ep.*

a Σοφοκλῆς δ' ἐν Θαμύρᾳ. Vide Not. ad IV. 175. f. Fragmentum ex *SOPHOCLE* hîc citatum, veluti pedeſtri ſermone conceptum ita ſcribebatur: πηκταὶ δὲ λύραι καὶ μαγάδιδες τά τ' ἐν Ἕλλησι ξόα ἡδυμελῆ. Ad quae CASAUBONUS notavit: »Excerpta, ξόανα. Sophoclis mentem »ex his tam paucis verbis ne Oedipus quidem capiat.« — ξόαν' cum apoſtropho recte ſcriptum habet noſter ms. *Epit.* at non hic codex ſolus: ſed eodem prorſus modo ſcribitur in ed. Ven. item in ed. Baſ. niſi quod in hac omiſſus apoſtrophus, quemadmodum & in ms. *A.* Dicit autem ξόανα poëta, *inſtrumenta muſica ex ligno bene polito.* Verſiculos eſſe anapaeſticos dimetros docuit VALCKENARIUS ad Theocr. Adoniaz. pag. 225. quem ſecutus eſt *Brunck* in Sophoclis Fragmentis.

Τελέστης δ' -- πεντάχορδόν φησιν αὐτὴν εἶναι. Perperam rurſus, ut alibi, Τελεστὴς edd. Tum pro αὐτὴν, habent αὐτὸν iidem, neſcio an conſentiente ms. *A.* ex quo nil adnotatum. In ms. *Ep.* diſerte τὴν μάγαδιν h. l. ſcribitur. *TELESTIS* teſtimonium verſibus distinximus, ut praeivit FIORILLO Obſervation. in Athen. p. 41 ſq. Quod ſi vera ſcriptura eſt Ἄλλος, quam cum editis tenet uter-

que mstus codex, intelligendum fuerit, plures fuisse mu- a
sicos, quorum unusquisque magadi caneret, alter alteri
succinens. Sed in eam sententiam videtur dein in plurali
numero dicendum fuisse, ἐρέθιζον & ἀναστροφῶντες: quae
verba in singulari posita indicare videntur, non nisi de
uno eodemque homine agi. Quare Ἄλλως pro Ἄλλος
suspicatus sum scriptum oportuisse. Porro, quum in edd.
nulla distinctionis nota in totâ oratione interposita esset,
ambiguum videri poterat, vox κερατόφωνον utrum ad
κλαγγὰν referatur, an ad μάγαδιν. H. STEPHANUS, Thes.
T. II. pag. 126. iunxit κλαγγὰν ἰεὶς κερατόφωνον. *Fiorillo*
post ἰεὶς comma posuit, ut iungantur κερατόφωνον μάγα-
διν: eodemque modo in ms. *Ep.* distinguitur oratio. ἐρε-
θίζειν μάγαδιν, *irritare magadin*, commode dictum pro »*di-*
»*gitorum pulsu velut titillare.*« ut ait DALECAMP. Aliud
est, quamquam simile videri utcumque poterat, πλή-
κτρῳ ἐπειρήτιζε (χορδὰς) κατὰ μέρος, in Hymno Home-
rico in Mercur. vs. 53. *plectro pertentabat singulas chordas.*
Sed pro ἐρέθιζε h. l. nescio an ὑρέθιζε scriptum oportuerit.
πενταράβδῳ, singulari ρ literâ scriptum, dedit uterque co-
dex mstus: in ms. *Ep.* quidem mendose est πενταράβῳ.
Scite etiam dictum, χεὶρ καμψιδίαυλος: *manus celeri flexu*
stadium quasi chordarum reciprocans: quam dictionem Eu-
stathius etiam ex Nostro notavit, ad Iliad. ρ'. pag. 1144.
l. 40. Denique τάχος, pro ὡς τάχος, id est, τάχιστα.

Οἶδα δὲ καὶ ἄλλο ὄργανον &c. Huius instrumenti no-
men non adiectum: sive quod illud ignoraverit Deipno-
sophista, seu quod omiserint librarii. Fuerit fortasse ipsa
magadis: cuius inventionem *Thracibus* a nonnullis adscriptam
fuisse Pollux docet, IV. 61. Confer Nostrum, p. 636. f.

Φοίνικα δὲ &c. Λυροφοῖνιξ nominatur, IV. 183. c. & p. b
175. d. ubi ad *fambucae* genus refertur. *Ibid.* Σκάμων.
Ad editam olim scripturam Σκάμνων ex ms. *A.* nihil hìc
adnotatum: sed paulo post, ubi idem nomen recurrit, di-
serte in schedis nostris adnotatum est, Σκάμων scribi in
vetere codice. Conf. pag. 630. b. ibique not.

διὰ τὸ ἐκ τοῦ ἐν Δήλῳ φοίνικος τοὺς ἀγκῶνας αὐτοῦ ἐξερ-
γάσασθαι. »*Delia palma, ex qua facti erant ancones phoe-*
»*nicis organi*, illa est de qua multi Graeci poëtae Latini-
»que. Homerus: [Od. ζ'. 163.]

»Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος περὶ βωμῷ
»φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

b » Marcus Tullius: [De Legib. I. 1.] *Quod Homericus Ulyſ-*
» *ſes Deli ſe proceram & teneram palmam vidiſſe dixit, hodie*
» *monſtrant eamdem.* « Casaubonus. — Alios auctores citavit Clark ad Homer. l. c. — » Ἀγκῶνες, (ait H. Ste-
» phanus, Theſ. I. 43. a.) *cornua citharae* in vulgaribus Le-
» xicis exponuntur apud Heſychium. « — Apud Heſychium autem, in Ἀγκὼν, haec leguntur: καὶ τῆς κιθάρας δὲ τὰ ἀνέχοντα τοὺς πήχεις, ἀγκῶνες λέγονται. Quae verba parum ſana eſſe, ipſa turbata conſtructio arguit: vereorque ne non faciat ſatis Heinſii emendatio, ἀγκῶνας λέγουσι. Apud eumdem Heſychium in Πῆχυς, haec habes: Κιθάρας δὲ πῆχυς, ἀγκών. Πῆχυς autem, (quod nomen paulo poſt apud Noſtrum hac pag. lit. *d.* occurrit) quem ζυγὸν Homerus Iliad. ι'. 187. dixit, vocatur ea pars inſtrumentorum fidibus tenſorum, (τῆς κιθάρας, & omnino τῶν κιθαρῳδικῶν ὀργάνων) in qua ἔγκεινται vel ἐνίενται οἱ κόλλαβοι vel οἱ κόλλοπες, id eſt, οἱ πάσσαλοι ὧν ἐξάπτονται αἱ χορδαί: *ea pars, cui inſeruntur claviculae* ſeu *verticilli, e quibus aptae ſunt chordae.* Sic τὸν ἀγκῶνα vel τὸν πῆχυν & τοὺς κολλάβους cum brevibus ad Iliadem Scholiis exponit Etymologus, pag. 412. l. 12. & Heſychius, voce Ζυγά. De *collabis* ſeu *verticillis* iſtis mox deinde iterum dicendi locus erit. Sed qui plura cupit, adeat Viros doctos ad Lucian. Dial. Deor. VII. cap. 4. & Paul. Leopardi Emend. lib. XIX. 16. in Gruteri Theſ. Crit. T. III. pag. 389 ſeq. Quod hîc adiicitur verbum ἐξεργάσασθαι, ad illud nihil ex ms. *A.* adnotatum; deeſt autem tota ῥῆσις in Epitomâ. At illi formae verbi, quae activam habet notionem, vix locus hîc eſſe poteſt, quum nominetur nemo, *qui confecerit*; nec placet h. l. aoriſtus primus, qui *rem ſemel geſtam* indicare ſolet; cum agatur hîc de eo quod *ſaepius factum.* Quare utique ἐξειργάσθαι debuiſſe librarios exiſtimo.

Proxima verba in hunc modum edita erant: τῇ σαμβύκῃ πρώτην φησὶ χρήσασθαι Σίβυλλαν ὡς Σκάμμων ὁ προειρημένος: & ante verba τῇ σαμβύκῃ non puncto, ſed nudo commate diſtinguebatur oratio. Itaque cohaerere haec cum praecedentibus videbantur, ſententiaque talis videbatur ineſſe: *dicitque idem Semus Delius, ſambucâ primam uſam eſſe Sibyllam, quemadmodum etiam Scamon:* (nam Σκάμων cum ms. *A.* legendum paulo ante monuimus) nempe, *quemadmodum Scamon etiam dicit.* At pro hac ſen-

tentiâ initio huius ῥήσεως necessario requirebatur coniunctiva particula, καὶ τῇ σαμβ. vel τῇ δὲ σαμβ. aut τῇ τε σαμβ. Sed huc accedit, quod ὧς particulam ante Σκάμων ignorant veteres membranae. In quibus cum sic scriptum sit, ἧς Σκάμων ὁ προειρημένος, nihil quidem significare illud pronomen ἧς potest, sed aut temere prorsus irrepsit, aut sunt literae η & ς reliquiae nominis, quo declaraverat auctor *quaenam* illa *Sibylla* fuerit, *quae prima sambucâ usa esse perhibebatur.* Illud quidem certum videtur, totam hanc ῥῆσιν ad unum *Scamonem*, non ad *Semum Delium* pertinere: nec tamen negaverim, etiam sic initio ῥήσεως, ex constanti Athenaei usu, coniunctivam particulam desiderari; omninoque τῇ δὲ σαμβύκῃ legendum videri. Venetus editor, quum pro mendoso ἧς, quod erat in msstis, ὧς poneret, quo prima ῥήσεως pars ad *Semum Delium* spectaret, Epitomam secutus esse videtur; in qua (omisso *Scamonis* nomine, & omissâ totâ superiore ῥήσει, ubi de *Semo Delio* agebatur) sic scriptum: Σαμβύκη δὲ πρώτη σίβυλλα ἐχρήσατο φησὶ Σῆμος· ἣ ὠνομάσθη ἀπὸ Σάμβυκος. Sed iam saepius observavimus, Epitomae auctori, docto sane alioquin & prudenti homini, subinde accidisse, ut ubi aliquid eorum, quae in opere pleniore legebantur, resecuisset, ibi auctoris nomen ab Athenaeo citatum, quod ad verba resecta pertinebat, ad sequens testimonium alterius cuiusdam auctoris referret.

AD CAP. XLI.

καθάπερ ὁ Πυθαγόρου τοῦ Ζακυνθίου τρίπους. » Hic *musi-* c
» *cus tripus Pythagorae*, etiam τρίοψ est dictus: quasi *tri-*
» *plex*, aut *trium speciem vel usum praestans*: quod postea
» explicatur Athenaeo. Coniicimus ex Hesychio, in cuius
» commentariis leguntur haec αἰνιγματώδη verba: Τρίοψ ὁ
» ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐν Δελφοῖς τρίπους. Ex hoc Athenaei
» loco facienda lux optimo scriptori. Sensum hunc elici-
» mus: Τρίοψ est illud musicum instrumentum, quod sub
» Pythagorae nomine, aut Pythagoreorum, Delphis in
» Apollinis templo visebatur, & *tripus* vulgo appellaba-
» tur. De auctore huius organi dissentire Athenaeum &
» Hesychium, non mirabitur qui meminerit eorum quae
» Dionysius Halicarnasseus & Diogenes Laërtius de duo-

» bus Pythagoris ſcripſerunt. « CASAUBONUS. — At, quae de Pythagora Dionyſius Halic. (Ant. II. 59.) ſcripſit, ea nihil prorſus huc faciunt. Nec video quid huc ſpectet Heſychii gloſſa, ad quam vir doctus provocavit: quae poſſit ad aliquem tripodem pertinere, quem neſcio qui Pythagorei Delphico Apollini conſecrarunt; aut poſſit docere, tripodem Delphicum a Pythagoreis τρίοπα fuiſſe nominatum: a quibus forſan etiam profecta eſt allegorica illa *tripodis* interpretatio, quaſi indicaverit tria tempora, quae cognita habeat & quaſi coram videat Deus, ſecundum illud Homericum,

ὅς τ' ἤδει τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Quam interpretationem Suidas tradit, in Τὰ ἐκ τρίποδος, ex Scholiis ad Ariſtoph. Plut. vs. 9. ductam. Quidquid ſit: ibi de Pythagora Samio philoſopho, hîc de *Pythagora Zacynthio* Muſico agitur; nec de *tripode* aliquo *Delphis* poſito, ſed de inſtrumento muſico, cuius forma *Delphicum tripodem quodammodo referebat;* quod inſtrumentum non in Delphico templo erat repoſitum, ſed artifici inſerviſſet ad ſpecimen mirabile artis ſuae edendum. Quo tempore vixerit ille *Zacynthius Pythagoras*, memoriae non eſt proditum: ſed ut diverſum a Samio philoſopho diſertim memoravit Diogenes Laërtius, VIII. 46. & de aetate eiusdem hactenus quidem conſtat, quod ab *Ariſtoxeno*, Ariſtotelis diſcipulo, (Harmonicor. lib. II. pag. 36. ed. Meibom.) in eorum numero referatur, qui ante ipſius Ariſtoxeni aetatem vixerunt. (οἱ πρὸ ἡμῶν.)

καθάπερ αἱ τῶν περιάκτων δίφρων κατασκευάζονται θέσεις. Θέσις h. l. dici videtur *conſtitutio*, *conſtructio*, *fabrica*; a generali illâ verbi τιθέναι notione, qua idem ac ποιῆσαι valet: de qua etiam Deipnoſophiſta noſter monuit, XI. 501. d.

d τὰς μέσας τρεῖς χώρας - - - ἐνέτεινεν χορδαῖς, ὑπερθεὶς ἑκάστῃ (ſcil. χώρᾳ) πῆχυν, καὶ κάτω προσαρμόσας χορδοτόνια. Quid dixerint Graeci πῆχυν in inſtrumentis muſicis ex fidium genere, paulo ſuperius ad hanc pag. lit. *b.* docuimus, ubi de vocab. ἀγκὼν agebatur. Deſunt haec *Epit.* Ad ſcripturam autem χορδοτονία, quam habet ed. Caſ. (pro quo eſt χορδοτονία absque iota ſubſcr. in ed. Ven. & Baſ.) nihil ex ms. *A.* adnotatum. Et ex hoc Athenaei loco vocabulum ἡ χορδοτονία, poſt Budaeum, in Theſaurum ſuum retulit H. Stephanus, T. IV. p. 564. b.

chordarum intentionem in lyrâ latine reddens. Nec vero dubitandum nobis visum erat, quin χορδοτόνια scriberemus, ut esset accusativus pluralis neutrius generis, a sing. τὸ χορδοτόνιον: quod est diminutivum primitivi τὸ χορδοτόνον apud Polluc. IV. 62. nisi prorsus ibi χορδοτόνιον scriptum oportuerat. Est autem consentaneum ut χορδοτόνιον (quod vocabulum nusquam aliâs, quod sciam, reperitur) idem significare existimemus ac ἐπιτόνιον: quod ipsum, apud Plutarchum De Educ. Pueror. lib. I. cap. 4. metaphorice positum, (ἐπιτόνιον τῆς εὐνοίας, *intentio benevolentiae*, *id quod intendit & auget benevolentiam*) proprie idem significat atque κόλλοψ vel κόλλαβος. Nempe κολλάβων illorum, sive *verticillorum*, de quibus ad lit. *b.* dictum, non solum is usus erat, ut ex illis *deligarentur & aptae essent* chordae, quod dicebant Grammatici, quos ibi citavimus; verum etiam, ut illorum ope *intenderentur* chordae. Sic diserte ex aliis vetustis Grammaticis Eustathius, ad Odyss. ψ'. pag. 767. l. 52. Κόλλοψ, ὁ παρὰ τοῖς ὕστερον κόλλαβος, δι' οὗ τείνονται αἱ χορδαί. Rursusque ibid. pag. 768. l. 3. κόλλοψ, ᾧ ἐπιτείνουσι τὰς χορδάς. Sic & alii, & vetus Comici interpres, ad Vesp. 572. κόλλοπες λέγονται οἱ παρσαλίσκοι τῆς κιθάρας, εἰς οὓς ἀποδεσμοῦνται αἱ νευραὶ, καὶ τείνονται στρεφομένων. Quod ipsum uno verbo reddidit Timaeus, in Lexico Platon. p. 161. Κόλλαβοι, τὰ τῶν χορδῶν ἐπιτόνια: item Suidas, in voce Κολλάβους. Pari igitur ratione τὰ χορδοτόνια hic *claviculas* illas vel *verticillos* intelligimus, *quibus intenduntur vel laxantur chordae*. Sed illud hic dubitari posse video, cur, quum verticilli aliâs dicantur ipsi *brachio* vel *iugo* (τῷ πήχει) inferti fuisse, hîc contra videantur in aliâ instrumenti parte poni; cum ait auctor, *superne cuique lateri imposuit* πῆχυν, *& inferne* τὰ χορδοτόνια *adplicuit*. Quam ad quaestionem duobus modis responderi potest. Priori modo, ut statuas τὸ κάτω non ad *totum instrumentum*, sed ad solum πῆχυν referri; adeoque τὰ ἐπιτόνια dici *inferiori parti brachii* fuisse *inserta*. At *in inferiore brachii parte* intelligo quidem *paxillos* vel *claviculas immobiles* potuisse infigi, e quibus ab una parte deligatae essent chordae: sed *verticilli mobiles versatilesque*, quorum ope intendi aut laxari chordae possent, *a latere* (puto) *inseri brachiis* debuerunt. Quare, quum in unaquaque citharâ vel lyrâ (nam aut parum aut nihil differunt haec nomina) duo debue-

d rint esse πήχεις, alter superior, alter inferior, (vide Homericum Hymn. in Mercur. vs. 50. Lucian. Deor. Dial. VII. 4. & Dial. Marin. I. 4. & Hesych. in Ζυγά:) videtur superius brachium sigillatim, & κατ' ἐξοχὴν, ζυγὸς vel ζυγὸν & πῆχυς dictum fuisse, eique plerumque videntur inserti fuisse versatiles illi verticilli, quibus intendebantur aut laxabantur chordae: quod etiam satis diserte docet illud Cyrilli in Lexico msto, prolatum a docto Hesychii editore ad voc. Ζυγά. Ζυγόν· τὸ ἄκρον τῆς κιθάρας, ἐν ᾧ ἐντίθενται οἱ κόλλοπες. Sed potuere iidem illi versatiles verticilli etiam *inferiori iugo* vel *brachio* inseri: quod in hoc Pythagorae Zacynthii tripode factum indicare videntur praescripta verba.

καὶ τὸν ἐπάνω κόσμον κοινὸν τοῦ λέβητος καὶ τῶν παρηρτημένων ἐνίων ἀποδοὺς· ἐξ ὧν &c. Id est: *& superne communem ornatum lebetis, & nonnulla etiam adpendentium* (i. e. *lateralium*) *ornamentorum* (ad Delphici tripodis exemplum) *expressa exhibens: unde & elegantem formam habebat* id instrumentum, *& sonum edebat validiorem.* τὸν ἐπάνω κόσμον τοῦ λέβητος vocat *cortinam hemisphaericam*, tripodi Delphico impositam; cui quando non insidebat Pythia, *laureae coronae* erant impositae. Vide Schol. Aristoph. ad Plut. vs. 9. & 39. & Spanhemium ad Callimachi Hymn. in Delum, vs. 90. Dicit autem κοινὸν hunc ornatum, quia toti fabricae quasi coronam imponebat: a quo distinguit τῶν παρηρτημένων ἐνίων τὸν κόσμον, nonnulla ex iis ornamentis quae vel *circumcirca dependebant*, vel *quibus pedes tripodis decorati* erant. ἀποδοὺς, *reddens, ad propositum exemplar efficta illa exhibens.* Atque inde fiebat, inquit, ut non modo *venustatem* quamdam haberet tota fabrica, sed ut etiam *sonus ederetur validior*, nempe ob ipsam illam aeneam cortinam superne impositam. προσβάλλειν ἦχον, *sonum adferre auribus*; ut προσβάλλειν ὀσμὴν, *adferre odorem.* Haec quidem plana nobis videbatur huius loci sententia, quam in eamdem fere *Dalecampius*, nec tamen ita luculente eumdem locum expressit, his verbis: *addito supra & communi pedibus omnibus lebetis ornatu, & quorumdam insuper aliorum appensorum:* [in orâ: »ut fasciarum, vittarum, taeniarum:«] *quae sane fuit lepida & elegans hominis imaginatio, praeterquam quod pleniorem & luculentiorem sonum reddebat.* Ecce vero quae mysteria nobis hic propinat Gallicus interpres, praescripta Graeca verba sic reddens: *Au dessus des coudes, il ter-*

minoit le haut du trépied par une eſpece de ciel qui couvroit d *en même tems le baſſin fixé aux trois pieds, & les cordes* [*ἰνίων* legendum ait, non *ἐνίων*] *tendues ſur les cotés.* &c. Qua in interpretatione ſi qui ſunt qui veri aliquid ſuſpicaturi ſint, eorum in gratiam, age, Adnotationem etiam, qua illuſtrare hunc locum doctus homo conatus eſt, adiiciamus. Sic igitur ille: (*Banquet des Sçavants par Athenée*, T. V. pag. 264 ſq.) »*Le trépied myſtique* »*de Delphes eſt très-ingénieuſement repréſenté dans le bel exem-* »*plaire des Vaſes de Peireſc, au Cabinet des eſtampes de la Bibl.* »*du Roi. C'eſt un morceau infiniment curieux; il faut le voir* »*pour bien comprendre notre auteur. Quant au trépied de Pytha-* »*gore, mais qui eſt ſans doute plus ancien que lui, M.* DE LA »BORDE *l'a fait graver à-peu-près dans ſon ouvrage ſur la Mu-* »*ſique.* [Idem opus, 4. voll. in 4to. idem interpres paullo ante commendaverat eis, qui omnium inſtrumentorum muſicorum ab Athenaeo commemoratorum adumbratas conſpicere formas cupiverint.] »*Il y manque les coudes, &* »*la cabotte hémiſphérique qui forme le Kosmos d'Athénée.* »*Cet hemiſphère poſé ſur le trépied complétoit le globe ou mon-* »*de, Kosmos, moyennant l'autre hémiſphère ou baſſin hé-* »*miſphérique qui demeuroit ſur le trépied, mais poſé de manière* »*que la partie convexe fut tournée vers la baſe. Ce globe ſe* »*voit complet au trépied d'Apollon, qui eſt gravé dans l'*Apo-»theoſe d'Homere, *publiée par Cuper: il y a même des* »*médailles où l'hémiſphère ſuperieur eſt parſemé de quelques* »*étoiles.*«

διένειμεν δ' ἑκάστῃ χώρᾳ τὰς τρεῖς ἁρμονίας. Ipſam hanc eſſe Athenaei ſcripturam non auſim ſpondere: ſed nititur ea tamen codicis *Epit.* auctoritate, & rationem habet, intelligique poteſt. In ſcripturâ olim editâ, quam quidem vetus cod. *A.* tuetur, turbata prorſus & ſecum ipſa pugnans erat orationis conſtructio.

καθεζόμενος αὐτὸς ἐπί τινος δίφρου περὶ ταυτὸν συμμέτρως ἔχοντος τῇ συστάσει. Deſunt haec Epitomae. *συστάσει*, pro edito olim *στάσει* commode dedit ms. *A.* ſed in *ἔχοντα* cum editis conſentire videtur: quod neceſſario in *ἔχοντος* fuit mutandum, ad *δίφρου* relatum. Etiam *περὶ ταυτὸν* tenet idem vetus codex: qua de ſcripturâ quid dicam, vix conſtituere mecum poſſum. Nam nec, quid in hac orationis connexione ſignificare poſſit praepoſitio *περὶ* cum *ταυτὸν* (i. e. *τὸ αὐτὸ*) conſtructa, ſatis

percipio; nec commoda emendatio ſuccurrit. Donec meliora edocear, coniectare licuerit, περὶ h. l. eâ notione accipi poſſe, qua *circiter, fere*, ſignificat; & περὶ ταυτὸν συμμέτρως ἔχειν idem valere ac σχεδὸν κατὰ τὸ αὐτὸ συμμέτρως ἔχειν, vel τὴν αὐτὴν σχεδὸν ἔχειν συμμετρίαν.

διείρας δὲ τὴν εὐώνυμον χεῖρα πρὸς τὴν ἐπιβολήν. Et haec ῥῆσις cum praecedente deeſt *Epit.* & nihil mutat ms. *A.* Ego vero & in verbo διείρας haereo, & in vocab. ἐπιβολή. Ut παρείρειν apud Polyb. eſt *manum inſerere*; ſic διειρειν h. l. debet ſignificare, *diducere, extendere manum.* Sed fortaſſe διάρας ſcriptum oportuit: quod cum in vetuſto codice διαίρας (vocali iotâ ad latus poſitâ) ſcriptum eſſet, ex eo διείρας alii fecerunt. ἐπιβολὴν intelligo *iniectionem manus*, & *prehenſionem* unius ex tribus pedibus inſtrumenti, quae fiebat ut verſatilis machina eo in ſtatu, quem voluiſſet artifex, *firma maneret*, utque plectro commode pulſari poſſet latus inſtrumenti pedi illi oppoſitum. Sic etiam paulo poſt, πρὸς ἑτέραν πλευρὰν πάλιν ἐπιβάλλων, *rurſus manum iniiciens ad ſiſtendum & firmum tenendum aliud inſtrumenti latus.*

e καθ' ὁποίαν ἂν πρώτην ἠροῖτο τῶν ἁρμονιῶν. Nec εἴρητο ferri potuit, quod habebant editi; nec ἤρειτο, quod videtur in ms. *A.* eſſe: ſed *optativum* modum ἠροῖτο deſiderabat uſus loquendi.

τὰ συστήματα. Vide ad pag. 636. c. *Mox* dein, ἐξέλιπεν cum edd. tuetur ms. *Epit.*

AD CAP. XLII.

f Μέναιχμος. Deeſt nomen in *Epit.* Sed pro olim edito Μενέχαρμος recte Μέναιχμος dedit ms. *A.* Vide pag. 635. b. & 638. a. ubi verum nomen tenent omnes. Idem ſcriptor apud Suidam perperam Μάνεχμος vocatur: vixit autem, teſte eodem Suida, ſub primis Alexandri ſucceſſoribus.

κατὰ Ἀρχίλοχον. Sic recte ms. *A.* Temere *Antiochum* huc invexerant editores. Antiochi primi aetate ipſe vixit *Menaechmus*, e quo haec ducta ſunt. Dicturus igitur erat καθ' ἡμᾶς, non κατὰ Ἀντίοχον. Et cur, de homine loquens *Corcyrae* vitam agente, *Syriae regem* prae caeteris, cuius aequalis ille fuiſſet, nominaſſet? In nuptiis Alexandri Ariſtonymus φιλοκιθαριστὴς citharam pulſave-

rat, teſte Athenaeo lib. X. p. 452. f. atque etiam Platonis ſ aetate iam in uſu fuiſſe τὴν ψιλὴν κιθάρισιν docent loca a Caſaubono ad Suetonii Domit. c. 4. & a Weſſelingio ad Diodor. III. 59. excitata. *Antilochum* h. l. (non *Antiochum*) pro *Archilocho* nominaverat Natalis Comes in latina verſione.

πρῶτος μετέστησε. Sic ambo mssti: non πρῶτον.

μακροὺς τοὺς τόνους ἐντείνας, καὶ τὴν φωνὴν εὔογκον ποιήσας. Dalecampius: *intenſis ſonorum productionibus, amplificatâque eorum velut mole.* Gallicus interpres, μακροὺς in μικροὺς mutans, ſic convertit: *en prolongeant les tons grêles, & les rendant plus pleins.* At in eamdem fere ſententiam teneri μακροὺς poterat; ſed ἐκτείνας, non ἐντείνας legendum erat. Nobis τόνοι hîc *nervi, chordae, fides* dici videbantur: (cf. Polluc. IV. 62.) ut ἐντείνειν τόνους μακροὺς, ſit *longos nervos tendere in citharâ, longioribus fidibus vel chordis citharam inſtruere:* a quo uſu verbi ἐντείνειν etiam ἔντατὸν ὄργανον dicitur omne *inſtrumentum muſicum chordis tenſum.*

καὶ τὴν ἔναυλον κιθάρισιν, ἣ πρῶτοι οἱ περὶ Ἐπίγονον ἐχρήσαντο. De *Epigono muſico* conf. ſupra, IV. 183. c. d. Polluc. IV. 59. & Meibom. ad Ariſtoxeni Harmonic. lib. I. pag. 3. vs. 22. Ab eodem & inſtrumentum muſicum quadraginta chordis tenſum nomen invenerat, ἐπιγόνειον vel ἐπιγόνιον, & diſcipulorum ſecta ex eo ἡ Ἐπιγόνειος αἵρεσις nominata eſt: quare poterat illud, οἱ περὶ Ἐπίγονον ſic reddi, *Epigonus cum ſuis.* Sed non unâ difficultate laborant reliqua praeſcripta verba: nam & ἔναυλος κιθάρισις quid ſit, haud liquet, nobis quidem: nec, a quonam verbo pendeat accuſativus caſus τὴν ἔναυλον κιθάρισιν, ſatis adparet. Apud Polluc. IV. 67. τὸ ἔναυλον, abſque interpretatione poſitum, τῷ ἐξαύλῳ opponitur. Poſſit ἔναυλος κιθάρισις intelligi *citharae cantus tibiâ intermixtus*, nempe cum citharae accinit tibia illa, quem κιθαριστήριον αὐλὸν nominatum ſupra vidimus, pag. 634. e. Sed proprius aliàs vocabuli ἔναυλος uſus in eo ineſt, ut ſignificet id quod *ſonorum* eſt, & ita quidem ut *diu auribus inſonet;* ut apud Lucian. in Somnio, c. 6. Nec vero ad verbum praecedens ποιήσας referri commode poſſe iſti accuſativi videntur; nec aliud verbum, quo referantur, adeſt: niſi fortaſſe (quod nec adfirmare, nec negare auſim) pro eo quod ſequitur καὶ περιελὼν vice verſa περιελὼν καὶ a

a ſcriptum oportuit, ut περιελὼν ſimul ad ea quae proxime praecedunt, & quae ſequuntur, pertineat.

Sequitur, καὶ περιελὼν τὴν συντομίαν τὴν ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς ψιλοῖς κιθαρισταῖς. Ubi quum συντονίαν legeretur in editis libris, locum iſtum latine ſic reddidit Dalecampius, *rigorem inflexibilem & acriorem, qui fuit in nudis citharistis, detraxisse.* Similiter Gallicus interpres, *ôtant cette dureté ſenſible* &c. At συντονία non tam *rigorem* & *duritiem*, quam *contentionem celeritatemque* ſignificat: & συντομίαν, quod a nobis editum, communi conſenſu ambo mssti dederunt: percommode vero. Quemadmodum apud Ariſtotelem, Rhetor. libro III. c. 6. ubi de *oratione* agitur, ἡ συντομία τῆς λέξεως opponitur τῷ ὄγκῳ: ſic hìc in Muſicâ opponuntur ἡ συντομία & τὸ τῆς φωνῆς εὔογκον. (pag. 637. f.) Ut igitur ὄγκος eſt *amplitudo, ſpiſſitudo*, & *plenitudo* quaedam: ſic συντομία, *conciſa brevitas, tenuitas, macilentia.*

χρώματά τε εὔχροα πρῶτος ἐκιθάρισεν. DALECAMPIUS: *chromata nitidiora primum cantaviſſe:* adiectâ hac Notâ: » Mu» ſicae tres ſunt modulationes: *Harmonia;* artificioſa, gra» vis, egregiae auctoritatis: *Chroma;* ſubtilior, ſolertior, » crebrior, ſuavior: *Diatonos;* facilior, & intervallo» rum magnâ diſtantiâ. Hanc vocamus, *peſante* & *contre» point:* ſecundam, *découpée:* primam, *une muſique remplie.*« — Sic fere Vitruvius, lib. V. cap. 4. *Chroma*, inquit, *ſubtili ſolertiâ ac crebritate modulorum ſuaviorem habet delectationem.* Ariſtides, DE Muſicâ lib. I. pag. 18 ſq. ed. Meib. Γένη μελῳδίας τρία· ἁρμονία, χρῶμα, διάτονον. --- χρῶμα δέ, τὸ δι' ἡμιτονίων συντεινόμενον. ὡς γὰρ τὸ μεταξὺ λευκοῦ καὶ μέλανος χρῶμα καλεῖται· οὕτω καὶ τὸ διὰ μέσου ἀμφοῖν θεωρούμενον, χρῶμα προσείρηται. --- τεχνικώτατον δὲ τὸ χρῶμα· παρὰ γὰρ μόνοις μελῳδεῖται τοῖς πεπαιδευμένοις. Videntur vero & magis generali notione vocabulis χρῶμα & χρόα uſi eſſe Muſici: quod ex his intelligitur, quae apud Suidam in Χρῶμα nonnihil corrupta quidem vulgo leguntur, ſed haud dubie ita fere reſtituenda, ut Toupius docuit, Emend. P. III. pag. 567. Λέγεταί τι καὶ κατὰ μουσικὴν χρῶμα. τρία γὰρ μέρη τῆς μελῳδίας εἶναί φασιν, ὃς ἰδίως χρόας καλοῦσι· τὸ ἁρμονικὸν, τήν τε τοῦ μαλακοῦ χρώματος, καὶ τὴν διατονικοῦ χρώματος. Athenaei praeſcripta verba ſic reddidit Gallicus interpres: *il fit apercevoir ſur la cithare des ſons dont les*

nuances se fondoient agréablement les unes dans les autres. a Commode: quoad mihi quidem musicae artis imperito, iudicare licet.

καὶ ἰάμβους καὶ μάγαδιν τὸν καλούμενον συριγμόν· καὶ ὄργανον μετέλαβε μόνος τῶν πρὸ αὐτοῦ. Difficilem locum prudens praetermisit Breviator: ms. *A.* nil mutat, nisi quod pro *ιαμβους*, & *μαγάδιν*, quae temere in ed. Cas. expressa, recte *ἰάμβους* & *μάγαδιν* in illo scribitur, quemadmodum & in ed. Ven. & Bas. Dalecamp. vertit: *Iambicos, Magadin, & quod instrumentum Syrigmon nuncupant, solum ex omnibus qui antecesserunt in usum vocasse.* Quae versio fere ex illa Natalis Comitis expressa est: *& iambos, tum Magadim Syrigmum vocatum instrumentum maiorum solus assumsit.* Quorum ad sententiam plura in Graecis refingenda fuerint. Nam delenda καὶ particula ante ὄργανον, & punctum commate permutandum; tum *ἀνέλαβε* legendum, non *μετέλαβε*, quod *mutavit* significat: praeterea, ad Dalecampii sensum, post καὶ *μάγαδιν*, legendum καὶ τὸν καλ. συρ. Gallicus interpres, non dubitandum, ait, quin Graeca sic corrigas: καὶ τῆς ἰαμβικῆς, καὶ μαγάδιδος, ὀργάνων τῶν πρὸ αὐτοῦ, τὸν καλούμενον συριγμόν. Sententiam autem his verbis expressit: *il fut le seul qui ôta à l'iambique & à la magadis, instrumens qui lui étoient antérieurs, cette espece de son sifflant qu'on y remarquoit.* Nos, nil tale ausi, sententiam verborum, qualia in libris exhibentur, utcumque potuimus, conati sumus reddere. *Iambi*, qui hîc nominantur, sunt genus quoddam modorum musicorum, in numero τῶν νόμων *psilocitharistis propriorum* differre commemorati apud Polluc. IV. 66. De *magadi*, instrumento fidibus tenso, satis dictum in praecedentibus: fuit vero etiam *tibiae* genus quoddam *μάγαδις αὐλὸς* dictus, de quo pag. 634. c. d. e. At hoc loco videndum, ne, ut *iambi*, sic & *magadis* sit *modus aliquis musicus*, quem eumdem etiam συριγμὸν nominatum fuisse dicat auctor. Sane in illo etiam Anaxandridae versu, pag. 634. e.

μάγαδιν λαλήσω, μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγα:

similiter *musicum* aliquem *modum μάγαδιν* dicere videtur poëta. Pro eo quod hîc συριγμὸς dicitur, apud Polluc. IV. 83. σύριγμα in *modorum* numero refertur: ubi licet de modis τῶν αὐλημάτων, non τῆς ψιλῆς κιθάρας agatur, tamen idem modus idemque nomen etiam in aliis instrumentis locum habere potuit.

a Iam quōd adiicitur, καὶ ὄργανον μετέλαβε μόνος τῶν πρὸ αὐτοῦ: id ad verbum ſonat, *& inſtrumentum mutavit ſolus* (vel *unus*) *ex his qui ante ipſum fuerunt.* Ubi mira videri dictio poteſt, μόνος τῶν πρὸ αὐτοῦ, pro πρῶτος πάντων, *primus omnium:* nec tamen video quid aliud ſignificare illa verba poſſint; ita nimirum accipienda ac ſi eſſet, μόνος ἐποίησε ὃ οὐδεὶς πρὸ αὐτοῦ, *unus fecit quod ante ipſum nemo.* Nam, ſi velles cum interpretibus, quos nominavi, *inſtrumentum* intelligere *eorum, qui ante ipſum fuerunt,* poſſit quidem huic interpretationi ſpeciem aliquam conciliare quod Pollux IV. 66. docet, proprio aliquo inſtrumento uſos eſſe pſilocithariſtas: at in eam ſententiam Graece non nude ita dici potuerat, καὶ ὄργανον – – τῶν πρὸ αὐτοῦ, ſed neceſſario *articulus* nomini erat praefigendus, καὶ τὸ ὄργανον: atque etiam, quoniam aliqua verba interiecta ſunt, idem articulus dein repetendus erat, τὸ πρὸ αὐτῶν. Denique in eamdem ſententiam non μετέλαβε, ſed μετέβαλε erat dicendum: nam utrumque quidem verbum latine *mutare* ſonat, ſed diverſo ſenſu. Nempe μεταβαλεῖν quidem dicimus *id in quo aliquid mutamus,* aut *id quod deſerimus ut ei aliud ſubſtituamus;* μεταλαμβάνομεν vero *id quod loco alterius ſumimus, quod in alterius locum ſubſtituimus.* Praeterea de mutatione inſtrumenti, quo alii ante ipſum uſi erant, iam modo dictum eſt, μακροὺς τοὺς τόνους ἐντείνας &c. Supereſt, ut (ſi verba ſumimus qualia libri exhibent) intelligamus hoc dici, pſilocithariſtam illum plura diverſimode aptata inſtrumenta ad manum habuiſſe, & *inter pulſandum ſubinde aliud alio permutaſſe.*

Δίωνα δὲ τὸν Χῖον τὸ τοῦ Διονύσου σπονδεῖον πρῶτον κιθαρίσαι Μέναιχμος. »Verbum λέγει in ſequentem perio»dum a fine huius translatum videtur.« CASAUBONUS. — At iam ſexcenties apud Noſtrum verbum φησὶ vel λέγει conſulto ita omiſſum obſervavimus, ut vel ex praecedenti vel ex ſequenti oratione facile ſuppleri poſſet. τὸ σπονδεῖον, intellige μέλος: quod idem etiam ἐπιβώμιον dici ait Pollux IV. 79. Eſt etiam pars nomi Pythici, apud eumdem, IV. 84.

b κιθαρῳδῆσαι τὰς καθ' Ὅμηρον μάχας. Conf. p. 632. c. d. Ad lyram cani ſolita olim Homeri carmina, memoravit etiam Sextus Empir. VI. 16.

Ἀμίτωνα τὸν Ἐλευθερναῖον. Sic ms. *A.* Idemque deinde Ἀμίτορας: in quibus nihil mutare auſus ſum, cum

certam, quam ſequerer, rationem nullam haberem; nam edita quidem ſcriptura ad iudicandum verum nihil momenti conferre potuit: in *Epit.* autem deſunt iſta; nec alium novimus auctorem qui horum hominum mentionem feciſſet.

Πολύευκτός τε ὁ Ἀχ. Sic idem ms. *A.* non Πολύδευκτος. Loco huius, & *Dioclis*, qui ei iungitur, Breviator nude καὶ ἄλλοι ſcripſit. *Mox*, ἁσμάτων ſubiecto iota ſcripſi, praeeuntibus eisdem membr. *A.* Eaedem dein Φαινίας dedere, & Ἐρέσιος, ſimplici σ literâ in medio, licet caeteroquin corrupte αἰρέσιος. Nec vero ſpernenda edita ſcriptura Φανίας & Ἐρέσσιος: ut alibi iam monuimus. In *Epit.* & haec deſunt, & ſequentia poëtarum teſtimonia.

Ἄλεξις ἐν Ἀποβάτῃ. »Ἀποβάτης, *qui deſultoriis equis* c
» *certat.* « DALECAMPIUS. — Suidam ſi audias, & Harpocrationem, cui ſua ille debet; *ipſum certamen*, ἀποβάτης vocabatur: in quo certamine, (ut docet Etymologici auctor, pag. 124 med.) non de *equis*, ſed de *vehiculis*, medio equorum curſu, *per rotas deſcendebant, rurſusque adſcendebant.*

ALEXIDIS verſus 1. imperfectus eſt, nec alioquin iuſtus. Verba, ut edidimus, ſic praeivere membr. *A.* Nullis nec commatibus, nec diverſarum perſonarum notis diſtincti *Alexidis* verſus erant. Nos diſtinximus fere ut in verſione praeiverat DALECAMPIUS. Idem Interpres ad verba ἡμέρας δρόμῳ κρείττων commode adnotavit: »Proverbii ſpecie hoc dicitur; ut, *multis paraſangis anteire*, » *longo intervallo poſt ſe relinquere.* «

εἶτ' ἐσχεδίασε δριμέως ἐν . . παπαῖ. »*Tertius verſus* d
» ANAXANDRIDAE, εἶτ' ἐσχεδ. δριμέως ἐν παπαῖ, claudit. Tolle vocem inutilem ἐν, & ſcribe παπαῖ, παπαῖ. « CASAUBONUS. — Nobis haud ita certa viſa erat iſta emendatio, ut adoptare auderemus. Relictâ ἐν particulâ, *defectus notam* adpoſuimus. *Verſ.* 4. Verba μεστὸς γενόμενος ad ſuperiora retulit Dalec. *canticis plenus* interpretans: tum reliqua, inde ab illis πρὸς τὸν Ἀργᾶν alteri perſonae tribuit. *Extremo verſu*, σοφισταὶ nominantur *muſici.* conf. pag. 632. e. & ibi not.

AD CAP. XLIII.

Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιονίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχούς. Vide nor. ad III. 119. e. Non placet Χιονίδη, quod in ms. *A.* eſt: nam nomina in ιδης deſinentia, primae ſunt declinationis. Nomen omiſit Breviator. Scripturam παιγνιαγράφου, quam cum ed. Ven. & Baſ. tuetur uterque codex mstus, cur tacite mutaret Caſaubonus, παιγνιογράφου ſcribens, nulla idonea cauſſa fuerat. Eiusdem formae ſunt βιβλιαγράφος, ἐπιστολιαγράφος, ζυρεαφόρος, & alia multa; quorum in medio perinde & α & ο vocalis adhiberi poteſt.

οὐδ' ὁ Κλεομένης. Caſauboni coniecturam, Κλεόμαχος fortaſſe hîc legendum ſuſpicantis, paulo inferius ab ipſo propoſitam videbimus. Nobis non ſolicitanda videbatur vulgata ſcriptura: nam idem utique videtur hîc dici *Cleomenes*, cuius mentio facta eſt lib. XIII. p. 605. e. quem ad e locum vide notata. Defectus erat dein alter verſus in ed. Ven. & Baſ. ubi ſic ſcribebatur, ἐν ἐννέᾳ κατεγλυκ. Vocabulum χορδαῖσι tacite adiecit Caſaub. ex msstis; quibus praeivit vetus noſter cod. *A.* Sed veriſimile videtur, unâ voce ἐννεαχόρδοισι ſcriptum olim fuiſſe. τὸ ἐννεάχορδον, nempe ὄργανον memoratur Noſtro, p. 636. b. & f. Ad verbum κατεγλυκάνατο, *edulcaverint*, Dalecampii Nota eſt: » *Effecerint ut auditu ſint iucunda.* «

Εἰλωτας. » Lego cum Dalecamp. ὁ τοὺς Εἵλωτας » δὲ πεποιηκὼς, non Ἱλεώτας. Ita conceptum poëmatis » huius indicem memini alibi obſervaſſe. « Casaubonus. — Recte meminit vir doctus: vide IX. 400. c.

Τὰ Στησιχόρου τε &c. Quum eodem modo, quo nos exhibuimus, edita vulgo iſta verba eſſent, niſi quod Τὸν Στησιχόρου, & dein Σιμωνίδου τε ſcriberetur, adnotavit Casaubonus: » Totum locum iure arbitrario ita conſti- » tuo, male divulſum, male ſcriptum: τὰ Στησιχόρου τε » καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε τῶν ἀρχαίων ἀείδοντα γυνή- » σιππόν ἐστιν ἀκούειν· κεῖνος νυκτερινὰ &c. nam & ſequen- » tia, eiusdem ſunt poëtae, non Athenaei verba. [ut Dalecampius acceperat.] » Et ita auctor Epitomae. « — Ex toto capite, in quo verſamur, Epitomae auctor nonniſi haec verba adpoſuit: Καὶ Γνήσιππος δὲ παιγνιαγράφος ἦν τῆς ἱλαρᾶς μούσης, περὶ οὗ τις φησὶ· Γνήσιππος ἀκούειν νυκτερινὰ εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι γυναῖκας ἔχου-

τας ἰαμβύκην καὶ τρίγωνα. Pro τὸν Στησ. quod editum erat, τὰ Στησ. dedit noſter cod. *A*. Quare deinde pro ἀρχαῖον etiam ἀρχαῖα legendum videtur, ſive potius eliſâ ultimâ vocali ἀρχαῖ' ἀείδειν, aut ἀείδει. Pro τε (poſt Σιμωνίδου) plene ſcripto in editis, τ' cum apoſtropho ſcribitur in ms. *A*. Ex his poſſet primus verſus ſenarius, cum initio ſecundi, ſic conſtitui:

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμάνος Σιμωνίδου τ'
ἀρχαῖ' ἀείδει: —

ſi modo penultimam nominis Ἀλκμανος corripere liceret: quod per ſcripturam quidem penacutam Ἀλκμάνος, quae in ed. Caſ. obtinuit, licitum eſſe videri poterat: ſed temere ibi acutus accentus poſitus eſt; recte Ἀλκμᾶνος ſcribitur in vetere cod. *A*. (Corrupte Ἀλκμᾶνας ed. Ven. & Ἀλκμαίας ed. Baſ.) Quare alia ratio medendi metro quaerenda fuerit, ſi cui tanti videbitur. In illis autem verbis, ὁ δὲ Γνήσιππός ἐστιν ἀκούειν, mire lapſi ſunt doctiſſimi viri, non modo Dalecampius, verum etiam Caſaubonus, atque ipſe Epitomae auctor: qui *poëtae* iſta *verba* eſſe exiſtimarunt, cum ſint (niſi egregie equidem fallor) manifeſte *verba Deipnoſophiſtae*, per parentheſin hic monentis, in praeſcriptis verbis *ſubintelligendum eſſe* (ex ſuperioribus nempe poëtae verbis, quae conſulto hic praetermiſſa ſunt) *nomen* Γνήσιππος: id enim ſonat, ἔστιν ἀκούειν. Et ex eo quidem, quod ὁ Γνήσιππος in nominativo caſu ait, non τὸν Γνήσιππον, probabile fit, praecedens verbum non ἀείδειν in infinitivo ſcribi debuiſſe, ſed ἀείδει: niſi fortaſſe apud poëtam verbum finitum οἶδε aut aliquod tale praeceſſerat. Iam, omiſſo poſteriori hemiſtychio ſecundi verſus, ſic pergit Deipnoſophiſta in recitando poëtae teſtimonio: κεῖνος νυκτερινὰ εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον. Quae fortaſſe tali quodam modo ad metri legem revocari poſſint:

κεῖνος νυκτερινὰ [δ'] εὗρε μοιχοῖς ἄσματα,
γυναῖκας ἐκκαλεῖσθαι, ἔχοντας ἰαμβύκην
τε καὶ τρίγωνον.

Pro ἰαμβύκην in exemplo editionis Baſ. quod olim Caſauboni fuerat, ipſius manu adnotatum video, in msto (Farneſiano, puto) σαμβύκην ſcribi. Sed noſter quidem cod. *A*. itemque cod. *Ep*. in ἰαμβύκην conſentit. Conf. pag. 636. b.

Τίς ἀρ' ἔρωτά μ' &c. »Corrige haec CRATINI, τίς ἄρ'

e »ἐρωτά μ' οἶδεν, ὦ Γνήσιππε. Scribe, Τίς ἀρ' ἐρωτᾷ μ', οἷ-»δας ὦ Γνήσιππε.« CASAUBONUS. — Nobis haud paulo probabilior visa erat DALECAMPII emendatio, ἐ ρ ῶ ν τ α pro ἔρωτα in latinâ versione exprimentis: *Amatorem quis me vidit, o Gnesippe? Irâ ego vehementiore commotus nihil stultius arbitror, nihil vanius.* Quam in sententiam GROTIUS (in Excerpt. pag. 491.) Graeca verba ad trochaicorum versuum metrum redegit.

* * σκώπτει δὲ &c. »Expendenda sunt quae subiiciun-»tur: Σκώπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις. »Quis est ille, quem ait traduci a *CRATINO* in *Bubulcis?* »Si praecedentia respicias, non potes αὐτὸν aliter inter-»pretari, quam de *Gnesippo:* si ad versus ipsos comici »oculos referas, de *Cleomacho* videbis eum loqui. Censeo »*defecti codicis notam* esse ponendam ante verbum σκώπτει: »deesse autem haec, aut similia his verba, Τῷ δὲ Γνησίπ-»πῳ ὅμοιος ἦν καὶ Κλεόμαχος. Ac fortasse in versu *Chioni-»dae* paullo ante recitato,

»Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος, οὐδ' ὁ Κλεομένης,

»scribendum, οὐδ' ὁ Κλεόμαχος. Ab illo versu egit de *Gne-»sippo:* nunc testimonia profert de *Cleomacho.* Vulgatam »γραφὴν probavimus libro superiore, capite ultimo.« [»ca-»pite penultimo« scribere voluerat.] CASAUBONUS. — Vide ad XIII. 605. a. & paulo ante, ad lit. d. hac pag.

f Ὃς οὐκ ἔδωκ' &c. »Nunc *CRATINI* verba consideremus:

»Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορὸν
»τῷ Κλεομάχῳ δ' ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
»ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

»Loquitur Cratinus de sordido aut imperito divite: qui »Athenis choragus cum esset, & instruendum chorum ha-»beret, possetque *Sophoclis* poëtae praestantissimi operâ »uti, cum *Cleomacho* ignobili & inepto poëta pacisci ma-»luerat. Nempe hic pecuniae tenacior, quam gloriae cu-»pidior fuit. Nam quo melior & celebrior poëta erat qui »fabulam fecerat, eo carius docebat. Sed nullis sumtibus »parcere soliti paullo qui essent honoris publici avidio-»res, quo possent quam optimi poëtae fabulam produce-»re, & ornamentis chori sui alios choragos superare: »cuius studii cum alibi in his libris certa sunt testimonia, »tum in Midianâ Demosthenis illustre habetur exemplum. »Δοῦναι χορὸν *alicui poëtae*, est *eius operâ uti in choro in-*

» *ſtruendo & docendâ fabulâ :* quas partes qui ſuscipit, dici- f
» tur λαμβάνειν χορόν. Ariſtophanes Ranis, [vs. 92 ſqq.]
» de quibusdam malis poëtis :

» Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα
» χελιδόνων μουσεῖα λωβηταὶ τέχνης.
» ἃ φροῦδα θᾶττον, ἢν μόνον χορὸν λάβῃ
» ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ.

» Mali poëtae non facile ſuorum dramatum emtores inve-
» niebant, propter illam quam diximus φιλοτιμίαν & ae-
» mulationem. Ideo ait Ariſtophanes, eius farinae tragi-
» cos incredibili geſtire gaudio, ſi ſemel operam ſuam ad
» ſcenam locaverint, & fiat illis poteſtas unam aliquam
» tragoediam producendi in theatrum ac committendi. Re-
» cte vetus Comici interpres φροῦδα explicat hîc ἀφανῆ γί-
» νεσθαι ὑπὸ τῆς χαρᾶς : ſed quid ſignificaret λαμβάνειν χο-
» ρὸν non intellexit eruditiſſimus ille interpres. Sic enim ex-
» plicat poëtae verba, εἴπερ ἅπαξ τοὺς περιεστῶτας ἐπαι-
» νέτας σχοῖεν τῶν δραμάτων. Atqui non aliud eſt, *chorum*
» *accipere*, quam id quod diximus. Sunt enim relata, δοῦ-
» ναι & λαμβάνειν : perſpicuum autem eſt, ſuperioribus
» Cratini verbis *dare chorum* dici choragum, qui *poëtae*
» alicui *curam committit inſtruendi chori.* Tota enim orna-
» mentorum ratio ex argumento fabulae pendebat. Con-
» ſtat autem, in delectu poëtae ſpectatam aliquando fuiſ-
» ſe, non choragi ſolum, aut tribus unius voluntatem,
» ſed univerſi populi. Auctor vitae Aeſchyli ſcribit, Athe-
» nienſes tantopere eum poëtam fato iam functum amaſ-
» ſe, ut lege ſanxerint, τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰ-
» σχύλου, χορὸν λαμβάνειν : id eſt, *ut, qui vellent docere*
» *Aeſchyli fabulas, caeteris praeferrentur, & chorum accipe-*
» *rent.* Quemadmodum autem de poëtis dramaticis dice-
» bant δοῦναι χορὸν & λαμβάνειν : ſic de aliis qui in thea-
» trum produci ſolebant, δοῦναι σκηνήν. Athenaeus libro
» primo, [p. 19. e.] Ἀθηναῖοι Ποθεινῷ τῷ νευροσπάστῃ τὴν
» σκηνὴν ἔδωκαν, ἀφ' ἧς ἐνεθουσίων οἱ περὶ Εὐριπίδην. Haec
» alibi expoſita non legimus : quare interpretibus facile
» ignoſco, in *Cratini* ſuperioribus verbis plane caecutien-
» tibus. Obſervent autem ſtudioſi, deſumi iſtos CRATINI
» verſus ex ipſius *Bubulcis :* in cuius fabulae Prologo gra-
» viter conqueſtus erat poëta de choragi cuiusdam contu-
» meliâ, qui alii neſcio cui comico potius, quam ipſi,
» chorum dederat. Heſychius: Πυρπερέγχει, Κρατῖνος ἀπὸ

f » διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν περὶ τοῦ ἄρχοντος ἔστιν οὗ † ἠτήρει. Vix eſt alius in » toto Heſychio aeque male acceptus locus, atque hic eſt. » Lego vero: Πῦρ πῦρ, ἔγχει. Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου » ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ » ἄρχοντος παρ' οὗ ἠτήκει. De eodem Archonte accipien- » dos cenſeo & verſus iſtos, qui ab Athenaeo hic reci- » tantur. Quare tam inſignem Heſychii locum praetermit- » tere noſtrum non erat. Cum ait poëta,

» — ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
» ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια:

» hoc vult: *Si mihi choragi munere fungendum eſſet, nollem* » *Cleomachum mihi docere vel Adoniis*: quod feſtum fuit Athe- » nis non magnae celebritatis: *nedum eius operâ uti velim* » *ad Quinquatrus aut Liberalia*, quando edebantur ludi om- » nium celeberrimi. ἐμοὶ διδάσκειν, non eſt *me docere;* » ſed *docere me chorago.* ἐμοὶ, pro ἐμοῦ χορηγοῦντος: ſicut » *militare alicui* dicitur qui eius ductu vel auſpiciis militat. » Et iure ita loquitur: poëtae enim in theatro docebant » non ſuo magis quam choragi periculo. « CASAUBONUS. — ἐμοὶ διδάσκειν, ſcil. τὸν χορόν: id eſt, διδάσκειν τὸν ἐμὸν χορόν.

Ex eiusdem *CRATINI Horis* citatur fragmentum, ſic vulgo ſcriptum:

— Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος μετὰ τῶν παρατιλ-
τριῶν,
ἔχων χορὸν λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
πονηρά. —

Ad quod ſpectat quod TOUPIUS monuit ad Suidam voc. Ἔφορος, Emend. Part. I. pag. 139. » Verſus ſecundus ſo- » dales ſuos ſupereminet, & proinde ad propriam men- » ſuram ita eſt redigendus, & distinguendus:

» ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος, παρατιλτριῶν
» ἔχων χορὸν &c.

» *Faceſſat vero & Cleomachi tragoediae actor, chorum habens* » *mulierum depilatricium.* « — De *paratiltriis* vide IACOBS ad Anthol. Vol. II. P. III. pag. 62. & quos ibi ille laudavit. Notavit etiam DALECAMPIUS: » *Quae volſellis molles homines* » *depilant & deglabrant. Iunius* (Adagio 98. Cent. VIII.) ver- » tit, *quae obſcoenas partes vellunt.* « — Probum foret quoad ſententiam, μετὰ τῶν παρατιλτ. (*valeat cum ſuis depi-*

latr.) nisi continuo sequerentur verba ἔχων χορόν. Nunc non minus *sententiae* ratio, quam *metri*, abiici ea iussit. Sed Toupium miratus sum, istâ scripturâ Κλεομάχου διδάσκαλος non offensum, atque etiam διδάσκαλον interpretantem *tragoediae actorem*, ut praeiverat Dalecampius; cum quidem satis constet, διδάσκαλον Graecis dici *poëtam auctorem fabulae* in scenam productae: qui potest quidem etiam idem *actor* esse fabulae, nec vero inde nomen habet, sed a docendo choro & reliquis actoribus. Vide Casaub. ad VI. 235. e. Animadv. T. III. p. 369. Atqui ipsum *Cleomachum* intelligendum esse τραγῳδίας διδάσκαλον, satis adparet ex proxime praecedente eiusdem *Cratini* testimonio. Quare non dubitandum duxi, quin Κλεόμαχος corrigerem. Etiam Dalecampius nominativo casu usus erat, *tragoediae actor Cleomachus*. Sed fortasse *auctor*, non *actor*, scribere ille voluerat. In postremis verbis, τιλλουσῶν μέλη πονηρὰ, nescio an ambiguitatem illam spectaverit malitiosus poëta, quae in vocabulo μέλη inest, & *carmina* & *corporis membra* significante.

περὶ μοιχείας ἀναστρέφεσθαι. Sic recte ms. *A.* non a μοιχίας. Recte vero dein διαφέρειν scribitur in edd. ubi perperam διαφθείρειν habent eaedem veteres membr. Vice versâ in eodem cod. διαφορὰ scriptum vidimus pag. 632. b. pro διαφθορά.

Ἔτι δὲ τὰ Ἀρχιλόχου &c. »Sequitur ex *Clearchi* Ἐρωτικῶν *libro secundo*: Ἐν δὲ τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπικιχλιδῶν [in ed. Ven. ἐπικιχλιδὼν scribitur; in ms. *A.* accentu caret id vocab.] »τὰ πολλὰ διὰ τῆς ἐμμέτρου »ποιήσεως τούτων ἔχεταί τινος τῶν παθῶν, [in ed. Cas. peius etiam τὸν παθῶν, quod in ed. 2. & 3. religiose conservatum] »ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσωτοδώρου περὶ τὸν ἔρωτα, καὶ πᾶν »τὸ τῶν ἐρωτικῶν ἐπιστολῶν γένος ἐρωτικῆς τινος διὰ λόγου »ποιήσεώς ἐστιν. Quis ista interpretetur? nemo Hercule, »nemo; qui quidem non emendaverit prius. Ita autem »scribendum: Οὐ μόνον δὲ (vel, Ἔτι δὲ) τὰ Ἀρχι»λόχου καὶ τῶν Ὁμήρου Ἐπικιχλίδων τὰ πολλὰ διὰ »τῆς – – τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσ. περὶ τὸν Ἔρωτα »καὶ πᾶν τὸ τῶν ἐρωτικῶν ἐπιστολῶν γένος, γένος ἐρω»τικῆς τινος διὰ λόγου ποιήσεώς ἐστιν. Nihil apertius »verbis hisce ita scriptis. Ait Clearchus: *Amatoria fuisse &* »*Archilochi carmina & Epicichlidum Homeri magnam partem:* »*quin etiam quae scripserat Asopodorus de Cupidine, & omnes*

a » *in totum Amatorias Epiſtolas, genus quoddam eſſe amatoriae* » *poëſeos in oratione ſolutâ.* Haec omnino mens Clearchi eſt. » *Epicichlidum Homericarum* nomen ſaltem ex libro ſecun- » do [p. 65. a.] noſſe debuerant interpretes. Peſſime ede- » batur διαλόγου: quod ex libris emendatum eſt in nuperâ » editione. [At eodem modo, διαλόγου, unâ voce ſcribi- tur in ms. *A.* perperam id quidem.] » Vere autem dixit » *Clearchus*, non multum intereſſe inter poëtarum ſcripta » ἐρωτικὰ, & eiusdem argumenti Epiſtolas: quales videli- » cet hodieque extant Aeliani, Alciphronis, Ariſtaeneti, » & aliorum ἐρωτομανῶν Graeculorum. « CASAUBONUS. — Pro mendoſo Ἐν δὲ, initio illius ῥήσεως, recte Ἔτι δὲ dedit vetus codex. Pro διαλόγου vero recte διὰ λόγου correxit Caſaubonus, id eſt *ſolutâ oratione.* Sic λογοποιὸς, *orator*, vel *hiſtoricus*, nempe *ſcriptor qui ſolutâ utitur oratione*: & καταλογάδην, *proſâ oratione*; quo vocab. utitur Deipnoſophiſta, ubi de eodem, qui hîc commemoratur, *Aſopodoro* loquitur, X. 445. b. ἢ (διὰ τῶν συνθέτων ὀνομά- των ποιήσει) Ἀσωπόδωρος ὁ Φλιάσιος ἐχρήσατο ἐν τοῖς κα- ταλογάδην Ἰάμβοις. οὗτος δὲ καὶ κωμῳδίας ἐποίει καὶ ἄλ- λα πολλὰ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τῶν ποιημάτων. Hoc loco, in quo verſamur, poſt ἐπιστολῶν γένος non opus eſſe no- bis videbatur vocab. γένος repetere. τοῦτό ἐστι τῆς ποιή- σεως, ſonat, *hoc eſt ex poëſi, eſt poëſis quaedam*, vel *genus quoddam poëſeos.* Caeterum, an tota haec ῥῆσις CLEARCHI ſit, dubitari poſſit: nec enim ſatis liquido hoc ex Deipno- ſophiſtae verbis adparet; & *Amatoriarum Epiſtolarum* ge- nus, quod hîc commemoratur, poſt Clearchi aetatem de- mum exortum videtur. Sed de hoc eruditi viderint.

AD CAP. XLIV.

b » Sequitur pars libri huius poſterior, qua agitur potiſſi- » mum de MENSIS SECUNDIS. Has non omnibus con- » viviis eſſe ſolitas adiici, docent nos haec verba: αἱ δεύ- » τεραι καλούμεναι τράπεζαι, πολλάκις ἡμῖν διδόμεναι, οὐ » μόνον ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις. Qui in Homeri poë- » ſi verſati ſunt, agnoſcent loquendi genus poëtae aliis- » que non infrequens, Ῥωμαίων παισὶν ἔθος ἐστὶν ἑστιᾶν » τοὺς οἰκέτας, αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν λειτουργίας ἀνα- » δεχομένους. « CASAUBONUS. — Vulgariſſima vero lo- quendi formula, Ῥωμαίων παῖδες, pro οἱ Ῥωμαῖοι. Ex La-

tinae ſyntaxeos lege ad dativum caſum παισὶν referri debuerat participium in eodem caſu, αὐτοῖς – – ἀναδεχομένοις. Sed eâdem lege Graeca ſyntaxis non tenetur. Duo verba ἔθος ἐστὶν, quae veteri cod. *A.* deſunt, recte adiecere iuniores. Poterat & ſolum nomen ἔθος absque verbo ἐστὶν ſufficere. Sic in Epitomâ ſcribitur: Ὅτι Ῥωμαίων παισὶν ἔθος ἐν ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις &c. — *Maſurii* nomen, quod aliàs in Graeco etiam exemplo ſimplici σ literâ ſcribebatur, iam aliquoties in hoc libro, ſicut hoc loco, geminatâ σ literâ ſcriptum obſervavimus, conſentiente cum editis vetere cod. *A.* Nam in *Epit.* quidem convivarum nomina, quos loquentes inducit Athenaeus, non ſolere adponi, iam ſaepius monuimus.

καὶ ἐν Τροιζῆνι δὲ, (intellige, τὸ ὅμοιον γίνεται) μηνὶ Γεραιστίῳ. Veterum librorum auctoritate deſtituebatur edita olim ſcriptura Γεραιστίωνι. Si velles terminationem ſimilem nominibus Atticorum menſium, Γεραιστιῶνι oportuiſſet. Sed Γεραιστίῳ exhibet uterque noſter codex mſtus: recte: niſi fortaſſe Γεραστίῳ oportuit. Nam apud Thucydidem quidem IV. 119. ſic ſcribitur, μηνὸς ἐν Λακεδαίμονι Γεραστίου δωδεκάτῃ: quem tamen Thucydidis locum citans Meurſius in Miſcell. Lacon. III. 8. pag. 231. Γεραιστίου legit, & Γεραίστιον nominatum menſem ait, neſcio qua auctoritate; nam hic quidem Athenaei locus, quo firmare ille emendationem iſtam potuerat, praeterierat docti viri obſervationem. b

ὡς ὁ αὐτὸς φησι Καρ. Sic recte ms. *A.* id eſt, *ut idem ait Caryſtius.* c

τῷ Λώῳ φησὶ μηνί. Λῶος, menſis Macedonicus, reſpondens Hecatombaeoni Athenienſium, Auguſto Romanorum. Vide Plutarch. in vita Alex. c. 3. & Suidam in Λῶος.

ἄγεσθαι ἑορτὴν Σακέαν προσαγορευομένην ἐν Βαβυλῶνι. »In Heſychii Gloſſis *Sacaea* (Σακαία) dicitur fuiſſe Scy»tharum quoddam feſtum: & Scythae ipſi nominantur »*Sacaei.* Sed Babylonio potius *BEROSO* credamus, qui »ſolennitatem *Sacaeam* vel *Sacaeorum* ſuis popularibus aſ»ſerit. Dio Chryſoſtomus, Orat. IV. de Regno, τὴν τῶν »Σακκῶν ἑορτὴν nominat, & Perſis attribuit. Ita autem »deſcribit: Οὐκ ἐννενόηκας τὴν τῶν Σακκῶν ἑορτὴν ἣν Πέρ»σαι ἄγουσιν; Λαβόντες τῶν δεσμωτῶν ἕνα τῶν ἐπὶ θανά»τῳ, καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆ»τα διδόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾷν, καὶ ταῖς παλ-

» λακαῖς χρῆσθαι τὰς ἡμέρας ἐκείνας ταῖς βασιλέως. καὶ » οὐδεὶς οὐδὲν κωλύει ποιεῖν ὧν βούλεται. μετὰ δὲ ταῦτα » ἀποδύσαντες καὶ μαστιγώσαντες ἐκρέμασαν. *An Sacco-* » *rum ſolenne ignoras, quod Perſae celebrant? Vinctorum qui* » *duci ad ſupplicium debent aliquem in ſellâ regis collocant,* » *& veſte regiâ ornant, faciuntque ei poteſtatem delicate & mol-* » *liter vivendi, regiisque pellicibus per eos dies utendi: neque* » *illum quisquam impedit, quo minus quidquid voluerit faciat:* » *deinde exutum & flagellatum ſuspendunt.* Sed fortaſſe ſcri- » pſerat Dio Σακέων vel Σακαίων: etſi videtur verum no- » men huius Babyloniorum ἑορτῆς *Seſacaea*, quod more » ſuo Graeci corruperunt decurtaruntque. Nam apud Hie- » remiam prophetam duobus locis *Babylon* vocatur *Seſac:* » inde haec ſolennitas nomen habuit, ut Romani ludi a » Roma.« CASAUBONUS. — Aliorum de illius feſtivitatis nomine ſententias, ex parte probabiliores, vide apud eos quos laudavit eruditus Heſychii editor.

ζωγάνην. »Ζογάνην per *o* parvum ſcribunt quidam » mssti.« CASAUBONUS. — Sic noſter cod. *Ep.* ὃς καλεῖ- ται ζογάνης. Sed vetus cod. *A.* nil mutat.

d Κῶοι — — ὅταν γὰρ τῇ Ἥρᾳ θύωσιν, δοῦλοι οὐ παραγί- νονται ἐπὶ τὴν εὐωχίαν. Eamdem rem iam ſupra memoraverat Deipnoſophiſta, VI. 262. c. — »Non ſolum autem » *Coi* a ſuis iſtis ſacris ſervos arcuerunt: ſed & alii Grae- » ciae populi ſacris quibusdam mancipia ſua excluſerunt: » puta Athenienſes, cum rem divinam Furiabus facerent. » Teſtatur Philo in commentario quo probat, Omnes qui » Virtutem colunt, eſſe liberos. Eius verba deſcripſimus » libro quarto, cap. XXI. [ad IV. 172. a. Nos ea & ibi, & hîc, ut parum ad Athenaeum facientia, conſulto omiſimus: locum tamen, ubi leguntur, adcuratius indicavimus, Animadv. T. II. pag. 615.] » Item Aeginetae » monophagi; quorum ritus deſcribit Plutarchus, Κεφα- » λαίων Ῥωμαϊκῶν quaeſtione XLV. Etiam apud Romanos » in Sacris Herculis nec ſervi intererant, nec liberti. Le- » ge Servium ad Aeneid. librum octavum.« CASAUBONUS.

διὸ καὶ Φύλαρχον εἰρηκέναι· Σούριοι οἱ μοῦνοι &c. Ex *PHYLARCHO* citantur *verſus hexametri.* Atqui *Hiſtoria- rum* ſcriptor fuit *Phylarchus*, qui praeter Hiſtorias quidem, ſaepius Athenaeo laudatas, alia etiam nonnulla, ſed ſolutâ oratione, ſcripſit; verſus, quod quidem norimus, nullos condidit: nec alius notus eſt *Phylarchus*, qui hexa-

metrorum poëta fuisset. Quare, si in nomine erratum d non est, hexametros illos ex nescio quo vetere poëtâ Historiis suis inseruisse Phylarchus censeri debet. At versus etiam ipsi non carent difficultate; qui quidem sic editi erant:

Σούριοι οἱ (οἱ ed. Cas.) μοῦνοι μὲν ἐλεύθεροι εἰσ' ἱερουργοὶ
ἀνδράσι πρὸς κείνοισιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἔχοντες,
δούλων δ' οὔτις πάμπαν ἐσέρχεται οὐδ' ἴβιδιόν.

In quibus sententiam magis etiam impediverunt editores, post ἱερουργοὶ in fine primi versus *comma* interponentes; quod in ed. Bas. & Cas. factum. Nam, si caetera teneas, haud dubie connexa intelligi debent ista, μοῦνοι μὲν ἐλεύθεροι εἰσ' ἱερουργοὶ ἀνδράσι πρὸς κείνοισιν: sive (ut ex codicis nostri praescripto edidimus) ἐλεύθεροι ἱεροεργοὶ ἀνδράσι πρὸς κειν. *soli liberi sacra faciunt apud illos homines.* Quare deleto post ἱεροεργοὶ commate, post κείνοισιν distinximus orationem. Quae hîc subiicitur Homerica dictio, ἐλεύθερον ἆμαρ (sive pro Doricâ formâ Ionicam ἦμαρ malueris) ἔχοντες, eo valet, quasi dixisset poëta, *signanter dixi* ἐλεύθεροι, *eos dico qui vere liberam vivunt vitam:* ubi praeter rem Dalecampius, *quibus liberum cor est*, posuit; nempe ἦτορ pro ἆμαρ legens. Sed illud maxime quaeritur, quinam sint *Surii*, in ipso initio nominati, aut quid commune illi habeant cum *Cois*, ad quos spectare hos versus diserte significat *Macareus*, e cuius *tertio libro De Rebus Cois* haec refert Athenaeus. Et *Surios* quidem, de quibus hîc cogitari possit, nemo novit. Peropportune vero, ni fallor, de *Nisyriis* cogitaverat Dalecampius. »*Nisyros*, inquit, in insulâ *Cô* mons: inde »fortassis *Nisyrii* legendum hîc. « — Et in eo quidem falsus est vir doctus, quod *Nisyron*, ait, a Plinio montem dici in Cô insulâ: nam hoc dicit Romanus scriptor, (lib. V. cap. XXXI. sect. 36.) *Nisyron insulam* vulgo *putari a Cô insulâ* olim *abruptam* esse, cuius antea pars fuisset: quod ipsum a Graecis ante illum scriptoribus traditum est. vide Apollodor. Bibl. I. 6. 2. & Strab. lib. X. p. 489. a. Quare poëticâ quadam licentiâ *Nisyrii* pro *Cois* nominari potuerunt: cum praesertim probabile sit, in utrâque insulâ eosdem mores eademque instituta obtinuisse. In vocabulo autem Νισύριοι prima syllaba *vi* per librariorum incuriam facile absorberi a literis *ναι* potuit, in quas desinit verbum proxime praecedens. Iam si Νισύριοι legamus, vo-

d culae οἳ vel οἱ, quae in editis nullâ commodâ ſententiâ ſequebatur, per ipſam etiam metri rationem nullus fuerit locus: eamdemque voculam ignorat quoque vetus cod. *A.* Sed primam vocem magis etiam, quam in editis, corruptam habet idem codex, Σουρίῃ exhibens; nimirum οι cum ῃ ſuo fere more permutans. Univerſae autem verborum conſtructioni non aliter ineſſe ratio videtur, niſi ut *poſt* ipſam primam vocem Νισύριοι *punctum* interponatur; ut ille nominativus ex eis verbis pependiſſe ſtatuatur, quae apud poëtam quidem anteceſſerant, hîc autem, quod nihil ad rem facerent, omiſſa ſunt. Sed haud vanâ ratione ſuſpicari etiam licebit, in vocabulo Σουρίῃ, quod codex *A.* habet, terminationem ῃ (quae in illo codice ſic ſcribitur, ηι, vocali iota ad latus poſitâ) ex οις ortam eſſe; nempe οι in η corrupto, & literâ ς finali (quod iam ſaepius vidimus) formam vocalis ι mentiente. Sic prodierit commodiſſimus verſus primus:

Νισυρίοις μοῦνοι μὲν ἐλεύθεροι ἱεροεργοί:

i. e. *Apud Niſyrios ſoli liberi ſacris operantur.* Cui ſi ſubiiciatur alter praepoſitâ *coniunctivâ particulâ*, in hunc modum,

κἀνδράσι πρὸς κείνοισιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἔχοντες:

ſententia haec fuerit, *& qui apud illos degunt peregrini liberae conditionis.* Iſtarum quidem emendationum utraque percommode a Gallico Interprete propoſita eſt: ſed his idem tertiam, qua minime opus eſſe arbitror, adiunxit, κείνοισιν in Κώοισιν mutans.

AD CAP. XLV.

e ἀναγγεῖλαί τινα τῷ Πελασγῷ. »*Pelasgus* ille non fuit »primus ille αὐτόχθων antiquiſſimus, nec alius paulo po»ſterior Inachi filius, ſed alius poſterior multo. Staphy»lus apud Apollonii Scholiaſten pag. 27. [ad Argon. I. 580.] »ait, eum qui in Theſſaliam migravit, fuiſſe Argivum, »& a ſuo nomine eam regionem Pelasgiam appellaſſe. Eu»ſtathius vero Iliad. β'. verſu 683. eum Itaemone & Argi»vâ muliere natum ait, & Achaei & Phthii fratrem fuiſ»ſe.« PALMERIUS, Exercit. pag. 527.

ἐν τῇ Αἱμονίᾳ σεισμῶν μεγάλων γινομένων ῥαγείη τὰ Τέμπη &c. Confer omnino Herodot. VII. 129. & Strab. lib. IX. pag. 430. a. b. Αἱμονία priſcum Theſſaliae nomen. Le-

ni ſpiritu Αἰμυνία apud Steph. Byz. ſed aſpero ſpiritu apud Strab. libro IX extr. & apud Apollon. Rhod. cum alibi, tum lib. III. vs. 1089. ubi vide Schol.

τὴν τράπεζαν ἀφθόνως αὐτῷ κεκοσμημένην. »αὐτῷ poſi- f
»tum pro αὑτῷ: *menſam ſibi paratam Peloro appoſuit.* Res »vulgatiſſima doctos tamen fugit.« CASAUBONUS.

ἀπομίμημα τῆς τότε γενομένης ἑορτῆς, καὶ θύοντας Διὶ Πέλωρι, τραπέζας τε λαμπρῶς κοσμοῦντας προτιθέναι. Si ad nomen ἀπομίμημα adeſſet verbum ποιεῖν, ἀποτελεῖν, ἑορτάζειν, aut aliquod ſimile, tum recte ſubiectum foret καὶ θύοντας - - - προτιθέναι. Nunc incommode poſita καὶ particula rectius abiicietur: quod Breviator fecit, ſic ſcribens, μίμημα τῆς τότε ἑορτῆς θύουσι Διὶ &c. Intellige autem θύουσι θυσίαν, ἀπομίμημα τῆς τότε γεν. ἑορτ. *celebrant ſacrificium, quod ſit imitatio ſolennitatis tunc peractae:* aut ad ἀπομίμημα ſubintellige ὡς vel εἰς ἀπομίμημα. Pro Διὶ Πέλωρι, quod codex *A.* quod ſciam tenet, in no- a
ſtro cod. *Ep.* πελώριω (ſic) ſcribitur: quod poteſt pro Πελωρίῳ accipi, aut pro Πελώρῳ. Et Πελώρῳ in ſuo codice Epitomae legerat (aut in hanc partem certe ſcripturam illius acceperat) Euſtathius: qui ad Iliad. ρ'. pag. 1135. totam hanc narrationem ex Athenaeo referens, θύουσι ſcribit (l. 21.) διὶ πελώρῳ: & ibid. l. 18. παρ' οἷς (τοῖς παλαιοῖς) καὶ Διὸς ἐπίθετον ὁ Πέλωρος. Mox dein, ubi in ms. *A.* καὶ οὕτως τε φιλανθρ. ſcribitur, recte editores otioſam particulam omiſerunt cum *Epit.*

In ipſo fine huius Capitis, in *Epit.* haec adiiciuntur: Γράφει ταῦτα Βάτων ὁ Σινωπεὺς, καὶ φησὶ τὴν Πελωρίαν τὴν Θεσσαλικὴν, τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ τῶν Σατουρναλίων. Quorum verborum poſtrema Euſtathius loco cit. l. 25. omiſſis prioribus ita repetit: καὶ ἦν, φησὶν, ἡ αὐτὴ τῇ τῶν Σατουρναλίων: ut verbum φησὶν ad Athenaeum referatur. Quae qui legerit, is non idcirco eadem ipſa verba in opere pleniore hoc loco quaerat: neve ea, quoniam ibi non reperiuntur, exiſtimet intercidiſſe. Nempe, quum Breviator totam hanc narrationem, omiſſis illis quae initio huius capitis in opere pleniore leguntur, ab his verbis incepiſſet, Θυσίας δέ ποτε Πελασγοῖς γενομένης, ἀνήγγειλέ τις τῷ Πελασγῷ &c. nunc in fine iſta quae dixi adſcripſit, loco eorum quae initio poſuerat Athenaeus.

AD CAP. XLVI.

b Αἱ δεύτεραι πως φροντίδες σοφώτεραι. Versum hunc cum quinque sequentibus in *EURIPIDIS Cressis* positum fuisse docet Athenaeus continuo deinde. Idem vero primus versus eisdem plane verbis in eiusdem Euripidis *Hippolyto* etiam (num. 435.) legitur, ubi vide quae a Valckenario adnotata sunt. Totam eclogam in Euripidis Fragmentis ex Cressis exhibuerunt editores: e quibus MUSGRAVIUS *versu* 4. quoniam scripturam σάρκες damnare videtur senariorum metrica lex, σάρκε corrigendum censuit, dualem pro plurali positum. Nobis quidem minime placet istud enallages genus: nec tamen, fatemur, meliorem rationem, qua metri legi satisfiat, in promtu habemus. *Vers.* 5. πεπτὰ καὶ κροτητὰ Dalec. *plausibiles placentas* reddiderat, πόπανα pro πεπτὰ καὶ legens. At non erat cur πεπτὰ sollicitaretur, quod idem ac πέμματα valet, *bellaria*, *placentae*, & omne *pistorium opus*. Sed in voce κροτητὰ haud immerito haereas: quam interpretari non ausus est H. Stephanus, Thes. II. 456. g. satis habens adnotasse, dapes quasdam κροτητὰς adpellari. MUSGRAVIUS *intrita* vertit: quae interpretatio non video quid cum notione verbi κροτέω commune habeat. Ne nos quidem certi aliquid habemus: sed *crepitantia* (nempe *liba*) intelleximus; scilicet, quae dum franguntur aut manducantur crepitent. In eamdem sententiam haud incommode Gallicus interpres *craquelins* reddidit. Apud Sophocl. Elect. 714. κροτητὰ ἅρματα, sunt *crepitantes currus*: ubi ἠχητικὰ habet scholion interlineare in cod. ms. Paris. & August. quos olim excussimus. Quod ἐν Κρίσσαις scribitur in ed. Cas. 1. is error ei editioni proprius est, nec nisi in ed. Cas. 2. propagatus: aliae recte Κρήσσαις, & sic ms. *A*.

Ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πάνθ' &c. »Torserunt eruditos viros »ἀκλητῆρες βότρυς, quorum fit mentio in versibus *EUBU-*»*LI*. Nec mirum: nego enim alibi usquam legi *racemos* »istos *acleteres*. Sed poëtam audiamus:

»Ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πάνθ' ὁμοῦ πωλήσεται
»ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐκ ἀκλητῆρες βότρυς,
»γογγυλίδες, ἄπιοι, μῆλα, μάρτυρες, ῥόδα,
»μέσπιλα, χόρια, σχαδόνες, ἐρέβινθοι, δίκαι,
»πυὸς, πυρεία τε, μύρτα, κληρωτήρια,
»ὕακινθος, ἄρνες, κλέψυδραι, νόμοι, γραφαί.

» Quid igitur ſunt ἀκλητῆρες βότρυς? Iterum nego tibi » Graecam eam eſſe dictionem: nam, qui accipiunt pro » ἄκλητος, honeſtius tacuiſſent. Legendum,

» ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐχὶ κλητῆρες, βότρυς;

» vel, οὐ καλητῆρες, βοτρ. locatur poëta totâ hac perico- » pâ: &, ſpecie laudantis, *Athenienſium* τὸ φιλόδικον acri- » ter *inſectatur*. Eum populum *litium & iudiciorum* fuiſſe » *amantiſſimum*, omnes ſciunt, qui Ariſtophanem ſaltem le- » gerunt. [cf. Athen. I. 4. d. ibique not.] Ideo ingenioſus » poëta, Athenas laudare ſimulans, ut omnium rerum ad » victum neceſſariarum copiâ abundantes, ſimul ea com- » memorat, ex quibus veteratorium eorum ingenium ap- » pareat. Eo ſpectant inſertae voces ſingulae ſingulis ver- » ſibus, ſecundo, tertio, quarto, & quinto: κλητῆρες, μάρ- » τυρες, δίκαι, κληρωτήρια: in ultimo vero tres iſtae, κλέψυ- » δραι, νόμοι, γραφαί. Omnia haec forenſia ſunt vocabu- » la: quorum exponendi non hic eſt locus. Etſi ſunt mul- » torum ingenia a veritate averſa; non putamus tamen » reperiri aliquem poſſe, qui de noſtrâ hac emendatione » vel dubitet. Κλητῆρες dicebantur, *qui reos in ius vocabant.* [Conf. II. 36. c. ibique not.] » Scribe in *quarto* χόρια per c » o, ut χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι. [Theocr. Id. X, 11.] » In *quinto* verſu nihil ſignificat quod ad rem faciat τὸ πυ- » ρεία. Poteſt legi, πυὸς πυρός τε, *coloſtrum & frumentum.* » Verius tamen cenſeo, πύος, πυριάτης, μυρτ. Ari- » ſtophanes Veſpis: [vs. 707 ſq. 709. ed. Br.]

» — ἔζων ἐν πᾶσι λαγῳοῖς
» καὶ στεφάνοισιν παντοδαποῖς, καὶ πύῳ καὶ πυριάτῃ.

» Utrumque nomen *lac* ſignificat, ſed cum aliquâ differen- » tiâ. Scholiaſten vide. « CASAUBONUS.

Verſ. 1. Ἐν τῷ αὐτῷ, ut vulgo plerumque accipi ſolet haec dictio, ſic & h. l. acceperunt Interpretes, *Eodem in loco.* Quam ego interpretationem non praeciſe quidem damnem; ſed videbatur nobis hic potius, ſubintellecto nomine τρόπῳ vel μέρει, ſimiliter dici ἐν τῷ αὐτῷ, atque ἐν ἴσῳ vel ἐν ὁμοίῳ: de quibus vide Vigeri Idiotiſm. IX. 6. & ibi Hoogeveen. Verbum πωλήσεται, Attico more, pro πωληθήσεται poſitum eſſe, docuit PIERSON ad Moer. pag. 368. *Verſu* 2. vulgatum οὐκ ἀκλητῆρες, perſpecte idem vir ſagaciſſimus ibid. ex σῦκα κλητῆρες corruptum eſſe monuit. *Verſu* 4. recte χόρια dedit ms. *A.* cum ed. Ven. & Baſ. De cuius vocab. ſignificatione vide No-

ſtrum paulo poſt, p. 646. e. & quae a nobis ad III. 104. f. & ad VII. 311. d. notata ſunt. Apud Theocrit. quidem, X. 11. aliter accipi id nomen ſolet, de *fecundinis*: at ibi non χορίων, plurali numero, ſed χορίω, in genitivo ſing. optimi libri exhibent. Caeterum in hoc verſu labanti metro fulcrum aliquod quaerendum. *Verſ.* 5. πυριάτη recte dedit ms. *A.* Sic Pollux VI. 54. in foeminino genere: de quo diſerte etiam Photius in Lexico msto monuit, teſte Heſychii Editore ad voc. Πυριατόν. Caeterum de eodem vocab. conſulendus prae caeteris BRUNCK, in Notis ad Ariſtoph. Veſp. 710. & SCHNEIDER ad Nicandri Alexiph. p. 195 ſq. Κληρωτήριον & *locus* dicitur *ubi magiſtratus ſorte deliguntur*, & *locus in theatro, quo ſedent magiſtratus.* Hoc loco κληρωτήρια (in plurali praeſertim numero) eâ notione accipienda nobis viſa erant, qua apud Comicum Graecus interpres accepit, in Concion. vs. 677. ubi κληρωτήρια exponit, τὰς κληρωτικὰς ἀρχάς. DALECAMPIUS, *ſortes* latine reddens, eas intelligebat ſortes, »quibus capitis reos »vel damnabant vel liberabant.« *Verſ.* 6. ὑάκινθος. Collective intelligendum nomen: *hyacinthi* flores; quos alii *violas* noſtras *odoratas*, alii aliud florum genus intelligunt. Vide Schreberum ad Theocriti Idyll. X. 28. in Harleſii edit. In *Epit.* tota iſta deeſt ecloga.

ἕως ἂν περὶ τῶν ἐπιδορπισμάτων εἴπῃ. »Ferri hoc po»teſt; ut ſit oratio Ulpiani de Pontiano ad convivas di»recta, non ad ipſum Pontianum. Aut ſcribe εἰποῖς.« CASAUBONUS. — εἴπῃς equidem malebam: ſed & in vulgato adquieſcendum putavi.

d ὅλην λέγοντά μ' ἐπιλίποι τὴν ἡμέραν. »Abſurdiſſi»ma lectio ferenda nobis non eſt: ſed ad hunc modum »corrigenda:

»ὅλη λέγοντά μ' ἐπιλίποι γ' ἡ ἡμέρα.

»vel integer dies me deficiat, ſi narrare aggrediar.« CASAUBONUS. — Pro ὅλην fortaſſe κοπτὴν (ex pag. 649. a.) corrigendum conjectavit IACOBS, Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. II. pag. 46. & deinde μ' ἐπιλίποι γ' ἂν ἡμέρα. Pro ἐπιλείποι, quod eſt in ms. *A.* (nam Epit. haec non habet) recte ἐπιλίποι poſuerunt editores: in reliquâ ſcripturâ nihil equidem, quod offendere magnopere nos debeat, deprehendi. Commode utique adpoſita ἂν particula foret: quae ſi omnino neceſſaria eſſet, poterat reliquis manentibus poſt ἐπιλίποι inſeri, ſalvâ metricâ lege, quae

in quartam ſenarii ſedem anapaeſtum pedem non invita d admiſſura erat. Sed & omitti ea particula ſalvo ſermonis uſu potuit. Caeterum verba, qualia nunc leguntur, ſic accipienda videntur, quaſi dixiſſet poëta, ὅλην τὴν ἡμέραν λέγουτά με ἐπιλίποι ἡ ἡμέρα.

In *Diphili verſ.* 1. ἀμυγδαλαὶ acute ſcribebatur in editis, non male. Vide II. 53. a. Nos cum ms. *A.* ἀμυγδαλαῖ ſcripſimus, quem vocabuli tonum Ariſtoxenus Grammaticus probaverat, teſte Athenaeo, II. 53. a. In ms. *Ep.* ſimul uterque impoſitus accentus eſt. De multis modis, quibus & terminatio & accentus variat in illo vocabulo, vide Noſtrum lib. II. cap. 30 ſq.

Ἡδύ γε μετ' ἀνδρῶν ἐστιν Ἑλλήνων ἀεὶ συνάγειν &c. »Non video difficultatem ullam in *Sophili* ecloga e *De»poſito*. In verſione tamen Dalecampii vix aliquod veſti»gium deprehendas verae ſententiae, quae eſt haec: *Iu»cundum ſemper eſt, cum Graecis hominibus convivia agitare: »res eſt plane elegans: nemo ibi clamat, Infunde duos cyathos; »nam comiſſatum eſt eundum ad Tanagricam: ut ibi decumbens »pro ſecundis menſis comedat aſininas mattyas.* συνάγειν acci»pe ut Athenaeus ipſe docuit libro VIII. [pag. 365. c.] »Qui haec loquitur, is comparabat Graecorum elegantiam »& modeſtiam in conviviis, cum petulantiâ barbarorum; »puta, Thracum, aut Aſiaticorum.« Casaubonus. — Graeca verba utique id ſonant quod iſtis Latinis vir doctus expreſſit: caeterum ſententiam mihi fateor parum eſſe perſpicuam. Quo ſenſu dicat, *duos cyathos infunde*, aut *ſuffunde*, (ὑπόχει) haud ſatis liquet. Dici id ſolet de duabus aquae partibus uni parti vini adfuſis. Poſt vocem οὐχί; (ſic) interrogandi ſignum ponebatur in ed. Caſ. nolente editore. Qua diſtinctione ſublata nos de coniectura γὰρ particulam inſeruimus, quam flagitabat metrum. Ταναγρικὴ dicitur meretricula, e *Tanagra* oppido Thebis vicino oriunda. De *mattya* ex profeſſo differit Deipnoſophiſta pag. 662 extr. & ſeq. Quid ſit vero quod *aſininam mattyam* dixerit, nec liquet nobis, nec anxie quaeſivimus. *Venalem* interpretatus eſt Dalecamp. nempe ὄνιον cogitans. Neutrum placet. Apud Heſychium leguntur haec: Ὄνεια· ὠφέλιμα· ἢ βρώματα, ἢ κτήματα: quae an aliquid huc conferre poſſint videat cui vacat. Homero quidem ſatis conſtat ὀνείατα vocari ſolita cum generatim ὅσα ὄνησιν παρέχει καὶ ὠφέλειαν, tum ſigillatim τὰ ἀγαθὰ βρώματα. Sed

fortaſſe obſcoenum quid in animo habuerat *Sophilus* poëta.

e Πλάτων ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ &c. » *PLATONIS* locus, de quo » Athenaeus, Πλάτων ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ μεταδόρπια αὐτὰ » καλεῖ ἐν τούτοις, extat in *Critia* Dialogo, [p. 52. Tom. X. ed. Bip.] » qui & *Atlanticus* inſcribitur, propter illum » de Atlantide inſulâ ſermonem. Sed more ſuo Athenaeus » alienam ſententiam partim auctoris partim ſuis verbis re- » fert. At Dalecampius putavit eſſe verſus Platonis Comi- » ci. Non capio prima verba, πάντα τε εὐώδης ἐφαίνετο » τοῖς κατοικοῦσιν ἡ γῆ. Sed accedendum propius ad Pla- » tonis mentem ſimul & verba, ſcribendumque, πάντα » τὰ εὐώδη ἔφυε τότε τοῖς κατοικοῦσιν ἡ γῆ. In haec verba » contraxit quae dixit Plato pluribus: ὅσα εὐώδη τρέφει » που γῆ ταινῦν, ῥιζῶν, ἢ χλόης, ἢ ξύλων, ἢ χυλῶν, ἢ » στακτῶν, εἴ τε ἀνθῶν, εἴ τε καρπῶν, ἐφερέ τε ταῦτα, καὶ » ἔφερβεν εὖ. « CASAUBONUS. — Deſunt haec Epitomae. Ad *Platonis* verba autem preſſius accedens ms. *A.* ſic habet, πάντα τε εὐώδη ἐφέρετο τοῖς κατοικ. ἡ γῆ. Ubi ἐφέρετο ex ἔφερε τότε decurtatum iudicavi. Nam in hac ſententiâ verbo medio ἐφέρετο non erat locus: particulam τότε vero, cum ex praecedentibus, tum ex ſequentibus apud Platonem verbis, ſuo iudicio hîc adiicere Athenaeus potuit. Poſſis, pro πάντα τε εὐώδη, cum Caſaubono πάντα τὰ εὐώδη percommode legere; quod adcurate conveniat cum Platonis verbis ὅσα εὐώδη. Sed licitum etiam Athenaeo erat, loco verborum πρὸς τούτοις, quae apud Platonem proxime praeceſſerunt, ſuo arbitratu copulam τε adhibere. Tum vero verba haec, πάντα εὐώδη ἔφερε, paullo diverſam ab illis πάντα τὰ εὐώδη ἔφερε vim habent. Nam πάντα τὰ εὐώδη ἔφερε ſignificat, *tulit omnia quae fragrantia ſunt*; nempe (ut Plato adiecit) quaecunque nunc apud nos fragrantia tellus alit: ſed πάντα εὐώδη ἔφερε hoc ſonat, *tulit omnia fragrantia*, id eſt, *quidquid tulit, id fragrans erat: nil niſi fragrantia tulit.* Iam reliqua verba, quibus utitur Deipnoſophiſta, eadem apud Platonem leguntur; apud philoſophum quidem aliis verbis intermixta, quae conſulto Athenaeus praetermiſit.

AD CAP. XLVII.

Τρύφων δέ φησι, τὸ παλαιὸν &c. Eadem ipſa fere verba continuo deinde (pag. 641. a.) rurſus ex Dionyſio, Try-

phonis discipulo, adponuntur. *Tryphon* libros ediderat, Περὶ Ὀνομασιῶν, cum alibi memoratos Nostro, tum pag. 634. d. *Dionysius* vero suum opus Περὶ Ὀνομάτων inscripsit. Vide XI. 503. c.

Φιλύλλιος δ' ἐν Φρεωρύχῳ. »Pollux lib. VII. sub finem: [sect. 192.] »καὶ φρεωρύχος εἴη ἂν τέχνης εἶδος. Φιλυλλίῳ »γὰρ δρᾶμά τι ὁ Φρεωρύχος. τὸ δὲ φρεωρύχου ἐργαλεῖον »παρ' αὐτοῦ καλεῖται τορεύς: ita scribendum, non τόρευ»σις. Aliis hoc instrumentum vocatur τόρος. At vide eius»dem Pollucis librum X. cap. XXXI. [sect. 149.] Cur au»tem paullo post repetantur haec verba ab Athenaeo, »cauſſam video nullam, & suspecta hic nobis librorum »fides.« Casaubonus. — Nempe indefessus in conquirendis colligendisque Grammaticis observationibus Athenaeus committere noluit, ut eorum quidquam, quae in commentariolos suos retulerat, periret. Sed confer quae mox ad pag. 641. b. notamus. *Philyllii* verba si ita scribas:

— ἀμύγδαλα, κάρυ', ἐπιφορήματα, f

legitimum efficient senarium, demto primo pede.

καὶ Ἄρχιππος ἐν Ἡρακλεῖ, καὶ Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ. Herodotum vide lib. I. cap. 133. cuius verba continuo deinde etiam adponuntur, quemadmodum & *Archippi* verba. Quare merito hic animadvertit Casaubonus: »Nulla »prorsus cauſſa est, cur hic nominentur duo isti scripto»res: nam statim, id est, suo loco, eadem verba repe»tuntur, nescio qua occasione bis posita, cum semel de»buissent.« — At non unus hic locus est, in quo limam & secundas auctoris curas etiam atque etiam desideres. Sed fortasse ne quidem Athenaei haec culpa fuerit. Ipse Tryphon Grammaticus ita negligenter ista digerere potuerat.

καὶ ἐπιδορπίσασθαι &c. »Postquam docuisset auctor, *se»cundas mensas* dici ἐπιδορπίσματα & ἐπιφορήματα, nunc »addit, veteres aliquando usos voce ἐπιδορπίσασθαι pro »ἐντραγεῖν, *comedere* simpliciter; non *bellaria* comedere: »parique ratione ἐπιφορήματα appellasse *cibos omnes praeter »panem*, id est, *obsonia* & τὰ προσφάγια. Usum hunc ver»bi ἐπιδορπίσασθαι nullo exemplo firmat: dictionis alte»rius duo affert testimonia, *Archippi* unum, alterum *He»rodoti*. His cognitis de lectione facile statuat acutus le»ctor.« Casaubonus. — *Herodoti* eadem verba iam olim lib. IV. p. 144. a. adposuerat Deipnosophista.

a »Sequitur, Τὸ μέν τοι κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον »Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, τέλος τί ἐστι καὶ † ἐναιμένιον. Le»go τέλος τί ἐστι καὶ ἐλλιμένιον: *vectigal eſt aliquod & por»torium.* Poſterior vox priorem explicat: nam τέλος ge»nerale nomen eſt, cuius ſpecies ἐλλιμένιον: *vectigal quod »in portu penditur* ei, qui Athenis vocabatur ἐλλιμενιστής. »Hoc igitur Athenaeus voluit: proverbio iſti occaſionem »praebuiſſe illud portorium: quod cum acerbe exigere»tur, improbiſſimis portitoribus anſam ſaepe dedit mul»ta per calumniam peregrinis eripiendi. Omnis enim ex»actio, quod ait Suetonius in Auguſto, calumniarum ſe»ges & benigna materia eſt. Ex his intelligimus quod »ſcribunt Graeci [Zenobius, Cent. I. Adag. 1.] in pro»verbii huius explicatione. Εἰρηται, aiunt, ἡ παροιμία καὶ »ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους. Ὅθεν Ἀρι»στοφάνης τὸν συκοφάντην Ἀβυδηνοκόμην (Heſych. & Eu»ſtath. [ad Iliad. β'. pag. 270. l. 18.] Ἀβυδοκόμαν) εἶπεν. »Uſum adagionis docent: cauſſam non aperiunt: quam »noſtra huius loci emendatio & interpretatio palam facit. »Porro, quod apud Heſychium Ἀβυδηνὸν ἐπιφώνημα ſcri»bitur, pro ἐπιφόρημα, mendoſum cenſeo, ut alia mul»ta in eruditi illius Critici Gloſſis: quod non animad»vertit ille vir doctus, [Dalecamp.] quem Heſychii li»brorum depravata lectio impulit, ut de hoc Athenaei »loco abſurda quaedam ſcriberet. Ita ſaepiſſime errorem »gignit error.« Casaubonus. — Praeter iſtam adagii interpretationem aliam longe diverſam adtulit idem Zenobius: quam ſolam Diogenianus & Suidas adoptarunt. In eam ſententiam, quae auctori noſtro placuit, ἐπιφόρημα proprie ſignificat *vectigal quod invectarum mercium nomine penditur.*

Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνος &c. Vide paulo ante ad p.
b 640. e. notata. In *Philyllii* verbis hic καρύδια (pro κάρυα, quod *Tryphon* poſuerat) ſcribitur, & in ms. *A.* eliſa eſt in hoc vocab. poſtrema vocalis; recte: nam & haec verba legitimum efficiunt ſenarium demto primo pede: quo in ſenario tertius & quartus pes tribraches ſunt, quartus anapaeſtus. Caeterum, cur eadem fere *Dionyſii* verba adponat auctor, quae modo ex *Tryphone* adpoſuerat, ratio haec eſſe videtur, quod non modo nonnihil differt inter haec *Dionyſii* verba & illa *Tryphonis;* verum etiam quod multo copioſius Dionyſius, quam Tryphon, de vo-

cabulis, de quibus hîc agitur, commentatus ſit. Nam magna etiam pars eorum, quae hîc ſubiiciuntur, neſcio quousque, ab eodem Dionyſio mutuatus eſſe videtur Deipnoſophiſta. b

Πλάτων δ' ἐν Μενέλεῳ &c. »Non video cauſſam, cur »Athenaeus in iſto *Platonis* verſu, ὡς ὀλίγα λοιπὰ τῶν »ἐπιτραπεζωμάτων, exponat ἐπιτραπεζώματα *bellaria*. Me»lius Heſychius; qui ſimpliciter exponit, *cibi menſae im»poſiti*. Hoc eſt enim ἐπιτραπεζοῦσθαι: quod non eſt pro»prium menſis ſecundis, ſed omnium commune quae »menſae imponuntur quacunque de cauſſâ. Ita dixit So»phocles: [apud Polluc. X. 79.] Ἀπυνδάκωτος οὐ τραπε»ζοῦται κύλιξ. « Casaubonus. — Nempe ad vim eam nunc reſpexit Grammaticus, quam nudo verbo τραπεζοῦσθαι addere videtur ἐπὶ praepoſitio, quatenus *inſuper*, *praeterea*, *poſt*, ſignificat. At ſupra, IV. 171. f. ubi eadem adpoſita ſunt verba, τὰ ἐπιτραπεζώματα rectius de quibusvis *cibis menſae impoſitis* interpretatus erat Deipnoſophiſta. In *Platonis* verſiculo primo, Εἰπέ μοι in imperativo ſcripſi cum ed. Ven & Baſ. pro quo in ed. Caſ. 1. Εἶπέ μοι ſcribebatur, praeeunte Dalec. qui, *Dixit mihi*, in verſione poſuerat. In ed. Caſ. 2. & 3. initio verborum a vocali aut diphthongo incipientium numquam nec ſpiritus nec accentus adpoſiti ſunt.

τρωγάλια· ὥσει γὰρ ἐπιδορπισμὸν εἶναι. In editis, cum abeſſet vox ὥσει, *defectus ſignum poſt* ἀρχαίων ponebatur. Quo ſpectat Casauboni Animadverſio haec: »Videtur »ita ſcriptum fuiſſe, ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τρωγάλια· τρω»γάλια γὰρ ἐπιδορπισμὸν εἶναι. Habes poſt aliquam»multos verſus [hac pag. 641. lit. *e*.] eundem locum *Ari»ſtotelis* plenius deſcriptum: unde haec & exponenda ſunt, »& corrigenda. « — Paulo diverſâ ratione, ſed eumdem in ſenſum, vulnus ſanavit vetus noſter cod. *A*. in quo ſic ſcriptum, τρωγαλιλωσει γὰρ ἐπιδ. corruptiſſime id quidem, ſed ita ut perſpicue inſit ea ſcriptura quam expreſſam dedimus. Caeterum vocab. τρωγάλια, Heſychium quidem ſi audiamus, Laconibus praeſertim in uſu fuit: at eodem uſus etiam eſt Ariſtophanes, in Plut. 798. & Pac. 772. item Diphilus apud Noſtrum, II. 52. e. f. Conf. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. l. c. & Meurſii Miſc. Lacon. I. 12. pag. 57. Denique vide rurſus Noſtrum paulo poſt, lit. e.

c Πίνδαρος δ' ἔστιν ὁ εἰπών· &c. »δείπνου δὲ λήγοντος »[sic tacite in Animadv. correxit vir doctus] γλυκὺ τρω»γάλιον. Et Clemens Alexandrinus, [Strom. lib. I. pag. »377.] & Eustathius [ad Od. α'. pag. 34. l. 40.] sola haec, »sine sequentibus verbis, proferunt. Idem Clemens ele»ganter alicubi τὸ τρωγάλιον vocat παροψώνημα: nam, »ut opsonia adiiciuntur pani, sic bellaria opsoniis deli»ciarum caussâ accuduntur. « CASAUBONUS. — λήγοντος recte dedit uterque codex mstus. In *Epit.* non nisi priora *PINDARI* verba adposita sunt: quare nec Eustathius plura habet. Apud eumdem Eustathium ibidem alia etiam nonnulla ad *secundas mensas* spectantia ex eâdem Athenaei *Epit.* excerpta legas. Sequentia *Pindari* verba, quae sic vulgo scripta erant, καὶ περὶ παῖδ' ἄφθονον βοράν, perspecte correxit SCHNEIDERUS, in Pindari Fragm. pag. 61. num. 18. Scilicet, περὶ & παῖδ' duo erant infelicia conamina veteris alicuius librarii, qui, quid de verâ scriptura πέδ' faceret, cuius vim parum perceptam habebat, incertus haeserat. Simillimâ ratione eandem Doricam & Aeolicam particulam πέδα, quae respondet communi μετὰ, in παῖδα detortam vidimus in Alcmanis verbis apud Nostrum, X. 416. c.

ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος. »*Viden' quam sit iu»cunda eorum vita inter struices delicatarum patinarum.*« CASAUBONUS. — At in Graecis nihil est, quod pronomini *eorum* respondeat, quod in istis Latinis posuit vir doctus: nisi scribas, *eorum qui laute instructas habent mensas.* Sententia generalis est, *vides quam iucunda sit vita bene instructis mensis.* Temere τὴν εὐτραπ. scribitur in ed. Cas. 2. & 3. Eclogam multis versibus auctiorem habes apud Stobaeum, Serm. LI. indeque in Euripidis Fragm. num. 51. pag. 596. ed. Musgr.

AD CAP. XLVIII.

Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις. *PINDARI* versiculi exstant *Olympionic.* Ode I. num. 80 & seqq. »Ex mente Athe»naei Pindarica haec,

»Τραπέζαισι δ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν
»σέθεν διεδάσαντο καὶ φάγον:

»debebant vertere interpretes: *In mensas circa ultima* (id »est, exitum convivii) *tuarum carnium frusta diviserunt, &*

» *comederunt.* Aliter exponunt alii : nihilo fortaſſe deterius. » Sed cum *ſecundas menſas* probare hinc velit auctor, in- » eptum eſt aliter hîc interpretari. « CASAUBONUS. — *Extremos artus* intellexerat Dalec. In ἀμφὶ δευρα, quod ex ms. *A.* adfertur, haud obſcure latere videtur ἀμφὶ δεύτερα : quod paulo propius ad id accedit, quod mirâ quidem ratione hinc probare Athenaeus vel Dionyſius voluit. Videndum vero etiam, ne fortaſſe in ipſâ ſcripturâ δευρὰ (quae idem fere ac δεύτερα vel δεύτατα valeat) veriſſima poëtae manus ſuperſit. Sunt enim haud dubie δεύτερος & δεύτατος comparativus & ſuperlativus a verbo δεύομαι derivati, quod valet ἐλλείπομαι, i. e. *relinquor, ſequor, alter me praecedit & poſt ſe relinquit.* Et Etymologus quidem, qui id ipſum docet, (pag. 259. in voc. Δεύτερος, & Δεύτατος) rectà ab ipſo illo *verbo* vocabula haec derivat, quemadmodum verbi cauſſa a φέρω fit φέρτερος & φέρτατος. At quoniam, verum ſi quaeris, comparativi & ſuperlativi proprie non niſi ab *adiectivis* poſitivi gradus formantur; fuerit poſitivus δευερὸς, & per ſyncopen δευρός: unde comparativus & ſuperlativus δευρότερος, δευρότατος, & per ſyncopen δεύτερος & δεύτατος. Duos priores verſus citavit Gregorius Corinth. de Dialectis, pag. 92. docens σέθεν (verſ. 2.) pro communi σου poni.

Οἱ δὲ παλαιότεροι ἁπλῶς τραπέζας ἔλεγον, &c. » Pro- d » ducitur teſtimonium *ACHAEI* : in cuius interpretatione » viri docti nihil niſi peccata peccatis cumularunt. Pri- » mum ita lege totum locum :

» A. Θοίνῃ σε πρώτων (πρῶτον puto voluerat) τέρψο- μεν. πάρεστι γάρ.
» B. Τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσεις τρόπῳ;
» A. Μύρῳ σε χρίσω πάμπαν εὐόδμῳ δέμας.
» B. Ὕδωρ δὲ νίψαι χεῖρας οὐ πρόσθεν δίδως;
» A. Ναί. καὶ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἐπαίρεται.

» Ita autem explica : A. *Epulis primum te oblectabimus : ad-* » *eſt enim earum copia.* B. *Deinde autem quo me oblectabis modo ?* » A. *Unguento odorato totum tibi corpus* (vel, *Unguento pror-* » *ſus odorato tibi corpus*) *inungam.* B. *Quid? aquam lavan-* » *dis manibus non prius dabis?* A. *Sane : atque e veſtigio men-* » *ſa auferetur. Menſam* hîc intellige *ſecundas menſas.* Nam » auctoris mens, de qua ne mimimum quidem ſuboluit » interpretibus, haec eſt. Probare inſtituit, veteres ſine

d » distinctione *primae* aut *secundae mensae*, τράπεζαν sim-
» pliciter appellasse & *primas* & *ultimas epulas*. *Achaei* lo-
» cus de ultimis intelligendus est, quae sunt aliis secundae
» mensae. Sic etiam accipiendum apud Xenophontem in
» Symposio, ὡς δ' ἀφηρέθησαν αἱ τράπεζαι : & fortasse in
» hoc etiam Platonis versu,

» Τί οὖ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις ;

» atque omnino, quoties apud poëtas *mensae remotae* dicun-
» tur. *ARISTOPHANES* eo loco, quem auctor subiicit,
» de *primis epulis* loquitur: sicut passim Homerus & alii
» scriptores, quando τράπεζαν παρατεθῆναι dicunt. « CA-
SAUBONUS. — Equidem prorsus non video quid sit,
quod & istos *Achaei* versus, & illum Aristophanis, qui
illis subiicitur, huc adposuerit auctor. Nam quum ait, *ve-
teres simpliciter τραπέζας dixisse*; commode & suo loco id
monitum foret, si sententia ea esset quam his verbis
Gallicus Interpres subiecit; intelligens, eas quae a po-
sterioribus *secundae mensae* dictae sunt, *a veteribus nude &
simpliciter τραπέζας* (*mensas*) *fuisse nominatas*. At id qui-
dem nemo dixerit, qui vel duo ista poëtarum testimonia
consideraverit, aut qui aliquam usus loquendi Graecorum
notitiam habet. Si quid iudicare valeo, tale quidpiam in
animo habuerat Deipnosophista: Nos, cum *secundas men-
sas* dicimus, *mensas* intelligimus *cibos*, *mensis illatos*; nem-
pe *cibos post coenam* (proprie & stricte sic dictam) *illatos*.
Similiter autem veteres *quoslibet cibos mensis illatos*, quae-
libet *fercula convivis adposita*, τραπέζας dixerunt, nullâ ra-
tione habitâ sive generis ciborum, sive temporis quo ad-
ponerentur, sive initio coenae, sive mediâ coenâ, sive
sub finem. Atque is revera usus loquendi olim obtinue-
rat: de quo diserte Pollux monuit, VI. 84. Τραπέζας δὲ
ἐκάλουν καὶ τὰ σιτία τὰ ἐπ' αὐτῶν τιθέμενα. At in hanc
partem parum commode delecta sunt testimonia ab auc-
tore citata; quandoquidem cum in Achaei verbis, tum in
Aristophanis, ἡ τράπεζα *cibos* quidem sive *fercula* quo-
dammodo etiam significat; verumtamen, ubi *mensa* pri-
mum *inferri* aut *adponi*, & deinde rursus *tolli* dicitur, ibi
proprie atque directe, ut ita dicam, *ipsa mensa* intelligi-
tur *cum cibis imponendis vel impositis*. Sic, ut vetustiores
omittam, cum Xenophon septimo Anabaseos ait, μάλι-
στα δ' αἱ τράπεζαι κατὰ τοὺς ξένους ἀεὶ ἐτίθεντο, (apud
Nostrum II. 49. b. & IV. 151. b.) possis quidem τραπέ-

ζας *fercula, cibos*, utique intelligere; at proprie & prima- d
riâ notione *ipſae menſae* ſignificabantur: & diſerte ipſe Athenaeus II. 49. b. monuit, quos *tripodas* primum dixerat Xenophon, easdem dein *menſas* eumdem nominare. Eodem etiam referas, quod, quum αἱ παραθεσεις proprie *fercula, cibos convivis adponendos* vel *adpoſitos* (nempe τὰ παρατιθέντα βρώματα) ſignificare videantur, (V. 196. e. X. 439. c.) tamen eodem vocabulo ipſae etiam *menſae* deſignantur: quemadmodum quidem perſpicue ipſe accepit Athenaeus noſter, II. 49. a. b. Εἰ τόντος τινὸς κυνικοῦ τρίποδα τὴν τράπεζαν, δυσχεραίνει ὁ Οὐλπιανὸς, -- πάντων τραπέζας καλούντων τὰς παραθέσεις ταύτας. Quare, ſi nunc hoc loco, in quo verſamur, docere Athenaeus voluit, τραπέζας dixiſſe veteres non modo ubi de *ſecundis menſis* (i. e. *de cibis ſub finem coenae adpoſitis*) loquerentur, ſed omnino de *cibis menſae impoſitis*; commodius facturus fuerat, ſi talia quaedam protuliſſet poëtarum teſtimonia, quale illud Antiphanis apud Noſtrum, XI. 487. b. τράπεζα φύσιν ὑμῖν ἔσται.

In *ACHAEI verſ.* 1. pro Θοίνην δὲ, quod etiam vetus cod. *A.* tenet, (nam in *Epit.* deſunt haec) Θοίνη σε correxi praeeunte *Caſaub.* Ibidem recte πρῶτον edd. cum msto. In fine non neceſſe eſſe putavi πάρεστι γάρ corrigere: cum nihil frequentius ſit iſto uſu particulae δὲ apud Graecos, ubi Latine commodius *enim* dicimus.

Verſ. 2. τῷ με κηλήσεις recte dedere membr.

Verſu 5. poſt Ναὶ utique aliquid deſiderabatur: nec tamen ſatis certo liquebat, utrum καὶ, an aliud quid ibi ponendum fuerit; quare particulam a Caſaub. commendatam, adpoſui quidem, ſed uncis incluſam. *Ibid.* pro edito ἐπαίρεται, cui verbo non erat hîc locus, recte ἀπαίρεται dedere veteres membr. Eſt autem praeſens notione futuri.

ARISTOPHANIS verſiculus e *Veſpis* eſt num. 1216. ed. Br. Ἀριστοτέλης -- ἀπαγορεύει. Sic recte membr. *A.* e non ἐπαγορεύει. In iſto autem *ARISTOTELIS* teſtimonio, cum ſcribitur, διαφέρειν τράγημα βρώματος νομιστέον, ὅσον ἔδεσμα τρωγαλίου, utique ſic potius ſcriptum malles, ὅσον ἐδέσματος τρωγάλιον: nam τρωγάλιον reſpondet nomini τράγημα, ἔδεσμα vero vocabulo βρῶμα. Dein quod ait πάτριον τοὔνομα, nempe τὸ τρωγάλιον, conf. ſupra dicta lit. b. Quod vero ſtatim adiicitur, ἐπεὶ

e ἐν τραγήμασι τὰ βρώματα παρατίθενται, id latine ad verbum ſonat, *quando in tragematibus* (vel, *inter tragemata*) *cibi adponuntur.* Nos ita interpretati ſumus, ac ſi dixiſſet, τὰ ἐν τραγήμασι νομιζόμενα βρώματα: ac fuit cum ſuſpicaremur, fortaſſe ἐπεὶ ἐντραγηματικὰ βρωμ. παρατιθ. olim ſcriptum fuiſſe. Nam neutiquam quidem probari poterat *Dalecampii* ratio, qui contra manifeſtam orationis connexionem, *maiori diſtinctione poſt* Ἕλλησιν poſitâ, iſtam ῥῆσιν, ἐπεὶ ἐν τραγ. &c. ſic convertit: *Nam inter bellaria dapes non apponuntur:* quaſi οὐ παρατιθ. ſcriptum oportuiſſet. Et falſum eſt, quod ait *Villebrunius*, οὐ παρατίθενται legi in vetuſtis editionibus: nam negantem particulam h. l. perinde omnes editiones cum vetuſtis membranis ignorant. Quod ſubiicitur, διόπερ οὐ κακῶς ἔοικεν &c. recte οὐ κακῶς edidit Caſaub. conſentientibus membranis, cum perperam in ed. Ven. & Baſ. οὐ καλῶς legeretur: quas voces καλὸς & κακὸς, καλῶς & κακῶς iam ſaepenumero per librariorum oſcitantiam permutatas inter ſe vidimus. Denique quum ſic editum eſſet, οὕτως γὰρ ἐπιδορπισμὸς τραγηματισμός τίς ἐστι, monuit CASAUBONUS: »Scribe, ὄντως γὰρ ἐπιδορπισμὸς τραγηματισμός τίς ἐστι. Sic et»iam Euſtath. recte: non οὕτως.« — Recte vero ὄντως nobis & ms. *A.* & ms. *Epit.* exhibuerunt. Nam in Epitomâ, omiſſo quidem reliquo *Ariſtotelis* teſtimonio, omiſſoque etiam ipſo nomine philoſophi, ex totâ hac parte diſputationis Deipnoſophiſtae non niſi haec verba leguntur: Δευτέρας δὲ τραπέζας ἐκάλουν τὰς τῶν τραγημάτων· ὄντως γὰρ ὁ τραγηματισμὸς ἐπιδορπισμός τίς ἐστι, καὶ δεῖπνον ἕτερον. Quorum verborum poſtrema haec, ὁ τραγημ. — — δεῖπνον ἕτερον, repetiit Euſtath. ad Od. α'. p. 34. l. 9. omiſſis praecedentibus: quare *Caſaubonus* in adpoſita Animadv. ubi de voce ὄντως loquens »Sic etiam *Euſtath.*« ſcripſit, voluiſſe videtur »Sic etiam *Epit.*« — Sed illud praeterea recte omnino in eadem *Epitomâ* factum, & eodem modo ab Euſtathio repetitum, quod vocabulo τραγηματισμὸς praepoſitus ſit ὁ articulus, pronomen τις vero non ad τραγημ. ſed ad ἐπιδορπισμὸς adiectum. Sic enim ſcribi pro ea ſententiâ, quam manifeſte in animo habuerat Ariſtoteles, conſtans uſus loquendi Graecorum iubebat. *Non male fecit* (inquit) *is qui* τὰ τραγήματα *primus* δευτέραν τράπεζαν *nominavit: nam tragematismus eſt* ἐπιδορπισμός *quidam,* id eſt, *coena quaedam poſt coenam; & tragemata adponuntur*

veluti altera coena. Quare in hac parte, ubi ex vetuſto quidem cod. *A.* nulla ab editâ ſcripturâ discrepantia adnotata eſt, *Epitomam* ſequi non dubitavi.

ἐν πρώτῳ τῆς εἰς Τροφ. καταβ. Sic recte ms. *A.*

AD CAP. XLIX.

Ἐδίδοτο δὲ καὶ ᾠδὴν &c. Temere omiſſa particula καὶ f in ed. Caſ. 2. & 3. Poſſis ᾠδὸν ſcribere, ut in Amphidis teſtimonio pag. ſeq. a. De *leporina* & *turdis* habes eâdem pag. lit. d. Ad εἰσεφέρετο nihil ex ms. *A.* adnotatum. In *Epit.* nihil incommodi habet verbum in *ſingulari* poſitum, ubi ſic: ἐν αἷς λαγῷα καὶ κίχλαι καὶ μελίπηκτα καὶ ᾠὰ προσεφέρετο.

Οἶνον Θάσιον &c. » ANTIPHANIS verſus ita distinguo » & ſcribo, iuvantibus msstis:

» Οἶνον Θάσιον πίνοις ἄν; εἴ τις ἐγχέοι.
» Πρὸς ἀμυγδάλας δὲ πῶς ἔχεις; εἰρηνικῶς.
» Μαλακὰς σφόδρα, δι' ἃς μέλιτι προσπαίζειν δέει.
» Μηλίπηκτα δ' εἰ σοι προσφέρει; τρώγοιμι ἄν.
» Κ' ᾠδὴν δὲ καταπίνοιμ' ἄν, οὐδ' ἄλλου τινος.

» *Tertium verſum* praeſtare nolim ſincerum. Sane in Excer- » ptis, unde Euſtathius deſcribit ad ῥαψ. α'. Ὀδυσσ. (p. » 34. l. 44.) pro Μαλακὸς σφόδρα, ſolum eſt μᾶλλον. α CASAUBONUS. — Equidem in iſtis quid ſit quod ex msstis potiſſimum acceperit doctus Animadverſor, non magnopere video. *Primus* quidem & *ſecundus* verſus eodem modo editi erant, niſi quod interrogationis notae non in mediis verſibus, ſed in extremis perperam poſitae fuerint. In ms. *A.* nulla fere diſtinctionis adeſt nota: in ms. *Ep.* in medio utroque verſu interpoſitis punctis distinguitur oratio. Diſerte vero Euſtathius l. c. adnotavit, (quod ipſum quidem cuique perſpicuum erat,) *per interrogationem & reſponſionem* iſta ab *Antiphane* proferri. *Tertium verſum* expedire prorſus nullo modo potui; ita quidem ut vel hariolando utcumque interpretari vix auderem. In contextu plane talem tenui, qualis editus erat,

μαλακὰς σφόδρα δι' ἃς μέλιτι προσπαίζειν βία:

nec in his quidquam mutat vetus codex *A.* Parum attinet, Interpretum commenta commemorare: faciam tamen, quoniam melius nihil ſuppetit. Igitur DALECAMPIUS *ſecundum* cum *tertio* verſu ſic convertit:

A. *Quam tibi placent amygdalae?* B. *Eſt cum illis pax mihi altiſſima & tutiſſima.* A. *Cum melle tibi ludere neceſſum eſt.* VILLEBRUNIUS: »A. *Et les amandes, comment t' en accommo-* »*des-tu?* B. *Paſſablement.* A. *Bien douces, n'eſt-ce pas?* »B. *Oui, & aſſez douces pour le diſputer au miel.*« In noſtro codice *Epit.* iunguntur duo verba, εἰρηνικῶς μᾶλλον: tum, *interpoſito* minori *puncto*, ſic pergitur: δι' ὰς μέλιτι προσπαίζειν δείαν. Sic quidem (δείαν) legendam puto compendioſam ſcripturam, quam h. l. codex noſter habet: ſuper eâdem tamen voce (quae ex λίαν corrupta videri poterat) poſita ſunt duo puncta, hoc modo ·, quâ notâ de mendo monere conſuevit ſcriba codicis. Apud Euſtathium vero l. c. ſic ſcriptum habes: εἰρηνικῶς. μᾶλλον δι' ὰς μέλιτι προσπαίζειν δέδοται. Quod verbum δέδοται KOPPIERSIUS (in Obſerv. Philol. pag. 42 ſq.) ſuſpicatus erat interpretamentum eſſe verbi ἔνι, quod hîc a poëta fuiſſet poſitum, hoc modo: — B. εἰρηνικῶς μάλιστα, δι' ὰς Μέλιτι προσπαίζειν ἔνι: Μέλιτι pro proprio nomine accipiens. Caſaubonus vero, quo ſenſu προσπαίζειν δέει ſcripſerit, haud ſatis video.

Duo *poſtremi verſiculi* ſic editi legebantur:

Μελίπνικτα δ' εἰ σοι προσφέρει, τρώγοιμ' ἂν,
a καὶ ὧδον δὲ καταπίνομ' ἄν. ἄλλου δή τινος † ἐν δὲ ὁμοίοις.

Sic nempe ed. Caſ. In ed. Ven. & Baſ. vero in hunc modum, ἄλλου * δή τινος ἐν δὲ ὁμοίοις. Ubi ſatis adparebat, verba, ἐν δὲ Ὁμοίοις ad ſequentia ſpectare; in illis vero ἄλλου δή τινος finiri poſtremum huius eclogae verſum. Quae quidem verba, ἄλλου δή τινος, qui corrigere tentarint, vereor ne operam perdant: adeo nulla certa ratio, quae iniri poſſit, ſuppetit. Dalecampius, quaſi ἄλλου δεόμενος ſcriptum eſſet, *alia ſi deſint*, vertit. Quod CASAUBONO placuerat, οὐδ' ἄλλου τινὸς, pro eo KOPPIERS ἄλλου δ' οὔ τινος ſcribendum cenſuit, in eamdem quidem ſententiam; ſcil. *aliud vero nihil attingam; nihil aliud comedam.* Poteras vero perinde coniectare, abruptum eſſe hunc verſum a ſequentibus verbis, quae olim cum eo connexa fuiſſent, ut ſuſpenſa nunc ſit ſententia. *Ante* ἄλλου in ed. Baſ. & Caſ. *interpungebatur* oratio: non male fortaſſe. Sed diſtinctionem cum editione Ven. ignorat ms. *A.* quem hîc ſecuti ſumus. *Penultimo verſu*, προσφέροι commode dedit cod. *A.* tum idem τρώγοιμι καὶ, & ignorat ibi ἂν particulam, quae e ſequenti verſu ex communi huc re-

ferri poterat. In noſtro ms. *Epit.* ita ſcribitur: τρώγοιμ' ἄν. a
ὦὸν δὲ καταπίνοιμ' ἄν. & in his verbis finitur ecloga. Apud Euſtathium poſt ὦὸν δὲ interrogandi ſignum ponitur: ὦὸν δέ; (nempe εἰ προσφέροι τις;) καταπίνοιμ' ἄν. E quibus ea ſeligat ſtudioſus lector, quae prae caeteris placuerint.

ἐν δὲ Ὁμοίοις. »Scribe cum Dalecampio, ἐν δὲ »Ὁμοίαις. Fabulam *ANTIPHANIS*, Ὁμοίας inſcriptam, »laudat Deipnoſophiſta non ſemel. « CASAUBONUS. — *In Foeminis ſimilibus* ſcripſerat Dalec. in verſione. Sed vide quae ad IV. 158. c. adnotavimus. Confer vero etiam mox lit. *d.* & ibi notanda. Iam in verbis ex iſtâ fabulâ hîc adpoſitis,

Εἶτ' ἐπεισῆγε χορείαν ἢ τράπεζαν δευτέραν
καὶ παρέθηκε γέμουσαν πέμμασι παντοδαποῖς:

miſere turbatum eſſe metrum adparet. Nil mutat ms. *A.* ſilet vero *Epit.* Videtur tali quodam modo ſcripſiſſe poëta:

— Ἔπειτ'
εἰσῆγε χορείαν, καὶ τράπεζαν δευτέραν
παρέθηκε, παντοδαποῖς γέμουσαν πέμμασι.

Ἤδη ποτ' ἤκουσας &c. »Nihil nobis membranae confe»runt ad ſalutem horum verſuum ex *AMPHIDIS Gynae»comaniâ:*

»Ἤδη ποτ' ἤκουσας βίον ἀλιπλεσμένον.
»αἰτοῦ. τυχεῖν ἔστι σαφῶς. †

»Eſt vero ſcribendum, in priore quidem, ἀλιπλεσμένον: »poſterior autem ſic:

»Αἰτοῦ. τυχεῖν γάρ ἐστι τούτου σοι σαφῶς.

»Pulcherrimis verſibus deſcribit poëta *beatorum hominum* »*vitam*, rerum omnium bonarum & lautarum copiâ ab»undantem: atque hanc vocat Amphis *vitam molitam:* id »enim eſt, ἀλιπλεσμένος βίος. Scio, emendatum a viris do»ctis ἀλιπλιμμένον, ut ſit *unctа vita:* ſed erraſſe illos gra»viter, id quoque ſcio. Inter Graecorum paroemias re»fertur etiam iſta, Ἀλιπλεσμένος βίος: cui ſimiles ſunt aliae »paroemiae, βίος μεμαγμένος, & βίος ἐξυλιπμένος. Op»ponitur *vita molita* vitae primorum hominum, qui, ut »creditum eſt, glande ſe ſuſtentabant: item eorum, qui »primis proximi frugibus non molitis, ſed tantum freſis »veſcebantur. His ſucceſſit tertium genus hominum, qui »& fruges molere coeperunt & circa victum eſſe curio»ſiores. Haec illa eſt *molita vita*, iure caeteris praelata.

a »Porphyrius, περὶ Ἀποχῆς Ἐμψύχων, libro secundo, »[sect. 6.] de prioribus duobus vivendi generibus locu»tus: Τοῦ δὲ ἀλληλεσμένου [inquit] βίου παρὰ τὰ πρόσθεν »μακαρισθέντος, ἀπήρξαντο τῆς ψαισθείσης τροφῆς πρῶτον »εἰς πῦρ τοῖς θεοῖς. Omitto quae Graeci Paroemiographi »& Eustathius. « CASAUBONUS. — Zenobium vide, Adagior. Cent. I. num. 21. Diogenian. I. 17. Suid. in Ἀλληλεσμένον: Eustath. ad Od. τ'. pag. 688. l. 18. Sed *secundus versus* ex veterum librorum praescripto aliter nobis fuit constituendus. Nempe in illius initio omiserat ipse (puto) Athenaeus unum aut alterum verbum, quod responderat persona *B.* adpositis solummodo proximis primae personae *A.* verbis. In ms. *Epit.* perspicue sic scribitur: Ἤδη ποτ' ἤκουσας βίον ἀλληλεμένον. (nam in hoc postremo verbo uterque codex peccavit.) Τοῦτ' ἐκεῖν' ἔστι σαφῶς. Paulo obscurior videri poterat veteris codicis *A.* scriptura, αἱ τοὺτ τεκειν ἐστιν σαφῶς: in qua tamen non modo istud τοῦτ' ἐκεῖν' satis perspicue continetur, verum etiam recte ἐστὶν cum ν in fine scribitur, ut desiderabat metrum: & initio in voculâ αἱ (cui perperam haud dubie asper spiritus impositus) superstant vestigia unius vocis, (fortasse Ναί, aut cuiuscumque demum alterius) quae apud poëtam proxime praecesserat.

Vers. 3. Quod pro ὠὰ, quod cum ms. *Ep.* habet editio Casauboni, in editt. vett. & in ms. *A.* ὠσὰ scribitur, illa σ litera (ut iam saepe vidimus) ex *iota* vocali orta est, quae ad latus vocalis ω posita erat. Nam sic saepius in hoc codice ὠὶν (id est, ὧν) scribi, iam aliâs observavimus. Vide Animadv. ad III. 121. c. & ad IV. 129. c. Pro σησαμαὶ, quod editum erat, placere utique potuerat σήσαμα, quod offerebat ms. *Ep.* Nec vero de nihilo esse scriptura ista videri debuit, quam eamdem vetus cod. *A.* agnoscit; nisi in hoc fortasse aut deest omnino accentus, ut saepe aliâs, aut σησαμαῖ scribitur, ut scribi debuit. Nam in sing. numero σησαμῆ scribitur, (puto ex σησαμέη contractum) apud Aristoph. Pac. 859. ubi docet Graecus interpres, idem valere σησαμῆν ac σησαμίδα, de qua vide Nostrum, pag. 646. f.

b »*Ultimus versus* ῥήσεως huius ita habet,

»ὀνόματα τῶν δώδεκα θεῶν διελήλυθας.

»Quem si capio recte, voluit dicere qui eum pronun»tiabat, superioribus versibus nominata esse genera duo-

» decim eduliorum, non minus ſibi gratorum quam duo- b
» decim qui dicebantur Dii. Sic apud alium poëtam, pi-
» ſces a proceribus gulae expeti ſoliti, θεοὶ nominantur,
» ut expoſitum eſt libro VIII. capite quarto. [VIII. 338. a.]
» Cum igitur in praecedentibus *Amphidis* verſibus non duo-
» decim, ſed ſeptem ſolum ciborum nomina inveniantur;
» deſiderantur, opinor, quinque aliorum eodem ſpectan-
» tia nomina, ſimili verſu comprehenſa ut hic eſt, [ex
» pag. 640. c.] Γογγυλίδες, ἄπιοι, μῆλα, βότρυες, ῥοαί.
» vel ῥόδα. « CASAUBONUS.

In *ANAXANDRIDAE verſ.* 3. quum in ed. Ven. & Baſ. ſic ſcriptum eſſet, οὐδ' ἔνδον, οὔτ' ἥδειν, mendam correcturus *Caſaubonus*, tacite in hunc modum edidit, οὔτ' εἶδον, οὔτ' ἥδειν: commodâ quidem ſententiâ, *quot nec videram, nec noveram.* At non in ἔνδον, ſed in οὔτ' menda inerat, ſi quidem vetuſtiſſimo codici fides habenda, in quo perſpicue ſic ſcriptum, οὐδ' ἔνδον ὄντ' ἥδειν: quam ſcripturam cur non reſtitueremus auctori nulla cauſſa fuit. In *Epit.* deeſt totum teſtimonium. *Quartus verſus*, conſentiente vetere codice, ſic editus erat, ut nos quoque dedimus:

οὕτω (οὕτως ms. *A.*) παρέζων χρηστῶς οὐκ ἔζων τότε.

Quem ego, niſi CASAUBONI placeat emendatio, nullâ ratione expedio. Sic autem ille: »Emenda, ac lege:

» οὕπω γὰρ ἔζων χρηστῶς, ὡς ἔζων τότε.

» *nondum enim mihi contigerat laute vivere, ut tunc vixi.* « — Dalecampius interpretatus erat: *Sic optime cum vivebam, tum ego nonne vixi?* VILLEBRUNIUS quo iure contenderit, omnia in ſalvo eſſe, ſi χρηστὸς pro χρηστῶς legamus, ipſe viderit; qui tamen in eumdem cum Caſaubono ſenſum interpretatus eſt: *non, je n'avois jamais fait ſi bonne chère.* Verſum iſtum mendoſum eſſe monuerat H. STEPHANUS, Theſ. T. I. pag. 1389. ubi verbum Παραζάω interpretatur *vivo ſecus ac decet.* Quod autem verbum παραζῆν etiam in Philemonis fragmento quodam legi ait idem Stephanus, id haud dubie ex mendoſâ ſcripturâ eſt: quae quo pacto corrigi debeat, partim a Salmaſio, partim a Bentleio oſtenſum eſt. Vide Clerici Fragm. Philemonis, pag. 350 ſq. n. 37. & Bentleii Emendatt. pag. 125.

Κλέαρχος, Πανδρόσῳ· &c. »In illo *CLEARCHI* verſu,
» Λάβ' ὕδωρ κατὰ χειρὸς &c. τὸ καλῶς ἔχει formula eſt,
» qua utebantur cum vocati ad coenam ire nollent, ſed

» gratias agerent; ut dicebamus ad Theocritum. « CASAUBONUS. — Vide viri docti Lectiones Theocriteas, cap. 16. & Aristoph. Ran. 510 sqq. (505. ed. Br.) & Schol. ad vs. 515. & ad vs. 915. unde sua hausit Suidas in Καλῶς. Similiter latine, *Bene sit!* aut *Benigne!* dicebant. ὕδωρ κατὰ χειρὸς, de *malluvio ante coenam*, ut II. 60. a. IV. 156. e.
c IX. 408. f. Deinde cum scriberetur, Οὐδὲν χεῖρον παῖς, obsecutus sum eidem CASAUBONO, monenti: »Scribe, » Οὐδὲν χεῖρον. παῖ ἐπιτίθει ἐπὶ τὴν τραπ. « — Sed de metro prorsus securus fuisse videtur vir doctissimus: aequo certo animo tulerat totum illud Clearchi testimonium ita distributum, quasi duobus versibus esset comprehensum huiusmodi:

Λάβ' ὕδωρ κατὰ χειρός. μηδαμῶς. καλῶς ἔχει. Λάβ' ὦ 'γαθὲ,
οὐδὲν χεῖρον παῖς (vel, παῖ) ἐπιτίθει ἐπὶ τὴν τράπεζαν κάρυα καὶ τραγήματα.

Nos in tres senarios distribuimus: quorum primus quidem & postremus legitimo modulo decurrunt; sed medius utique misere claudicat:

Λάβ' ὦ 'γαθέ. οὐδὲν χεῖρον. παῖ, ἐπιτίθει:

Qui fortasse sic refingendus:

Λάβ', ὦ 'γαθ'. οὐδὲν χεῖρον, ἐπιτίθει γε παῖ: (vel, σὺ παῖ.)

Ad personarum partes quod spectat, verba οὐδὲν χεῖρον, quae nos partibus *A.* adscripsimus, personae *B.* tribuit Dalecamp.

EUBULI, ex *Campylione*, *versus* 2. sic scribitur,

Οὐχὶ φιλοτραγήμων εἰμί πως ἑκάστοτε.

Commodius ad metri rationem videri poterat, Οὐ φιλοτρ. quod est in ms. *Ep.* Sed & Οὐχὶ probum: quod ultimam corripit, ut I. 3. f. ubi vide not. & VI. 226. d. Igitur primus senarii pes est dactylus, alter anapaestus.

In *ALEXIDIS* ex *Polyclea vs.* 3. pro μηδεπώποτε, quod non ferebat metri ratio, μηδέποτε corrigendum obiter monuit CASAUB. Sic vero scribitur in *Epit.* & sic recte edidit *Grotius* in Excerpt. pag. 585.
d καὶ ἐν Ὁμοίᾳ. Sic edd. & nihil mutat quod sciam vetus cod. *A.* (In *Epit.* omissos fere esse fabularum titulos, iam saepius monuimus.) Dalecampius vero in versione *in Similibus foeminis* posuit, & in *Auctorum Indice* Graecum huius fabulae titulum Ὅμοιαι edidit: unde idem titulus

in Fabricianam Bibl. Graec. receptus. De ſimili Antipha- d
neae fabulae titulo paulo ante dictum eſt. Duo poſtremi verſus ex iſtâ eclogâ in hunc modum editi legebantur:

Τούτοισι χαίρω, τοῖς δὲ κεκκαρυκευμένοις
ὄψοισι καὶ ζωμοῖσιν ἥδομ' ὦ θεοί.

Ubi CASAUBONUS monuit: » Scribe:
» ὄψοισι καὶ ζωμοῖς ἀηδοῦμ' ὦ θεοί. «
Cui, quod ad ſenſum, praeiverat DALECAMPIUS, ſic vertens: *His delector: cibos ſupervacuis ſcitamentis conditos, Dii boni, ac iuscula, faſtidio.* Recte ſane: nam verbum, quod poſtremo loco poſuit poëta, contrariam habere vim debuit ſuperiori χαίρω. Nec ſatisfacere videtur id, quod ſagaciſſimus PIERSONUS ad Moerin. p. 220. adnotavit: » Forteſſe δὲ (poſt τοῖς) in τε mutato nihil » praeterea tentandum. « — Verbum utique hic deſiderabatur, quod *non-delector, faſtidio*, aut aliquid tale ſignificaret. Illud unum dubitari poterat, quodnam illud eſſet verbum. In *Epit.* tota deeſt ecloga. Ex ms. *A.* talis adfertur ſcriptura ζωμοῖσιν ηδ' ομω. Si aliunde conſtaret, verbum Graecum fuiſſe ἀήδομαι, vix dubitari poſſet, ita ſcriptum oportuiſſe ut nos edidimus, ζωμοῖσιν ἀήδομ' ὦ θεοί. At non modo nusquam reperitur id verbum; ſed vereor ut analogiae Graeci ſermonis patiatur tale verbum ſtatuere. Nam Graeca verba negationem vel privationem ſignificantia non a verbis ſimplicibus praepoſito α privativo (quod aiunt) derivantur, ſed vel a nominibus, adiectivis praeſertim, vel ab adverbiis, quae α privativum praefixum habent. Sic non ab ἥδομαι, *delector*, fit ἀήδομαι, *non delector.* Sed ab adiectivo ἀηδὴς aut ab adverbio ἀηδῶς fit verbum ἀηδέω, ſignificans ἀηδῶς ἔχω, vel ἀηδῶς διάκειμαι, ut interpretatur Etymologus p. 17. l. 23. Idem verbum in Heſychianis gloſſis bis conſignatum: Ἀηδέομεν· κοπιῶμεν· & Ἀηδῆσαι· κοπιάσαι. In paſſivo vero vel neutro genere, quod Caſaubono placuit, ἀηδοῦμαι corrigenti, non occurrit: nec per grammaticam analogiam occurrere poteſt, quoniam verba iſto quo dixi modo formata, in ipſâ formâ *activâ* eum quem vidimus ſignificatum habent. Alia ratio eſt verbi ἀηδίζομαι, quod idem valet ac ἀηδῶ, nempe οὐκ εὐφραίνομαι, ut Suidas interpretatur: quoniam verba in ιζω activam notionem habent. Quare ἀηδῶ γ', ὦ θεοὶ, ſcripſiſſe poëtam arbitror. Sed iſta, ὦ θεοὶ, fortaſſe alterius perſonae *B.* verba ſunt.

e Ἀπίων δὲ καὶ Διόδωρος. »Pro Διόδωρος, melius in »nonnullis ſcriptum Ἡρόδωρος: ut ſemper alibi.« CASAUBONUS. — Quinam ſint codices, qui *Herodorum* hîc pro *Diodoro* nominent, nec ſcio equidem, nec exputo. *Diodori* quidem nomen cum editis libris tenet vetus cod. *A.* Nec ex Farneſiano codice in Caſauboni orâ ed. Baſ. aliquid hîc enotatum, & Natalis Comes, qui Florentinis codicibus uſus eſt, *Diodorum* pariter hîc nominat. Videtur igitur Caſaubonus (quod ſubinde illi uſu venerat) intermixtam lectionibus codicum Italicorum coniecturam docti cuiusdam viri reperiſſe, qui *Herodorum* hîc nominandum cenſuiſſet, cuius nomen ſimul cum *Apione* memorabatur olim lib. XI. pag. 501. *d. e.* At ibi ex vetuſtis membr. *Diodori* nomen reſtituendum Athenaeo docuimus. De eodem cf. IV. 180. e. & XI. 479. a. Adde Wolfii Proleg. Homer. pag. CCXVI. in not. Ad Ἀπίων δὴ, quod editum erat, nihil quidem ex ms. *A.* adnotatum: ſed, vel invitis libris, non dubitandum duxi quin Ἀπίων δὲ ſcriberem. At eodem modo, Ἀπίων δὲ, ſcribitur in *Epit.* in qua quidem omiſſum dein *Diodori* nomen.

ἐπαίκλεια. »Etſi ἐπέκλεια ſcriptum in omnibus li»bris, etiam in Excerptis; tamen ἐπαίκλια legendum, aut »ἐπαίκνια. Ita dictum, ἐπαίκλιον, Doribus, ut aliis ἐπι»δόρπισμα. Nam αἴκλον aut αἴκνον, idem ac βρῶμα. Plu»ra libro IV. & Euſtathius.« CASAUBONUS. — ἐπάϊκλα ſcribitur IV. 140. c. & ſaepius eâdem pag. At hîc, non minus recte, ἐπαίκλεια dedere ambo noſtri codices: & cod. *A.* quidem nil aliud; cod. *Ep.* vero ἐπαίκλια in contextu, ἐπαίκλεια vero inter lineas: & ſic rurſus p. 664. e. ἐπαίκλεια ſcribitur, eâdem formâ cum συναίκλεια, quo vocabulo uſus eſt Alcman apud Noſtrum, IV. 140. c.

AD CAP. L.

Ἔφιππος Ἐφήβοις. »Legitur in Excerptis, Ἔφιππος δὲ »τραγήματα ἀπαριθμούμενός φησι.« CASAUBONUS. — Leguntur eadem verba in noſtro ms. *Ep.* & mallem aut ea ipſa verba, aut in eamdem ſententiam nonnulla in opere etiam pleniore legerentur. Fortaſſe ſic ſcripſerat Athenaeus: Ἀπαριθμεῖ δὲ τάδε τὰ τραγήματα Ἔφιππος, Ἐφήβοις· Χονδρὸς &c. Ubi coniectare licet, ab illo vocabulo τραγήματα, in quod deſinit ſupe-

rius caput, in hoc repetitum τραγήματα aberraſſe libra- e
rium. Sed tacere non debeo, in eâdem Epitomâ poſt prae-
ſcripta verba non ſubiici illa, quae in opere pleniore ſe-
quuntur; ſed iſta quae paullo poſt ex aliâ *Ephippi* fabulâ
adferuntur, κόκκος, ἐρεβίνθος &c. ac fieri poteſt, ut Bre-
viator ſuo arbitratu, loco prioris teſtimonii eiusdem poë-
tae, verba iſta τραγήματα ἀπαριθμούμενος poſuerit.

Primus EPHIPPI ex *Ephebis* verſus cum ita vulgo ſcri-
beretur,

Χόνδρος μετά τ' εἰσῆλθεν μύρον Αἰγύπτιον,

fulcro indigebat, quod claudicantem ſuſtineret: itaque τε
poſt μύρον ex coniect. inſerui. Ad *verſum* 2. monuerat CA-
SAUBONUS: »Pro Φοινίκου βίκος, melius Φοινικικοῦ.
» Extat & libro primo. « — Poterat Φοινικίνου corrigi,
quod lib. I. pag. 29. d. in eodem verſu codices mssti de-
derunt: potuit vero etiam Φοινικικοῦ, ut in alio ver-
ſu eiusdem *Ephippi*, ibid. & II. 58. e. Proxima deinde ver-
ba, veluti pedeſtri ſermone concepta, ſcribebantur in
hunc modum, εἶτ' ἰτρία τραγήματα ἦκε πυραμοῦς,
ἄμης, ᾠὸν, ἑκατόμβη, &c. At ſatis manifeſto continuati
hi ſenarii erant. Et *quartus* quidem integerrimus his ver-
bis perſpicue continebatur,

ᾠῶν ἑκατόμβη. πάντα ταῦτ' ἐχναύομεν.

quae legebantur eadem, II. 58. a. Et pro mendoſo ᾠὸν re-
cte ᾠῶν hic dedere membr. *A*. De *tertio verſu* dubitare non-
nihil licebat: qui cum eodem loco (II. 58. a.) imperfectus
in hunc modum recitatus eſſet,

ἰτρια, τραγήματα, πυραμοῦς, ἄμης:

nunc hisce verbis contineri videbatur,

εἶτ' ἰτρία τραγήματα ἦκε πυραμοῦς ἄμης.

Ubi ſtatim quidem adparebat, ut ibi, ſic & hic ἰτρια
ſcriptum oportuiſſe: quod ipſum h. l. etiam codex *A*. de-
dit. (ἰτριον autem quid dicatur, vide pag. 646. d.) Tum
vero, pro ἦκε, cui verbo non erat hîc locus, ἦκε
(ſic) ſcribi debuiſſe, perſpecte CORAY in *Notis mssiis* mo-
nuit: quod verbum ἧκε idem valet ac εἰσῆλθεν in proxi-
mo eiusdem Ephippi teſtimonio. Conf. III. 91. b. & 95. a.
& utrobique not. Iam haud nimis molliter quidem decur-
rens exiſtebat ſenarius:

εἶτ' ἰτρια τραγήματά θ' ἧκε, πυραμοῦς, ἄμης:

ferendus tamen, ni fallor. Primus pes dactylus eſt, ſecun-
dus & tertius anapaeſti, reliqui iambi. Ac vocabulo ἰτριον

e productâ quidem primâ syllabâ usus Aristophanes est, Acharn. 1092. sed ob debilem positionem etiam corripi eadem syllaba potuerit.

Vers. 5. Si verum est, ἐκμασώμεθ', fuerit praesens tempus pro praeterito positum, fueritque compositum verbum ἐκμασάομαι, vix usquam alibi occurrens; & prima syllaba ob consonam mutam cum liquida correpta. Sed iudicaverint fortasse eruditi, fidenter ἐμασώμεθ' corrigi a nobis debuisse.

Vers. 6. παραμασύλτας τινὰς παραβόσκομεν. »Scribe παραμασύντας τινὰς, vel παραμασήτας. Nam »utrumque dicitur: non παραμασύλτας. Venuste alludum »est ad *parasitorum* nomen verbo παραβόσκειν.« Casaubonus. — Vide ad IV. 134. a. Editam scripturam tenet vetus codex: quare in vocabulo haud satis noto nil mutare ausus sum.

In eiusdem *Ephippi* ex *Cydone* testimonio, omissis nonnullis (ut videtur) vocabulis, aliisque fortasse transpositis, ita turbatum est metrum, ut certâ ratione non possit restitui videatur. Κόκκος quis sit, quem post coenam in bellariis adponi solitum ait, doceri ab eruditis velim. Generatim κόκκος *granum pomorum aut nucleum* significat. Sigillatim h. l. *punicorum malorum acinos* intelligebat Dalecampius: quo de significatu consulendus Bodaeus a Stapel ad Theophr. pag. 392. Hippocrates vero, Galeno teste apud Foesium in Oecon. Hippocr. pag. 346. κόκκον sigillatim & κατ' ἐξοχὴν *granum cnidium* dixit, quod est quaedam veluti piperis species, fere nonnisi ad medicinae usum adhiberi solita. Salmasius, Exercitat. Plin. pag. 925. col. b. *fabae Aegyptiacae nucleum* κατ' ἐξοχὴν κόκκον dictum fuisse existimavit. Alioqui κόκκῳ ad coccineum colorem uti solitos tinctores, satis notum.

βράχος, βρυγμός. »Veteres dictionem βράχος non agnoscunt. βρυγμὸς quid sit nescio, nisi si ἐρεισγμὸς scriben»dum.« Casaubonus. — Βράχος & βρυγμὸς, *Dalecampio* interprete, sunt *stridor ac fremitus manducantium*: nempe hîc, per metonymiam, *bellaria quae inter dentes stridunt & strepitus edunt.* Nec ita male. βρυγμὸς certe id significare potuit: est enim a verbo βρύχειν, quod apud Hesych. exponitur, λαύρως (λάβρως scribe) ἐσθίειν, ἀπὸ τοῦ τρύζειν τοὺς ὀδόντας. οἱ δὲ μασσᾶσθαι. Apud eumdem habes: Βρύξαι· δακεῖν, καταπιεῖν. Similiter vero: Βράξαι· (unde βρά-

χος :) συλλαβεῖν, δακεῖν, καταπιεῖν. Vocab. βρυγμὸς solum habet Epitoma, omissa praecedente.

μυοῦς. In hoc vocabulum mireris nihil a Casaubono f animadversum. Nam, quod recte quidem DALECAMPIUS adnotaverat: » Sic appellant *tenerrimam lanam agnorum nu-* » per natorum, vel *mollissimam plumam anserum*: « id quam parum huc faciat in aprico est. Quod autem his adiecit idem Interpres, id quidem mera hariolatio esse videtur: » A cuius similitudine (inquit) *lagana* quaedam sic vocant, » *candida, exilia, fragilia*; qualia Germani parare solent, » *Streublem*que [*Strœublein* puto voluerat] vocant. « — De *pyramide* vide pag. 647. c.

καννα βίδες. » Καννα βίδες, auctore Hesychio, inter ea » censebantur, quae suffiebant. [Vide Hesych. in Καναμίς: & ibi Interpp.] » Sed scimus nos, relatum a Galeno etiam » *cannabi semen* inter ea quibus vescerentur. Alioqui ten- » tari poterat ex lib. IV. [p. 140. d. & 141. a.] num καμ- » *ματίδες* sit legendum, quod nobis quidem non proba- » tur. « CASAUBONUS. — Etiam Dalecamp. *cannabis semen* interpretatus erat. Docuerat enim Plinius, XIX. IX. 66. ubi de *cannabi* loquens ait: *Semen eius in Italia cibus est. Conditur quippe, duratque in urceis vel anni spatio.* Etiam nunc in usu esse testatur VILLEBRUNIUS, in Notâ ad hunc locum: » *J'ai mangé de ces* cannabides, *faites avec du lait &* » *du sucre: cela est fort bon. C'est du marc de chenevi, dont* » *on a exprimé l'huile.* «

χυλὸς, Διὸς ἐγκέφαλος. Per adpositionem haec iuncta intellexerat DALECAMP. *ordei cremor, qui Iovis cerebrum est*: id est, ut in Notâ ait, *cibus delicatissimus*. Et sic sane Διὸς ἐγκέφαλος (Suida & Hesychio interpretibus, itemque Zenobio & aliis Paroemiographis) velut in proverbio dicitur *delicatissimus* quisque *cibus*, cf. ad XII. 514. e. not. Nec vero hîc ad unum proxime praecedens nomen referendum; sed per iocum in hoc vocabulo, generatim accipiendo, recensus istorum *bellariorum* finitur: quasi dixisset, denique aderat *ipsum Iovis cerebrum*. Quid sit vero quod χυλὸν *hordei cremorem* intellexerit Dalecampius, parum video. Ex Hesychiana glossa: Χυμῶν, πηγμάτων ὑγρῶν: collatâ cum illa Cyrilli in Lexico ms. ad Hesychium a Bielio citatâ, Χυμός· πῆγμα ὑγρῶν: coniectare fortasse liceat, χυλὸν hîc dici *spissatum succum* vinosum pyrorum, mororum, myrtorum, aliorumque id genus fructuum aut baccarum.

Sed iſtis ſcriptis, iamque in typographeum miſſis, ex Foeſii Oeconom. Hippocr. p. 685. didici, χυλὸν veteres κατ' ἐξοχὴν dixiſſe *hordei ptiſſanam percolatam*, ſive *hordei ſuccum & ſorbitionem*: quem *ordei cremorem* Dalecampius dixit.

In *Alexidis* etiam teſtimonio ex *Philiſco* minime quidem obſcura ſunt iambici metri veſtigia: ſed omiſſa nonnulla verba, aliaque fortaſſe transpoſita, vetant, ne ad certam ſenariorum menſuram revocari ea quae nunc hic leguntur, poſſint. Codex *A.* nil mutat: in *Epit.* vero deſideratur iſta ecloga. Nos, cum poſt τραγήματα interpuncta eſſet oratio, delevimus diſtinctionem: & deinde *comma*, quod *poſt* ἔτι poſitum erat, ante hanc voculam poſuimus. ἔσχαρις aliâs, perinde atque ἐσχάριον, *foculus*, *craticula* intelligitur, vas vel inſtrumentum coquinarium. Hoc loco, cum in *bellariis* referatur, Dalecampius interpretatus eſt illud »bellarii genus, quod Montepeſſula»nis *eſculete*, aliis Gallis *gauffre* dicitur.« — Nempe ſic idem τὸν ἐσχαρίτην *panem*, III. 109. c. probabili ſatis ratione interpretatus erat. At hîc quidem nihil impediebat, quo minus intelligeretur *foculus*, ſuper quo adoleretur thus.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Κυθήριος Φιλόξενος ἐν τῷ Δείπνῳ &c. »De »*Philoxeni Cytherii* loco dictum eſt lib. IV. cap. XI.« Casaubonus. — Vide ad lib. IV. pag. 146. f. cap. 27. noſtrae edit. Adde IX. 409. e. ibique notata, & XI. 487. b. Vario verſuum genere compoſitum fuiſſe ludicrum illud Philoxeni carmen ſatis adparet: in quo ad metri genus revocando, quo quaque in parte uſus ſit poëta, Fiorilli ſagax induſtria ſeſe exercuit, Obſervation. in Athen. pag. 86 & ſeqq. Eam partem, quam prae manibus habemus, tractavit ille ibid. pag. 90 ſq. & hanc quidem per verſus valde inaequales distribuendam cenſuit: quorum nonnullos hîc adpoſuimus; reliquos qui noſſe cupit, ipſum *Fiorilli* libellum adeat. En duo primores:

a »Τὰς δὲ δὴ πρόσθεν μολούσας, λιπαραυγεῖς πορθμίδας,
»πολλῶν ἀγαθῶν πάλιν εἰσέφερον γεμούσας.«

Quibus ſubiiciamus quatuor poſtremos, in quibus ille digerendis (loc. cit.) ſubſtitit:

»Ἔπειτ' ἐπένειμαν ἐν κατάνοις,
»κνακομιγὲς πεφρυγμένον
»πυροβρομὸν λέβινθον,
»καὶ καλάθους, μακτήρια δ' ἀδυβρώματος. κ. τ. λ.«

Ex ſequentibus item verſibus nonnullos etiam tentaverat

idem diligens Obſervator, p. 87. ubi quidem vitioſe »Lib. a »XI. pag. 409. b.« ſcribitur, pro lib. XIV. pag. 643. c. d. Utrobique autem frequenter quoque ipſis verbis corruptis medicinam adferre conatus eſt. Nobis non licuit eſſe tam ingenioſis: pauca quaedam veteris noſtri codicis beneficio corrigere poſſe nobis contigit: nonnulla etiam per ſe ſatis perſpicua eſſe videbantur: longe maior vero pars Cimmeriis involuta tenebris; quibus fortaſſe acutiores alii lucem olim adfundent. Breviator nonniſi quatuor fere aut quinque primores verſus adpoſuit.

τὰς ἐφημέριοι καλέοντι νῦν τραπέζας, ἀθάνατοι δέ τ' Ἀμαλθείας κέρας. »Homeri exemplo Deorum dialectum ab ho»minum ſermone diverſam facit.« KOEN, ad Gregor. de Dialect. pag 38. — Temere deinde ἐναλίγκιος ſcribebatur in ed. Caſ. recte ἐναλιγκίοισι ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A*. Recte vero, ut videtur, συγκαλύπτων habet ed. Caſ. ubi συγκαλύπτον in neutro genere exhibebant editt. vett. cum ms. *A*. *Peplum* autem iſtud DALECAMPIUS intelligebat »Membranam peritonei aut omenti; quam *medullam* oſſi»bus exemtam obvolvere ſolent.« — At λευκὸν μυελὸν rectius Gallicus interpres *cerebrum* interpretatur: (vide ſupra, II. 66. a. ex Sophoclis Trachin. 781.) ideoque *peplum* de *membranâ arachnoideâ cerebri* accipit. Cum illis, συγκαλύπτων ὄψιν αἰσχύνης ὕπο, apte connecti videbatur id quod proxime ſubiicitur μὴ κατίδῃς, *ne conſpicias*: ſed quid huc faciant, aut omnino quid ſignificent, quae continuo deinde ſequuntur, μολογενὴς πῶϋ λιπὼν ταῖς ἀνάγκαις ξηρὸν ἐν ξηροῖς Ἀριστοίου παλιῤῥύτοισι παγαῖς, nullo pacto potui exputare. Codex mstus nil mutat, niſi quod πάγαις pro παγαῖς habet. FIORILLO μωλογενὲς (per ω in primâ ſcripſit) & λίπων, cum accentu in penultimâ: interpretationis nihil adiecit. *Ariſtaeo* quid rei ſit cum *bellariis* neſcio; niſi huc trahere liceat, quod *primus mellis uſum* (ut ait Iuſtinus, XIII. 7.) *& lactis ad coagula hominibus tradidiſſe* perhibetur: (conf. Apollon. Argon. IV. 1132 ſq.) cum quo utcumque videri poſſit convenire id quod hic ſtatim ſubiicitur, τὸ δ' ὄνομ' ἧς ἄμυλλος: ſic enim b ſcribitur in ms. *A*. ubi τὸ δ' ὀνόμασαν μυλὸς editum erat. Eſt autem ἡ ἄμυλος, *placentae* quoddam genus, ut diximus ad IV. 134. e. nec differt fortaſſe ab illo genere, quod μυλὸς a Siculis nominari ait Deipnoſophiſta, pag. 647. a. ex ſeſamo & melle paratum: quare etiam ἄμυλλος ſcribi

b potuit, quamquam paulo inferius (lit. *c.*) rursus ἄμυλος simplici λ literâ scribitur. At in superioribus verbis nullum video *mellis* vestigium. Vocab. πῶϋ, id est *grex*, admonere poterat *custodiae pecudum*, quo nomine olim ab agricolis *Aristaeus* colebatur. Si παγαῖς teneas, fuerint παγαὶ παλίῤῥυτοι, *fontes refluentes*. Sed verum videtur πάγαις, quod vetus codex habet, idem valens ac παγίσι, *laqueis*: & παλιῤῥύτοις, Hesychio interprete, sonabit εἰς τοὔπίσω ἐλκομέναις: firmatque istam scripturam πάγαις versiculus nescio cuius poëtae, in eumdem *Aristaeum* haec dicentis:

— ὃς πρῶτος ἠήρεσσιν ἔπηξε ποδάγρας:

referente Plutarcho in Amatorio, pag. 757. Sed ex his omnibus nondum vel minimam lucis scintillulam illustrando huic *Philoxeni* loco emicare video equidem.

Quare mittamus hariolari: ac nonnisi scripturae varietatem, aut si qua vel satis perspicua vel utcumque verosimilia videbuntur, ea adnotemus. FIORILLO, παγαῖς tenens, proxima sic constituit:

τὸν δ' ὠνόμασαν μυελόν. χερσὶν δ' ἐπέθεντο
στομίον μαλεραῖς τᾶν δεξαμεναῖν,
ὅτι καὶ ἑδίδω τίν' ἄζαν,
ὧν καλέοντι τρώγματα.

Nobis ista ἀ ζ α ν ὸ ς καλέοντι τρώγματ' perspicue hoc valere visa erant, ἃ Ζ α ν ὸ ς καλέοντι τρώγματα: quae Dorica verba communi sermone sonant, ἃ Διὸς καλοῦσι βρώματα vel τρωγάλια. Vocem τρώγματ' (sic) elisâ ultimâ vocali scriptam dedit ms. *A*. Quo pacto proxime sequentes versus nonnullos concinnaverit idem FIORILLO, paulo ante docuimus. Ubi potuit utique κ α τ ά ν ο ι ς dorice dictum intelligi pro πατάνοις. Hesychius: Πάταναι· τρυβλία. Tum recte κνακομιγές. Sic rursus infra (lit. *c.*) κνακοσυμμιγεῖσα. κνᾶκος dorice, communi sermone κνῆκος, *cnecus, cnicus, carthamum, crocus Saracenicus*. Deinde, ubi praeeunte vetere codice ita edidimus πυροβρομολευκερεβινθοακανθουμικριτο, ibi continuo tenore, non discretis verbis, nullisque accentibus, in eodem codice sic continuatur scriptura, αδυβρωματοπανταναμικτον. Nos nostro iudicio postrema discrevimus verba. In editis sic scribebatur: πυροβρομολέβινθα ἀκάνθους. † Μεκτριτηαδυβρώματος πάντ' ἀναμικτὴν † &c. Ubi dein praeeunte codice nostro scripsimus τοξαισελαιοξ. ibi τοξαισελεοξ. editum erat. In promtu ibi erat,

ξανθ' & ἐπίπαν, a reliquis, quibus illigata sunt, separare: sed exiguum inde lucrum accessurum erat. In voce χοιρινισάδεα insunt χοιρίναι, placentae genus, memoratum Nostro pag. 647. c. tum ἁδέα, i. e. ἡδέα &c.

Iam illud ἄφθονα σασαμόφλωκτα corrigere non dubitavi: licet enim, quid φλωκτα sit, aut unde derivatum, ignorem; manifesto tamen de *sesamo* hîc agitur, & nihili vox erat ἀφθόνας. Saepius autem in hac eclogâ detrimentum passum est vocabulum σήσαμα. Nam, quod statim sequebatur σαμορυτοπάγη, rursus capite truncata vox erat; cuius prima syllaba sive perperam adhaeserat vocabulo praecedenti πλατάνισσα, sive a simillimâ syllabâ, in quam illud exit, absorpta fuerat. Rursusque continuo deinde, ubi πλάτυντος ἀσαμόπαστα legebatur, quidquid sit quod de voce πλάτυντος statuas, (pro qua temere πλάτοντος scriptum in ed. Cas. 2. & 3.) dubitari non potest quin σασαμόπαστα (i. e. *sesamo conspersa*) scriptum oportuerit. Quod paulo ante scribebatur portentum vocabuli, συγκαταφυρτόσης, in eo minime obscure haec duo latebant, συγκατάφυρτος ἦς, id est, ἦν. Deinde pro ϑερεβινθοκν. quod edebatur, τερεβινθοκν. dedit vetus codex. At de *terebintho* arbore nihil puto in cibum sumi solet: nisi forte *femina terebinthi* (quibus stimulandi vis tribuitur, teste Plinio XXIV. v. 18. & Dioscoride, ab Harduino ibi laudato) in bellariis comedere nonnulli consueverunt. ἐρέβινθον vero, i. e. *cicer*, in bellariorum censu relatum ab Alexide haud multo ante vidimus, pag. 642. e. rursusque infra, pag. 649. a. denique in hac ipsa *Philoxeni* eclogâ, hac pag. lit. *b*. *Terebinthi* vero *semen* etiam *alvum mollire* ait Plinius ibid. eamdemque virtutem *cneci* seminibus tribuit Dioscorides, IV. 182. Eisdemque seminibus vim etiam urinam ciendi inesse Villebrunius ait: adeoque utroque nomine proficere ait gulonibus. Sed videndum denique, ne *terebinthi* fructus hîc *pistacia* debeant intelligi, collatis iis quae ad pag. 649. e. notavimus.

In proximis verbis dubia sunt alia, alia prorsus obscura, nobis quidem. Pro παλλαῖς ϑάλλοντες ὥραις, poteras πολλαῖς ϑαλ. ὥρ. coniectare. παλαῖς dedit codex mstus, quod fortasse ex καλαῖς corruptum, quod *Dalecampio* placuit & Fiorillo. ἀμυγδαλίδες μαλακόφλοιαι (si posterius vocab. ita legi placet) possint esse *amygdalae molli cortice*: (sic ἀμυγδάλας μαλακὰς dixit Antiphanes, pag.

c 641. f.) sed, quid hîc valeat interserta vocula τὰν, non exputo; nisi fortasse τᾶν μαλακοφλοιᾶν oportuit, i. e. *ex earum genere quae mollem corticem habent.* Dein λόγοι τ' ἐπικοινας (sic) scribitur in vetere codice; quod ἐπὶ κοινᾶς (i. e. κοινῆς) valere putavi, *in commune.* Denique idem sic, ut edidimus, ἔπειτ' ἤνησαν. Posteriorem eclogae partem sic concinnandam versibusque distinguendam FIORILLO proposuit, Observ. in Athen. pag. 87.

» Κάλαις (Καλαῖς puto voluit) ϑάλλοντες ὥραις
» ἀμυγδαλίδες μαλακόφλοιαι
» ἂν τετρώκατε, παισὶν ἁδυεδῆ κάρυα,
» ἄλλα τε ὅσσα πρέπει παρὰ ϑοίναν ὀλβιόπλουτον,
» πόσις δ' ἐπεραίνετο, κότταβοί τε λόγοι τε πυκινοί.
» ἔνθα τι καινὸν ἐλέχθη
» κομψὸν ἀθυρμάτιον, καὶ ἐθαύμασαν αὐτό· ἔπειτα
» ἤνησαν.

DALECAMPII interpretatio huius eclogae magnâ quidem ex parte incertis, partimque etiam oppido falsis, nititur coniecturis: sed in loco, cuius nos nonnisi pauca quaedam fragmenta ausi sumus interpretari, desideraverit fortasse studiosus Lector continuam aliquam qualemcumque interpretationem; ac potuerint etiam nonnulla ex ingeniosi viri commentis viam ad eruendam veram Graecam scripturam aut ad stabiliendam obscurarum nonnullarum dictionem sententiam aperire. Quare totam versionem, qua ille hanc eclogam latine reddere conatus est, non gravatus sum hic adponere, his verbis conceptam:

a *Quae prius iam advenerant uncta, & splendida, bonis multis plena rursum navigia* 1) *intulerunt, quas diarii mortales vocant mensas, coelestes & immortales Amaltheae* 2) *cornu. Earum medio insidebat magna hominum voluptas, medulla candida, verecundam, ne aspiceretur, faciem operiens vittis araneae* 3) *tenui similibus, relicto fati necessitate arido pecoris* 4) *tarde* 5) *nascentis septo,* 6)
b *in aridis Aristaei* 7) *laqueis, multa fundentibus. Medullam hanc nominant. Mollibus deinde manibus pelvim* 8) *imposuerunt siccas bucceas daturam, quas vocant trogmata.* 9) *Deinde partita distribuerunt obtrita valdeque tosta bellaria, cicer igne cum multo strepitu frixum: fabam: edulium quoddam suave ex libis, & vulva,*

& hoc omne mixtum cum ordine duplici aſſae carnis.
His acceſſit hians concha, oleo flavo prorſus fervens: ſuillae carnes innumerae,
ſimul toſtae, iucundum nidorem exhalantes:
mellitae placentae abunde ſuppetebant, nullo flammae 10) c
veſtigio:
ex amylo placentae in platano 11) *formatae, e lacte, melle,*
& deraſo caſeo ſubactae: compacta e ſemidalide, 12)
ferventi oleo ſpiſſata, in latum porrecta, & ſeſamo conſperſa
pemmata, terebinthi fructui tuſo admixta ova:
anni pulcrá tempeſtate vigentes amygdalae:
ter ac quater pueris gratae nuces: & quotquot
alia epulas decent fortunatorum & opulentorum hominum.
Cottabis eſt potum: frequens ſermo habitus, cum novis
& feſtivis ſalibus, quos & admirati ſunt & impenſe laudaverunt.

Notae marginales DALECAMPII hae ſunt. » 1. *Amplae paro-*
» *pſides.* Adagii ſpecies: *Plauſtra bonorum: Naves bonorum.*
» 2. Vide Proverbium. 3. *Membranam peritonei, aut omen-*
» *ti*, ſignificari puto &c. [vide ſupra.] 4. Vituli ſubint.
» aut bovis. 5. Poſt nonum menſem. 6. *Oſſe.* 7. *Terrâ*,
» qua bovem Ariſtaeus defodit, ut apes repararet. 8. *Lan-*
» *cem patulam.* 9. *Tragemata.* 10. Quarum flavum & mel-
» leum colorem flamma non vitiaverat, aut denigraverat.
» 11. Vaſe in quo popana finguntur: aut *late patens*, &
» *ſpatioſa*, πλατάνιστος. 12. Puriſſimâ farinâ.

Ἀντιφάνης ἐν τῷ Τριταγωνιστῇ, &c. »In pericopâ *AN-* d
» *TIPHANIS* de *Philoxeno* ineptiſſime hodie legitur,

» — πρῶτα μὲν γὰρ ὀνόμασιν
» ἰδίοις καὶ κοινοῖσι χρῆται πανταχοῦ.

» Quaeſo quid pote abſurdius? Tamen & Excerpta & » membranae conſentiunt. Sed ſcribendum, ut & verſui » conſulatur, & ſententiae,

— » τὰ πρῶτα μὲν γὰρ ὀνόμασιν
» ἰδίοισι κ' οὐ κοινοῖσι χρῆται πανταχοῦ:

» & *verſu quarto*,

» ἔπειτα τὰ μέλη μεταβολαῖς καὶ χρώμασι.

» *Sextus* eget tubicine qui labantem fulciat. Scribe,

» ἐκεῖνος εἰδὼς ὡς ἀληθῶς μουσικήν.

» *Penultimi* verſus ſcripturam refutat lex metri. Poteſt le- » gi, ἄνθεσί τε πάσταὶ μέλεα. Sed premenda magis

» censeo vulgatae lectionis vestigia : praesertim cum etiam »in Excerptis sit scriptum, ἀνθεσίποτα. Lego,

» ἀερσιπότητα μέλεα μελέοις ὀνόμασι
» ποιοῦσιν ἐμπλέκοντες ἀλλότρια μέλη.

» Quae sublimia sunt, Graeci dicunt ἀέρι ποτᾶσθαι. Euri»pides de Tantalo, in Oreste,

» Ἀέρι ποτᾶται καὶ τίνει ταύτην δίκην.

» Inde ἀεριπότητα, vel ἀερσιπότητα, *carmina tumida & in»flata.* μέλεα μέλη, *infelicia & fatua carmina.* « Casaubonus. — Nihil fere ab editâ olim scripturâ dissentiunt libri nostri. Omnino vero τὰ πρῶτα (*vers.* 2.) cum Casaub. corrigere debuimus. *Versu* 3. praetulimus καὶ καινοῖσι, a Corayo in *Notis msstis* commendatum, & ante eum a Grotio receptum in Excerpt. pag. 629.

Vers. 4. ἔπειτα δὲ μέλη scripsit *Grotius :* ubi magis placuit τὰ μέλη, quia desiderabatur articulus, a postremâ syllabâ vocis praecedentis absorptus. *Vers.* 5. pro εὖ κέκραται, quod recte tenet ms. *A.* cum editis, in *Epitomâ* (ubi diversa est orationis structura) εὖ κεχρωσμένον scribitur; quasi in exemplari, quo usus est Breviator, εὖ κέχρωσται scriptum fuisset, quod tamen cum εὖ κέκραται pere mutatum nolim. *Sextus versus* deest *Epit.* Pro τἀληθῶς autem probavimus Grotii emendationem, τὴν ἀληθῶς μουσικήν. *Versu* 8. ut librorum scripturae proximum, sic & verissimum iudicavi ἀνθεσιπότητα, quod idem Grotius praeivit. Idem denique ποιοῦσιν ἐμπλέκοντες, quod habent libri, in ποιοῦντες ἐμπλέκουσι mutavit, percommode id quidem; quod tamen in contextum recipere non sumus ausi, quamquam toti eclogae Latinam Grotii versionem subiicere consultum duximus. Mire vero compositum vocab. κισσόπληκτα : quod satis sanum esse adfirmare non ausim. Nil mutat ms. *Ep.* κισόπληκτα simplici σ literâ habet ms. *A.* sub quo tamen nil aliud latere videtur. Dalecampius, ad verbum *hederâ percussa* vertens, adnotavit: »*Afflatu bacchico edita.*« κρηναῖα idem e *fonte hausta* reddidit; adnotans »*Caballino fonte*, ut ait Per»sius :« nempe illud spectans ex Persii Prologo :

Nec fonte labra prolui Caballino :
nec in bicipiti somniasse Parnasso
memini, ut repente sic Poëta prodirem.
Heliconidasque pallidamque Pirenen

illis remitto, quorum imagines lambunt e
hederae sequaces.

AD CAP. LI.

ὅσων μέμνημαι. Sic correxi, monente CORAYO, in *Notis msstis.*

Καλλίμαχον ἐν τῷ τῶν Παντοδ. Συγγρ. Πιν. Vide VI. 244. a. ibique not. *Ibid.* Αἰγιμίου. Vera haec videtur scriptura, quam exhibebant editi: non Αἰγημίου, quod habet ms. *A.* In *Epit.* omnia haec desunt. De variis *Aegimiis* vide Animadv. ad XI. 503. d. *Hegesippus* in scriptoribus rei coquinariae etiam supra relatus erat, XII. 516. c.

τούτων σοι καὶ μεταδώσομεν. Sic pro vulgato ὧν σοι f
corrigendum putavi, praeeunte rursus CORAYO, item ABRESCHIO in Dilucid. Thucyd. pag. 246. Deinde quum & in edd. & in msstis sic legeretur, οὐχ ὡς τοῦ Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος Σωκράτει, monuit CASAUBONUS: »Vel scri-»bendum τοῦ ὑπ' Ἀλκιβ. πεμφθέντος, vel formationi pas-»sivae agendi significationem attribuit, ut solent Graeci »saepissime.« — At aoristo primo passivae formae vix umquam activam tributam notionem reperias. *Subintelligi* posse praepositionem ὑπὸ existimavit ABRESCH, Dilucid. Thucyd. pag. 246. ad Thucyd. II. c. 60. l. 37. Nobis adiicienda illa visa est, cum CORAYO, & PERIZONIO ad Aelian. Var. XI. 12. Deinde vero, pro καταγελασάσης, haud dubie καταπατησάσης γελάσας corrigendum fuit, praeeunte eodem PERIZONIO ibid.

μνημονεύων οὖν &c. »Deest aliquid ex quo possit intelli- a
»gi mens istorum, μνημονεύων οὖν ὁ κωμικὸς Πλάτων εἴρη-»κεν.« CASAUBONUS. — Si sana scriptura est, subintelligi debuit μνημονεύων αὐτῶν, scil. τῶν πλακούντων: nempe cum ἀπλάκουντος ait poëta.

ἄσπλαγχνος ἐνιαυγίζομαι. »Non intelligo quid sit »in PLATONIS versu, ἄσπλαγχνος ἐνιαυγίζομαι: [In Animadversion. ed. 2. & 3. adiicitur: »an est verius ἐνιαυτίζομαι?«] »sine visceribus & carnibus perenno. σπλάγ-»χνα Graeci appellant, ut alibi dicebamus, viscera victi-»marum & quaecunque peractis sacris edebantur. Inde »ἄσπλαγχνος Platoni, *qui caret illis epulis.* Licenter more »Comicorum usus est hac voce. Itaque Galenus, cum li-»bro tertio DE Dogmatis Hippocr. & Platonis varias huius

a » dictionis significationes accurate explicaret, hanc non at-
» tigit. Platonis sunt & illa duo vocabula, ἀπλάκουντος,
» ἀλιβάντος, *sine placenta, sine thure.* Mirum, fuisse qui
» aliter sentirent: nam Athenaeus solum ob vocem ἀπλά-
» κουντος Platonicam χρῆσιν recitavit.« CASAUBONUS. — In *Epit.* sic scribitur, Ἄγευστος, ἀσπλ. ἀπλακ. ἀλιβ. φησὶ Πλατ. ὁ κωμ. omisso verbo ἐνιαυγίζομαι: quo in verbo nil mutat (quod sciam) codex *A.* At nec hoc, (quod quidem & per se nihil significat) nec ἐνιαυτίζομαι, quod in animo habuerat Casaubonus, locum hîc per metri rationem obtinere potest. Itaque haud paullo praestat, quod CORAYUS in *Notis mstis* proponit: » ἐναυλίζομαι, *hîc mo-*
» *ror.*« Nisi fortasse verissimum fuerit ἐναγίζομαι, *sacra mortuis facio, parento:* quod VILLEBRUNIUS, praeeunte puto ADAMO, expressit, sic vertens: *Serai-je le seul qui fera un sacrifice aux manes, sans avoir part aux entrailles, ni au gateau, ni à l'encens?* Erudite deinde idem CORAYUS monuit: » Ἄγευστος ἀσπλαγχνος valet idem quod ἄγευ-
» στος σπλάγχνων, *qui non gustavit viscera* distribui solita
» in sacrificiis. Conf. Aristoph. Av. 975-985.« — Pro ἀπλά-
κουντος, perperam ἀβλάκουντος scribebatur in ed. Ven. & Bas.

τῶν Ὑποπλακίων Θηβῶν. Vide Iliad. ζ'. 397. & Holstenium ad Stephanum Byz. pag. 256. a.

b τὴν ὀνομαστικὴν, scil. πτῶσιν. Sic Graeci vocant quem Latini *nominativum casum.*

Ὦ τὴν εὐτυχέα ναίων Πάρον &c. » ALEXIDEM repre-
» hendit Athenaeus, quod *Parianas placentas*, quae olim
» in fama erant, putaverit *ab insula Paro* sic *dici;* cum ab
» *Hellesponti urbe Pario* ita dicerentur. Ibi enim fieri opti-
» mas, non in *Paro* insula, de qua tamen sensisse Alexim
» non potest ambigi. Clara enim sunt illius verba:

» Ὦ τὴν εὐτυχέα ναίων Πάρον, ὄλβιε πρέσβυ,
» ἣ κάλλιστα φέρει χώρα δύο τῶν συναπασῶν,
» κόσμον μὲν μακάρεσσι λίθον, ξυντοῖς δὲ πλακοῦντας.

» Constat vel ex Plinii libro XXXVI. cap. IV. marmor Pa-
» rium non aliunde quam ex insula Paro fuisse petitum.
» Quare non licet hîc poëtam excusare, quasi *Parum* ap-
» pellasset quae vulgo dicebatur *Parium:* cuius excusatio-
» nis venerat in mentem nobis, recordantibus Aristopha-
» nei versus ex Vespis, [num. 1189.]

» Ἐγὼ δὲ τεθεώρηκά πώποτ' οὐδαμοῦ,

»πλὴν ἐς Πάρον. — b
»Nam vetus interpres *Parum* hîc manifeſto accipit pro *Pa-*
»*rio*, niſi imponunt nobis vulgati codices. τὸ δὲ Πάρον,
»ait, Πόντου πόλις. καὶ παροιμία·

»Ἐν Παρίῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες.« CASAUBONUS. — In *primo* ALEXIDIS *hexametro*, vocem εὐ-τυχῇ, quae vulgo ibi legitur, non ferebat metri lex. Tacite vir doctus in proximâ Animadverſione εὐτυχέα correxit: quod hactenus ferri poſſit, ut ultima ſyllaba α, cum per ſe brevis ſit, ob caeſuram producatur. Sed fortaſſe vocab. εὐτυχῆ ex interpretamento in locum ſedemque veteris ſcripturae (εὔποτμον, εὔκληρον, εὔμοιρον, aut talis cuiuspiam) invaſit. In eodem *verſ.* 1. ex ms. *A.* haec ſcriptura adfertur ὀλβια ἐπρεσβυ: ubi illae vocales α & ε ex vacillatione veteris alicuius librarii ortae ſunt, qui primum in foem. gen. ὀλβία ſcripſerat, tum vocalem ε, qua vera ſcriptura ὄλβιε indicatur, ſive ſuperne ſive ad latus adſcripſerat, delere nolens priorem ſcripturam.

Ὅτι δὲ καὶ οἱ Σάμιοι &c. »*Samias placentas* fuiſſe in pre- c
»tio & Iulius Pollux obſervat: Εὐδόκιμοι, ait, [VI. 78.]
»καὶ οἱ Σάμιοι πλακοῦντες.« CASAUBONUS.

AD CAP. LII.

Ἔγχυτων δὲ πλακούντων &c. »Deinceps *genera pla-*
»*centarum* recenſentur, quarum nomina legerat dipnoſo-
»phiſta apud ſcriptores priores. Conferendus hic locus
»cum iis quae *libro tertio* [cap. 74 & ſeqq. noſtrae editio-
»nis] *de Panum variis nominibus & formis* ſunt ſcripta. Om-
»nia hoc genus, ἄρτου appellatione ſunt complexi. Ex
»primo Galeni DE Facultatibus Alimentorum diſcere eſt,
»quid differant ἄρτος, πέμμα, πλακοῦς, ἴτριον. ENCHY-
»TOS unde nomen invenerit declarant Catonis verba in
»eo capite [num. 81.] quo docet quemadmodum fieri de-
»beant: *ita in unguen caldum fundito.*« CASAUBONUS.

Μέναν δρος – – Οὐκ ἔστι καυδύλους ποιεῖν &c. »De *ME-*
»*NANDRI* loco diximus libro IV. cap. XXI. [ad IV. 172.
»b. c.] Inde corrige, [*verſ.* 3.] σεμίδαλιν, ᾧ ἁ. πάντα
»γὰρ τἀναντία.« CASAUBONUS. — De *candylis*, quorum
hîc mentio fit, vide ibid. & ad I. 9. a. Vera ſcriptura ᾧά ex d
mendoſa codicis *A.* ſcripturâ ſatis manifeſto elucebat, in
quo ſic μελισεν μιδαλινῳ ἅπαντα. *Epitoma* nonniſi haec

d verba habet: Μέναν̃δρος δὲ φησὶ τινὰς εὐχύτους (sic perperam codex noster pro ἐγχύτους, quod recte hic scriptum in ms. *A.* sed in vetustiore codice ἐνχύτους puto scriptum fuerat) πλακοῦντας ὀπτούς. Vocem ὀπτοὺς cum editis hîc tenet etiam ms. *A.* pro quo lib. IV. 172. b. ὀπτᾷ legebatur. *Vers.* 6. θρῖον circumflexo accentu scripsi, quia penultima necessario hîc produci debet. Sic etiam corrigi debuit IV. 170. b. & 172. b. Vide Not. ad IX. 405. d. Animadv. T. V. p. 346 extr. Ad κρέα διοπτῇ (*vers.* 8.) nihil ex membr. *A.* adnotatum. Rectius vero superiori loco divisae esse voces videntur, κρεάδι' ὀπτᾷ: ac vocalis α in κρεάδι' perinde & produci & corripi potuerit. Prima huius eclogae verba, Οὐκ ἔστι κανδύλους ποιεῖν; *interrogative* acceperamus supra, IV. 172. b. & sic proxima usque ad vocabulum ὠά; Nunc aliam tentavimus rationem, quam ibi Gallicus praeiverat interpres; qui hîc quidem praeter rationem ita interpretatur quasi scriptum esset οὐκ ἔτι κανδύλους ποιεῖς.

Εὐάγγελος δ' Ἀνακαλυπτομένη. Nihili vox erat quae hîc vulgo legebatur Ἀκαλυπτομένη. Recte vero DALECAMPIUS: *Evangelus in Anacalyptomene:* adiectâ Notâ: »*Sponsâ quae visendam se praebet.* Inde ἀνακαλυπτήρια, »ἐπαύλεια, θεώρετρα, munera quae illi dantur cum fa»ciem revelat.« — Vide Suidam in Ἀνακαλυπτήρια, & Spanhemium ad Callim. H. in Dian. vs. 72. aliosque laudatos ad Hesych. voc. Ἀνακαλυπτήριον. CASAUBONUS, licet in Graeco exemplo mendam non emendaverit, tamen in *Addendis ad Animadversiones* ita locutus est, ac si vera scriptura suo loco esset posita. »Fabula *EVANGELI*, in»quit, quae Ἀνακαλυπτομένη hîc dicitur, consentientibus »libris omnibus, Suidae est Ἀνακαλυπτόμενος.« — Nempe sic apud Suidam vulgo legitur, sub vocab. Εὐάγγελος. Qua ex scripturâ vitiosum apud Athenaeum vocabuli initium corrigi debuit: haud dubie vero praestat *foeminina terminatio*, quam eiusdem Athenaei libri exhibent. Mireris vero in Comicorum recensu apud Fabricium in Bibl. Graec. omissum esse *Evangeli* nomen; quod ipsum etiam diligentissimi Harlesii fugit observationem. Nos duas primas literas truncati tituli fabulae in praemissa vocula ἐν latere suspicati sumus.

Ad eclogam, quae ex illâ *EVANGELI fabulâ* hîc adponitur, haec adnotavit CASAUBONUS: »Videtur Athenaeus

» parum integre locum *Evangeli* descripsisse, ut plane sit » ἀδύνατον, mentem poëtae in his versibus pervidere. Duo» rum qui unà fabulantur, alter nuptialis convivii appa» ratum fuse persequitur: alter indignabundus, ut vide» tur, ipsum aliquoties interpellat: ut cum ait, ὡς ἀλα» ζὼν ὁ κατάρατος: &, παῖ Δρόμων: quae a praecedenti» bus sequentibusque separanda sunt τελείαις στιγμαῖς. » Ita autem [nempe, ἐγχύτους παῖ Δρόμων] membranae » omnes & antiqua exemplaria. Neque est necesse corri» gi, ἐγχύτους πλακοῦντας. [At id a nemine tentatum vide: sed ipsi Casaubono in mentem olim venisse videtur.] » Nam & Graecis & Latinis *enchytus*, ut alia id genus no» mina omnia, simpliciter usurpare moris est. Scribam de» inde, κάνδυλον, ὠά τ', ἀμύλιόν τε. τὸ πέρας, ὕψος τῆς » τραπέζης πήχεων ἕστω τριῶν. Enumeratis sigillatim om» nibus quae ad epulas voluit adhiberi: *In summâ*, inquit, » *patinarum super mensâ struicem fac esse trium cubitorum.*« — Sic ille. Ac ne nobis quidem perspicua admodum universae pericopae sententia est. In verbis pauca quaedam veteris codicis *A.* beneficio (nam in *Epit.* tota ecloga desideratur) correximus. Scilicet *vers.* 1. pro εἶπας, quod habebant editi libri, codex mstus εἶπας οἱ dedit: sub quo haud dubie εἶπά σοι latebat. Tum *vers.* 3. pro βουλό- e μεθα γὰρ τοὺς γάμους, idem codex βουλόμεσθα τοὺς γάμους dedit, ignorans γὰρ particulam. Versus autem quum in totâ fere eclogâ parum commode distincti essent, ad trochaicorum mensuram, qua manifeste continebantur, redegimus praeeunte FIORILLO, Observat. in Athen. pag. 105 sq. qua occasione nonnulla etiam ex coniecturâ corrigere cum eodem acuto observatore conati sumus: scilicet μηδενὶ *vers.* 2. pro vulgato μηδὲν ἐλλιπ. & *vers.* 6. δέλφακας & λαγὼς, pro δέλφακα & λαγωούς: ubi λαγοὺς posuit Fiorillo. Alia, quamquam vel defecta, vel manifeste corrupta, tamen vel explere vel mutare ausi non sumus. Sic statim *versu* 1. cum deesset primus pes tetrametri trochaici, ingeniosum utique *Fiorilli* inventum erat, τέττα, τέτταρας, &c. At dubitare subiit, an usquam apud Comicos prisca illa compellatio occurrat: deinde cum sit honorifica compellatio iunioris vel inferioris adversus seniorem aut honoratiorem, veritus sum ne minus conveniret *heri personae*, cuius esse illa verba videntur. Nec tamen negaverim, posse fortasse omnia, ex-

e ceptis paucis illis, ὡς ἀλαζὼν ὁ καταρ. & παῖ Δρόμων, unius eiusdemque *coculi* verba esse. At ipse etiam Fiorillo prima illa verba, usque τῶν ἀνδρῶν, eidem personae *A.* attribuit, quae deinde Ὡς ἀλαζὼν &c. dicit: tum ista, Τὸ δεῖπνον, (*vers.* 2.) usque λαγοὺς (*vers.* 6.) tribuit personae *B.* In *quinto versu*, nec sententiam, nec metri rationem potui expedire; quem FIORILLO in hunc modum integrandum censuit:

»τῶν μὲν ἐλαῶν ἄφελε πάντως πάνθ' ὅσ' ἂν βούλει γένη.«

At ego, quid sit quod de *olivis* hic dicatur, & quidem de illis *tollendis*, non exputo. Nam, quod verbum ἄφελε DALECAMPIUS *sume* interpretatus est, id quidem vix probari poterit. *Versu penultimo*, Casaubono, ἔστω pro ἐστὶ corrigenti, praeiverat Dalecampius, suffragatusque est Fiorillo: nobis non liquet. Supereſt ut eamdem eclogam, qualis ante nos edita erat, adponamus; quo commodius de mutationibus, quas nos adtulimus, aut quae etiam nunc adhibendae videantur, iudicare valeat studiosus Lector. Sic igitur habebat:

Τέτταρας τραπέζας τῶν γυναικῶν εἶπας, ἓξ δὲ τῶν ἀνδρῶν.
τὸ δὲ δεῖπνον ἐντελὲς καὶ μηδὲν ἐλλιπὲς,
λαμπροὺς γίνεσθαι βουλόμεθα γὰρ τοὺς γάμους.
Οὐ παρ' ἑτέρου δεῖ πυθέσθαι. πάντα δ' αὐτόπτης ἐρῶ,
τῶν μὲν ἐλαῶν ἄφελε πάνθ' ὅσα βούλει γένη,
εἰς δὲ τὰ κρέα μόσχον ἔλαβες, δέλφακα,
χοίρους, λαγωούς. ὡς ἀλαζὼν ὁ κατάρατος
Θρία, τυρὸν, ἐγχύτους, παῖ Δρόμων, κάνδυλον
ὰ τ' ἀμύλιον τὰ πέρας. †
Ὕψος τῆς τραπέζης πήχεων ἐστὶ τριῶν,
ὥστε τὸν δειπνοῦντ' ἐπαίρειν ἄν τι βούληται λαβεῖν.

Pro Θρία, penacute vulgo scripto, rursus Θρῖα scripsimus, quod etiam a Fiorillo factum. Vide paullo ante ad Menandri versum sextum notata. Caeterum ab *enchyto* non differre *epichytum*, qui pag. seq. b. c. memoratur, PIERSONUS censuit ad Moerin. pag. 85. praeeunte Etymologo p. 367. l. 32. ubi Ἐπίχυτος, ait, ὁ ἔγχυτος πλακοῦς. Denique τὸν ἄμητα (de quo continuo deinde) Moeris cum *enchyto* eumdem facit: Ἄμης, Ἀττικῶς. Ἔγχυτος πλακοῦς, Ἑλληνικῶς.

f Ἄμης. »Ἄμης, ut placet Grammaticis, dictus est ab

» aviditate comedentium: ἀπὸ τοῦ ἐξαμᾶσθαι αὐτὸν σπου- f
» δῇ ὑφ' ἡδονῆς, ὡς μέλιτι καταρδόμενον: *quod prae volu-*
» *ptate cupide diripiatur, ut melle rigatum:* vel ab ἅμα, mu-
» tato ſpiritu, ut ſaepe in derivatis: quod *multa in unum*
» *coniiciant* qui *ametem* faciunt ſive *amulum:* de quo M.
» Cato, cap. LXXXVII. « CASAUBONUS. — Vide Etymol. pag. 83. Εἶδος πλακοῦντος γαλακτώδους interpretatur Scholiaſtes Ariſtoph. ad Plut. vs. 1000.

Ἄμητες, ἄμυλοι. Quum nullâ interpoſitâ diſtinctione ſcriberentur haec verba, Dalecampius interpretatus eſt, *ametes ex amylo.* Nos commate interſerto diſtinximus duo vocabula, ut ſubſtantivum nomen eſſet οἱ vel αἱ ἄμυλοι. Conf Animadv. ad IV. 134. e. & infra, p. 648. d. & e.

Μέναν δρος ἐν Ὑποβολ. &c. » *MENANDRI* corruptiſſimum
» teſtimonium,

» Τὸν ἅμητα χαιρίστου καῖε ἐς πέττιν τινὰ,

» iure arbitrario ſic conſtituimus:

» Τὸν ἅμητα χαίροις ποῦ εἰ ἕπεττόν τινα; « CASAUB. — Cuius emendationem cum adoptaſſet CLERICUS in Menandri Reliquiis, pag. 186. contra monuit BENTLEIUS, Emendatt. pag. 66 ſq. claudicare verſum, quem haud dubie ſic ſcriptum voluiſſet Caſaubonus:

Τὸν ἅμητα χαίροις που καὶ εἰ ἕπεττόν τινα.

Ipſe autem BENTLEY talem propoſuit verſiculum:

» Τὸν ἅμητα χαίροις ποῦ καλῶς πέττων τινά.
» *Gaudes, cum placentam aliquam recte coquis.* «

Nos in re incerta conſultiſſimum duximus eam adponere Graecam ſcripturam, quam ex vetere cod. *A.* enotatam vidimus: nam in *Epit.* nihil horum legitur.

Σιληνὸς ἐν ταῖς Γλ. Sic ms. *A.* quod non deterius quam editum Σειληνός. Conf. ad XI. 478. e. *Ibid.* Ἴωνες δὲ - - ἄμην αὐτὸν καλοῦσι. » Heſychio neque ἄμη, ne-
» que ἄμης rectum eſt, ſed ἀμήν: ut legi poſſit ἀμῆνα
» αὐτὸν καλοῦσι. « CASAUB.

Τηλεκλείδης· Αὐτόμαται δὲ κίχλαι &c. Vide II. 64. f. ac potiſſimum, VII. 268. d. quibus ex locis diſcimus, non Αὐτομ. δὲ κίχλαι dixiſſe poëtam, ſed ὀπταὶ δὲ κίχλαι. Vocabulum autem αὐτόμαται Athenaeus ex eis, quae ante dixerat poëta, (vide VI. 268. b. verſ. 6.) huc traxit, ſententiae magis rationem habens, quam metri. Quare etiam in vocab. φαρυγγ', quod ad metri rationem φάρυγ' ſcri-

bi debebat, hîc nihil mutavimus. Articulum masculinum τὸν tenet ed. Caſ. 1. cum editt. vett. & msto.

AD CAP. LIII.

Διακόνιον. »*Diaconion* quid ſit, parum explicat No»ſter. Suidam omnino lege. « CASAUBONUS. — Adde
a Heſychium, & quos ibi laudarunt Interpretes. *PHERECRATIS* teſtimonium continetur uno hemiſtichio cum integro ſenario ſequente. In vocab. διακόνιον vocalis α producitur, quemadmodum in vocab. διάκονος & in verbo διακονεῖν.

Ἀμφιφῶν. Vide Suid. in Ἀμφιφῶντες & in Ἀνάστατοι, Heſych. in Ἀμφιφόων, Polluc. VI. 75. Heynii Fragm. Apollodori, pag. 1069. & Meurſii Graec. Fer. voc. Μουνύχια.

Φιλήμων ἐν Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ. »Erat editum, Φιλήμων ἐν »Πτωχῷ Ἡροδιᾷ. [Ἡρόδια ſcribebatur in ed. Ven. & Baſ.] »Dalecampius emendavit, Ἐνοδίᾳ Ἀρτέμι. [*Viarum prae»ſes Diana.*] Nos fecimus ut eſſet Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ, ut »extat alibi. Videtur eſſe id drama, quod Ῥοδίας inſcribit »Pollux libro X. cap. XXXI. « CASAUBONUS. — At in ipſâ quidem editione Caſ. quemadmodum & in ed. Ven. & Baſ. atque etiam in vetere msto h. l. non Πτωχῇ, ſed Πτωχῷ legitur: Πτωχῇ vero non modo apud Noſtrum infra ſcribitur pag. 664. d. verum etiam apud Stobaeum Serm. CVIII. citatur ecloga ex *Philemonis* Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ. Quare & hîc Πτωχῇ correximus. Quod vero in ed. Caſ. ſcribitur ἢ Ῥοδίᾳ, id ipſum etiam veteres membr. agnoſcunt. Apud Pollucem vero (lib. X. ſect. 145.) in ἐν Ῥοδίαις nil mutant libri.

ἐπεὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ &c. Nempe plenilunii die aut proximâ die poſt plenilunium agebatur feſtum illud, quo liba Dianae conſecrabantur. Conf. Etymolog. pag. 94 ſq. & Plutarch. DE Gloria Athenienſ. T. II. Opp. p. 349 extr.
b Βασυνίας &c. »Βασυνίας, placentae nomen barbari»cum. De eo ſic ſcribitur ex *SEMO*: Ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης »νήσῳ τῇ Ἰριδι θύουσι δήλοι τοὺς βασυνίας καλουμένους. »Omnia hîc corrumpunt Interpretes. *Hecatae inſulam* pu»tabamus eſſe unam earum parvarum quas *Hecatonneſos* »vocabant: ſed appellationis illarum aliam cauſſam affert »Strabo lib. XIII. [nempe ab *Hecato*, Apollinis cogno-

mine, sic dictas ille ait, pag. 618. d. ed. Casaub.] » Au- b
» diamus igitur Hesychium: Ἑκάτης νῆσος, ἡ περὶ Λέσβον:
» vel Suidam, cuius verba notatu digna: Ἑκάτης νῆσος.
» πρὸ τῆς Δήλου κεῖταί τι νησύδριον, ὃ ὑπ' ἐνίων Ψαμμίτη
» καλεῖται. καλεῖσθαι δὲ οὕτω φασὶν αὐτὴν, διὰ τὸ τοῖς
» ψαμμίτοις τιμᾶσθαι τὴν Θεόν. ψάμμιτον δέ ἐστι ψαιστῶν
» τις εἶδος. *Iris*, notae ex Homero & aliis poëtis *Deae* nomen
» est: non autem *loci*, ut absurde existimarunt. « Casaubonus.

Proxima verba silentio praetermisit doctus Animadversor. Scripta autem illa in contextu dederat in hunc modum: ἐστι δὲ ἐφθὸν πύρινον σταῖς σὺν μέλιτι καὶ τὰ καλούμενα ΚΟΚΚΩΡΑ ἰσχὰς καὶ κάρυα τρία. Quibus in verbis nihil quidem variant editiones veteres aut codex mstus: sed illud primus in Graeco Athenaei exemplo commisit Casaubonus, ut vox ΚΟΚΚΩΡΑ uncialibus literis excuderetur, quasi esset hoc alicuius *placentae* nomen. In quo ei Dalecampius in latina versione praeiverat, verba supra scripta sic convertens: *Fiunt haec ex farinâ tritici aquâ subactâ & cum melle coctâ. Quae vero coccora nominantur*, (fiunt) *ex tribus ficis, & totidem nucibus.* Ego vero, quale sit hoc vocabulum κόκκωρα, ignoro quidem iuxta cum ignarissimis: sed illud mihi perspicue videor intelligere, κόκκωρα hic non dici aliquod *placentarum genus*, sed aliquid (qualecumque fuerit) quod simul cum *subactâ triticeâ farinâ & melle* effecisset τοὺς βατυνίας, de quibus hic loquitur *Semus*. Illud vero minus perspicuum, dixerit-ne Semus τὰ κόκκωρα diversum quid ab his quae continuo deinde nominantur, ἰσχὰς καὶ κάρυα τρία: an haec ipsa, *caricam & tres nuces*, κόκκωρα *adpellata fuisse* dicat. Epitomae auctor, omisso barbaro nomine, ita scripsit: Βατυνίας, ἐφθὸν πυρινὸν σταῖς, σὺν μέλιτι ἰσχάσι καὶ καρίοις. (sic perperam, pro καρύοις.)

Στρεπτοὶ καὶ Νεήλατα. Τούτων μνημονεύει Δημοσθένης. »Verba oratoris, μισθὸν λαμβάνουσι τούτων στρε-
» πτοὺς καὶ νεήλατα. Plura de his vocibus Grammatici.« Casaubonus.— Demosthenem Reiskii vide, p. 314 sq. στρεπτοὶ, quasi dicas *tortiles panes*, aut *in gyrum contorti*. στρεπτίκιος ἄρτος supra, III. 113. d. νεήλατα, (scil. ἄλφιτα) Harpocratione interprete, e quo sua Suidas hausit, sunt placentae e farinâ hordaceâ recens molitâ & melle

b maceratâ, cui & uvae paſſae & viride cicer admixtum erat: quae iis qui ſacra peragebant distribuebantur.

Ἐπιχύτων, Νικοχάρης &c. Ferendum non fuit, quod hîc vulgo ſcribebatur, Ἔπίχυτον. Νικοχάρης &c. Nam ἐπιχύτους dixit Nicochares, non ἐπίχυτα. Quare aut Ἔπίχυτος oportuit, aut Ἔπίχυτοι, ſi maiorem diſtinctionem poſt hoc vocab. poni volueris: aut Ἐπιχύτων Νικοχάρης, nempe μνημονεύει, quod verbum e proxime praecedentibus repeti poteſt. Caeterum, ſecundus ex tribus verſibus qui hîc ex *Nicocharis* Χειρογάστορσι adferuntur, idem apud Etymologum, p. 367. l. 32. tamquam ex *Nicophontis* Χειρογάστορσι citatur. Novimus autem ab utroque iſtorum poëtarum editam eodem titulo fabulam. (vide III. 126. e. ibique Not. & mox hac pag. lit. e.) Quo facilius, ubi huius fabulae mentio fiebat, alterius poëtae nomen cum altero potuit confundi: ſed & fieri potuit, ut alter ex iſtis poëtis (quod haud raro olim factum ſatis conſtat) integrum verſum, ac fortaſſe plures etiam, alteri ſubripuerit. Χειρογάστορες (ut ad oram adnotavit Dalecampius) ſunt »*Operarii, manuum labore* »*victum ſibi quaerentes.*« Nil aliud hoc loco niſi unum verbum adnotavit Casaubonus: »*Epichytus* cum *enchyto* »paene idem.« — De quo ſupra, ubi de *Enchyto* agebatur, monuimus ex Etymologi loco modo citato. De Ἐπιχύτῳ plane nihil hîc habet *Epit.*

c *Secundus Nicocharis verſus* ſic editus erat:

κόλλικας, ὀβελίσκον, καὶ μελιττοῦτον, ἐπιχύτους.

Ubi illam copulam καὶ, inter plurima alia aſyndeta importune interſertam, *ignorat* vetus codex *A.* & abeſt eadem apud Etymologum l. c. ubi idem adponitur verſus: recte; quippe quam ne metri quidem ratio admittebat. Sed & in eo peccabat vulgata ſcriptura, quod μελιττοῦτον habebat duplici ττ in medio, ſimplici vero ſub finem: in quo quidem cum editis conſentit (quod ſciam) vetus cod. *A.* quemadmodum etiam III. 114. f. ubi oſtendimus veram & analogiae unice convenientem ſcripturam eſſe, quam ibi Epitoma dabat, ſimplici τ in medio, geminatâ vero ſub finem: quam ipſam ſcripturam deinde lib. IV. pag. 167. d. uterque codex mstus recte dedit. Conf. Suid. & Brunck ad Lyſiſtr. 601. & ad Nub. 507. Et ſic etiam in eodem verſu, quem prae manibus habemus, apud Etymologum ſcribitur. Quod ad metrum ſpectat, notandum

penultimam vocabuli κόλικας produci: quod ex Hipponactis verſu apud Noſtrum, VII. 304. b. liquido adparet: monentque artis proſodiacae magiſtri, pleraque nomina in ιξ deſinentia, vocalem ι in caſibus obliquis producere. Quare etiam in Ephippi anapaeſtico verſiculo apud Noſtrum, III. 112. f. metri quidem cauſſâ (quod olim falſo exiſtimaveram) minime opus eſt ut κόλλικα, quod habent libri, in κολλίκια mutetur. Neque nobis opponi debet Ariſtophanis verſiculus ex Ran. 576. ed. Br. (al. 584.) c

— — ὦ τοὺς κόλικας κατέσπασας:

ubi κόλικας ait *penultimâ brevi.* Nam, etiamſi κόλικας ibi (ut vulgo fieri video) eosdem *panicellos* intelligas, qui aliâs κόλλικες geminatâ λ literâ (ut apud eumdem Comicum, Acharn. 872.) dicuntur; nihil aliud inde colligere liceret, niſi perinde & corripi & produci penultimam in illa voce poſſe. Sed multo veriſimilius videri debet, κόλικας ibi idem ac χόλικας ſonare, ſive potius hoc ipſum χόλικας ibi, non κόλικας, ſcriptum oportuiſſe: de qua ſcripturâ cogitaverat etiam vetus Comici interpres, vocabulum iſtud ἢ ἄρτους, ἢ ἔντερα exponens. Sic enim idem interpres vocab. χόλικα, & plur. χόλικας interpretatur, Equit. 1176. Χόλικες, τὰ παχέα ἔντερα; rurſusque ad Pac. 716. Hoc autem ipſum vocabulum penultimam in obliquis corripit. De ὀβελίᾳ vide III. 111. b. ibique notata. πτισάνη eſt *hordeum decorticatum.* Κόλλικες (interprete DALEC.) »genus placentae aut panis exigui, rotundi, ſimi»lis capitibus clavorum. Florentinis *marroni*, a ſimilitudi»ne caſtaneorum.«

Verſ. 3. δενδαλίδας. »Ex Grammaticis pete vocis δεν»δαλίδες, in *Nicocharis* verſu, interpretationem.« CASAUBONUS. — Heſychium vide, ibique Interpp. Ex pluribus interpretationibus huc ſpectare videtur haec, τὰς ἐκ κριθῶν μάζας γενομένας.

Πάμφιλος δὲ τὸν ἀτταλίτην &c. »*Enchytus* dicebatur & »ἀτταλίτης: vel, ut in Excerptis, ἀτταλίστης. Ἄτ»ταλα vocabant τὰ τήγανα. Inde ἀτταλίτης πλακοῦς, pro »τηγανίτης, *in ſartagine frictus.* Sic libro tertio ἄρτος τηγα»νίτης. [ὁ ἀπὸ τηγάνου, III. 115. e.] Fuerunt & *Atta»lides*; diverſum ab *attanitis* placentarum genus.« CASAUBONUS. — Vide Heſychium, in Ἄτταλα, Ἀτταλίτας, & Ἀτταλίδες. Quod ex Hoeſcheliano codice *Epit.* memoravit Caſaubonus, Ἀτταλίστης, id noſter etiam codex

c *Epit.* habet: ſed, omiſſis quae de hoc vocab. in opere pleniore leguntur, ea cum illo connectit, quae ad vocab. κρήϊον in opere pleniore referuntur. Sic enim habet cod. *Epit.* Ἀτταλίστης, ὃν Ἀργεῖοι παρὰ τῆς νύμφης &c.

Hipponactis teſtimonium, veluti pedeſtri ſermone conceptum, in hunc modum ſcribebatur in editis, conſentiente msto: οὐ καττάς τε καὶ λαγὼς καταβρύκων, οὐ τηγανίας σησάμοισι φαρμάσσων, οὐδ' ἀτταλίτας κηρίοισιν ἐμβάπτων. Ubi Casaubonus monuit: »*Hipponacteos* tres ſcazontes ita distingue, ac ſcribe:

»Οὐκ ἀτταγάς τε καὶ λαγὼς καταβρύκων,
»οὐ τηγανίτας σησάμοισι φαρμάσσων,
»οὐδ' ἀτταλίτας κηρίοισιν ἐμβάπτων. «

Primus verſus iam ſupra adpoſitus erat, IX. 388. b. ubi διατρώγων pro καταβρύκων ſcribitur; ibidemque ἀτταγάς τε acute ſcribitur, ut hîc voluit Caſaubonus; nec ibi de accentu aliud ex ms. *A.* adfertur, in *Epit.* autem non legitur is verſus. At, ſi quid video, in accuſativo plurali aut ἀτταγᾶς fuit ſcribendum, a ſing. ὁ ἀτταγᾶς: aut ἀττάγας, a ſing. ὁ ἀττάγας: quod nos hîc praetulimus. Sic apud Aelian. De Nat. Anim. XV. 27. τοὺς ἀττάγας. Quod dein *verſ.* 2. legebatur, τηγανίας, id probum per ſe erat; ſed adverſabatur metro, ob penultimam brevem: quare τηγανίτας recte ſcribi iuſſit Caſaub. Valent autem idem ὁ τηγανίτης & ὁ τηγανίας, quemadmodum ὁ ταγηνίτης & ὁ ταγηνίας, pag. 646. d. e. Idem enim valet etiam τὸ τήγανον ac τὸ τάγηνον. cf. VI. 228. d. e. Habes autem apud Heſych. Τηγανίτης· ἄρτος ἐπὶ τηγάνου γεγονὼς, καὶ μετὰ τυροῦ ὀπτώμενος.

d Κρήϊον &c. »Κρήϊον placentam, carnes immixtas habuiſſe, »aut intus recepiſſe, inſtar earum quas vernaculus ſermo »*paſtas* vocat, ſuadet nomen. Nam κρῆϊον apud neſcio »quem exponitur ab Heſychio κρεοδόχον. « Casaubonus. — Vide Heſych. in Κρήϊον. Apud eumdem habes, Κρεῖον· ἀγγεῖον εἰς ὃ κρέα βάλλεται: quod Ionice κρήϊα ſonat. Rurſus apud eumdem habes, Κρήϊα· ζώδια. Placentarum vero, ſic nominatarum nullum apud illum veſtigium. Pro Φιλήτας, conſtanter Φιλίτας habent veteres membr.

Ἐμπέπτας. ὁ αὐτός (ſcil. Σέλευκος ἐν Γλώτσαις) φησὶ, πύρινος ἄρτος κοῖλος καὶ σύμμετρος, ὅμοιος ταῖς λεγομέναις κριπῖσιν, εἰς ἃς ἐντίθενται τὰ διὰ τοῦ τυροῦ σκευαζόμενα πλακούντια. Cum πυροῦ olim legeretur, mo-

nuit CASAUBONUS: »Conferri debent cum iſtis verba He- d »ſychii non ſemel corrupta, ſed multifariam. Ἔμπιπα, »πλάγια τὰ πύρινα εἰς ἃς ἐντίθενται τὰ διὰ τυροῦ Ῥόδιοι. »Liquido claret, de re eâdem utrumque loqui. Itaque »Ἐμπεπται ſcribe: niſi melius, apud utrumque legere »Ἐμπεπτα. Pro πλάγια τὰ ſcribendum πλακούντια: & »εἰς ἃ, non εἰς ἃς: niſi deſunt vitio librariorum quae »habet hîc Athenaeus, apud quem rectè εἰς ἃς. Deſcri- »bit iſtas κρηπῖδας Pollux lib. VI. cap. XI. [ſect. 77.] »Dictum aliquid de iſtis ſupra, libro ſecundo. [vide II. 58. d. e. ubi vereor, ne praeter rationem ſuſpecta nobis viſa fuerit vulgata ſcriptura.] »Illud probo in Heſychianâ »lectione, τὰ διὰ τυροῦ σκ. non πυροῦ, ut in omnibus »Athenaei codicibus. Inde cenſeo corrigamus. In Excer- »ptis corrupte, διὰ κηροῦ.« — Ἐμπέπτας rectè editum videtur, reclamantibus licet libris noſtris. Nam ms. *A.* quidem ἐμπέμπτας habet: ms. *Ep.* vero in contextu ἐμπεμπτάς, in orâ autem ἐμπεπτάς. Eſt autem ἐμπέπτας nominativus ſingularis; (doricae, puta, formationis:) ut patet ex interpretatione in nominativo caſu adiectâ, πύρινος ἄρτος. κρηπὶς eſt *crepido, quae fundo paſtae vel tortae* (quas vocamus) *in circuitu circumducitur;* qua fit ut intus varia ſive carnium delicatiorum genera, ſive bellariorum, imponi poſſint, quae ſimul cum paſtâ vel tortâ coquuntur. διὰ τυροῦ, ut corrigi iuſſerat Caſaubonus, ſic rectè nobis dedere membr. *A.*

AD CAP. LIV.

Ἐγκρίδες· πεμμάτιον ἐψόμενον ἐν ἐλαίῳ &c. »*Encri-* e »*des* verbis paene iisdem Grammatici deſcribunt. Extat id »verbum aliquoties in Bibliis Graecis.« CASAUBONUS. — Vide Exod. XVI. 31. Num. XI. 8. & confer Bielii Theſaurum Philolog. T. I. pag. 450.

μνημονεύει αὐτῶν Στησίχορος. Sic rectè ms. *A.* neſciens καὶ particulam, alieno loco inſertam. *STESICHORI* teſtimonium, nonnihil ab initio auctius habes lib. IV. pag. 172. d. e. ubi etiam adiectus carminis titulus ἐν Ἄθλοις, quem idcirco hîc omiſit Deipnoſophiſta. Sic etiam, quum ait μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ἐπίχαρμος, fabulae titulum non adiecit, qui ſupra nominatus eſt lib. III. pag. 110. b. ad quem locum hîc reſpexit Athenaeus. De *NICOPHONTIS*

e fabulâ Χειρογάστορσι, quae dein memoratur, vide paulo ante ad lit. *b.* huius paginae notata. Quod si ibi, ut Etymologus, sic & Athenaeus, Νικοφῶν ἐν Χειρογάστορσι scripsisset, hoc loco titulum fabulae non videtur repetiturus fuisse, sed nude καὶ Νικοφῶν scripturus.

Quae sequuntur, sic scripta erant in editis: Ἀριστοφάνης δ' ἐν Δαναΐσι, καὶ ποιητὴν φησὶν αὐτὸν εἶναι ἐν τούτοις μηθ' ἅρμα εἶναι Ἐγκριδοπώλην. Quae in *Aristophanis* Fragmentis p. 241. num. 7. adferens Brunckius, ita quidem (ut par erat) distinxit, ut verba ἐν τούτοις ad superiora referrentur, poëtae autem verba ab istis Μηθ' ἅρμα inciperent. Sed totam ῥῆσιν, ut prorsus corruptam desperavit; monens solummodo, eodem respexisse Pollucem, VI. 199. ubi ait: ἐν δ' Ἀριστοφάνους Δαναΐσι, συρμαιοπῶλαι, καὶ ἐγκριδοπῶλαι. Nec nobis certiora proferre licuit. In *Epit.* desunt ista: ex ms. *A.* vero pro edito αὐτὸν correximus αὐτῶν, quod verum utique videtur, sed nondum satis erat. Suspicabar sic fortasse scripsisse Athenaeum: καὶ πωλητήν φησιν αὐτῶν ἐν τούτοις: *venditorem illarum* (nempe *encridum*) *dixit* vel *nominavit, his verbis.* Deinde μήτ' pro edito μήθ' dedit idem codex *A.* Quid vero lateat sub hoc monstro, μήτ' ἅρμα εἶναι, quis certa ratione definiet? Cogitare poteras de vocab. συρμαιοπώλης, quod est apud Pollucem, hariolarique: μὴ γὰρ συρμαιοπώλην εἶναι κ' ἐγκριδοπώλην. Sed mera haec hariolatio. Dalecampius suo ex ingenio sic interpretatus erat: *Aristophanes in Danaidibus, quemdam poëtam encridas vendidisse his verbis inquit:*

Simul vero non aderit qui vendit encridas.

Quae Pursanus de Dalecampii latinis sic graece reddidit: καὶ ποιητὴν φησὶ γενέσθαι ἐγκριδοπώλην, ἐν τούτοις·

Μήθ' ἅμα εἶναι ἐγκριδοπώλην.

Gallicus interpres, pariter ἅμα pro ἅρμα legens, totum locum sic convertit: *Aristophane dit dans ce passage de ses Danaides:* » *Le même ne peut être poëte, & en même tems vendeur d'encrides.* «

Pherecratis testimonium tamquam uno versu trochaico tetrametro comprehensum scripsimus. Toupius sic distribuit:

— Ταῦτ' ἔχων

ἐν ταῖς ὁδοῖς ἁρπαζέτω τὰς ἐγκρίδας.

in Curis Noviss. in Suid. pag. 176. Utrum autem hic ver-

ba ista ταῦτ' ἔχων intelligenda sint, *cum haec habeat:* an ταῦτ' pro διὰ ταῦτ' ponatur, participium ἔχων vero pleonastică illâ ratione accipiendum sit, qua saepius utuntur Graeci scriptores; in tam abrupto fragmento haud facile definias.

Ἐπικύκλιος. »Ἐπικύκλιος *spira* Catonis fuerit po»tius, quam *globulus:* nam aliud κύκλος, aliud σφαῖρα. »Spira vero, sive σπεῖρα, quid aliud nisi κύκλος ἐπὶ κύ»κλῳ? ut cum serpens conspirat se, aut cum ora soluta »conspiratur. Idem igitur *epicyclius* & *spira.* « Casaubonus. — *Orbiculatam placentam* interpretatus erat Dalec. *Spira* infra memoratur apud Nostrum, p. 647. d. & apud Catonem De Re Rust. cap. 77. *Epicharmi* testimonium nusquam hodie, quod sciam, reperitur.

Γοῦρος· ὅτι πλακοῦντος γένος &c. »In Excerptis est Γῶ- f »ρος: & praetermissâ voce Κυριβάνας, quae statim sequi»tur, *goro* sive *gyro* tribuuntur quae in libris nostris de »*cyribanis* dicuntur: *esse* nimirum *placentae genus Laconi»cum.* Veteres membranae stant ab editâ lectione. Esse »tamen *Laconicam* vocem γῶρος Hesychius indicat, cum »scribit, Γωροῦται, σαρκοῖ· Λάκωνες. Remansit hoc pi»storii operis nomen in Gallico sermone, leviter corru»ptum: *gaufros* enim dicimus. « Casaubonus. — Non Γῶρος, sed Γῦρος habet noster codex *Epit.* cum in contextu, tum in orâ libri. Pari autem modo, ut hoc loco, sic & supra (*lit. c.*) in Ἀτταvίτης, Breviatorem vidimus, cum in compendium redigere vellet quae ab Athenaeo dicta sunt, ab uno argumento ad aliud ita transsiluisse, ut in unum consueret quae recte disiuncta erant. Caeterum quos *gaufros* Gallice vocamus, nullam equidem rationem video cur cum *Solonis* γούροις conferamus.

ὁ Σόλων ἐν τοῖς Ἰάμβοις. »*Solonem in Iambis* laudat »Pollux quoque libro X. cap. XXIV. [sect. 103.] καὶ ἴγδιν »δὲ τὴν ϑυείαν κέκληκε Σόλων ἐν τοῖς Ἰάμβοις λέγων,

»Σπεύδουσι δ' οἱ μὲν ἴγδιν, οἱ δὲ σίλφιον,
»οἱ δ' ὄξος. —

»Ita scribimus illum locum: deest verbum φέροντες aut »simile aliud. « Casaubonus. — In *secundo iamborum Solonis,* qui hîc adponuntur, cum scriberetur οἱ δ' ἄρτον αὐτῶν, pronomini αὐτῶν nulla vis inesse potuit, nec ferendum illud putavi. Itaque αὐτὸν correxi, *ipsum* (per se) *panem; solum, nudum panem. Vers.* 4. commode edi-

tum est οὐδὲν ἄσσ' ἂν ἀνθρ. Nec enim aliud video, quod sub veteris codicis scripturâ οὐδ' ἔνασσεν ἀνθρ. latere possit.

a Κριβάνας· πλακοῦντάς τινας ὀνομαστικῶς &c. »Κυρι»βάνας explicans inquit auctor, καὶ Σωσίβιος ἐν τρίτῳ »περὶ Ἀλκμᾶνος τὸ σχηματοειδεῖς εἶναι φάσκων αὐ»τούς. Non facile est divinatu quid hîc significet vox σχη»ματοειδεῖς: praeterea illud τὸ mendam arguit. Membra»nae, ut saepe, destituunt nos. Excerpta sic: Γῶρος· [noster cod. Epit. Γῦρος, ut paulo ante dixi:] »οὗτος τῷ σχή»ματι μαστοειδής ἐστιν ὥς φησιν Ἀλκμάν. Audiamus Athe»naeum ipsum, scribentem libro tertio: [pag. 115. a.] »Σωσίβιος ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκμᾶνος, κριβάνας φησὶ λέ»γεσθαι πλακοῦντάς τινας, τῷ σχήματι μαστοειδεῖς. In»de nobis emendandus iste [hic] locus. κριβάνας au»tem scripsimus, non ut vulgo κριβάνα: neque, ut »hîc editum, κυριβάνας: id enim rectum non esse evin»cit Hesychius. Scribe ex mss tis, Ἀπολλόδωρος παρὰ Ἀλκ»μᾶνι.« CASAUBONUS. — Sic, παρὰ Ἀλκμᾶνι, (ut ab hoc incipiam) etiam noster habet cod. *A.* quod idem valet ac ὥς φησιν Ἀλκμὰν, quod habet *Epit.* In eodem vero cod. *A.* recte item τῷ σχήματι μαστοειδεῖς hîc scribitur, prorsus ut lib. III. pag. 115. a. In mendoso autem Κυριβάνας nil mutant eaedem nostrae membranae: pro quo cum hîc, tum loco superiore, κριβάνας scriptum oportuisse recte Casaubonus monuit: quod & ex collatis inter se duobus locis liquido adparebat, & Hesychii testimonio confirmatur; apud quem haec ipsa verba leguntur, Κριβάνας, πλακοῦντας τινάς. Quae ex Apollodoro hîc adferuntur verba, ea in Apollodori Fragmentis pag. 1150. retulit Heynius. Ego vero in voce ὀνομαστικῶς haeseram paulisper; quaenam illius vis esset quaerens. Poterat enim videri idem valere ac ὀνομαστικῇ πτώσει, id est, *in nominativo casu.* (conf. pag. 644. b.) Et sic adverbium istud ὀνομαστικῶς apud Etymologum pag. 457. l. 2. acceptum videram a SYLBURGIO in Indice Etymologici, ubi scribit: »ὀνομαστικῇ πτώσει 823, 28. 30. Sic ὀνομαστικῶς »καλεῖται Θρῳσμὸς 457, 2.« — Eâ ratione sententia huius loci haec erat futura: *Apollodorum adnotasse, apud Alcmanem placentas quasdam* κριβάνας *vocari, ita quidem ut nominatius casus illius vocabuli sit* κριβάνας: monuisse igitur hoc Apollodorum, ne quis accusativum pluralem κριβάνας, a nominativo sing. ἡ κριβάνη derivaret. At ipsa Ety-

mologi verba loco citato quisquis diligentius inſpexerit, a facile intelliget, ὀνομαστικῶς καλεῖται Θρῳσμὸς ibi non ſignificare, *in nominativo vocatur* Θρῳσμός: ſed, *proprio nomine vocatur* Θρῳσμός. Confer Scholia ad Iliad. κ'. 160. quibus e Scholiis ducta ſunt quae ibi Etymologus habet. Ita igitur ὀνομαστικῶς idem valebit ac ὀνοματοκλήδην apud Euſtath. ad Iliad. χ'. pag. 1351. l. 5. ſcilicet *proprio quodam nomine*. Ac fortaſſe adiecto iſto adverbio indicare voluerat *Apollodorus*, τὸν κριβάναν ſive τὴν κριβάναν (nam, utrum in nominativo ſingulari ὁ κριβάνας dixerit *Alcman*, an ἡ κριβάνα, dorice pro κριβάνη, non definitur) distingui debere a τῷ κριβανίτῃ ἄρτῳ, cuius meminere Epicharmus & Sophron apud Noſtrum, III. 110. b. c.

Κριμνίτης. »Κριμνίτην placentam intelligi exiſtimo »ab Hippocrate Ἐπιδημίων libro quarto, cum ſcribit: »Ἀντὶ σιτίων ἐσχαροπέπων κρίμνων ἀποφαγόντι, ἢ γαστὴρ »συνέστη: & fortaſſe ἐσχαροπέπτων melius. « Casaubonus. — De Hippocratis loco conf. Foeſii Oecon. Hippocr. pag. 244. κρίμνον, eſt *farina craſſior*, e qua fiunt pultes: ut docuit idem Foeſius pag. 355 ſq. & H. Stephanus in Indice Theſ. Quare Dalecampius cum eâ, quam *Simoule* gallice vocamus, comparavit. In κριμνίτης apud Noſtrum conſentiunt mssti cum editis. Κριμνῆστις ſcribitur apud Heſychium, ſcripturâ haud immerito ſuſpectâ interpretibus. An huc ſpectet Archeſtrati κριμματίας (ſive κριμνατίας) ἄρτος apud Noſtrum, III. 112. b. definire non auſim: ſed imprudenti ibi in Animadv. exciderat, ut κρῖμνον *pollen* interpretarer; ubi κρίμνον, *farina craſſior*, repoſitum velim.

Ἰατροκλῆς, ἐν τῷ περὶ Πλακούντων. Sic rurſus pag. ſeq. lit. *b*. Videtur pars eſſe maioris operis, cui titulus Ἀρτοποιϊκὸς, citati lib. VII. pag. 326. e.

AD CAP. LV.

Σταιτίτας. Miratus ſum, ad editam olim ſcriptu- b ram πλακοῦς ποιὸς ἐκ στέατος καὶ μέλιτος (i. e. *ex adipe & melle*) nihil a Caſaubono animadverſum. Quod quidem & nomen & res ipſa docebat, ἐκ σταιτὸς ſcribendum, id ipſum uterque noſter codex mstus nobis exhibuit. Et Epitoma quidem conciſe: Σταιτίτης, ὁ ἐκ σταιτὸς καὶ μέλιτος. Eſt autem σταῖς, conſentientibus omni-

b bus veteribus Grammaticis, *farina triticea*, quae praeſertim ſic dicitur quum *aquâ eſt ſubacta*. A quo vocab. multum differt στέαρ, *adipem* ſignificans. Sed ex eiusdem huius loci corruptâ olim in edito Athenaeo ſcripturâ error natus videtur, qui ex Gorraei Definitionibus Medicis in Stephani Theſaurum & in alia Lexica manavit, ut σταῖς idem etiam atque στέαρ ſignificare perhiberetur.

μνημονεύει Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας γάμῳ. Vide ſupra, III. 110. b. & confer ibi notata.

σταῖς δ' ἐστὶν ὑγρὸν εἰς τήγανον ἐπιχεόμενον – – – ὡς Ἰατροκλῆς φησίν. Quae hîc leguntur, σταῖς δ' ἐστὶν &c. ea pro definitione vel interpretatione vocabuli σταῖς accepit Dalecampius, eique ſuffragatus Gallicus interpres. En Dalecampii verſionem: »Σταῖς, *ut Hierocles explicat*, »*humor eſt ſartagini affuſus cum melle, ſeſamo, & caſeo.*« Tum ad vocem *humor* ſpectat Nota in orâ libri: »Vinum, »aqua, paſſum, defrutum, aut alius huiusmodi.« — Quae portenta rurſus doctiſſimus Caſaubonus absque animadverſione transmiſit. At ſatis erat perſpicuum, verbis iſtis non τὸ σταῖς *quid ſit* exponi, ſed *confectionem ſtaetitae placentae* deſcribi. Qui autem Ἱεροκλῆς hîc vulgo nominabatur, is haud dubie nullus alius erat, niſi idem Ἰατροκλῆς, qui proxime nominatus erat: de quo corrigendo errore, poſt PEARSONUM in Prolegom. ad Hieroclis Commentar. in Aurea Carmina, *Fabricius* monuit, Bibl. Graec. T. I. pag. 468. Eiusdem *Iatroclis* nomen recte rurſus ſervatum erat infra, litera *f*.

Χαρίσιος. »Χαρίσιος deinde recenſetur: vel χαρίσιον. »Cauſſa nominis explicatur libro ſequente, [XV. 668. c.] »ubi eſt χαρίσια τά: & ſic Heſychius. Sed τὸν χαρίσιον ha»bes hîc [& ibi] in *Eubuli* verſu.« CASAUB. — Χαρίσιον apud Heſych. non eſt nominativus caſus neutrius generis, ſed accuſativus masculini. Χαρίσιον, inquit, εἶδος πλακούντων· οἱ δὲ ἄρτον &c. Apud Athenaeum hîc in Χαρίσιος conſentiunt mssti cum edd. Et χαρίσιοι, non χαρίσια, ſcribitur apud Suidam, in Ἀνάστατοι, & in Χαρίσιον. Item χαρίσιοι Pollux VI. 72. & τὸν χαρίσιον ex codicibus mssis ſcribi apud eumdem debuit libro VI. ſect. 73. Pariterque apud Noſtrum, XV. 668. c. χαρίσιοι, non χαρίσια, ſcriptum oportuit. Sed alia hoc loco animadvertenda erant. In *ARISTOPHANIS verſu* temere πλακοῦνθ' ἑστέραν editum erat: verae ſcripturae clarius veſtigium in ms. *A.* ſuper-

eſt, πλακουντεσπεραν. Nempe πλακοῦντ' ἐς ἑσπέραν b
haud dubie ſcriptum oportuerat: de quo BENTLEY monuit, ad Callimachi Fragm. num. CXCIII. Conf. Toupii Emend. in Suid. ad voc. Χαρίσιον, P. III. pag. 561. Pro ἐγὼ δὲ νῶν, quod codex *A.* cum editis tenet, (nam *Epit.* nil aliud habet, niſi Χαρίσιος· πλακοῦς καὶ οὗτος.) BRUNCKIUS in Ariſtophanis Fragm. pag. 238. ἐγὼ δὲ σοὶ ex coniecturâ correxit. Vulgatum ſi teneas, νῷν ſaltem ſcriptum oportuit, referendumque ad πλακοῦντα, ut ſit *placentam noſtram*, quemadmodum Dalecampius vertit; aut *pro nobis duobus*, ut accepit Gallicus interpres, *pour nous deux*. Sed videndum, ne ſub illa voce aliud quid lateat. Dein pro edito ὥσπερ, commode ὡσπερεὶ obtulit codex *A.* in quo mendoſe quidem ſuo more ὡσπερὶ ſcripſit librarius. Denique corruptum prorſus *EUBULI* verſum,

ἐξεπίλησας ἀρτίῳ πέττουσα τὸν χαρίσιον,

ex XV. 668. c. ſic refingendum docuit idem BENTLEY l. c.

ἐξεπήδησ' ἀρτίως πέττουσα τὸν χαρίσιον.

Et ad ἐξεπίλησας quidem ex ms. *A.* nihil hîc notatum: ſed ἀρτίως hîc, ut ibi, recte exhibet ille codex.

Ἐπίδαιτρον· πλακουντῶδες μάζιον, &c. Ἐπί- c
» δαιτρον videtur eſſe *quod omnium poſtremum dividebatur convivis*. Heſychius ὄψον interpretatur, laxe nimis. « Haec CASAUBONUS in *Animadverſ.* Idem vero in Graeco contextu, quum πλακούντων δεσμάτιον corrupte legeretur, ſuâ de coniecturâ tacite ἑδεσμάτιον correxit. At, non δεσμάτιον, ſed δεσμάζιον ſcribitur in membr. *A.* Unde haud obſcure intelligebatur, veram ſcripturam eſſe πλακουντῶδες μάζιον. Eſt autem μάζιον parva μάζα. conf. II. 59. c. Huius placentulae mentio omiſſa in *Epit.*

Νάνος. » Νάνος qui interpretatur ἄρτος πλακουντώδης,
» libro tertio ναστὸς dicebatur inter genera panum. Ut ita
» ſentiam adducit me Heſychius, qui ναστὸν exponit ἄρ-
» τον εἰς θυσίαν πλακουντώδη. Pollux quoque in tractatio-
» ne de placentis, [VI. 72. & 78.] ναστοὶ, ait, οἱ αὐτοὶ
» καὶ σακτοὶ καλοῦνται. *Nanos* in cenſu placentarum non
» legi alibi. Athenaeus tamen diſerte & *nanum* & *naſtum*
» [mox lit. e.] placentas agnoſcit, ſeparatimque explicat. «
CASAUBONUS. — In vocem Νάνος cum editis conſentiunt ambo mssti: ambo vero dein ſimplex verbum σκευαζόμενος dedere. Cur autem *nanum* pro eodem cum *naſto* habeamus, non ſatis idoneam video cauſſam.

c Ψωθία. τὰ ψαθύρια. &c. »Ψωθία praeter Athenaeum in»venias vix alium qui annumerarit placentis: & verior eſt »altera expoſitio.« CASAUBONUS. — Totus locus minime expeditus. Primum enim, utcumque interpreteris nomen de quo hîc agitur, haud adparet cur in *placentarum* recenſu τὰ ψωθία retulerit Deipnoſophiſta. Deinde ψωθία quidem penacute ſcribunt mssti noſtri cum editis: apud Suidam vero: Ψώθια· τὸ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου. Similiter apud Heſychium: Ψώθιον, τὸ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου: & Ψώθια, τὰ τοῦ ἄρτου ἀποθραύσματα, καὶ τὰ ὑποκάτω. Sic vero etiam apud Euſtathium antepenacute ſcribitur duobus locis, Od. ι'. pag. 364. init. ubi reſpicitur hic Athenaei locus: rurſusque ad Od. ρ'. pag. 627. l. 37. ubi ex Pauſaniae Lexico τὰ Ψώθια exponuntur, ὑπερόπτων ἄρτων θραύσματα, ἢ τὰ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου. Apud Pollucem ἡ ψωθία vocatur, IX. 83. ubi eadem *PHERECRATIS* verba ſpectantur, quae hîc retulit Athenaeus: quorum tamen vim, perlectis etiam quae ad Pollucem erudite, ut ſolet, diſputavit HEMSTERHUSIUS, nondum mihi liquere profiteor. Heſychio interprete κραπάταλλος & *piſciculi* neſcio cuius nomen eſt, & *fatuum ſtultumque* hominem ſignificat, & *nummum* quemdam. Idem vocab. ψωθία vulgo corruptum apud eumdem Polluc. VII. 23. ubi ſic habet: Τοῦ γε μὴν ἄρτου, αἱ μὲν κατὰ τὸ ἄνω μέρος φλύκταιναι, ἀτταράγοις· αἱ δὲ ἐκ τοῦ κάτω, ψωθίαι, (ſic pro ἐψητίαι legendum monuere viri docti:) αἱ δὴ καὶ προσέχεσθαι εἰώθασι τῷ κριβάνῳ ὑπεροπτώμεναι. Quod pro interpretamento adpoſuit Athenaeus, τὰ ψαθύρια: id ipſum vocab. nusquam alibi, quod ſciam, reperitur: ſed (quod H. STEPHANUS monuit, Theſ. T. IV. pag. 703. b.) idem valere debet ac ψαθύρματα, quod ἀποκόμματα interpretatur Heſychius. Poſt Θεόδωρος particulam δ' inſertam dedit ms. *A*. In verbo ἀποψαυόμενα nil mutant libri, & ex Epit. etiam repetiit illud Euſtathius ad Od. ι'. pag. 364. l. 2. Videndum vero, ne ἀποψώμενα ſcriptum oportuerit, quod H. STEPHANO placuerat, Theſ. T. IV. pag. 710. e. Quidquid ſit, idem fere valere debet ac τὰ ἀποθραύσματα. Vocab. ἀτταράγους ſimplici ρ literâ, ut in editis, ſic & in *Epit.* ſcribitur, atque inde apud Euſtathium: pariter vero etiam apud Polluc. & Heſych.

d Ἴτριον· πεμμάτιον - - - γινόμενον. Recte γινομ. mssti, non γενομ. *ANACREONTIS* verba in contextu tenui,

qualia cum editis dedit cod. *A.* (Nam in *Epit.* desunt poë- d
tarum de *itrio* testimonia.) Pro ἕπτιον vero rectius lib. XI. pag. 472. e. ἐξέπτιον scribebatur. Priorem versiculum sub contextu ex Hephaestionis Enchirid. pag. 34. correctum completumque adposui. Vide Animadv. ad XI. 472. e. *ARISTOPHANIS* versum, initio hîc defectum, integrum leges *in Acharn.* num. 1092. ed. Brunck. Quinque verba, Ἀριστοφάνης - - - ἴτρια, cum defuissent superioribus editionibus, ex mss. adiecit Casaub. Eademque noster cod. *A.* agnoscit. Σοφοκλῆς Ἐριδι scripsi vetustarum nostrarum membranarum auctoritate. Vide quae de eâ fabulâ notavimus in Animadv. T. IV. pag. 37. De *itrio* conf. infra quae ad pag. 648. b. notantur.

Ἀμόραι. Τὰ μελιτώματα &c. Parum commode in hac pericopâ distincta oratio erat in editis, cum sic scriberetur: Ἀμόραι, τὰ μελιττώματα. Φιλῆτας Ἀτάκτοις ἀμόρας φησὶ καλεῖσθαι μελιττώματα δ' ἔστι πεπεμμένα. Nos cum ms. *A.* μελιτώματα simplici τ literâ in medio scripsimus, & ἐν praepositionem ante Ἀτάκτοις inseruimus: orationem autem ita distinximus ut constructionis ratio suadebat. Sin pro δ' ἔστι, cum VALCKENARIO (ad Theocriti Adoniaz. pag. 398.) ἃ ἔστι corrigere volueris, teneri poterit vulgata distinctio, & commodior etiam videbitur orationis structura. Breviter Epitoma: Ἀμόρα· τὰ μελιτώματα τὰ πεπεμμένα. Adnotavit hoc loco CASAUBONUS: »*Amora* Hesychio est *similago cum melle cocta*. Ei» dem Ἀμοργῖται dicuntur quaedam placentae: Athenaeo » paulo post Ἀμορβίτης.«

Ταγηνίτης. Cum hic sit titulus huius pericopae, in e exemplis tamen adlatis placenta ea, de qua hîc agitur, ταγηνίας, non ταγηνίτης, vocatur. Quare commode Epitoma sic habet: Ταγηνίτης, πλακοῦς ἐλαίῳ τετηγανισμένος, ὃ καὶ ταγηνίας: ac fortasse postrema haec verba in opere pleniore etiam adiecta olim erant. Conf. supra ad pag. 645. d. Pollux quidem nonnisi vocab. ταγηνίας adnotavit, VII. 78 sq. Sed τηγανίτης habet Hesychius, ubi vide Interpp. & confer eumdem in Ταγηνία, pro qua voce fortasse Ταγηνίας aut Ταγηνίαι scriptum oportuit.

MAGNETIS alter senarius claudicabat, sic vulgo conceptus:

σίζοντας, ὅταν αὐτοῖς ἐπιχέῃς μέλι.

Itaque αὐτοῖσιν scripsi, praeeunte Polluce VI. 79. ubi

e iidem duo adponuntur ſenarii, ſed *Crateti* auctori adſcribuntur: niſi ibi Crates intelligendus Grammaticus, qui in libris DE Dialecto Atticâ etiam nomina ad *panificium* ſpectantia explicavit, ut ex Athen. III. 114. a. diſcimus.

Ναστός. Conf. III. 111. c. Memoratur etiam X. 421. e. & alibi. *Ibid.* καρυκκείας ſcripſi cum ms. *Epit.* καρυκκίας ms. *A.* καρυκείας edd. ne hoc quidem male.

AD CAP. LVI.

Χόρια. »Notatu dignum, in album placentarum re» ferri & χόρια: eo videlicet nomine, quod *melle & lacte* » *pararentur.*« CASAUBONUS. — Scilicet χόριον aliâs ſignificat quas *ſecundas* latine dicimus, i. e. *membranam exteriorem quae foetum ambit*: de quo uſu vocabuli copioſe diſputavit H. Stephanus, Theſ. T. IV. p. 576 ſq. & nos de eo diximus ad Athen. III. 104. f. & VII. 311. d. conf. Suid. in Χόριον, Heſych. in Χορσῖον & in Χόρια, Polluc. II. 121 & 123. Iſta igitur χόρια ſtatuere videtur Caſaubonus in cibo comedi & in deliciis haberi ſolita eſſe a veteribus, eademque hîc ab Athenaeo in *placentarum* recenſu non niſi eo nomine poni, quod *cum lacte & melle* (quaſi placentae) *pararentur.* At nobis nullus innotuit veteris alicuius ſcriptoris locus, e quo liquido colligas, *ſecundis* iſtis in cibo uſos eſſe veteres. Quod vero Gallicus Athenaei interpres ad III. 104. f. contenderit, χόριον etiam ſignificare *inteſtinum variis rebus farctum*, quo pro cibo uſi ſint veteres, eius ſententiae nullum aliud fundamentum comperire mihi contigit, niſi levem illam coniecturam a Foeſio obiter propoſitam, de qua in Animadv. ad VII. 311. d. dixi. Quare quoties apud Deipnoſophiſtam χόρια, tamquam *cibus* aliquis, commemorantur, quod ſaepius factum, conſtanter χόρια illa ex hoc eiusdem teſtimonio intelligenda putavi, *edulium quoddam ex melle & lacte paratum.* Eamdemque interpretationem ne Heſychius quidem praetermiſit, apud quem habes: Χόρια, τὰ ἀρνῶν καὶ ἐρίφων ἀγγεῖα. ἄλλοι, τὰ μέλιτος (immo τὰ διὰ μέλιτος ex Athenaeo corrige) καὶ γάλακτος γενόμενα (rectius γινόμενα) βρώματα.

f Ἀμορβίτης. Ἀμορίτης legendum coniectaverat H. STEPHANUS in Indice Theſauri, pag. 386. vocabulo ab ἡ ἀμόρα derivato, quod μελίτωμα ſignificat, ut paulo ante ipſe Athenaeus ex Phileta docuit. Et memoratur ἄρτος

ἀμορίτης in Graeca Bibliorum verſione, 1. Paralip. XVI. f. 3. de quo vocab. conf. quae monuit Bielius in Theſ. Philol. T. I. pag. 84. Sed in Ἀμορβίτης conſentiunt mssti noſtri cum editis: & nomen hoc ita ſcriptum apud *Iatroclem* utique reperiſſe videtur Athenaeus: qui ſi Ἀμορίτης ſcriptum reperiſſet, paulo ſuperius ſub vocab. Ἀμόραι relaturus id nomen erat. Apud Heſychium hodie legitur, Ἀμοργίτας· πλακοῦντας. Sed (quod ibi etiam a viris doctis monitum eſt) ipſa ſeries literarum probabile facit, Ἀμορβίτας apud Heſychium, quemadmodum apud Athenaeum, ſcriptum oportuiſſe.

οἱ δὲ, παισά· πλακούντια παρὰ Κώοις, ὥς φησιν Ἰατροκλῆς. » Παισὰ nusquam invenio. Huc tamen referri debet quod ſcribit Heſychius, πάσσανον dici eum *qui panem* »*aut vendit aut facit.*« Casaubonus. — Epitoma, omiſſis poſterioribus verbis, nonniſi iſta habet, Ἀμορβίτης, Σικελὸς πλακοῦς. Codex *A.* nihil mutat. Mire vero adiicitur οἱ δὲ: niſi cum Gallico interprete intelligas, *dicere nonnullos, quas placentas amorbitas vocant Siculi, easdem eſſe* quas *paeſa* appellaverint *Coi*. Coniectare vero etiam licebat, οἱ δὲ παισοὶ fortaſſe, aut τὰ δὲ παισὰ ſcriptum oportuiſſe.

Σησαμίδες. Harum frequens mentio apud Noſtrum. Idem vero ſonare videtur σησαμὶς & σησαμοῦς, licet neſcio quid discriminis ſtatuat Ariſtophanis vetus Interpres, ad Acharn. 1091. & ex illo Suidas. Ariſtophanis verba paulo ante adpoſita ſunt ſub vocab. Ἴτριον. Nec fortaſſe differt ὁ σησαμίτης ἄρτος, de quo vide III. 114. a. Ad σησαμὶς ſubintelligitur, μάζα: ad σησαμοῦς vero, ſicut ad σησαμίτης, intelligitur ἄρτος, vel πλακοῦς. Notemus etiam obiter, pro πυραμοῦς, III. 114. b. σησαμοῦς legendum videri, monente H. Stephano Theſ. III. 639. a. Sed vide mox, ad pag. 647. b. ubi de vocab. πυραμοῦς agimus. Pro σησάμου, quod deinde hîc editum erat, σησάμων dedere ambo noſtri codices, quemadmodum III. 114. b.

Εὔπολις, Κόλαξιν &c. Pars huius teſtimonii *Eupolidis* adpoſita eſt pag. 630. a. Inde hîc animadvertit Casaubonus: »Scribe καλλαβίδας δὲ βαίνει, ut ſuperius. Pro σησαμίδας δὲ χέζει, Epitoma ὄζει. Non eſt vera emendatio; etſi honeſtior oratio.« — Imprudentibus nobis exciderat, ut ad p. 630. a. diceremus, ὄζει hîc ſcribi in ms. *A.* Recte χέζει hîc tenet ille codex: ὄζει vero habet

ms. *Ep.* quod verbum honeſtatis ſtudio hîc poſuit Breviator. Pro κελλαβίδας, quod h. l. edebatur, recte καλλαβίδας habet ms. *A.* In *Epit.* deeſt prior pars teſtimonii. Recte vero χαρίτων μὲν ὁμιχεῖ poſuerunt editores: ubi mendoſe χαρίτων με νομίζει habet ms. *A.* In fine, pro μῆλα, aliud neſcio quid malebam. Placeret μέλι, ſi pateretur metrica ratio; de qua quidem in iſtis verſibus parum conſtat. HERINGAM utique, expedire illorum metrum ſtudentem, (Obſervat. cap. XXVI, p. 224.) deſtituit conatus. *EPHIPPI* teſtimonium ex fabulâ *Cydone*, ad quod deinde provocat auctor, exhibitum eſt pag. 442. f.

a Μυλλοί. Tota haec pericopa deeſt *Epit.* Συρακόσιος, ut alibi, ſic & hîc dedit ms. *A.* Eodem praeeunte, κατασκευάζεσθαι edidimus. Quid proprie τὰ παντέλεια τῶν Θεσμοφορίων dixerit *Heraclides*, non liquet nobis. *Perfecta Thesmophoria* interpretatus eſt DALECAMP: monuitque, fuiſſe *Cereris Thesmophoria & myſteria*, alia *maiora*, alia *minora*. Nos ex coniecturâ, *praecipuum Thesmophoriorum diem* interpretati ſumus. ἐφήβαιον γυναικεῖον, *pudendum muliebre*. Prius vocabulum, rarius alioquin occurrens, habes apud Heſychium, apud quem Κῆπος exponitur τὸ ἐφήβαιον γυναικῶν. Vocab. μυλλὸς coniectare poteras a verbo μύλλειν derivatum eo ſenſu, quo Theocritus uſus eſt, Idyll. IV. 58. Attamen nihil commune illud cum hoc habere videtur.

Ἔχῖνος. Feſtinans Breviator contra auctoris mentem pericopam hanc in compendium redegit, ita ſcribens: Ἐχῖνος. Ἀττικὸς καὶ οὗτος πλακοῦς. Immo, *Rhodiorum* fuiſſe edulium, ſatis manifeſte ſignificat Deipnoſophiſta. Similiter vero (ut monuit CASAUBONUS in Animadv.) » *Echinus*, auctoribus Heſychio & Polluce, libum vel placenta fuit *νησιωτική*: id eſt, Rhodi & in aliis inſulis fingi ſolita. «

Λυγκεὺς ὁ Σάμιος &c. Conf. III. 109. d. & XI. 469. b. Mox, γινόμενα pro olim edito γενόμενα ſcripſi cum b cod. *A.* Mendae utique ſuſpecta ſunt quae ſequuntur παραγινομένου δέ σου, καὶ συντεθέντος κατὰ τοὺς ἐν Ῥόδῳ νόμους ἀναμασησάμενος πειράσομαι πλείω περιθεῖναι λόγον. Quae ſi ſana eſſe ſtatuas, ſic interpretaberis: *poſtquam tu adveneris, ſi ego interim iterum comedero ex Rhodiorum more paratum, conabor uberius de eo verba facere.* At parum commoda orationis ſtructura, παραγινομένου σου καὶ ἀνα-

μασησάμενος, nempe ἐγώ. Praeterea ἀναμασᾶσθαι non tam b videtur significare *iterum comedere*, quam *remandere*, *ruminari*, metaphorico nimirum sensu. ἀναμασησαμένου ADAMUM correxisse ait *Villebrunius*: cui Dalecampius praeiverat, *cum manducaveris* vertens. At id Graece καὶ μασησαμένου sonat, non καὶ ἀναμασησ. Quare καὶ ἅμα μασησαμένου suspicatus sum scriptum oportuisse.

Κοτυλίσκοι. »Κοτυλίσκος, inquit Athenaeus, pla»centa erat ἐκ τρίτου μέρους τῆς χοίνικος. Appellationis »causam continent haec verba: nam *choenix tres* solum »*cotulas* capiebat.« CASAUBONUS.

Χοιρίναι. τούτων μνημονεύει &c. »In *choerinarum* de»scriptione scribit Eustathius, γίνεσθαι γὰρ ταύτην ἐκ πυ»ρῶν πεφρυγμένων. Id enim erat usitatius quam πεφωσ»μένων, quae vera est γραφή. Sic πεφωσμένος φακὸς, apud »Hippocratem, & similia in his libris.« CASAUBONUS. — πεφωσμένος (a themate φώζω, fut. φώσω & φώξω) idem valet ac πεφρυγμένος, *frictus*, *tostus*. Inde πεφωσμέναι ἰσχάδες apud Nostrum, XIV. 653. a. κρώμμυον πεφωσμένον, p. 662. e. & φακὸν κρῖμνον, III. 126. c. In hoc nihil inest difficultatis: sed alia sunt in hac pericopâ, quae molestiam nobis creent. Primum: quod ex *Eustathio* adfert Casaubonus, nihil tale mihi apud hunc Grammaticum licuit reperire. Uno loco de *choerinis* loquitur, ad Od. ξ'. p. 534. ibique Athenaeum citat his verbis: Ὡς δὲ καὶ πλακοῦντες αὐτῶν (nempe τῶν χοίρων) παρώνυμοι αἱ χοιρίναι, ὁ Ἀθήναιος λέγει. αὗται δὲ, φησὶν, ἆθλα ἐτίθεντο ταῖς παννυχίσι τῷ διαγρυπνήσαντι. Quae ille ad verbum ex Athenaei Epitomâ descripsit, in qua tota haec pericopa in haec verba contracta est: Χοιρίναι. αὗται ἆθλα τίθενται ταῖς παννυχίσι τῷ διαγρυπνήσαντι. Atqui ex Athenaei & ex *Iatroclis* mente, e quo ille haec citat, videntur postrema ista verba, αὗται δὲ ἆθλα τίθενται &c. ad τὰς πυραμίδας referri, non ad τὰς χοιρίνας. Nam quum ita scribit Athenaeus: Χοιρίναι. τούτων μνημονεύει Ἰατροκλῆς ἐν τῷ περὶ Πλακούντων, καὶ τοῦ πυραμοῦντος καλουμένου, διαφέρειν λέγων τῆς πυραμίδος καλουμένης. γίνεσθαι c γὰρ ταύτην &c. plana sententia haec esse videtur: *Choerinae. Harum meminit Iatrocles in libro de Placentis, atque etiam eius placentae, quae pyramus vocatur,* (meminit;) *dicens, differre pyramuntem a pyramide, hanc enim esse &c.* ita quidem, ut, quae sequuntur, ad *pyramidem* spectent, non ad

c *pyramum*, nec ad *choerinam*. Sed sive eo quo dixi modo, sive alia quacumque ratione interpreteris Athenaei verba, intelligi semper debet, prorsus in diversa ab omnibus aliis, quos novimus, Grammaticis abiisse *Iatroclem*. Primum enim, nec χοιρίνη, nec πυραμὶς apud ullum Grammaticum, tamquam *placentae* alicuius nomen, occurrit: nisi forte χοιρίνη in iis Philoxeni grypiis latet, p. 643. b. Deinde ὁ πυραμοῦς, quem ille diversum a τῇ πυραμίδι statuit, eodem prorsus modo ab aliis omnibus Grammaticis describitur quo ille τὴν πυραμίδα describit; nisi quod pro verbo πεφωσμένων illi πεφρυγμένων ponant. Sic *Hesychius*: (cuius nomen Casaubonus imprudens cum *Eustathii* nomine permutasse videtur:) Πυραμοῦς, εἶδος πλακοῦντος ἐκ πυρῶν πεφρυγμένων καὶ μέλιτι ἀναδεδεμένων. Sic Scholiastes Aristophanis ad Equit. 277. & ad Thesmophor. vs. 100. & ex eo Suidas in Πυραμοῦς. Sic item Pollux, VI. 108. Denique quod idem *Iatrocles* ait, αὗται δὲ ἆθλα τίθενται &c. de eo quidem tacet Hesychius in voce Πυραμοῦς: sed id ipsum rursus reliqui quos nominavi Grammatici differte ad τὸν πυραμοῦντα referunt, atque etiam Hesychius in voc. Σησαμίεντ' ἄρτον. Audiamus, verbi caussa, Comici Interpretem ad Eq. 277. Πυραμοῦς, inquit, εἶδος πλακοῦντος, ἐκ μέλιτος ἑφθοῦ καὶ πυρῶν πεφρυγμένων· ὡς καὶ σησαμοῦς, τὸ διὰ σησάμων. ταῦτα δὲ ἐτίθεσαν ἆθλα τοῖς διαγρυπνηταῖς. εἰώθασι δὲ ἐν τοῖς συμποσίοις ἀμιλλᾶσθαι περὶ ἀγρυπνίας· καὶ ὁ διαγρυπνήσας μέχρι τῆς ἕω, ἐλάμβανε τὸν πυραμοῦντα. Ubi quod iunctim nominantur πυραμοῦς & σησαμοῦς, quemadmodum & in Schol. ad Thesmoph. 100. & apud Polluc. VII. 108. & apud Hesych. in Σησαμοῦς, id admonet me rursus alterius loci apud Nostrum, III. 114. b. cuius paullo ante ad pag. 646. f. memineram, dicens videri ibi σησαμοῦς pro πυραμοῦς legendum: immo vero perquam probabile videri debet, suo loco ibi stare vocabulum πυραμοῦς, sed per librariorum oscitantiam verba nonnulla intercidisse, cum tali quodam modo scripsisset Athenaeus: Ἔστι δὲ καὶ ὁ πυραμοῦς (ἄρτος) ἐκ (vel διὰ) μέλιτος ἑφθοῦ καὶ πυρῶν πεφρυγμένων, καὶ ὁ σησαμοῦς ἄρτος διὰ σησάμων πεττόμενος.

AD CAP. LVII.

Χρύσιππος δ' ὁ Τυανεὺς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρτοκοπι-

κῷ. » Hactenus *de placentis* ea retulit Dipnosophista, quae c » apud antiquos scriptores legerat. Deinceps subiicitur » prolixus locus e *CHRYSIPPO Tyaneo*, qui non multo an- » te Athenaei tempora, ut videtur, librum ediderat *De Pa- » nis conficiendi ratione*. Opinio nostra est, vixisse hunc Ro- » mae, aut in aliqua alia urbium Italicarum, professione » medicum: ut mirandum non sit tot peregrina vocabula » contra Graecorum morem isti scripto immiscri. Nam » etsi Graecus genere auctor hic erat, qui tamen inter Ita- » los & Romanos viveret, merito id operam dedit, qui » posset etiam illis profuturum commentarium in lucem » edere. Quemadmodum autem in Latinis libris Graeca » fere semper corruperunt superiorum seculorum imperiti » librarii, Latine solum docti: ita vicissim in hac parte » Graeci librarii pleraque Latina vocabula turpissime de- » formarunt. Frustra autem msstorum hic opem implo- » raveris: omnes enim depravati: &, ut vetus dictum » fuit, Sardi venales, alius alio nequior. Breviator hoc » solum adnotaverat isto loco: Χρύσιππος δ' ὁ Τυανεὺς μυ- » ρία εἰδη πλακούντων ἐν τῷ Ἀρτοκοπικῷ καταλέγει, βάρ- » βαρα τὰ πλείω. Videamus igitur ista *barbara vocabula*: ut » iis quoque aliquam, si possumus, lucem afferamus. *CHRY- » SIPPI* Commentarius libro tertio [pag. 113. a.] inscri- » bebatur Ἀρτοποιϊκόν: hic vero Ἀρτοκοπικόν: quod est » Ἀττικώτερον verbum. *Artoptas* enim & *pistores* Attici ἀρ- » τοκόπους dixerunt, ut Xenophon: & ἀρτοκοπεῖν vetus » comoedia, pro ἀρτοποιεῖν. « CASAUBONUS. — De *CHRY- SIPPO* illo *Tyaneo* conf. quae partim a Casaub. partim a nobis notata sunt ad III. 113. a. & b. De eodem loquens Athenaeus pag. seq. *a.* ait, ὁ σοφὸς πεμματολόγος Χρύσιπ- πος. Sed id per iocum dici satis adparet, praesertim si conferas eâdem pag. lit. *c.* Nullam eius mentionem fecit Fabricius in complurium Chrysipporum, medicorum prae- sertim, recensu, Bibl. Graec. T. XIII. pag. 115 sqq. sed non praetermissus est a diligentissimo Ionsio, De Scripto- rib. Histor. Philos. lib. II. cap. 8. num. 15. Nec vero Dio- geni Laërtio memoratus, nisi forte est idem obscurior Chrysippus, quem his verbis ille (VII. 186.) designavit, καί τις, Γεωργικὰ γεγραφώς. Liber, de quo hic agitur, non tam Ἀρτοποιϊκὸν aut Ἀρτοκοπικὸν in neutro genere, ut ait Casaubonus, quam Ἀρτοποιϊκὸς, puto, aut Ἀρτοκοπι- κὸς masculino genere erat inscriptus; quemadmodum Oi-

c κονομικὸς, Πολιτικὸς, & id genus alii libri, ſubintellecto ſubſtantivo λόγος. Quod de Ἀττικωτέρῳ uſu verbi ἀρτοκοπεῖν & vocabuli ἀρτοκόπος dixit Caſaubonus, id firmari videtur Pollucis auctoritate, VII. 21. cuius teſtimonium ille in animo habuerat. At ἀρτοκόπος proprie dicitur, *qui panes ſecat, & diſtribuit*, puto: qui autem *conficit aut coquit panes*, is rectius ἀρτοποιὸς aut ἀρτοπόπος nominatur. Hoc quidem voluiſſe videtur Phrynichus, p. 94. cum ait: Ἀρτοκόπος, ἀδόκιμον· χρὴ δὲ ἀρτοπόπος ἢ ἀρτοποιὸς λέγειν. Vide quae ibi notarunt Interpretes, pag. 35. & conf. Thomam Mag. pag. 113 & ſeqq. ibique Interpretes. Epitomae auctor, pleraque ex illo Chryſippi libro ab Athenaeo prolata omittens, nonnulla tamen delibavit: nempe, poſt verba a Caſaubono relata, ex his quae ſub finem lit. *d.* leguntur, haec adpoſuit: Ἔστι δέ τις καὶ ὀρυζίτης πλακοῦς. ὁ δὲ φθοΐς οὕτω γίνεται· τυρὸν ἐκπιέσας – – – εἶτ' ἐπίβαλε (ſic) μέλι, καὶ σιλίγνεως (ſic) ἡμίναν, καὶ συμμάλαξον εἰς ἕν. Tum ſic pergit: φλαβιλλίοις, φησὶ, καινοῖς (vide lit. *f.* ſub finem huius pag.) ἐν οἷς τὸ πῦρ ριπίζεται. ταῦτα τὴν αὐτὴν τῷ κοσκίνῳ, φησὶ, χρείαν (omiſſum eſt verbum ποιεῖ) ὅτε κόσκινον μὴ πάρεστιν ἐν τῇ τοῦ τυροκοσκίνου (ſic) κατασκευῇ. Tum ſtatim: Ὅτι χίδρον οἱ ἐφθοὶ πυροὶ παρὰ Ἀλκμᾶνι: quae ſunt ex pag. 648. b. εἴδη πλακούντων καὶ γένη τάδε ἀναγράφει· Τερεντῖνον, Κρασσιανὸν, Τουτιανὸν, Σαβελλικόν. Cum in editis, omiſſo nomine Τουτιανὸν, legeretur Ταραντῖνον, Κρασιανὸν, Σικελικὸν, haec adnotavit CASAUBONUS: »*In hoc igitur libro*, inquit Athenaeus, *recenſen-*» *tur* εἴδη πλακούντων καὶ γένη τάδε. Ταραντῖνον, Κρ. *Pla-*» *centarum* relata hîc ex *CHRYSIPPO nomina*, aut *patriam* » illarum indicant, ubi coeptae eo modo fieri, ut Ταραντῖ-» *νος*: aut inventorem, ut Ἀπικιανός: aut formam & fi-» guram, ut περλουκίδιος, & πλίκιος: aut aliquid eorum » quae indebantur, ut ὀρυζίτης, & μουστάκια σησαμᾶτα. » Ταραντῖνος itaque, placenta eſt *Tarentinarum* [puto, *Tarentinorum* voluerat] » more confecta. Κρασιανὸν Σικελὸν » quid appellet neſcio: ſed lego Κραστιανὸν Σικελὸν, & *pla-*» *centam* interpretor *Craſtianam Siculam.* Craſtus vel Craſtis » oppidum fuit Siciliae. TURNEBUS, Apollo literarum, » Κρασσιανὸν legebat: *Craſſianam*, ut *Apicianam.* « Haec CASAUB. — Nos pro edito olim Ταραντῖνον, Τερεντῖνον ſcripſimus vetuſtarum membranarum auctoritate: quo de

vocabulo vide Lexica Latina, ſed praeſertim Harduinum c ad Plinium lib. XV. cap. x. ſect. 9. & quem is laudat Macrobium, Saturnal. lib. III. cap. 18 ſub fin. Dein Κρασσιανὸν geminatâ ſibilante literâ dedere eaedem noſtrae membr. quemadmodum TURNEBUS voluerat, Adverſarior. lib. XXIII. cap. 10 extr. Poſt Κρασσιανὸν vero, Τουτιανὸν nominat idem codex *A*. Quod nomen poſſit a Tutia Hiſpaniae oppido derivari. Sed placentae nomen Romanis uſitatum non tam a longinquo & ignobili Hiſpaniae oppido repetendum videtur, quam a Romano quodam nomine: & erat Romae *Tutia* gens, ſive diverſa illa fuerit a *Tuccia*, ſive hanc ipſam perinde & *Tucciam* & *Tuſciam* & *Tutiam* nominatam ſtatuas. Vide Drakenborch. ad Livium, T. III. pag. 319. T. IV. pag. 978. & T. V. pag. 5 ſq. Dein non Σικελικὸν habet noſter mſtus, ſed Σακελλικὸν, quod haud dubie Σαβελλικὸν valet, ob perſimilem in vetuſtis codicibus literarum β & κ formam, de qua ſaepius diximus: cuius confuſionis paulo poſt rurſus in eodem codice exemplum videbimus, pag. 649. d. ubi κιστάκια ſcribitur aut ſcriptum eſſe videtur pro eo quod βιστάκια eſſe debebat. Valet autem *Sabellicus* idem fere ac *Sabinus*: ſic *Sabellicus fus*, apud Virgil. Georg. III. 256. & *Sabellicus caulis*, apud Plin. lib. XIX. c. VIII. ſect. 41. num. 3.

Κλοῦστρον. »Non intelligo Κλοῦστρον, Ἰουλιανόν: & »cenſeo ſcribendum, κροῦστον Ἰουλιανόν: *cruſtum Iulianum*. »Generale nomen eſt dulciariorum ex melle operum, *cru»ſtum*. *Cruſtarii* [voluerat, puto: »Inde *Cruſtarii*] & *cru»ſtularii* dicti. Non abludit ab hac dictione τὸ *iskerithûn*, quo »utitur auctor Targum [Exodi XVI. 31.] pro *cruſto* vel »*cruſtulo*, ut etiam Arus (in ed. Animadv. 2. & 3. ſcribitur: »ut etiam Bahal Aruk) interpretatur. Scripti libri conſtan»ter & hîc & in ſequentibus κλοῦστρον per λ: & fortaſſe »non aliter Chryſippus ſcripſerat, neque Athenaeus. Nun»quam Graeci ῥωμαΐζουσιν aut ἑβραΐζουσι, quin voces pe»regrinas male pronunciantes, faciant ſuas. *Iuliani* co»gnomen his *cruſtis* ob praeſtantiam fortean inditum.« CASAUBONUS.

Ἀπικιανὸν, Κανωπικὰ, πελούκιδον, &c. »Ἀπι»κιανὸν πλακοῦντα unde appellarint nemo dubitat. Vide »libro primo, capite ſexto. [cap. XII. noſtrae edit.] Κανω»πικὸν excogitarunt Canopitae τρυφηταὶ, de quibus Stra»bo libro ultimo. [pag. 800 ſq.] περλουκίδιον interpretor

c »*pellucidum:* a tenuitate operis aut peculiari quodam arti»ficio *pellucidas placentas* vocarunt. Graecis poëtis uncta »pingui edulia ἀγλαὰ & ἠγλαϊσμένα dici solent: iidem »ἐλαιοῦσθαι accipiunt pro *splendere;* ut in Troilo Sopho»cles, Ἠρὶξ ἐλαιοῦται. Addit, Καππαδοκικόν. Etiam libro »III. [pag. 113. b. item IV. 129. e.] *panis Cappadocius* com»mendabatur.« CASAUBONUS. — Non debuerat tacere Animadversor, quinque vocabula, Ἰουλιανὸν - - - Καππαδοκικὸν, cum defuissent superioribus editionibus, a se ex msstor. excerptis lectionibus esse adiecta. Habet autem eadem etiam noster vetus codex *A.* At in hoc non Κανωπικὸν scribitur, sed Κανωπικα, nullo quidem accentu, aut fortasse Κανώπικα antepenacute. Et sic etiam e Farnesiano codice ex Aegianis lectionibus ab ipso Casaubono in suo olim exemplo editionis Bas. scriptum video: atque etiam *Canopica* habet Natalis Comes in Latinâ versione. Deinde πελούκιδον habet noster codex: e Farnesiano autem πεπλουκίδιον enotatum est.

ἠδύβια, μαρυπτὸν &c. »Proxima duo verba, ἠδύβια, »μαρυπτὸν, nullus capio. Flagitium in illis vocabulis non »dubito admissum. TURNEBUS *dubiam placentam* ex his eli»ciebat. Fors fuat etiam in tertio, πλίκιον, error est: »nisi putamus ab *implicitâ figurâ* ita esse quasdam placen»tas nominatas. Γουττᾶτον accipio *guttatum:* id est, gut»tis olei aut mellis consperfam. *Guttare*, est στάζειν. [At *guttatum* Romani intelligebant variegatum, maculis sparsum: ut *guttata avis Numidica.*] »Μουτιανὸν unde ita co»gnominaverint, non divino. Μουτιανὸς, esset *Mutiana*, »a Murio quodam. Vulgata lectio neque ἑλληνίζει, ne»que λατινίζει bonâ fide.« CASAUBONUS. — In omnibus istis nil mutant membranae: sed mox deinde, post τοῦτον, φησὶ, μάζεις ἐξ οἴνου, adiecta habent decem verba, quae isto loco inserta dedimus, σκληρὸν, εἰ δὲ &c. cum defuissent superioribus editionibus. De vocabulo σκληρὸν dubitare subierat, satis-ne sanum esset: sed confirmarunt me Aristotelis verba ex Rhet. lib. III. ab H. Stephano adlata, Thes. T. III. pag. 816 sq. τῷ μάττοντι ἑρωτέρῳ πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξει. Pro Μαρυπτὸν, temere Μωρύπτὸν (sic) expressum est in ed. Cas. 2. & 3.

d Κλοῦστρον κυριανὸν, κλοῦστρον τουττᾶτον, κλοῦστρον Ταβωνιανόν. »Κλοῦστρον sive κροῦστον κοιριανὸν, »non extrico. κουριαγὸς, esset a *curiis: placenta curialis*,

» qua vescebantur cum dies curiae agitabant. Alio sensu d » apud Plautum, *agnus curialis.* κροῦστον τουττᾶτον, corru- » pte scriptum pro γουττᾶτον: vel, quoniam *guttatae* fa- » cta mentio, τουτουλᾶτον, *placenta tutulata*, quae flami- » nicarum tutulos referret: aut τιτουλᾶτον.« CASAUBONUS. — *Crustum tutatum* vel *titulatum* scripserat TURNEBUS loco supra citato. Poteras & de *Tutiana* placenta cogitare, cuius supra mentio facta. Sed minime liquet. Vetus noster cod. *A.* eam scripturam dedit, quam in contextu posuimus.

Μουστάκια ἐξ οἰνομέλιτος, μουστάκια σησαμᾶτα, κροῦστον πούριον, &c. » Μουστάκια Chrysippo, Latinis *mustacei.* » Conficiendi rationem explicat M. Cato. [DE RE RUST. c. » 121.] κροῦστον πούριον, *crustum purum* est, opinor. γως- » γλωάνιος nobis, imo omnibus credo, hodie incognitus. » Παυλιανὸς, ut Ἀττικιανός.« CASAUBONUS. — In istis ab editâ olim scripturâ non discedit mstus noster; nisi quod σησαμᾶτα commode, penultimâ circumflexâ, scribat, ubi σησάματα editum erat. In voce κροῦστον nunc cum editis consentit mstus, nisi forte hoc loco dissensum adnotare neglexit explorator noster.

σκριβλίτης, σουβίτυλλος. » Sequitur: Ἐκ τυροῦ δὲ, » φησὶ, γίνεται πλακουντηρὰ τάδε, ἔγχυτος, σκριβαιτήσ- » σου, [immo σκιρβαίτησσου scribebatur in ed. Ven. & Bas. σκιρβαιτήσσου vero in ed. Cas.] » βίτυλλος. Monstra haec: » sed non difficilia ad debellandum. Lege σκριβλίτης, σου- » βίτυλλος: *scriblita*, *subityllus. Enchytum* & *scriblitam* Ca- » to describit. [cap. 78. & 80. & de *enchyto* conf. Nostrum, pag. 644. c.] » *Subityllum* Chrysippus videtur appellare » quem *savillum* idem Porcius, cap. 84. nisi obstat quod » *alicam* hic desiderat Chrysippus, Cato ad savillum fari- » nam simpliciter. Sed hoc leve argumentum est: quoti- » die enim confectiones & paratus huiusmodi innovantur, » servatis iisdem nominibus. Sic statim *spiram* fieri ait im- » mixto *caseo*: quem tamen non adhibet Cato, cap. 78.« CASAUBONUS. — σκιρβαίτης, quod etiam membranae nostrae tenent, haud dubie ex σκριβλίτης corruptum erat. Ut verba γίνεται δὲ καὶ ἐξ ἁλικος σουβίτυλλος, sic & ista, καὶ οὗτος ἐκ τυροῦ γίνεται, intelligenda videntur *in parentheſi* posita; ut istud ἐκ τυροῦ φησι γίνεται etiam ad nonnulla ex his, quae istis subiiciuntur, referatur. Cum πλακούντηρα scribatur inusitatâ prorsus vocabuli formâ, pote-

d rat hoc ex πλακούντια vel πλακουντάρια corruptum videri. Casaubonus vero, ut modo vidimus, in Animadv. πλακουντηρὰ acute scripsit: quasi πλακουντηρὸν adiective dixisset Dionysius pro eo quod alii πλακουντῶδες. At τὸ πλακούντηρον antepenacute dixit inscitus scriptor pro eo quod alii πλακούντιον vel πλακουντάριον. Sic quidem idem iterum extremâ hac pag. πλακούντηρον ποιοῦσιν, ὅπερ ὀνομάζουσι. Etiam illud ex corruptâ Graecitate est, ἐξ ἀλικος, *ex alica*, pro ἐκ χόνδρου. Monuit H. Stephanus in Indice Thes. ad vocab. ἄλιξ, Paulo Aeginetae & recentioribus medicis sic dici quae Latinis *alica*, aliis vero Graecis χόνδρος. Habemus hîc hominem, pluribus ante Paulum Aeginetam seculis eodem vocabulo utentem. σουβίτυλλον, *subitellum* latine dixit Turnebus. Quae dein σπίρα hîc nominatur, Graece rectius σπεῖρα dicta fuisset. De eâ vide Casauboni Animadv. ad vocabulum ἐπικύκλιος, p. 645. f.

λούκουντλοι. »λούκουλλοι fieri potest ut a *Lucullo* »sint denominati: alludit tamen id nomen ad *lucunteres:* »quod erat operis pistorii nomen.« CASAUBONUS. — Recte divinaverat vir doctus. λούκουντλοι dedit noster codex: quod nil aliud est nisi latinum nomen *lucuntulus:* nam a *lucuns*, gen. *lucuntis*, legitime derivatur diminutivum *lucuntulus;* pro quo quidem alii *lucunculum* dixerunt.

ἀργυροτρύφημα, &c. »ἀργυροτρύφημα vox quid hoc lo»co faciat, aliis quaerendum relinquo. λίβος, mutato gene»re, *libum* est. κίρκος, *circus* vel *circulus*. αἰξάφας, folium »Sibyllae, nobis quidem. κλουστροπλακοῦς, mixtum ali»quod genus pistorii operis ex crusto & placentâ.« CASAUBONUS. — Nihil in istis vel explanat vel mutat noster codex. Pro κροῦστρο πλακοῦς, quod hîc habebat ed. Ven. aut κρούστος πλακοῦς, quod erat in ed. Bas. recte Casaubonus ex msstis κλουστροπλακοῦς restituit, quod & nostrae tenent membranae.

ὁ δὲ φθοῖς οὕτω γίνεται &c. »φθόϊς notus est ex »Graecis grammaticis.« CASAUBONUS. — Memoratus est supra, XI. 489. d. Vide Hesych. Suid. & Schol. ad Aristoph. Plut. vs. 677. Sed praesertim conferendus Etymologus, pag. 793. l. 5 sqq. qui sua ex ipso hoc Athenaei loco descripsisse videtur: ita adcurate cum Nostro consenetit, nisi quod pro ἡμίναν (quod cum editis recte tenet uterque noster codex mstus) perperam ibi editur ἡμίσειαν,

ὅ ἐστιν ἥμισυ μέτρου. Recte vero ibidem σιλιγνεως scribitur, quemadmodum in noſtro ms. *Epit.* pro σελίγνεως, quod habet ms. *A.* cum edd. in quibus etiam paulo poſt rurſus σελίγνιον. Apud eumdem Etymol. ἐπίβαλον ſcribitur, ubi ἐπίβαλλε habet ms. *A.* cum edd. ἐπίβαλε vero ms. *Ep.* Ipſum nomen, de quo agitur, poterat perinde & φθοΐς ſcribi, & φθοῖς, quam poſteriorem ſcripturam magis Atticam eſſe monuit Comici vetus Interpres l. c. & Thomas Magiſter. Hancque ſcripturam φθοῖς h. l. tenent mssti cum editis. Etymologus l. c. ita habet: Φθόϊς, φθοῖς, εἶδος πλακοῦντος, οὗ τὴν κατασκευὴν οὕτω τις περιλαλεῖ· τυρὸν ἐκπιέσας, &c. Eamdem deſcriptionem ex eodem Etymologo transſcripſit Euſtathius, ad Odyſſ. ξ'. p. 533 extr. & ſeq. ubi pro eo quod in Etymologico M. perperam vulgo edi dixìmus, σιλίγνεως ἡμίσειαν ὅ ἐστιν ἥμισυ μέτρου, recte σιλίγνεως ἡμίναν ſcribitur. Confer quae paulo poſt de vocab. σιλίγνιον monemus.

Κάτιλλος δὲ ὀρνάτος ὁ λεγόμενος παρὰ Ῥωμαίοις. »*Catillus ornatus* pluribus Chryſippo deſcribitur: ſic tamen »ut ex illius verbis ratio nominis parum intelligatur. *Catillus*, πίναξ exponitur in veteri Gloſſario. Apud Caton»em in *ſavilli* deſcriptione & *catini* fit mentio & *catilli*.« CASAUBONUS. — *Catillum* (per metonymiam, puto) *cupediae genus* hìc dici exiſtimaverat DALECAMPIUS; unde *catillones*.

Σπίδακας πλύνας ξέσον. DALECAMPIUS: *Catillum ornatum ſic parari: lactucas lotas eradi*: adiectâ Notâ: »Sic »ad verbum. Malim *concidi*. RUELLIUS legit ζέσον, *ferve»fieri*.« — Scilicet, *radi* parum utique convenire videtur *lactucae*. Itaque in promtu erat, de illa emendatione ζέσον cogitare, quae, ut Dalec. ait, a *Ruellio* neſcio ubi tentata eſt. Et verbo ζέω vulgo quìdem in Graecis lexicis nonniſi neutralis vel intransitiva (quam dicunt Grammatici) notio tribui ſolet, *ferveo*, *bullio*: at non modo compoſitum verbum ἀποζέσαι, I. 7. e. & IV. 132. d. verum etiam ſimplex ζέσαι, VII. 295. d. activâ & transitivâ notione uſurpatum vidimus. Sed quoniam hìc continuo deinde praecipitur *conteri lactucam ſuccumque exprimi*, minime rurſus convenire videtur, ut eamdem primum *in ferventi aquâ elixam* intelligamus. Quare tenendum ξέσον putavi, & *concide*, *comminue* intelligendum, praeeunte Heſychio, apud quem Ξέσαι exponitur τεμεῖν & κόψαι.

e σιλίγνιον συμφύρασον αὐτῷ. Ad σελίγνιον nihil ex ms. *A.* adnotatum: desunt autem haec Epitomae. Sicut vero paulo ante cum *Epit.* & Etymol. σιλίγνεως pro edito σελίγνεως scripsimus, sic & hîc σιλίγνιον correximus. Videtur id vocabulum pro *diminutivo* τοῦ σίλιγνις vel σέλιγνις accepisse Dalecampius, *aliquantum siliginis* vertens: at tale diminutivum non minus ridiculum videri deberet, quam si latine *frumentulum* aut *triticulum* diceres. Quam Romani *siliginem* vocabant, eam Graeci inter Romanos viventes σίλιγνιν & σιλίγνιον Graecâ terminatione dixerunt. Sic veteres Glossae: Σιλίγνιον: *siligo.* Conf. Du Cange Glossar. Graec. voce Σιλίγνιον. Ac sunt quidem qui dicant eamdem esse σίλιγνιν & eam quam Graeci proprie σεμιδάλιδα vocant: at σεμιδάλιδα Romani *similaginem* dicunt, quae *siligine* inferior censebatur.

Proxima verba tali modo distincta erant: καὶ συμπεσεῖν ἑάσας μετ' ὀλίγον, τρίψον αὐτὸν ὡς προσβαλὼν &c. Nos *comma* post ἑάσας posuimus, quo cohaererent μετ' ὀλίγον τρίψον. Quid autem huc faciat αὐτὸν & ὡς, prorsus non exputo; ac multo etiam minus, quid sit quod pro αὐτὸν in vetere codice ἑαυτὸν scribitur: nisi vocalis ε, in alio vetustiore codice fortasse superne adposita, indicare debuerat, pro αὐτὸν & ὡς debuisse εὐτόνως scribi. Ac fortasse deinde καὶ προσβαλὼν, loco nudi προσβαλὼν, scriptum oportuit. Quod ait, ἕλκυσον λάγανον, idem esse videtur quod Cato de Re Rust. cap. 77. *tractum facito* dixit. Sic rursus pag. 648. a. ἕλκυσον λαγάνια δύο. Nempe λάγανον hic non peculiare placentarum genus, sed generale nomen est, *placentam*, *mulsam*, *tractum* vel *tractam* significans. Sic habes in Philoxeni Glossis: Λάγανα, *tracta*: & in eisdem, Ἑλκύσματα, *tracta*. Porro, quod hic λειαίνειν dicit Chrysippus, non tam *laevigare* intelligendum putavi cum Dalecampio, quam *complanare*; ut idem fere valeat ac διαπλατύνειν, eâdem pag. 648. a. Dein, ubi scribitur καὶ ἕψε εἰς ἔλαιον θερμότατον εἰς ἠθμὸν βαλὼν τὰ κατακεκομμένα: illud εἰς ἔλαιον Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. pag. 398. interpretatur *in oleum iniecta coque*: commode; quamquam & vulgo Graeci, sequioris praesertim Graecitatis, quovis modo εἰς praepositionem pro ἐν usurpant. Participium βαλὼν, praeteriti notionem habens, significat *colo imponenda frusta priusquam in oleo coquantur*: videturque id dicere auctor, quod Cato cap. 76.

his verbis expreſſit: *in qualo, ubi areſcant, componito.* DALECAMPIUS vero, ſuffragante Gallico interprete, *fruſta poſtremo* (poſtquam in oleo cocta fuerint) *in colum coniicienda* intelligebat; ſcilicet, *ut exſtillet oleum.*

ἀτταvίται, ἄμυλον, τυροκόσκινον. τυρὸν ἐκ- f
πιάσας καλῶς &c. »Subiicit Chryſippus: ἄλλα πλα-
»κούντων γένη, ὀστρακίτης, ἀτταkίται, ἄμυλον, [vo-
cab. ἄμυλον temere hìc omiſſum in Animadv. Caſaub.]
»τυροκόσσινον. Poſt iſta poni debet στιγὴ τελεία.
[& recte interpungebatur ibi in ed. Ven. Temere autem
omiſſum punctum in ed. Baſ. atque inde etiam in ed. Caſ.]
»*Oſtracites*, in figlino teſtu coquebatur: & fortaſſe Cato-
»nis eſt *irneus*, [cap. 81.] in irneam fictilem indi ſolitus,
»quae demittebatur in aulam aheneam aquae calidae ple-
»nam: itaque ad ignem coquebatur. *Attacitæ* Chryſippo
»ſunt, opinor, qui paullo ante dicebantur *attanitae.* [vide
pag. 645. c. At eodem modo, ἀτταvίται, hìc ſcriptum
dedit cod. *A.*] »De *amylo* quaedam mox Laurentius: &
»nos ibi. [pag. 648. e.] Τυροκόσκινος poterat videri depra-
»vatum nomen pro τυρόκνηστος: ſed repugnant omnes
»codices. Erit igitur *placenta cui adiiciebatur caſcus per cri-*
»*brum ſuccretus.* Cato, in placentae confectione: [cap. 76.]
»*Deinde cribrum farinarium purum ſumito; caſeumque per cri-*
»*brum facito transeat in mortarium.*« CASAUBONUS. — Τυ-
ροκόσκινος tacite ſic in Animadv. correxit Caſaubonus,
cum in ipſius contextu temere τυροκόσσινον poſitum eſſet.
At τυροκόσκινον in nominativo caſu ſcribitur in cod. *A.* &
in ed. Ven. & Baſ. Deinde, τυρὸν ἐκπιάσας, non ἐκ-
πιέσας, hoc loco ſcriptum dedit cod. *A.* quod (quoniam
& alibi verbum πιάζω reperitur, idem ac πιέζω valens)
non negligendum putavi; quamquam paulo ante ad ἐκ-
πιέσας τυρὸν, & paulo poſt ad ἐκπίεσον καὶ βάλε nullus
ex eo codice diſſenſus ab editis adnotatus eſt.

εἶτ' ἄνω κόσκινον χαλκοῦν ἐπιθεὶς &c. Graeca iſta,
ſi modo Graeca ſunt, Latine ad verbum ſonant, *deinde*
ſuperne impone cribrum, & transire fac caſeum. Quod quum
ſit abſurdum, Dalecampius vertit, *cribrum aeneum ſubditur:*
quaſi eſſet, εἶτα κόσκινον χαλκοῦν ὑποθείς. In eamdem
ſententiam VILLEBRUNIUS (praeeunte puto ADAMO) ἐπάνω κοσκίνου χαλκοῦ ſe legere ait. Sed videndum, ne pa-
rum diſertus Graecus ſcriptor ἄνω κόσκινον pro eo dixe-
rit quod alius ἐπὶ κόσκινον dicturus erat. Commodius de-

f inde, sub finem paginae, ἐπίβαλε, ait, εἰς αὐτὰ (nempe τὰ κοσκίνια) τὸ σκεῦος: ubi quidem τὸ σκεῦος cum Dalec. per metonymiam accipiendum pro *his quae in vase sunt*, aut verbum ἐπίβαλε intelligendum *inverte*.

Ὑποτυρίδες δὲ οὕτω γίνονται &c. »Ὑποτυρίδες pla»centae erant ex lacte multo, melle & farinâ factae, ca»seolorum formam referentes. Quod ait, φλαβελλίοις »καινοῖς χρῶ, ἐν οἷς τὸ πῦρ ῥιπίζεται, poterat brevius, ῥι»πιστηρίοις χρῶ, vel ῥιπίσι. Glossarium, *flabellum*, ῥιπι»στήριον. Sed vocem Latinam pridem iure civitatis dona»runt Graeci: sicut & affinem aliam, verum significatio»ne diversam, *flagrum* aut *flagellum*. Dicunt enim Graeci »φραγέλλιον: estque eâ dictione usus evangelista Ioannes. [cap. 2. vs. 15.] »Aristophanis Scholiastes quodam lo»co [ad Acharn. 724.] ἱμάντας explicat λῶρα, φραγέλλια: [φραγγέλια, vulgo.] »addens, τὸ γὰρ παλαιὸν φραγγέ»λαις (melius φραγελλίοις) ἔτυπτον οἱ λογισταὶ τοὺς τῆς »ἀγορᾶς. Quae annotatio locum Ioannis illustrat, ubi do»minus noster flagellis collybistas caedit. Inde verbum »φραγελλοῦν, quo usus Matthaeus. [cap. 27. vs. 26.] Non »possum non obiter lucem facere & simul medicinam He»sychio. Σκυτάλαι, inquit, ὀφέων εἰσὶ φλαγέλλια, λῶροι. »Inepta lectio, etiamsi de scytalâ serpente coneris inter»pretari. Lego vero, τῶν ἐχούντων φραγ. & refero ad »*agitatorum flagella*, quae in antiquis nummis passim cer»nere est, & in antiquis scriptoribus observare. Iuvena»lis libro III.

— »*Clara Lateranus luce flagellum*
»*sumet, & occursum nunquam trepidabit amici.* «

Haec CASAUBONUS. — At nunc de *flabellis*: quod vocabulum Graecâ formatione efferentes mssti nostri ambo, non φλαβελλίοις exhibent, sed φλαβιλλίοις. Quae autem de *hypotyride* ait auctor, ea Breviator, omissâ *tyrocoscini* descriptione, ad ipsum tyrocoscinum retulit. Pro eo, quod minus commode editum erat, καὶ γὰρ αὐτῶν ποιεῖ χρείαν, recte uterque codex mstus τὴν γὰρ αὐτὴν ποιεῖ χρείαν dedit.

Κοπτοπλακοῦς. De hoc placentae genere nihil adnotatur: nisi statuas, eiusdem fere generis fuisse cum *gastri*, de qua continuo deinde. Sed videtur κοπτοπλακοῦντα dixisse Chrysippus, quam alii κοπτήν: de qua pag. 648. e. f. & 649. a. b.

Ἐν Κρήτῃ δέ, φησὶ, πλακούντηρον ποιοῦσιν, ὅπερ ὀνομά-

ζουσι γάστριν. »Placentaceum edulium, quod γάστριν »Chryſippus nuncupat, Heſychius γάστριον. Γάστριον, »ait, πέμμα τι σαμῶδες, παρὰ Ἀκρισίῳ. Sic vulgo edi»tum: ſane deformiter. Primum, σησαμῶδες ſcribendum »erat. Etiam *Chryſippus, ſeſamum infriari ſolitum huic pla»centae*, auctor eſt. Deinde, quis hic *Acriſius?* Quaerant »alii: nos interea legemus παρὰ Κρησίν: non παρὰ Ἀκρι»σιῳ. Diſerte Chryſippus, ἐν Κρήτῃ, ait, hoc dulciarium »γίνεσθαι. Elegans emendatio, & certa.« CASAUBONUS. — Iſtam emendationem extra dubium ponit Etymologici Magni auctor, apud quem pag. 221. haec ipſa verba plane leguntur: Γάστριον, πέμμα τι σησαμῶδες παρὰ Κρησί. De vocabulo πλακούντιρον, quo pro πλακούντιον utitur Chryſippus noſter, paullo ante dictum ad lit. *d.* In deſcriptione confectionis placentae huius deſiderari verbum λάβε intelliger, quisquis quae hic ſcribuntur attente perlegerit.

ὃν φρύξας. Illud ὃν, ut vides, nonniſi ad τὸν μήκωνα a refertur. Igitur quam deinde τὴν ὀπώραν dicit, intelligi debentur *arborum fructus, nuces & amygdalae.* *Ibid.* ἵνα τὸ μέλαν εἰς μέσον γένηται. Sic commode ms. *A.* non γίνηται. Deinde, cum εὐρύθμησόν τε legeretur conſentiente msto, CASAUBONO obſecutus ſum, monenti: »Scri»be εὐρύθμισόν τε, ab εὐρυθμίζειν, non εὐρυθμεῖν.«

AD CAP. LVIII.

Ἁρποκρατίων - - - τὴν παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι καλουμένην b παγκαρπίαν καλεῖ. »Chryſippeae eclogae ſubiicitur »brevior alia ex *HARPOCRATIONIS* cuiusdam *Mendoſii* li- c »bro *De Placentis*: ſed aliud nihil ex iſto recitatur, niſi »*pancarpiae Alexandrinae* confectio. Graeci παγκαρπίαν ap»pellarunt quidquid ex pluribus diverſi generis rebus com»poſitum eſt: ſicut diximus in commentario DE Circenſi»bus. Itaque non ſine exemplo dulciarii Alexandrini edu»lium hoc *pancarpiam* dixerunt. Harpocration ita deſcri»bit: ἴτρια δ' ἐστὶ ταῦτα συντεθρυμμένα ἃ μετὰ μέλιτος »ἑψόμενα καὶ μετὰ τὴν ἕψησιν σφαιρηδὸν συντεθέντα πε»ριδεῖται βύβλῳ λεπτῇ ἕνεκα τοῦ συμμένειν. Non recte »ſentiunt, qui [quod Dalecampius fecit] ſeparant iſta a »ſuperioribus, quaſi nihil ad Alexandrinorum pancarpiam »pertineant. Faciebant igitur *pancarpiam ex itriis contritis &*

b » *cum melle coctis: quae ubi coxiſſent, ad inſtar globulorum fin-*
» *gebant, & tenui byblo adſtringebant.* Paullo ante [p. 646. d.]
» *itrium* deſcribebatur ut ſui generis libum vel placenta, a
» caeteris peculiari aliquâ notâ diſtincta. Hîc adhibentur
» *itria* ad conficiendam *pancarpiam.* Sic libro III. [p. 125.
» f. cap. 100. noſtrae edit.] in libum Romanum induntur
» *itria.* Nam ait Athenaeus ibi, ἐπεισυνέχεσθαι πλακοῦς ἐκ
» γάλακτος ἰτρίων τε καὶ μέλιτος, ὃν Ῥωμαῖοι λίβον καλοῦ-
» σι. Erant placentae quas ἐνθρύπτους dicebant, ut attali-
» des apud Heſychium. Ad hoc genus referri poteſt iſta
» Alexandrina, ob vocem συντεθρυμμένα. Quod ait de *by-*
» *blo*, id ita fiebat in Aegypto, ubi multa byblus. In Grae-
» ciâ ficulnea folia eumdem uſum praeſtabant, ut docent
» nos veteres cum deſcribunt quae vocantur *thria* Athe-
» nis. Utebantur & malvae foliis. Lucianus, Περὶ τῶν ἐπὶ
» Μισθῷ συνόντων: [cap. 26.] Κατάκεισαι μάρτυς μόνον τῶν
» παραφερομένων, τὰ ὄστρεα, εἰ ἀφίκοιτο μέχρι σοῦ, καθά-
» περ κύνες περιεσθίων, ἢ τὸ σκληρὸν τῆς μαλάχης φύλλον,
» ᾧ τὰ ἄλλα συνειλοῦσιν. Fortaſſe ſcribendum, ᾧ τοὺς ἀλ-
» λᾶντας συνειλοῦσιν.« CASAUB. — παγκάπραν καλεῖ ſcri-
bitur in veruſto codice *A.* reliquorum omnium fonte, qui
hodie ſuperſunt, aut e quibus hic locus ad primos Athe-
naei editores pervenit: nam *Epitoma* nihil horum ha-
bet. Quae ſcriptura quum haud immerito mendoſa vide-
retur, παγκαρπίαν correxit ſive iunior aliquis librarius,
ſive primus editor, qui hanc vocem apud Noſtrum, XI.
473. c. in obſcuro utique Anticlidis loco, ac fortaſſe et-
iam apud Theophraſtum, Hiſt. Plant. IX. 9. legere memi-
niſſet. Et inſignem huic emendationi ſpeciem conciliabat
ipſe ille Theophraſti locus, ubi non modo nudum id no-
men occurrit, ſed adiicitur aliud, e quo *placentae* aliquod
genus ita nominatum intelligas, cum παγκαρπίαν μελι-
τοῦτταν dicat philoſophus. Quare haud aegre hic quoque
tenui iſtam ſcripturam. At, ne ſic quidem perſanatum eſ-
ſe locum, perſuaſum habeo. Si ita ſcriptum eſſet, τῆς
παρὰ Ἀλεξ. καλουμένης παγκαρπίας μνημονεύει, nihil aliud
deſideraretur: nunc, cum ſcribitur, τὴν παρὰ Ἀλεξ. κα-
λουμένην παγκαρπίαν καλεῖ, manifeſtum videtur, duo
hîc nomina poſita ab Athenaeo fuiſſe, alterum quod *apud*
Alexandrinos obtinuiſſet, alterum quo *Harpocration* eſſet
uſus. Suſpicor autem, poſt παγκαρπίαν aut παγκάπραν,
ſive quodcunque nomen fuerit, e quo iſtud παγκάπραν

corruptum est, ita scripsisse Athenaeum, ἴτριον (sive b ἴτρια) καλεῖ. Quod dein hîc legebatur, ἃ μετὰ μέλιτος ἑψόμενα, illud pronomen ἃ suâ de coniecturâ tacite Casaubonus adiecerat; haud incommode id quidem, sed praeter necessitatem; nam levi distinctione post ἑψόμενα interpositâ satis commode procedit oratio. Quare eieci vocula, quam cum ed. Ven. & Bas. ignorant veteres membranae.

Πόλτου δὲ &c. »Postea scribit doctor coenarum: »Πόλτου δὲ μνημονεύει Ἀλκμὰν οὕτως· ἤδη παρέξει πυάνιόν »τε πόλτον, χίδρον τε λευκὸν, κηρίναν τ' ὀπώραν. In hac »parte operis δειπνολογικοῦ, quae bellaria & secundas »mensas complectitur, multa explicantur, quae pertinuisse ad mensas secundas existimare non debemus. Eius »generis est quod περὶ πόλτου hîc disputatur. Nemo enim »facile mihi persuadeat, πόλταν in veterum Graecorum »conviviis solitum apponi inter opera dulciaria plenis & »probe fartis convivis. [Quidni vero? aut quis de gustibus litem hominibus movere praesumat? Novimus nos quidem regionem, ubi hodienum puls ex oryzâ non modo in secundis mensis, sed sub ipsum epularum finem adponi convivis minime invitis solet. Quid quod etiam ipsa *puls*, si sub testu aut in furno veluti panis coquatur, *placentae* cuiusdam & speciem refert, & naturam induit?] »Sed quoniam de eduliis quae parabantur e fa»rinâ hic tractabatur, satis iustam caussam ex eo puta»vit se nactum Athenaeus, ut hîc potissimum περὶ πόλτου »ageret. Porro Graecorum πόλτος & Romanorum *puls*, »praeter nominis vicinitatem & generis, (ambo enim ἕψη»μάτων genere vel ἑφθημάτων continentur) nihil admo»dum habuerunt commune. Quare etiam scribit Plinius, »[XVIII. VIII. 19.] *pultem* [*videri*] *ignotam Graeciae fuisse.* »Πόλτος *ex fabaceâ farinâ* confiebat: nam veteres [He»sychius certe] interpretantur, τὸ πυανέψιον ἕψημα: vel »πυάνιον, ut hîc ALCMAN vocat. [Alibi idem Alcman, *pultem se amare* profitens, ἔτνος vocavit; apud Nostrum, III. 116. c.] »Sed eam vocem interpretans Athenaeus, »multa alia fuisse adiecta fabaceae farinae, non obscure »indicat. Ἔστι δὲ, inquit, τὸ πυάνιον, παντοσπερμία ἐν »γλυκεῖ ἑψημένη. Similia legere est apud alios. Πόλτος qui »describitur a Graecis medicis, ut Galeno, libro VI. De »Facult. Simpl. Medicam. propior est Romanorum pul-

b »ti, quam veterum Graecorum. Addit *Alcman*, χίδρον τε »λευκόν. Athenaeus χίδρον hic exponit ἐφθοὺς πυροὺς, co»cta tritici grana. Ita [ex *Epit.*] legit Euſtathius ad Odyſſ. »ρα. ζ'. & cum eo omnes antiqui codices. [etiam noſtri »ambo.] Sed videtur Athenaeus ἐφθὸν ἀντὶ πεφρυγμένου »uſurpaſſe. Nam, ut frictum cicer vulgo Romani ede»bant, ſic *fricta tritici recentis grana, aut toſta*, multi olim »populi. *Graneas* Latini vocarunt, Graeci χίδρα vel χί»δρα ἐρεικτὰ, quia haec grana prius *frangebant*, quam »*torrerent.* [At quum ἐφθοὺς, (id eſt, *elixa grana*) Athe»naeus dicit, nil impedit quo minus *toſta* vel *fricta* prius fuiſſe intelligamus.] »Subiit ſaepe mirari veterum Gram»maticorum inſcitiam nescio dicam, an inconſtantiam, in »explicatione huius vocis. Exemplo ſit eruditiſſimus Co»mici Interpres, cuius verba ſunt: [ad Equit. 803.] Χί»δρα· τινὲς ἄγρια λάχανα. οἱ δὲ, τὰ ὄσπρια, ἢ τὰ ἐξ »ὀσπρίων ἄλευρα, ἢ κρίμνα, ἢ στάχυες νεογενεῖς. κυρίως »δὲ, τὰ ἀπὸ χλωρᾶς κριθῆς κρινόμενα ἐρεικτά. χίδρα δὲ »εἴρηται παρὰ τὸ χεῖσθαι. Idem alibi: [ad Pac. 595.] »Χίδρα, τὸ ἀπὸ τοῦ ἑλύμου γινόμενον ὄσπριον ἔδεσμα περὶ »Καρίαν. ἤτοι τὸ ἀπὸ χλωρῶν κριθῶν, ἢ εἶδος βοτάνης. ἢ ἐρει»κτὰ ἐκ κριθῆς νέας γινόμενα. Omitto alia caeterorum ma»giſtrorum interpretamenta: a quorum lectione incertio»rem quam antea lectorem discedere neceſſe eſt. Nos eam »maxime expoſitionem probamus, quae ait eſſe πυροὺς »νεογενεῖς: *novella tritici grana.* Levitici capite ſecundo, »tmemate XIV. ita legitur in Graeco textu: ἐὰν δὲ προσ»φέρῃς θυσίαν πρωτογεννημάτων τῷ κυρίῳ νέα πεφρυγμέ»να χίδρα ἐρεικτά. Quod dixit Moſes *géres karmèl*, »*contuſionem ſpicae virentis*, verterunt χίδρα ἐρεικτά. Eu»ſebius ita interpretatur: χίδρα ἐστὶν, ὅταν ἀπὸ τῶν ἀκ»μασάντων σταχύων λαβὼν διαθρύψῃ τις χερσὶν, οἱονεὶ »ἀλέσας. ἐρεικτὰ γὰρ, τὰ ἐν μύλῳ πτισθέντα, καὶ τὸν »φλοιὸν ἀποβαλόντα ὀσπριώδη λάχανα. Paraphraſtae Chal»daici diverſe expreſſerunt. Onkelus hoc modo: *ſpicas* »*virentes, toſtas igni, contritas & teneras.* Chaldaicum ver»bum *peràch* ſignificat *exſiccare & frangere:* unde *paràch*, »*fragilis.* Deductum inde *peruchân* non male Graeco »ἐρεικτὸν reſpondet: ἐρείκειν enim eſt *frangere.* Concinit »& Hebraicum *géres:* nam *garàs* eſt *contundere, fran»gere:* a quo non multum differt τὸ *duph*, unde & vox »*hadiphôth*, quam exponunt Rabbini *tritica contuſa.*

»Ionathanis Paraphrasis ita habet: *spicas tostas igni, fari-* b
»*nam tostam & contusas* (spicas). Hieronymus, libro Quae-
»stionum Hebraicarum in Paralipomenon: *Primitiae spi-*
»*carum quando deferebantur, torrebantur, & grana comede-*
»*bantur: quod genus cibi vulgo graneas vocant.* Levitici
»cap. XIX. [immo vide cap. XXIII. vs. 14.] καὶ ἄρτον καὶ
»πεφρυγμένα χίδρα οὐ φάγεσθε ἕως τῆς αὐρίου. Etiam hic
»in Hebraeo est *kali vekarmèl.* Vetus interpres, *pa-*
»*nem & polentam & pultem non comedes:* confudit χίδρα cum
»*pulte* & *polentâ;* quae res erant diversae. Narrat Gale-
»nus, populos quosdam esse, qui *alphitis*, hoc est, *fa-*
»*rinâ factâ e probe tostis hordei recentis granis* utantur loco
»panis: καθάπερ, inquit, ἐπὶ τῶν ἀγρῶν εἶδον ἐν Κύπρῳ,
»καίτοι πλεῖστον γεωργοῦσι σιτίον: hoc quoque ad *po-*
»*lentam* pertinet, non ad χίδρα. Graeci fere cum dicunt
»ἄλφιτα, *polentam* intelligunt. Lege Plinium libro XVIII.
»cap. VII. Locus Galeni est in primo περὶ Τροφῶν δυνά-
»μεως. Quin & cruda grana tritici esitabant, si amor
»edendi stimularet, neque esset ignis copia. Lucas Apo-
»stolus capite sexto: Ἐγένετο δ' ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώ-
»τῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων· καὶ ἐτίλλον οἱ
»μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, καὶ ἤσθιον, ψώχοντες ταῖς
»χερσί. Porro inter praecipuas delicias, quibus se rustici
»oblectabant, fuere τὰ χίδρα. Probat hoc manifestissime
»chorus rusticorum, qui apud Comicum advenientem
»Pacem his verbis excipiunt:

»Τοῖς ἀγροίκοισι γὰρ ἥσθα
»χίδρα καὶ σωτηρία.
»ὥστε σε τά τ' ἀμπέλια
»καὶ τὰ νέα συκίδια
»τ' ἄλλα θ' ὅσ' ἐστὶ φυτὰ,
»προσγελάσεταί σε λαβόντ' ἄσμενα.

»Quemadmodum ἐν ταῖς ἐρωτικοῖς *mel* appellatur is, cuius
»gratissimus conspectus est: sic ruris pleni homines χίδρα
»Pacem appellant, quia soliti cum maximâ voluptate *chi-*
»*dra* comedere. At doctissimo viro, & utriusque linguae
»callentissimo, [*Florenti Christiano*] scribendum in supe-
»riore Aristophanis loco videbatur χύτρα, pro χίδρα.
»Cui emendationi paene assenseramus, moti auctoritate
»tanti viri: sed mox in contraria omnia nos rapuit hic
»ex Equitibus eiusdem poëtae locus, isti suppar & paene
»geminus. Ita enim Aristophanes:

» Εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ » καὶ χίδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ, καὶ στεμφύλων εἰς λόγον ἔλθῃ, » γνώσεται οἷων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου. « CASAUBONUS.

κηρίναν δὲ ὀπώραν λέγει τὸ μέλι. Iſtam *ALCMANIS* κηρίναν ὀπώραν, quam *mel* interpretatur *Soſibius* Grammaticus, quilibet alius *flava* quaedam *poma*, opinor, interpretaturus erat.

Ἐπιχάρμος ἐν Γῇ καὶ Θαλάσσῃ. Sic ms. *A*. Ac potuit ſic ſcribere Athenaeus, quamvis ex *EPICHARMI* idiomate Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ oportuiſſet. Inepte in editis libris Doc riſmus Helleniſmo iungebatur. Deinde foedus error, Caſaubono non animadverſus, a Dalecampio vero in verſione correctus, & editos libros & ipſas veteres membranas obſederat, πόντον, pro πόλτον. Caeterum confer quae ad hunc locum ſpectantia de etymologiâ vocabuli πόλτος ex Varrone adnotavit HEYNIUS in Apollodori Fragmentis, pag. 1143 ſq.

μελικηρίδων. » *Meliceridas* placentas nusquam lege» re memini, niſi in iſtis Athenaei: καὶ τῶν καλουμένων » δὲ μελικηρίδων μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις » οὕτως· ὥσπερ τῶν αἰγιδίων ὄζειν ἐκ τοῦ στόματος μελι» κήρας. Atque hic lectionis vide inconſtantiam, μελι» κηρίδας, & μελικήρας. Non explicabimus nos hunc no» dum: implicabimus magis. Nam ecce Heſychii verba tur» piter accepta, quae huc, niſi fallimur, omnino ſpectant: » Μελίκακι σκεύασμά τι βρωτῷ διὰ τυροῦ. Lego, Μελικα» ρίς· σκεύασμά τι βρωτὸν διὰ τυροῦ. « CASAUBONUS. — Sane impeditus locus: & nimis abruptum praeſertim *PHERECRATIS* teſtimonium, quam ut certâ ratione, quid ei facias, conſtituere liceat. Totam iſtam Athenaei pericopam latine ſic reddere conatus erat DALECAMPIUS: » *Pla*» *centarum*, quas *Meliceridas* vocant, ſic meminit Phere» crates:

» *Veluti capella ore is meliceridas obolet.*«

Adiectâ notâ: » Εἰρωνικῶς hoc dictum de aliquo cui foe» rebat anima. « — Pariter Caſaubonus (ut modo vidimus) *placentas* quasdam *meliceridas* hîc dici intellexerat: in quo falſos eſſe hos interpretes, contendit TOUPIUS, in Notis ad Theocriti Scholia, pag. 213. edit. Warroni, ad Idyll. V. vs. 59. Qui tamen interpretes, ſi de Heſy-

chianâ gloſſâ conſtaret, ad quam Caſaubonus provocavit, haberent forraſſe quo ſe tutarentur. Confici etiam res poſſet, ſi, quae ſint illae ξανθαὶ μελικαρίδες, quas Philoxenus apud Noſtrum, IV. 147. b. dixit, conſtaret: quas Dalecampius quidem *mellitas ſquillas* interpretatus eſt; alius vero (quemadmodum θρυμματίδας, quae iſtis ibi iunguntur) haud abſurde forraſſe *placentulas* quasdam, rurſusque alius *favos mellis* intelligere poſſit. Mihi non liquet. Illud video, veterem Theocriti interpretem ad Id. V. 59. vocabulo μελικηρὶς uſum eſſe tamquam idem ſignificante ac τὸ κηρίον, i. e. *favus*. Eâdem ratione ſi hîc accipias, haud abſurde *favorum mellis* hîc ab Athenaeo mentio facta fuerit, tamquam edulii *ſecundis menſis* adpoſiti. Quod ſi placet, ratio etiam reddi poterit, cur, cum in *Pherecratis* teſtimonio vocabulum μελικήρας occurrat, Athenaeus tamen dicat, τῶν μελικηρίδων meminiſſe hunc poëtam. Nam ἡ μελίκηρα quidem idem atque τὸ κηρίον ſonare videtur: unde *purpurarum ova*, quae *favi* ſpeciem quodam modo referunt, μηλίκηραν nominari ait Ariſtoteles, Hiſt. Anim. V. 15. ſive μηλικήραν, ut apud Athenaeum ſcribitur, Philoſophi verba recitantem, III. 88. d. Quo ſpectat etiam quod apud Heſychium legitur: Μελίκηρα, τὰ ὑπὸ τῶν πορφυρευτῶν (ſive πορφυρῶν) συντελούμενα, ἐμφερῆ κηρίοις ἐν τῇ θαλάσσῃ: ubi quidem μελίκηρα plurali numero dicta intellexiſſe videri poteſt Gloſſographus. Unde tres prodeunt eiusdem vocabuli diverſae formae, ἡ μελίκηρα apud Ariſtotelem, ἡ μελικήρα apud Athenaeum l. c. & τὰ μηλίκηρα apud Heſychium. Quibus (ſi vera eſt ſcriptura apud eumdem Athenaeum hoc loco vulgata, ad quam nihil quidem e membranis adnotatum) accedit quarta eiusdem vocabuli forma: nam ſi recte hîc ſcribitur μελικῆρας, erit accuſativus pluralis a ſing. μελικήρ: & μελικῆρες Pherecratis eaedem fuerint ac μελικηρίδες. Atque ita TOUPIUS accepit in Append. Notar. in Theocr. pag. 35. ubi cum ait locum iſtum Pherecratis non intellexiſſe Interpretes, vellem ipſe nobis eum eſſet interpretatus. Nec enim ſatis erat, monere (quod quidem recte monitum puto) τῶν αἰγιδίων ὄζειν eſſe *hircum olere*: tota ῥῆσις exponenda erat ei, qui alios interpretes erroris & inſcitiae accuſare vellet. Equidem μελικήρας penacute ſcriptum oportuiſſe coniectavi, ut eſſet genitivus, cuius rectus caſus eſſet ἡ μελικήρα ſive μηλί-

c κηρα: atque etiam iſtud μηλίκηρα apud Heſychium exiſtimavi pro nominativo ſingulari foeminini generis accipi poſſe. Tum vero, hariolando utique, talem quamdam ſententiam verbis illis ineſſe putavi: *ſicut alii hircum olent, ſic ille favum mellis.* Ad metrum quod ſpectat, quo continentur *Pherecratis* verba, poteras *hexametricum* intelligere; ita quidem ut prior ſpondacius eſſet:

— ὥσπερ τῶν
αἰγιδίων ὄζειν ἐκ τοῦ στόματος μελικήρας.

Sed multo commodius TOUPIUS in duos *anapaeſticos* distribuit, in Append. l. c.

AD CAP. LIX.

Χρύσιππος καὶ Ἀρποκρατίων, διαβάλλοντες καλῶν ὀνόματα φιλοσόφων. *Chryſippus* philoſophus ſatis notus. *Harpocration* philoſophus, quem dicit, Platonicus ille videtur intelligendus, quem Caeſaris familiarem fuiſſe Suidas tradit. *Ibid.* τίς δὲ καὶ ἡμίναν Ἑλλήνων ὠνόμασεν; ἢ τίς ἀμύλου μνημονεύει; Reſpicit ad ea, quae dicta ſunt p. 647. e. & *f.*

d τὴν μὲν ἡμίναν &c.. » Ait lautus convivator, τὴν ἡμίναν οἱ τὰ εἰς Ἐπίχαρμον ἀναφερόμενα ποιήματα πεποιηκότες οἴδασι. Adhibe ad huius loci lucem quae ſcribit » auctor libro XI. in *Cotyla.* [pag. 479. a. b.] Quid hic appellet *poëmata vulgo attributa Epicharmo*, declarant proxima verba; quae Latina faciemus, quia Interpretes Athenaeum non ſequuntur: *Fabulas, quae falſo tribuuntur Epicharmo, viri clari fecerunt: Chryſogonus nempe tibicen eam quae inſcribitur* Πολιτεία, *ut ſcribit Ariſtoxenus libro octavo Legum Politicarum: Axiopiſtus autem, genere Locrus an Sicyonius, Canonem & Gnomas, teſte Philochoro De Divinatione.* « CASAUB. — Vitioſa haud dubie erat edita ſcriptura, Ψευδεπιχαρμαῖα: nec ſatis recta quam ms. *A.* habet, Ψευδεπιχάρμια, quae tamen utcumque ferri potuerat. Ψευδεπιχάρμεια correxi, praeeunte Suida in Ἐπίχαρμος, ubi Ἐπιχάρμειοι λόγοι. Dein manifeſto turbata, nec ferenda erat orationis ſtructura: τὰ δὲ — — ὅτι πεποιήκασιν — — ὡς φησιν Ἀρίστ. Abundabat utique particula ὅτι, niſi forte ante illam excidiſſe aliquod tale verbum ſtatuas, quale οἶδα vel οἴδαμεν. Porro quod de poëmate Χείρων inſcripto dixerat Caſaubonus ad lib. XI.

pag. 479. a. » obſervari hoc loco ab Athenaeo, verſum »iſtum, Καὶ πιεῖν ὕδωρ &c. qui & ibi & hîc adponitur, »*non* eſſe *Epicharmi*, ſed *alius poëtae*:« id mihi quidem haud ita certum videtur. Quin potius, ſicut ibi Epicharmo tribuitur ille verſus, ſic h. l. diſtingui videtur inter fabulam *Chironem*, in qua verſum iſtum legi ait auctor, & inter *poëmata falſo Epicharmi nomine inſcripta*, nempe τὴν Πολιτείαν, τὸν Κανόνα, & τὰς Γνώμας. Itaque hoc dicere Athenaeus videtur, non modo in poëmatis, quae falſo adſcribi Epicharmo ſolent, reperiri vocabulum ἡμίνα, verum etiam in ipſius Epicharmi Χείρωνι. Sane & aliis ſubinde Siculis vocabulis, quae cum Italicis & Latinis magnam cognationem habebant, uſum eſſe Epicharmum ſatis conſtat; velut ipſo vocab. πόλτος, pro *pulte*, de quo modo vidimus. *Chryſogonus* ille *tibicen*, qui auctor fuiſſe traditur carminis Πολιτεία inſcripti, quod ſub *Epicharmi* nomine circumferebatur, neſcio an idem fuerit qui apud Noſtrum, XII. 535. d. ubi de Alcibiade agebatur, memoratus eſt.

Τοῦ δὲ ἀμύλου &c. »Ait, τοῦ δὲ ἀμύλου μνημονεύει e »Τηλεκλείδης. Graecis ἄμυλος, ὁ vel ἡ: Latinis *amylum* »τό. Ariſtophanes Pace: [vs. 1194.]

»Ἔπειτ' ἐπείσφερε τὰς ἀμύλους καὶ τὰς κίχλας.

»Scholiaſtes: Ἄμυλοι, πλακοῦντές τινες. οἱ δὲ, ζωμοὶ πλα»κουντώδεις· ὃν νῦν ἄμυλατον φασίν. Plato Comicus ſimi»liter amylum turdis coniungit illo verſu: [apud Athen. »X. 441. f.]

»Πλακοῦς ἐνόρχης, ἄμυλος ἐγκύμων, κίχλαι.

»Eubulus: [apud Noſtrum, VIII. 347. d.]

»Ἀμύλων παρόντων ἐσθίουσ' ἑκάστοτε
»ἄνηθα καὶ σέλινα καὶ φλυαρίας.

»Theocritus: [Idyll. IX. 20 ſq.]

»— ἔχω δέ τοι οὐδ' ὅσον ὤραν
»χείματος, ἢ νωδὸς καρύων ἀμύλοιο παρόντος.

»Adiiciam & interpretis Graeci verba: Ἄμυλός ἐστι τὸ »γαλακτῶδες τοῦ σίτου βεβρεγμένου καὶ σεσημένου, καὶ »ἀποπιεσμένου, εἶτα τῷ ἡλίῳ ξηραινόμενον. Confer cum »Catone cap. LXXXVI. & Graecis Medicis, Galeno praeſertim libro I. De Facult. Alim. & Plinio libro XVIII. »cap. VII. « Casaubonus. — His veterum poëtarum teſtimoniis alia quoque adiici poterant: velut iſtud Pherecratis apud Noſtrum, VI. 269. a. ubi, quemadmodum hîc *leporina*, ſic ibi *porcellorum coſtae amylis inſident*. Quo

e magis mireris, cur nunc demum de *amylo* quaerat Ulpianus, eique unum hoc *Teleclidae* teſtimonium adferat Larenſius, nec in memoriam revocet ea quae ſupra prolata erant. Nempe hoc reliquum erat Athenaeo ſuperioribus adiiciendum, qui illud in commentariolis ſuis latere aegre paſſurus erat; cum praeſertim contineri his verſibus videatur Euripideorum quorumdam parodia. Caeterum quod Caſaubonus monuit, Latinos τὸ *amylum* dicere, Graecos vero τὸν vel τὴν, id non ſine exceptione verum eſt: Chryſippus quidem ille περμματολόγος, pag. praec. lit. *f.* τὸ ἄμυλον neutro genere dixerat; niſi ibi erravit librarius, ut ſuſpicatus erat H. Stephanus in Indice Theſ. pag. 393. d. Confer quae notavimus ad IV. 134. e. Coniectare licuerat, id ipſum quaeſiviſſe Ulpianum, quis Graecorum τὸ ἄμυλον in *neutro genere* dixiſſet. Qui ſi id voluiſſe ſtatuatur, fatendum eſt minime ei ſatisfeciſſe Larenſii reſponſum.

AD CAP. LX.

Τὸ μὲν θάλασσιον πράσσον κόπτην φησὶ καλεῖσθαι Διονύσιος ὁ Ἰτυκαῖος ἐν ἑβδόμῳ Γεωργικῶν. »Κοπτὴν, »pro *marino porro* [lepidum erratum, *porco*, ex ed. Caſ. 1. in ed. 2. & 3. fideliter propagatum eſt] » agnoſcit etiam »Heſychius. « Casaubonus. — Tenui πράσσον geminâ σ literâ, quod conſentiente vetere cod. *A.* (nam in *Ep.* haec deſunt) editum erat; quamquam rectius πράσον ſcriptum fuiſſet. Deinde quum κοίτην h. l. & in editis & in membr. ſcriberetur, recte *copten* in verſione poſuit Dalec. & κόπτην tacite Caſaubonus in Graeco exemplo correxit, qui tamen poſtea in Animadv. κοπτὴν cum accentu in ultimâ ſcripſit. Nos paulo quidem ante, ubi temere in ed. Caſ. ἐπειδὴ καὶ κόπτην τινὰ καλεῖτε ſcribebatur, cum de *placentâ* ageretur, ex ed. Ven. & Baſ. ſcripturam κοπτὴν reſtituimus; at hic κόπτην penacute ſcribendum putavimus. Videtur enim hoc vocabulum alio accentu fuiſſe pronunciatum, cum *porrum marinum*; alio, cum *placentae* genus aliquod ſignificaret. In mendoſa voce κοίτην, quae hunc locum occupaverat, error in litera ι inerat; accentus vero recte (ni me ratio fallit) in penultimâ erat notatus. Sic quidem apud Heſychium ſcribitur: Κόπτη, θαλάσσιον πράσον. Contra κοπτὴ, *placentae genus*,

acuit ultimam, quemadmodum etiam pag. ſeq. *a.* in Clearchi & in Sopatri verbis ſcribitur: atque ita etiam in Stratonis Epigr. 54. in Brunckii Analect. T. II. pag. 372. De quo vocab. conſuli poteſt *Gorraeus* in Definit. Medicis, H. Stephanus, Theſ. T. II. pag. 350. & Foeſius in Oecon. Hippocr. p. 348. Dicitur autem & ἡ κοπτὴ & τὸ κοπτόν. Inde habes apud Heſychium, Κοπτά· μελίπηκτα. Eodemque ſpectat vocabulum κοπτοπλακοῦς, quod pag. praec. ſub finem absque interpretatione adpoſitum vidimus: niſi fortaſſe ibi κοπτὸς πλακοῦς ſcribi debuit, aut κοπτὸν, πλακοῦς, per adpoſitionem. Vocem ἐβδόμῳ, quae deerat f ſuperioribus editionibus, tacite Caſaubonus ex msstis adiecit; agnoſcitque eamdem noſter cod. *A.* Neſcio qua coniecturâ nitens Dalecampius, *libro quarto Georgicorum* ſcripſerat: *libro ſeptimo* recte dederat Natalis Comes, Mediceum codicem prae oculis habens.

Κλέαρχος ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ Γρίφων. »Pro piſtrinarum opere nominatur κοπτὴ a *CLEARCHO Solenſe* ἐν τῷ περὶ Γραφῶν, inquit Athenaeus. Sed ſcribendum ſine controverſia περὶ Γρίφων. Conſtat liquido ex ſequentibus Clearchi verbis, Σκεύη κελεύοντα λέγειν ὅμοια εἶπεῖν, &c. ſi quis ea conferat cum aliis eiusdem ſcriptoris e libro *De Griphis*, quae expoſuimus libro decimo, capite XVI. [Vide ad X. 448. c. Animadverſ. T. V. pag. 521.] Inde, & ex libri illius fine [cap. 86 & 87. noſtrae edit.] perſpicuum erit, quomodo debeant haec accipi, Σκεύη κελεύοντα λέγειν ὅμοια, εἶπεῖν, τρίπους, χύτρα, &c. Vaſa vocat ὅμοια, *ſimilia*, quae melius dicantur ὁμοιογενῆ, quam ὅμοια. Parum enim habent inter ſe *ſimilitudinis* pleraque eorum quae hîc nominantur: ſed ſunt omnia *eiusdem generis, ad culinae inſtrumentum* ſpectantia. « CASAUBONUS.— Certiſſima utique emendatio docti Animadverſoris, περὶ Γρίφων: quam eamdem non dubitare debueram etiam libro VII. pag. 275. b. recipere, ubi περιγραφῶν vulgo pro περὶ Γρίφων ſcribebatur: quo de loco vide quae ad lib. X. pag. 453. e. notavimus, Animadv. T. V. pag. 569. Tamen hoc ipſo libro, in quo verſamur, XIV. 620. c. ubi pariter περὶ Γραφῶν ſcribitur, rurſus haeſitavi, ibique ipſum hoc περὶ Γραφῶν tenendum putavi. Ac potuerat ſane polygraphus *Clearchus* duos libros componere, alterum περὶ Γρίφων, περὶ Γραφῶν alterum. Caeterum gratulor equidem, nec tamen magnopere invi-

f deo, beatis illis hominibus, qui, quamcumque ſemel tractandam ſusceperant quaeſtionem, eam ſuo ingenio ita ad liquidum perductam, atque ita certas a ſe initas eſſe rationes ſibi perſuadent, ut numquam poſthac dubitationem ullam de eo, quod ſemel ſtatuerint, in animum admittant. Iam, ut ad id de quo nunc agitur redeamus, quo pacto teneri poſſit vulgata illa ſcriptura, σκεύη κελεύοντα λέγειν ὅμοια εἰπεῖν, non video. Sane alius debet eſſe, qui *iubet dicere*, ὁ κελεύων λέγειν: alius qui iubetur, cui proponitur problema, ὃν δεῖ εἰπεῖν, *qui dicere debet:* nam ad verbum εἰπεῖν, ſubintelligendum alterum verbum δεῖν. Quare locum hîc non habet κελεύοντα: ſed κελεύοντος oportebat: *iubente* (*altero*) *nominari vaſa ſimilia, dicere oportet alterum*, Τρίπους, &c. Denique non animadvertiſſe videtur vir doctus, quam miſellum omnino & inſipidum futurum fuiſſet problema, (quod nullo pacto in *griphorum* numero, id eſt, quaeſtionum quae aliquam ſaltem ad reſpondendum difficultatem haberent, referri potuiſſet) ſi id unum fuiſſet quaeſitum, ut *nominarentur plures res, quae utcumque ad idem genus referri poſſent.* Nemo profecto tam hebes ſtupidusque eſt, quin continuo ſatisfacere quaerenti potuiſſet; praeſertim ſi de huiusmodi rebus quaereretur, quales hîc exempli cauſſâ commemorantur, de varii generis *vaſis* aut *inſtrumentis culinariis*, de *obſoniis*, de *bellariis*. Una ſaltem vincenda difficultas ineſſe quaeſtioni debuit; nempe haec, ut *verſibus comprehenderentur nomina* commemoranda: quod quidem ex ipſis exemplis hîc adpoſitis ſatis intelligitur; quae, licet tamquam pedeſtri ſermone concepta vulgo ſcripta fuerint, legitimis tamen ſenariis continentur; quorum partem recte digeſtam dedit SALMASIUS, Exercit. Plinian. pag. 427. a quo mutuatus eſt Bodaeus Stapelius ad Theophr. pag. 126.

Primus verſus, ubi de *Vaſis* quaeritur, ſic ſonat:

Τρίπους, χύτρα, λυχνεῖον, ἀκταία, βάθρον.

Ibi quum ἀκταία vulgo ſcriberetur, monuit CASAUBONUS: »Dictio una eſt ἀκταῖα, de qua cogitandum.« — DALECAMPIUS quum *Actaea* in verſione poſuiſſet, adnotaverat in orâ: »*Pila ex Attico marmore Pentelico.* Heſych.« — Percommode vero. Eſt ſane Ἀκταία, Heſychio interprete, non modo *Attica regio;* verum etiam (ut quidem vulgo apud eum legitur) ἡ ἐκ τοῦ ἀκτίτου λίθου

κατασκευασθεῖσα τοῦ Πεντελικοῦ: ubi perquam probabiliter cum ingenioso Athenaei interprete subſtantivum Θύεια, i. e. *mortarium*, ſupplere poſſis; ſive per librariorum culpam intercidiſſe illud apud Heſychium exiſtimes, ſive ſtatuas ſic vulgo olim ſimpliciter dixiſſe Graecos, ἀκταίαν, pro ἀκταίαν Θύειαν, *Atticum mortarium*, ſcilicet *ex Attico marmore Pentelico confectum.* Recte vero apud Heſychium ἀκταία, penacutâ penultimâ, non circumflexâ, ſcribitur: quam ſcripturam etiam auctori noſtro reſtituimus, metricâ etiam ratione ultimam ſyllabam produci iubente. Caeterum non magnopere obſtat, quod *ſequente verſu* etiam ὄλμος nominatur, quod ipſum quoque vocab. *mortarium* ſonat. Nam in hoc ludo nonniſi de variis *nominibus* agitur: ac forraſſe differebat etiam nonnihil inter ὄλμον & Θύειαν, cum ὄλμος *cylindricam* haberet formam, atque etiam *ligneus* (ut apud Ariſtoph. Veſp. 238 ſq.) intelligi hic potuerit, Θύεια autem *ſphaericam* magis haberet formam; quare Θυείαν στρογγύλην vocat Comicus, Nub. 676.

Obſoniorum ſecundus verſus hîc eſt:

σκόροδον, κρέας, Θύννειον, ἅλμη, κρόμμυον. a

Ubi recte, ut videtur, ἅλμη poſitum eſt ab editoribus, pro corrupto αλλη, quod hic habent membr. *A.* (In Epit. deſunt iſta ex *Clearcho* omnia.) Quod autem vulgo ſcribebatur Θυννίον, id nec verſus ferebat, nec ad ſententiam ſatis commodum erat. Eſt enim Θυννίον, *parvus thynnus*: commodius erat, *thynni fruſtum* vel *pulpamentum* nominare; id vero Θύννειον eſt, ſcil. τέμαχος vel τάριχος. vide III. 116. e. VI. 241. a. Eodem modo pro edito Θύνιον, III. 121. f. rectius Θύννειον habet ms. *Ep.*

» In Clearcheis verbis, quibus *bellaria* recenſentur, ἔν-» τιλτος quid ſit parum liquet; item quid ῥοδῶον. Sed de » hoc ſatis acceptum nobis eſt, ſcribi debere ῥόαι, ᾠόν: » ut etiam *Sylburgius* coniecerat. Etiam *ova* inter bellaria » cenſebantur. Ephippus, [apud Noſtrum, pag. 642. e.] » εἶτ' ἰτρια τραγήματα ἔπηκε. [τραγήματά θ' ἧκε,] πυρα-» μοῦς, ἄμπυς, ᾠόν. Et auctor ipſe paullo ante, [p. 641. f.] » Ἐδίδοτο καὶ ᾠὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέζῃ. « CASAUBONUS. — ἔντιλτος quid dicatur, non magis nobis, quam docto Animadverſori compertum. DALECAMPIUS coniecturaverat » ſimilem placentam fuiſſe noſtrae *Gaſteri foliatae*, ſic di-» ctam quod per bracteas velli poſſet. « — Apud Heſych. eſt Τίλτον, εἶδος ταριχίου: quod quidem nihil huc facere

a videtur. *Primum* ex iſtis verſibus in ῥοὰ terminandum, *alterum*que ab ὠὸν incipiendum, *tertio* autem πέρσεια & μήλε' ſcribendum docuit SALMASIUS, loco paulo ante laudato. Pro πέρσεια vero, & μήλε', ſeorſim nominatis, etiam iunctim πέρσεια μήλε' ſcribi poſſe, monuit idem SALMAS. in Hyl. Iatrica, pag. 86.

Sequuntur *SOPATRI* verba, ſic vulgo ſcripta: Τίς δ' ἀναρίθμου μήκωνος εὗρε κοπτὰς, ἢ κνηκοπύρους ἡδονὰς τραγημάτων ἔμιξεν. Quae citans TOUPIUS in Addendis ad Emend. in Theocrit. pag. 10. de metro non cogitans, quo adſtricta oratio videatur, illud unum monuit, κνηκοπύρους ἡδονὰς eſſe *bellaria ex cneco & polline confecta*, ſive *cneci colorem referentia*: anglice *ſaffron-cakes*. Nempe κνισσοπύρους corrigendum cenſuerat DALECAMPIUS, *triticeas*, *nidoroſas*, vertens; exiſtimansque, *cnecum* perquam amarum placentis non convenire. Cui Toupius & Dioſcoridis teſtimonium lib. IV. cap. 190. oppoſuit, & Anaxandridae apud Noſtrum, IV. 131. e. quibus adiici poterat iſtud Philoxeni apud Noſtrum, XIV. 643. b. Ad metrum quod ſpectat, dithyrambicum quemdam colorem habent primora verba, ſed ſenariorum menſuram minime quidem diſſimulant ſequentia:

ἢ κνηκοπύρους ἡδονὰς τραγημάτων
ἔμιξεν. —

Ac praecedentia etiam haud aegre, ni fallor, eidem menſurae ſeſe adcommodabunt, ſi unicam modo voculam inſerens ita ſcribas:

Τίς δ' ἀναρίθμου μήκωνος εὗρε τὰς κοπτάς.

De *papaveris ſeminibus* ad placentas adhibitis conf. p. 648. a.

ὦ καλέ μου λογιστὰ Οὐλπιανέ. λογιστὴν Dalecampius *ſermocinatorem* interpretatur. Idem vocabulum, quo eumdem Ulpianum compellatum lib. IX. pag. 401. b. vidimus, ibi *ratiocinatorem* expoſuimus. Potuerat Graecum nomen *Logiſta* teneri: adluditur enim ad illos magiſtratus apud Athenienſes, qui (ut Suidas cum Harpocratione docet) ab Archontibus magiſtratu decedentibus *rationes adminiſtratae reipublicae exigebant*. Quare hoc loco *rationum exactorem* interpretatus ſum.

b τὸ γὰρ ἀπεσθίειν οὕτως (ſcil. ita, ut valeat τὸ μὴ ἐσθίειν) εἴρηκεν ἐν Φινεῖ ὁ κωμῳδιοποιὸς (ſic conſtanter ms. *A.*) Θεόπομπος. Habet hic locus cum adpoſito *THEOPOMPI* teſtimonio quae exercere poſſint doctorum viro-

rum ingenia, ac iam olim viros doctissimos exercuit. *Casaubonus* quidem, licet in poëtae verbis nonnihil mutaverit, in Animadversionibus tamen totum locum silentio praetermisit. *Henr.* STEPHANUS vero, Thes. Ling. Gr. T. I. pag. 1910. cum dictionis huius, Ἀπεσθίω τοῦτο, hanc notionem commemorasset, *esu huius rei abstineo:* »Mira autem, inquit, & vix fide digna videri posset haec significatio, nisi apud Athenaeum eius exemplum ex Theopompo comico depromtum extaret.« Graviorem vero dubitationem *Petrus* VICTORIUS movit, Variar. Lect. III. 13. hunc locum tractans, diligenterque ponderandum dicens. Videndum quippe, ne *perperam* Athenaeus *Theopompi* praeceptum ita interpretetur, ac si ἀπεσθίειν ille *abstinere* dixisset; cum potius apud hunc poëtam, ut apud alios, idem fortasse valeat hoc verbum compositum atque simplex ἐσθίειν, *comedere.* Provocat igitur Victorius ad Catonem de Re Rust. c. 158. ubi pro *bene deiiciendo alvo* commendat inter alia *mytulum, piscem capitonem, scorpionem & cochleas.* Quam in sententiam etiam Horatius lib. II. Sat. 4. vs. 27 sqq. ait: b

— *Si dura morabitur alvus,*
mitulus & viles pellent obstantia conchae,
& lapathi brevis herba. —

Ad quae si quis regerat, mitulos & conchas, ac fortasse eos etiam pisces quos Cato nominavit, non esse ex *saxatilium* (τῶν πετραίων) genere; ecce rursus Plinium, diserte docentem, lib. XXXII. cap. IX. sect. 31. *ad emolliendam alvum* optimum esse *piscium ius*, praesertim e scorpionibus & iulide & *saxatilibus.* Et Plinio plane adsentitur Dioscorides, II. 35. cuius verba adposuit Harduinus in Notis ad Plinium. Quos si testes audias, haud procul fortasse abfueris quin Victorio adsentiaris. At contra doctissimus CORAY, in Notis ad Xenocratis libellum DE Alimento ex Aquatilibus, pag. 138. docuit, ex vetustiorum Medicorum ratione (quos secutum esse Theopompum consentaneum est) *saxatiles pisces sistere potius alvum, quam laxare:* Hippocratem certe (in libro DE Affectionib. Opp. T. II. pag. 185 sq. ed. van der Lind.) πετραίους ἰχθύας commendare, ubi *siccare alvum* oportet. Notandumque praeterea, non de *piscium carne*, sed de *iure ex piscibus* loqui auctores in contrariam partem citatos. De *blito* & aliis id genus oleribus nota res est, ad *movendam alvum* ea com-

b mendari. *Lapathum* eo nomine laudatum ab Horatio modo vidimus. Ex Martiali haec adnotavit Dalecampius, non nimis verecunde quidem expreſſa:

Utere lactucis, & mollibus utere malvis,
Pontice: nam faciem dura cacantis habes.

Cum beta & lapatho ſigillatim *blita* eumdem in finem commendat pater Medicorum loco cit. pag. 185. & 193. Sed *blita* prae caeteris apud Comicum noſtrum eâ cauſſâ nominari videntur, quod in viliſſimis oleribus ſolerent haberi. Nam argumentum totius eclogae (ut poſt *Victorium* Dalecampius adnotavit) hoc eſt: »Adoleſcentem qui»dam luxurioſum monet, ut ſumtuoſam vitam agere ceſ»ſet, & cibis viliſſimis contentus ſit.«

Verſ. 3. Pro ἰχθυδίων, Dawesius in Miſcell. Crit. pag. 214. ut alibi, ſic & hîc, ἰχθυιδίων ſcribendum cenſuerat, quo antepenultima produceretur: quae tamen etiam absque illo fulcro produci poterat.

Quartus verſus ſic ſcribitur cum in editis, tum in vetuſtis membranis:

ἡ τρὺξ ἄριστόν ἐστιν εἰς εὐβουλίαν.

Ubi τρὺξ non cum Dalecampio *vini faex* intelligi debet, ſed *vinum recens;* qui eſt proprius maxime vocabuli illius ſignificatus, teſte Heſychio, & veteribus Interpretibus Ariſtophanis ad Plut. 1086. & Theocriti ad Idyll. VII. 70. Corayus vero, cum in Notis ad Xenocratem τὴν τρύγα *vinum recens & nondum excolatum* interpretatus eſſet, in Notis msstis *loram* intelligit, quam *piquette* Galli nominant. Hanc igitur τρύγα *humectare ac ſolvere ventrem* (referente eodem Corayo) ait Hippocrates, lib. II. De Diaeta, T. I. Opp. p. 224. Unde inſignis utique veri ſpecies accedebat emendationi eiusdem Viri docti, ἄριστόν ἐστιν εἰς εὐκοιλίαν corrigentis. Eamdem emendationem iam olim a *Caſaubono* adhibitam ait Grotius, in Notis ad Excerpt. p. 971. ubi imprudenti ſummo viro excidiſſe *Caſauboni* nomen videtur, cum *Scaligerum* nominare voluiſſet: nam a Caſaubono quidem (ut iam ante dixi) nihil adnotationis ad hunc locum exſtat; *Scaligeri* autem Notulis & Emendationibus nonnullis msstis uſum eſſe Grotium, ipſe in Praefatione Excerptorum profitetur, earumque in ſuis ad Excerpta Notis haud raro, atque etiam ad ipſius huius eclogae poſtremum verſum, mentionem facit. Ego vero cum eodem Grotio tenendam ſcripturam εὐβουλίαν putavi. »Εὐ-

»βουλίαν, inquit, mutat Casaubonus in εὐκοιλίαν. Ego ali- b
»ter censeo: specie dandi consilii ad *valetudinem* aliud da-
»ri, quod *menti* & *patrimonio* conducat, idque κατὰ τὸ
»ἀπροσδόκητον. Sic, sequente versu, cum exspectaretur
»ut diceret, ῥᾷον ἔσῃ τὴν κοιλίαν, aut simile quid, sub-
»intulit τὴν οὐσίαν. Et paulo ante, cum ἔσθιε exspecta-
»retur, contrarium dixit, ἀπέσθιε.« — Sic perspecte Gro-
tius. Atque etiam CORAYUS, in *Notis msstis*, propositâ
eâdem emendatione quam in Notis ad Xenocr. commen-
daverat, haec adiecit: »Caeterum, quamvis illud κοιλίαν
»σκληρὰν ἔχεις, satis tueri videatur mutationem τοῦ εὖ-
»βουλίαν in εὐκοιλίαν, fateor tamen & εὐκοιλίαν stare posse.«

Quintus versus in ed. Ven. & Bas. in hunc modum scri-
bebatur:

ταύτην πόης καὶ ῥᾷον ἔσῃ τὴν οὐσίαν.

Quem versum Casaubonus, πόης tacite in πίης (i. e.
πίῃς) mutato, in hunc modum edidit:

ταύτην πίης καὶ ῥᾷον ἔσῃ τὴν οὐσίαν.

Quam scripturam ob oculos habens CORAY, neque aliam
cognitam habens, sagaci de coniecturâ sic corrigendum
versum censuit:

ταῦτ' ἦν ποιῇς, ῥᾴων ἔσῃ τὴν οὐσίαν.

Et ταῦτ' ἦν ποιῇς iam olim SCALIGERUM emendasse, cum
πόης editum vidisset, adnotavit Grotius. Atqui id ipsum,
quoad sententiam quidem, in veterum membranarum scri-
pturâ, quae ποης absque accentu scriptum habent, la-
tuisse videtur. ποῇς, pro ποιῇς, ut III. 107. d. & alibi sae-
pius, veluti X. 443. f. XI. 472. a. (ubi vide not.) & 485. f.
Nempe sic plerumque usurpat vetus ille codex, quamvis
& ποιῇς corripere penultimam potuisset, ut *Brunckius* do-
cuit ad Lysistr. vs. 128. suffragante *Villoisono* in Prole-
gom. ad Homer. pag. VII. Iam vero idem vetus codex,
ut acute CORAYUS scribendum viderat, & ῥᾴων, non ῥᾷον,
scribit, & καὶ particulam ignorat. Denique pro ἔσῃ idem
codex Atticam formam ἔσει dedit. Ad eumdem postre-
mum versum in *Notis msstis* monuit idem CORAY, adludi
ad formulam qua uti medici solent; veluti Hippocr. de In-
ternis Affectib. Opp. T. II. pag. 212 sq. sect. 13. ταῦτα ἢν
πειέῃ, ῥᾴιον οἴσει τὴν νοῦσον.

AD CAP. LXI.

c ὁ Σύρος. *Syrus:* nempe Ulpianus, Tyrius. Vide I. 1. d. & Animadv. ad eum locum.

παράκειται ἡμῖν ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ψιττάκια. »Omnino ſcribendum καὶ φιστάκια, vel πιστάκια »cum interpretibus. Membranae omnes corruptae: etiam »Excerptorum vacillat fides, modo φιττάκια, modo βι»στάκια ſcribentium. *Piſtacia* ex Plinio, Medicorum li»bris & uſu quotidiano ſatis nota: nam & hodie ſic vul»go vocant. « CASAUBONUS. — Haud immerito ſuſpecta erat illa ſcriptura ψιττάκια, cuius deinde in his, quae de hoc fructu diſputantur, nullum amplius veſtigium occurrit. Nam quod mox in NICANDRI *verſu* ſubiecto ψιττάκι' vulgo apud Athenaeum conſentiente msto *A.* legebatur, id quidem haud dubie vitioſum, & ex hoc loco, ubi prima huius fructus mentio facta, illuc translatum erat. In *Nicandri* verſu non modo codex *Epit.* φιττάκι' ſcribit, per φ non ψ literam; verum paulo poſt (lit. *e.*) diſerte etiam declarat Athenaeus, *aſpiratâ primâ literâ* φιττάκια ſcripſiſſe Nicandrum. Scripturam per ψ etiam hoc ſuſpectam reddere poterat, quod ab eo nomine, quo inſignitur hic fructus in eis regionibus, unde ad Graecos pervenit, nimium recedat. Nam quum Syriacum & Arabicum nomen *piſtak* vel *phiſtak* ſit, (de quo poſt Bochartum, in Chan. lib. I. cap. 10. & Celſium in Hierobot. pag. 24. praeſertim conſulendus NICLASIUS in his quae ad Geoponic. X. 12. erudite adnotavit:) Graecum nomen πιστάκιον vel βιστάκιον nihil aliud eſt niſi ipſum illud nomen, Graeca terminatione donatum: pro eoque perinde etiam φιστάκιον dici potuit, ac, mollitâ nonnihil pronunciatione, φιττάκιον: ſed, orientalium linguarum literam *pe* vel *phe* in Graecum *pſi* mutari, id vero mirum utique & inauditum videri poſſit. At, quis uſum loquendi, vulgarem praeſertim, tam certis tamque inviolabilibus legibus circumſcriptum dicere praeſumat, quas non variis atque variis modis migrare liceat, ſemperque licuerit? Poſſis utique cum inſigni veri ſpecie coniectare, ſcripturam ψιττάκια e librarii errore ortam eſſe, literas φ & ψ inter ſe permutantis; quod quam facile fieri potuerit in oculos incurrit: ac fatendum eſt etiam, ſcripturam hanc apud Athenaeum unius codicis noſtri Veneto-Pariſienſis auctoritate ſtare; nam in *Epi-*

tomâ deeſt diſputationis huius introitus ille, in quo vocabulum ita ſcriptum occurrit. Sed, ecce, eamdem ſcripturam ψιττάκια habes apud Geoponicos lib. X. c. 12. Unde viciſſim coniectare licebat, fuiſſe pariter hanc ipſam nominis formam in uſu, ac fortaſſe in vulgari praeſertim ſermone. Et quamvis adeo corrupta eſſet nominis forma, tamen rationem aliquam habebat corruptela: ſcilicet, ut ſibilus, qui poſt vocalem *i* audiri debebat, ante illam transferretur; quod eo facilius uſu venire potuerat, quoniam ſic prodibat vocabulum ſimile alii vocabulo peregrino, (ψιττακὸς,) quod Graecis erat familiarius. Sed, quid plura? Revera in uſu olim fuiſſe ipſam illam vocabuli formam, de qua quaerimus, extra dubium ponunt ea quae apud Stephanum Byz. ſub voce ψιττακὴ leguntur: de quo perſpecte etiam ante nos NICLASIUS l. c. monuit. Caeterum de *piſtaciis* conſulendus *Bodaeus a Stapel* ad Theophr. pag. 359 ſqq. ubi totum etiam hunc Athenaei locum pertractavit; item, ante Bodaeum, *Caſp. Hofmannus* Variar. Lect. lib. III. cap. 24.

κατὰ τὸν Ποντικὸν λεσχηνευτήν. » ὁ Ποντικὸς λεσχηνευ- » τὴς, opinor, eſt Chamaeleo Ponticus, aut Heraclides » Ponticus. « CASAUBONUS. — *Heraclidem* illum intellige *Ponticum*, non philoſophum, ſed Grammaticum; qui poſtquam Alexandriae Didymum audiverat, Romae dein docuit ſub Claudio & Nerone imperatoribus, ſcripſitque metro Sapphico aut Phalaecio (ut ait Suidas, in Ἡρακλ. Ποντ.) tres libros, quos Λέσχας, id eſt, *Diſputationes*, inſcripſit: quibus libris multae difficiles quaeſtiones proponebantur. Hunc igitur, λεσχηνευτὴν Ποντικὸν vocat Ulpianus, non ſine contemtu; ſignificans, opinor, quas ille *Leſchas*, quaſi *Diſputationes philoſophicas* inſcripſit, eſſe illas vere λέσχας eâ vocabuli notione, qua idem valet λέσχη atque φλυαρία, id eſt, *nugae*. Quare recte iudicaſſe *Küſterus* videtur, eumdem eſſe Ponticum Heraclidem qui Λέσχας (Suida teſte) ſcripſit, atque eum quem Diogenes Laërtius V. 93. ait φλυαρίας compoſuiſſe.

Νίκανδρος μὲν ὁ Κολοφώνιος &c. » Sequitur *NICANDRI* » verſus, [*ex Theriacis*, num. 891.]

» Πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλέοισιν ὅμοια. d

» Locus poëtae ita habet:

» Ὅσσα θ' ὑπ' Ἰνδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
» πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα πέφανται

d » καυκαλίδας, σὺν δ' αἰθὰ βάλοις φιμώδεα μύρτα.
» Neque aliam agnoscit lectionem Graecus interpres, homo » doctus, & non indiligens. Olim diversa γραφὴ obtinuit, ut » vides: sed vulgatam Nicandreorum codicum annotat obi» ter Athenaeus. Γράφεται δὲ, inquit, καὶ ἀστάκια » ἀμύγδαλα ὄντα πέφανται. Absque dubio corri» gendum, Φιστάκι' ἀκρ. ἀμυγδαλόεντα πέφανται. » Criticorum vox propria γράφεται, cum lectionis diver» sitatem indicare volunt. Quomodo hîc accepta sit a Da» lecampio, [vertente: *Scribitur & alio loco:*] aestimabit » eruditus lector. « CASAUBONUS. — In *Nicandri versu*, ubi primum ille adponitur ab Athenaeo, non Πιστάκι' editum erat, quemadmodum hîc in Animadv. scripsit Casaubonus; sed Ψιττάκι', atque ita etiam scriptum in ms. *A.* Sed in ms. *Epit.* recte Φιττάκι' scribitur. *Recte sic scriptum in ms. Ep.* dico, licet apud Nicandrum hodie Πιστάκι' legatur. Nam, sic scripsisse Athenaeum, cum versum illum primum adponeret, ipse paulo post declarat, dicens *aspiratâ literâ scripsisse Nicandrum* φιττάκια. Deinde, ubi diversam codicum Nicandri scripturam adnotat Deipnosophista, ibi mendosum ἀμύγδαλα ὄντα (pro ἀμυγδαλόεντα) tenet quidem codex *A.* sed pro καὶ ἀστάκια, quod absurde editum erat, καὶ κιστάκια habet; quod (ob literae κ cum β confusionem, de qua & saepius alibi, & haud multo ante ad pag. 647. c. diximus) καὶ βίστακια valet, quemadmodum perspicue in ms. *Epit.* scribitur, γρ'. δὲ καὶ βιστάκια: reliqua vero versus verba in *Epit.* hîc omittuntur.

ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστ. Articulum τῇ adiectum dedit ms. *A.* Mox *ibid.* cum περσίον scriberetur in editis, in ms. *Ep.* vero πέρσιον, πέρσειον correxi, sicut supra (hac pag. lit. *a.*) πέρσεια pro περσία scripseram, praeeunte *Salmasio* & *Stapelio.*

λευκόφαιον. »Recte, καρτὸν ἀφίπσι λευκόφλοιον » ὄντα: etsi erat in *Epitomâ* λευκοφαῆ. « CASAUBONUS. — Quam fidenter *rectam* vir doctus scripturam pronunciavit, non tamen caret ea difficultatibus: quas non dissimulavit Bodaeus ad Theophr. pag. 360 sub fin. DALECAMPIUS, quum *albo cortice* vertisset, haec adnotaverat: »Legen» dum, si rem ipsam consideres, *albo putamine:* quando» quidem aspectus ipse esse candidum putamen indicat, ru» sum vero corticem. « — Nos utriusque codicis scripturas

inter se conferentes, λευκόφαιον scriptum reliquisse d Athenaeum existimavimus, i. e. *colore albo ex fusco mixto.*

παρεμφερῆ τοῖς δακρύοις. DALECAMPIUS, *fructu glandibus simili:* & in orâ: ἀκροδρύοις.« — HOFMANNUS, Var. Lect. III. 24. primum sibi in mentem venisse ait δακτύλοις; dein vidisse, ex Nicandro ἀμυγδάλοις corrigendum: atque hoc postremum unice probavit BODAEUS, pag. 361. Rursus vero doctissimus CORAY, in *Notis mss tis*, ait: »Lege δακτύλοις, i. e. *dactylis*, qui sunt *palmae* »*fructus*, & quorum revera speciem referunt τὰ πιστά»κια.« — At, demonstratum a se ad Theophrasti lib. II. c. 8. esse, ait Bodaeus, licet Suidas dicat, Δάκτυλοι, παρὰ πολλοῖς οἱ βάλανοι τῆς φοίνικος, tamen recentem admodum esse illum vocabuli usum; nec enim apud veterem ullum sive Graecum sive Latinum scriptorem δάκτυλον aut *dactylum* pro *palmae fructu* poni: quam observationem Bodaeo praeiverat SALMASIUS, Exercitat. pag. 929. Equidem cum meum non esse intelligerem istam doctissimorum virorum disceptare litem, consultissimum duxi vulgatam h. l. scripturam δακρύοις tenere, quam cum editis libris uterque noster codex mstus tuetur. Atque, ut dicam quod sentio, si δακτύλοις hîc scripsisset Athenaeus, parum nobis probabile videtur, librarios vocabulum istud satis sibi notum in δακρύεις (quod difficiliorem habet explicationem) fuisse detorturos. Denique nihil magnopere obstare videtur, quin credamus, potuisse *Posidonium*, e quo haec ducta sunt, pistaciae arboris fructum, ad figuram quod spectat, cum *lacrymis* quodammodo conferre, quae ex variis arborum generibus *destillare* solent. Evolve modo Harduini Indicem Plinianum, & intelliges quam late vocabuli *lacrymae* usus in hanc partem patuerit: atqui eodem modo Graeci scriptores suum δάκρυ vel δάκρυον usurparunt: vide, verbi causâ, Theophr. Hist. Plant. lib. IX. cap. 1. Praecipue gummium & resinarum, masticches, thuris, & similium, *lacrymae* dicuntur. Caeterum vocabulo δακτύλοις etiam eâ causâ locus hîc esse vix potuerat, quoniam sequitur pronomen *neutrius generis*, ἃ δὴ &c. quod nec ad τοὺς δακτύλους, nec ad τὸν καρπὸν potest referri, sed ad τὰ δάκρυα (aut quodcunque aliud sit vocab. neutrius generis, quod olim hîc positum fuerit) referri debet. Sin fortasse cogitare subeat, constructionem esse ad *sensum*, ut aiunt, non *ad literam*; scilicet quod τὰ

d πιστάκια cogitaverit auctor, ad quae pronomen ἃ referatur: ei rationi rursus obstant sequentia adiectiva, ἔγχλωρον, εὔχυμον, εὐώδη, ad τὸν καρπὸν manifeste relata.

τὰ δ' ἔνδον ἔγχλωρον. More fere suo librarius codicis *A.* ἔνχλωρον scripsit, literam ν pro γ ante χ servans: suo vero arbitrio Epitomator ἔστι χλωρὸν posuit. De notione adiectivorum isto modo cum ἐν praepositione compositorum vide supra, ad I. 26. a. notata. Conf. ad III. 126. d. Animadv. T. II. pag. 380. Refertur autem adiectivum ἔγχλωρον cum his quae sequuntur, εὔχυμον & εὐώδη, (ut modo monuimus) ad substantivum τὸν καρπόν: quare τὰ δ' ἔνδον intelligi debet κατὰ τὰ ἔνδον.

καὶ τοῦ κωνίου τῶν στρεβίλων. Cum κωνείου hîc legeretur, quod *cicutam* significat, monuerat iam olim P. Victorius, Var. Lect. XIV. 13. & post eum alii, κώνου esse corrigendum: de quo vocab. conf. II. 57. b. c. At κωνίου dedere ambo codices mssti: quod possit esse diminutivum τοῦ κώνου.

οἱ δὲ τὰ Γεωργικὰ συγγράψαντες ἀδελφοί. Isti *auctores Georgicorum fratres*, quorum nomen & tacuit Athenaeus, nec interpretes illius aperuerunt, sunt *Quintilii* fratres, *Condianus* & *Maximus*; qui sub M. Antonino Imp. & sub Commodo, a quo occisi sunt, Romae floruerunt: de quibus vide *Needhamum* & *Niclasium* in Prolegomenis ad Geoponica.

e Verba *Quintiliorum* adponuntur haec: καὶ τὴν μελίαν καὶ τὴν τέρμινθον, ἃ δὴ νῦν πιστάκια οἱ Σύροι καλοῦσιν. Mira vero oratio. καὶ ἃ δὴ νῦν πιστάκια corrigit Salmasius, in Homon. Hyl. Iatr. cap. 104. pag. 175. ἣν δὴ νῦν πιστακίαν Σύροι καλοῦσι corrigendum censuit Bodaeus pag. 360. nam *fructum* quidem τὸ πιστάκιον dici; *arborem* autem, de qua hîc agatur, τὴν πιστακίαν nominari. Sed abruptam esse adparet orationem: suspicarique licet, ad nomen τὴν τέρμινθον relatum olim fuisse verbum φέρειν, ut sensus esset, *terminthum arborem ferre ea quae a Syris pistacia nominantur.* Nam arbor *pistacia* ita similis esse proditur arbori *termintho* vel *terebintho*, ut eodem nomine utraque etiam arbor subinde insigniatur, cum praesertim *pistacium* fructum inserere in *terebinthum* arborem consueverint. Conf. Geoponic. X. 12. & ibi Niclas, pag. 667. Estque etiam in Linnaeanâ ratione *terebinthus* arbor species *pistaciae.* Caeterum etiam τὸ πιστάκιον *neutro genere*, contra quam Bo-

daeus voluerat, de *arbore piſtacia ferente* paulo ante di- e
xerat Poſidonius. Perperam vero Dalecampius, cum eo-
que Bodaeus, proxime ſubiecta verba, καὶ οὗτοι μὲν &c.
ita acceperunt, quaſi etiamnum *Quintiliorum* eſſent; adeo-
que οὗτοι ad *Syros* retulerunt. Sunt autem manifeſte haec
Deipnoſophiſtae verba, ſuo nomine monentis, Quintilios
fratres πιστάκια dixiſſe, *Nicandrum* vero *aſpiratâ literâ* φ
in eodem nomine uſum eſſe. At non (ut Caſaubonus ſuo
arbitratu edidit) φιστάκια per στ ſcripſiſſe *Nicandrum* ait
Athenaeus, ſed φιττάκια, geminatâ τ literâ. In hanc
ipſam quidem ſcripturam, φιττάκια, h. l. uterque noſter
codex mſtus conſentit: pro quo temere φιτάκια ſimplici τ
literâ poſitum erat in ed. Ven. indeque in editionem Baſ.
propagatum. Ac iam ſupra, ubi primum citabatur Nican-
dri verſus, eodem modo recte in cod. *Epit.* ſcriptum vi-
dimus, ubi perperam cum ſibilo in vocabuli initio ψιτ-
τάκι' ſcribebatur in edd. & ms. *A*. Neque adeo inconſtans
eſt in hoc vocabulo ſcriptura Epitomae, ut conqueſtus
erat Caſaubonus: ſed recte conſtat ſibi.

AD CAP. LXII.

περὶ τῶν παρὰ Ἀλεξ. καλουμ. κοννάρων καὶ παλιού- f
ρων. »De *connaro* & *paliuro* ſic Heſychius: Κόνναρον, κα-
»τὸς δένδρου ὅμοιος παλιούρῳ. Forte ὁμοίου παλ. « Casau-
bonus. — Idem Heſychius alibi: Παλίουρος, τὸ ζαμνώδης
δένδρον. Totum hunc Athenaei locum tractavit Salma-
sius, Exercit. pag. 729 ſq. & in Homonymiâ Hyles Iatr.
cap. 1. tum Bodaeus ad Theophr. p. 327 ſqq.

Ἀγαθοκλῆς ὁ Κυζικηνός. Eumdem *Agathoclem* dicit,
quem alibi *Babylonium* quidem adpellaverat, ſed περὶ Κυ-
ζίκου ſcripſiſſe dixerat. Vide IX. 375. f. & XII. 515. a. &
conf. Voſſium de Hiſtor. Graec. lib. III. p. 316 ſq.

πτελέης καὶ πεύκης. Cum temere καὶ πλεύκης in ed.
Caſ. 1. & 2. ſcriptum eſſet, monuit Bodaeus: »Forte ἢ
»πεύκης, ut interpres, vel λεύκης. Vicinae magis arbo-
»res, *ulmus & populus*.« — At καὶ πεύκης habent ſupe-
riores editiones cum utroque mſto: eadem ſcriptura re-
ſtituta eſt auctori in ed. Caſ. 3. Mirum vero, quod non
ſemel, ſed iterum *arbusculam* (δενδρίον) dicat auctor, quam
tamen *non minorem* ait eſſe *ulmo aut picea* arboribus.

Ibid. ζαμέας καὶ δολιχαύς. Sic recte editiones quae

praeceſſerunt duas poſteriores Caſaubonianas, in quibus temere ζαμέας μὲν δολιχούς.

a κατὰ φαυλίην ἐλαίην. Cum κατὰ φαυλίην καὶ ἐλαίην ederetur, monuit CASAUBONUS: »Habent mssti, μέγεθος »κατὰ φαυλίαν ἐλάαν.« — Nempe ſic *Epit.* atque etiam noſter ms. *Ep.* Sed codex *A.* formam Ionicam tenet, φαυλίην ἐλαίην. De *phauliâ olivâ* conf. quae ad II. 56. c. notavimus. Quod ait, τὴν σάρκα καὶ τὸ ὀστέον ταύτῃ προσείκελον, intellige *carnem* eſſe *multam*, *nucleum* vero *parvum*; quod de *phauliâ olivâ* Theophraſtus dixit, lib. VI. DE Cauſſis Plantar. cap. XI extr. a quo ſua mutuatus eſt Plinius, lib. XV. cap. III. ſect. 4. ubi *grandiſſimam* ait *phauliam olivam*, *alioqui minimo ſucco*. *Ibid.* διαλλάσσον δὲ τῇ τοῦ χυμοῦ ἡδονῇ. Sic mssti ambo: recte. Cum διαλλάσσει eſſet editum, ante hoc verbum interpoſito puncto distinguebatur oratio.

καὶ ἐπὴν αὐανθῇ, ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ ἄλευρα, καὶ πατέονται ταῦτα, οὐ μάξαντες, οὐδ' ὕδατι δεύσαντες, ἀλλὰ φαύλως ὁκοῖά περ πέφυκεν. Cum πατέονται olim legeretur, haec latine ſic convertit Dalecampius: *At cum exſiccatus fuerit* (*fructus*,) *molitur in farinam*, *quam pedibus calcant*, *non manibus pinſunt*, *aut aqua rigant*, *quoniam reſpuit eius natura*, *ſed cogunt in offas negligentius*. Quae omnia absque animadverſione transmiſit Caſaubonus: & Dalecampii Latina fideliter in Gallicum ſermonem transtulit Villebrunius. At, primum, de *farinâ* haud immerito dubitationem movit SALMASIUS, Exercit. pag. 730. ineptum eſſe, aiens, dicere *ex ſiccis huiusmodi fructibus farinam fieri apud Aegyptios*. »Qui enim, quaeſo, (ſic ibidem pergit) ex ſiccatis huius»modi fructibus, & *pedibus tantum contuſis*, *farina* poſſet »fieri? In *maſſas pedibus calcantes* hunc fructum *redige»gebant*, & doliis condebant, ut ſervaretur. Ἄλευρα vo»cat *maſſas*, quales fiunt ex farinâ conſperſâ. Idem plane »dicit de hac *connaro Alexandriná*, quod Polybius de ſua »*loto Lybica*: [quam cum illa eamdem eſſe, aut parum diverſam, idem Salmaſius probabile fecit:] »μετὰ χόνδρου »κόψαντες σάττουσιν εἰς ἀγγεῖα. [Polyb. XII. 2, 5. apud Athenaeum noſtrum, paulo inferius, p. 651. d. e.] »Idem »de prunis ſuis exſiccatis faciebant iidem Aegyptii, re»ferente Theophraſto: [Hiſt. Plant. IV. 3.] Διὰ τὴν ἀσθο»νίαν τοῦ δένδρου ξηραίνουσι τὸν καρπὸν, καὶ τὸν πυρῆνα »ἐξαιροῦντες κόπτουσι, καὶ ποιοῦσι παλάθας. *Siccatum* (fru-

»ctum) *tundunt, & maſſas faciunt.*« — Sane ſi nude ac ſimpliciter ἄλευρα ſcripſit *Agathocles*, perincommode ſcripſit, & ἄλευρα poſuit pro eo quod παλάθας aut certe μάζας vel μάζια rectius dixiſſet. Nec tamen BODAEO *Stapelio*, aliàs conſtanter fere *Salmaſium* (tacito quidem illius nomine) ſequenti, hîc id quod voluerat perſuaſit vir doctiſſimus: nam Dalecampium contra Salmaſium defendendum ille ſuscepit, ad Theophr. pag. 328. Nempe, minime utique ad liquidum perduxerat hunc locum idem Salmaſius; cum de mendâ, quae in verbo πατέοντι inerat, nihil ei ſuboluiſſet. Id verbum ſi ad πατέω, *calco*, *conculco*, referas, non poteſt quin totam huius loci ſententiam turbet atque corrumpat. Atqui nec Grammatica ratio id verbum hîc admittit; nam πατέοντι *Dorica* foret verbi forma, cum *Ionico* ſermone uſus ſit Agathocles: nec vero id ipſum πατέοντι habent veteres ſcripti libri; ſed mutilato quidem verbo in membr. *A.* πατέον ταῦτα ſcribitur, in *Epitomâ* vero προσφέρονται ταῦτα. Quo ex verbo, quod Breviator hîc poſuit, liquido adparet, (quod quidem alioquin etiam certum erat) veriſſimam eſſe emendationem, a CORAYO in *Notis msstis* ad h. l. commendatam, ubi ait: »Legendum πατέονται: (in ſenſu τοῦ ἐσθίουσι:) quod & »ab aliis factum iam alicubi me animadvertere memini. »Deinde ſubaudiendum ἀπὸ κοινοῦ verbum πατέονται poſt »φαύλως, quod hîc ſonat idem ac Gallorum *ſans façon*. »Huiusce loci parallelum alium habes apud Ariſtophanem, »Pace vs. 25. coll. vs. 28.« — De edito olim πατέοντι, in πατέονται mutando monuerat WESSELINGIUS in Diſſertatione Herodotea, pag. 97. provocans ad Herodot. II. 66. (ubi vide Valckenaer.) & II. 37. tum ad Heſychium voc. Πατέεται & Πατέοντο. Caeterum vocabulo ἄλευρα (i. e. *farinâ*) facile quidem credo ipſum *Agathoclem* uſum eſſe, ubi de hac re diſſeruit; nam ad illud refertur id quod dein dixit, οὐ μάξαντες, οὐδ' ὕδατι δεύοντες. Sed videtur utique ille ſic ſcripſiſſe, tamquam de re quae parum ei cognita fuiſſet.

Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι φησὶν »παλιούρου κλάδῳ.« Pro κλάδον, quod erat editum, κλάδῳ dedit ms. *A.* ut vulgo apud *EURIPIDEM* legitur, *Cyclope* vs. 393. MUSGRAVIUS (vs. 394.) κλάδων legendum cenſuit, ut ſint ὀβελοὶ παλιούρου κλάδων, *veruta ex ramis ſpinae albae.*

Τούτων δὲ πρῶτον ἐμνήσθην. »Cur ait πρῶτον? Nullam b

b » probabilem rationem invenias. Scribo τὰ νῦν. « CASAUBONUS. — At: » Male ſolicitat Caſaub. τὸ πρῶτον. Nam » dixit auctor pag. 649. e. ἐρῶ δὲ πρότερον περὶ τῶν παρὰ » Ἀλεξ. καλουμένων κοννάρων. « CORAY, in *Notis mſstis.*

AD CAP. LXIII.

ἀπ' αὐτῶν καὶ ἡ Πελοπόννησος Ἀπία ἐκλήθη. » *Peloponneſum Apiam fuiſſe olim dictam*, ex Homero & eius interpretibus etiam pueri ſcire poſſunt. Sed, id illi nomen » eſſe inditum διὰ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτὸν, *quod multae in ea regione pyri arbores naſcerentur*, alibi temere » non legas, & omnino falſum puto. « CASAUBONUS. — Vide Interpp. ad Iliad. α'. 270. Mox dein, ubi ait Deipnoſophiſta, φησὶν Ἴστρος, intellige ὡς φησίν.

c ὅτι δὲ τὰς ἀπίους ἐν ὕδατι εἰσέφερον. Cum τοὺς ἀπίους hîc in ed. Ven. & Baſ. legeretur, monuit H. STEPHANUS in Indice Theſ. pag. 489. fine mendâ ita ſcribi, provocans ad Ariſtophanis Scholiaſtem (ad Concion. vs. 355.) aperte docentem, *pirum fructum* non modo τὸ ἄπιον & τὴν ἀπίον, ſed & τὸν ἄπιον masculino genere dici. Sed, quidquid ſit quod de illo Scholiaſtae loco ſtatuas, recte feciſſe Caſaubonus videtur, quod τὰς ἀπίους hîc (tacite quidem) correxit: quam ſcripturam, ni fallor, firmat etiam veterum noſtrarum membranarum auctoritas.

Ἀλεξις ἐν Βρευτίᾳ. » Corruptus eſt titulus *Alexideae* » *fabulae*, quam libri omnes Βρευτίαν inſcribunt. Dale» campius Βρεττίων appellat, & *Brutiam*. [Nempe, *Alexis in Brutiâ*, vertit.] » Sed non fuerunt aetate *Alexidis* ita » noti Athenienſibus *Brutii*, ut de eorum nomine Comici » ſuas fabulas inſcriberent. Forte, ἐν Ἀντείᾳ, vel Ἀλειπτρίᾳ, vel Κρατεύᾳ: quibus titulis editas Alexidis fabu» las conſtat. « CASAUBONUS. — At *Brutios*, Siciliae proximos, quorum in finibus multae etiam Graecae fuere civitates, haud ſatis video cur ita incognitos Athenienſibus dicamus, ut ab eorum nomine alicui ſuarum fabularum titulum facere non potuerit *Alexis*. Immo vero *Alexidis* Βρεττίαν (i. e. *Brutiam*) apud Stobaeum etiam Serm. CIII. citatam videmus. Sicut autem Βρεττίους, & Βρουττίους, & Βρυττίους a Graecis nominatos *Brutios* novimus; (vide Notas noſtras ad Appiani Hiſtor. Annibal. cap. 54.) ſic etiam Βρεύτιοι nominari potuerunt, quemadmodum verbi

cauſſâ Λευκανοὶ, *Lucani*, Λεύκιος, *Lucius*, & ſimilia mul- c
ta. Quare tenendam ſcripturam Βρεντία putavi, quam cum editis veteres membranae agnoſcunt.

In *ALEXIDIS* teſtimonio, cum primus verſus ita eſſet adpoſitus, quaſi a verbis Εἰδές ποτε inciperet, monuit CASAUBONUS: »Prima verba ita distingue:

» — Εἰδές ποτε
» πεινῶσιν ἀνθρώποις ἀπίους παρακειμένας
» ἐν ὕδατι πολλῷ;

»Dictum de hoc veterum & noſtro etiam more aliquid »libro II. cap. XI.« — Vide II. 52. b. *Verſu* 2. πεινῶσιν tenui, a Caſaub. tacite correctum. Nam πεινοῦσιν, a πεινέω, ex Ionica dialecto eſt.

Verſ. 5. τῶν ἐπινεουσῶν τὴν πεπαιτάτην. »Vertit Dalec. »ἐπινεουσῶν, *adventantium*. – – Tu lector verte *ſupernatan-* »*tium*. Fuerunt ſcilicet *aeſtiva pyra* parvae molis, quae in »*aquâ multâ* apponebantur, ut frigidiora forent: &, quo »magis ea leviora erant nimio humore a ſole exſiccato, & »ideo ſuaviora, *ſupernatabant*, & a convivis eligebantur.« PALMERIUS, Exercit. pag. 527 ſq. — De vocab. πεπαίτερος, πεπαίτατος, conf. II. 51. c. ibique not. & Toupii Append. ad Theocr. pag. 15. *Verſ.* 6. Recte Δηλονότι edd. ubi δὴ ὄντι ms. *A*. In *Epit.* tota deeſt ecloga.

Αἱ δ' ἀμαμπλίδες. Pro edito ἀμαμαλλίδες, & dein pro ἀμαμαλλίδας in *Ariſtomenis* verſu adnotatur e cod. *A*. terminatio vocabuli μπλίδες & μπλίδας: de *ſpiritu* initio vocis nil notatur. Tertio loco, ubi idem vocab. in Aeſchylidis verbis occurrit, ad editam ſcripturam ἀμαμαλλίδας ex eodem cod. *A*. nihil notatum. Codex *Epit.* vero, cum in Aeſchylidis teſtimonio, tum antea, ἀμαμπλίδας cum aſpero ſpiritu exhibet: & ſic etiam ſcribitur apud Euſtathium, ad Od. α'. pag. 11. l. 6. & ad Iliad. λ'. p. 828. l. 41. non ex Athenaeo, ſed ex Pauſaniae lexico, poſteriori tamen loco ἀμάμπλις, antepenacute. Ambiguum vocabuli ſignificatum notavit Heſychius: Ἄμαμπλις· (ſic hodie ibi edunt) ἀπίου γένος, ἢ μήλου, ἢ μεσπίλου. Caeterum conf. Galenum in Lexic. Hippocr. Euſtathium l. c. H. Stephanum in Ind. Theſ. & Foeſii Oecon. Hippocr. laudatos ab Heſychii interpretibus.

Ἀριστομένης ἐν Διονύσῳ. »Ariſtomenei *Dionyſii* plenior d »epigraphe extat libro tertio extremo Pollucis: ubi lau- »datur *Ariſtomenes* ἐν Διονυσίῳ ἀσκητῇ.« CASAUBONUS. —

d At *Dionyſium* Ariſtomenis perinde & Pollux, III. 150. & Athenaeus ignorat: apud utrumque ἐν Διονύσῳ ſcribitur. Sed in ipſo *ARISTOMENIS* verſiculo haereo:

Ὁ Χῖος οὐκ οἶσθ' ὡς ἀμαμπλίδας ποιεῖ;

Quem Dalecampius ita interpretatus eſt: *An neſcis in Chio generari Amamalidas?* Ubi facile quidem patior verbum ποιεῖν pro *generare, proferre*, accipi. At *Chius* inſula Graece non ὁ, ſed ἡ, nec Χῖος penultimâ productâ, ſed Χίος brevi penultimâ dicitur. Quare ſi vera ſcriptura eſt, gentile nomen fuerit, & ὁ Χῖος ſonabit *Chius ille, homo ex Chio inſulâ oriundus*: aut ὁ Χῖος, ſcil. οἶνος, *vinum Chium*: at horum alterutrum ſi ſumas, difficile fuerit ſequentium verborum ſententiam huic initio adaptare. Ex *Aeſchylidis* teſtimonio proxime ſubiecto coniectare licebat, Ἡ Κέως apud *Ariſtomenem* pro Ὁ Χῖος ſcribi debuiſſe: atque ſic (Ἡ Κέως) corrigendum cenſuit VILLEBRUNIUS in Addendis & Corrigendis ad p. 307. Gallicae verſionis. At, quam parum eâ ratione conſultum metro foret, in oculos incurrit: cui ſi ſatisfactum cupis, Ἡ Κεῖος ſcribendum fuerit. Nec vero improbabile admodum eſt, inſulam hanc, cuius nomen alioqui ἡ Κέως, & ἡ Κία, & *Cea* reperitur, (vide Not. ad Athen. II. 38. f. & conf. Strab. X. 486. c. Apollon. Rhod. II. 522. & 528. & Plin. IV. XII. 20.) eamdem & Κεῖον a Graeco poëta dici potuiſſe: quam formam nominis, quod ad diphthongum quidem ſpectat in primâ ſyllabâ, in ſolutâ etiam oratione apud Diodorum Sicul. IV. 82. plures codices mssti tuentur. Et, *penultimâ*, non ſemper *brevi*, ſed ſaepius *productâ*, efferri a Graecis ſolitum eſſe iſtud nomen, fidem facit uſus Latinorum poëtarum, eamdem ſyllabam producentium; ut Virgil. Georg. I. 14. & Ovid. Heroid. XX. 222.

Ἀέθλιος δ' ἐν πέμπτῳ Ὡρῶν Σαμίων. » Indicatum hîc » *Aethlii* locum habes paullo poſt. « CASAUBONUS. — Vide pag. 653. f. ibique not. Hîc quidem pro olim editâ ſcripturâ Ὄφων, recte Ὡρῶν dedere veteres membr. *A*. Vide quae notavimus ad IV. 175. e. ad VI. 267. a. & ad XII. 540. d.

e Πάμφιλος δ' ἐν τοῖς περὶ Γλωσσῶν καὶ Ὀνομάτων. Ferendum non putavi vulgatum περὶ Γλώσσης. Alibi ſane conſtanter aut Γλῶσσαι, (in *plurali*, ut conſentaneum erat) aut περὶ Γλωσσῶν legitur titulus illorum *Pamphili* librorum. Ἐπιμηλὶς autem, quam *PAMPHILUS* eſſe *piri ſpe-*

ciem ait, Dioſcoridi *meſpili genus* eſt, ut adnotavit h. l. Da- e
LECAMPIUS. Eadem vero *Pamphili* verba iam ſupra, III. 82. d. adpoſuerat Athenaeus, ubi vide notata.

Φωκίδας. In *Epit.* προπερισπωμένως ſcribitur: εἰσὶ δὲ καὶ φωκῖδες εἶδος ἀπίων. A patriâ nomen habuiſſe iſtud *pirorum genus* adparet. De verbis ῥοῶν δὲ σκληροκόκκων, quae cum his vulgo iungebantur, vide proximam Animadverſionem.

AD CAP. LXIV.

[Ῥοαί. Ῥοῶν δὲ λέγονται αἱ μὲν ἀπύρηνοι εἶναι, ἕτεραι δὲ σκληροκοκκοι.] τῶν γὰρ ἀπυρήνων Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς μνημονεύει. Novi capitis hoc loco initium fuiſſe ſtatuendum, tam manifeſtum erat, quam manifeſta vulgatorum librorum corruptela; in quibus haec, quae de *Punicis malis* ſive *malis granatis* quae vocantur, dicere adgreditur auctor, cum ſuperiore de *piris* disputatione in hunc modum iuncta erant: φωκίδας φησὶν εἶδος ἀπίων εἶναι, ῥοῶν δὲ σκληροκόκκων. τῶν γὰρ ἀπυρήνων Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς &c. Librarii oſcitantiâ omiſſa hìc eſſe nonnulla adparet. Codex ille quo *Epitomae* auctor uſus eſt, neſcio utrum pariter fuerit defectus: illud video, ſatis commode in Epitomâ curatum eſſe hunc locum, ſive e codice magis integro, ſive ex ipſius Breviatoris ingenio. Nam poſt verba iſta, quae extremo capite ſuperiore retuli, εἰσὶ δὲ καὶ φωκῖδες εἶδος ἀπίων: ita pergit Epitoma, Λέγονται δέ τινες ῥόαι (ſic h. l. pro ῥοαὶ) ἀπύρηνοι· καὶ ἕτεραι σκληρόκοκκοι. ὧν τὸ ὑποκοριστικὸν ῥοίδιον, ὡς βοίδιον. σίδας δὲ τὰς ῥοιὰς καλοῦσι βοιωτοί. φησὶ γοῦν Ἀγαθαρχίδης &c. Ad vulgatam ſcripturam haec monuerat CASAUBONUS: »Non »obſcurum, deeſſe aliquid iſto loco. Sanaveris aut vere, aut »certe in ſpeciem, ſi haec ῥοῶν δὲ σκληροκόκκων transtu»leris in ſuum locum infra non longe, poſt vocem ὑπο»κοριστικόν: ut ſic legatur, Ῥοῶν δὲ σκληροκόκκων Ἀντιφά»νης Βοιωτίᾳ: repete ex proximâ periodo μνημονεύει.« — In quo parui docto Animadverſori; ita quidem, ut verba iſta uncis includens ſignificarem nonniſi de coniecturâ in illum locum eſſe translata. Simul vero lacunam, quae initio huius capitis manebat, utcumque explere conatus ſum adpoſitis ibi verbis, quae Epitoma nobis offerebat.

e Facile autem credo, *plura quaedam verba* per librarii errorem *hîc intercidisse.*

Testimonia omnia, usque ad istud Agatharchidis, praetermisit Breviator. Quae vero in opere pleniore adponuntur testimonia, ea nonnihil auctiora, quam in editis libris legebantur, nobis exhibuit vetus noster cod. *A.* At in hoc tamen non minus, quam in editis, desideratur *ARISTOPHANIS* testimonium *ex Agricolis*, in quo τῶν ἀπυρήνων ῥοῶν mentionem factam fuisse ait Deipnosophista. Retulerat huc BRUNCKIUS (in Aristophanis Fragm. p. 220.) verba ista, πλὴν ἀλεύρου καὶ ῥοᾶς: quasi eadem perinde & in *Agricolis* Comici & in *Anagyro* posita fuissent: at ἀπυρήνων ῥοῶν in istis quidem verbis nullum vestigium adparet. Ἀπυρήνων Punicorum Theophrastus meminit, Hist. Plant. lib. II. c. 3. & Plinius, XIII. XIX. 34. Conser Bodaeum ad Theophr. p. 392.

Cum ἐν Ἀγύρῳ esset editum, quod Dalec. *in Non-senescente* interpretatus erat, monuit CASAUBONUS, ἐν Ἀναγύρῳ potius scribendum; ut IV. 133. b. & alibi. Et ipsum hoc ἐν Ἀναγύρῳ perspicue exhibuit nobis cod. *A.* Post verba autem, πλὴν ἀλεύρου καὶ ῥοᾶς, in edd. statim sequebantur ista, ῥοΐδιον μέντοι &c. omissis illis, καὶ ἐν Γηρυτάδῃ & reliquis, quae ex eodem ms. *A.* supplevimus. Ubi quidem in *HERMIPPI* versu,

Ἤδη τεθέασαι κόκκον ἐν χιόνι ῥοᾶς;

quid sit quod de *nucleo Punici mali in nive* (ἐν χιόνι) quaerat is qui ista loquitur, parum me percipere fateor: sed ita, ut edidimus, scriptum dedere membranae.

[ῥοῶν δὲ σκληροκόκκων] Ἀντιφάνης ἐν Βοιωτίᾳ. Vide notata ad initium huius Capitis. De *ANTIPHANIS* Βοιωτίᾳ vide ad III. 84. *a.* Verba, quae ex illâ fabulâ hîc adposita sunt, legitimum efficiunt senarium demto primo pede, dein initium senarii sequentis:

— Ἐνεγκεῖν ἐξ ἀγροῦ μοι τῶν ῥοιῶν
τῶν σκληροκόκκων. —

Sed pro ῥοιῶν in Attico poëta utique τῶν ῥοῶν fuerit corrigendum. Suidam quidem si audias, promiscue & ῥοὰ & ῥοιὰ olim dicebatur: sic enim ille: Ῥοιά· τὸ ῥοΐδιον. λέγεται καὶ ῥοά. At Galenus lib. II. de Alim. Facult. cap. 24. (citatus a Bodaeo ad Theophr. pag. 390.) diserte monuit, *Atticos* potissimum *absque iota* extulisse priorem huius vocabuli syllabam, *Ionas* vero *adiecto iota.* Et sic in reliquis

Atticorum poëtarum teſtimoniis hîc adlatis abeſſe vides iota: & apud Ariſtophanem in Veſp. 1268. (al. 1260.) olim quidem ῥοιᾶς edebatur, ſed recte ibi Brunckius ῥοᾶς reſtituiſſe videtur.

Ἐπίλυκος, Φωραλίσκῳ. In *furunculo* vertit Natalis Comes: *in Fure deprehenſo*, Dalec. Nil mutant membr. At EPILYCI Κωραλίσκον citaverat Noſter, IV. 133. b. ubi vide Not. & IV. 140. a.

Σίδας δὲ ὅτι τὰς ῥοιὰς καλοῦσι Βοιωτοί. »Etiam Em- f
»pedocles eo verſu, quem interpretatur Plutarchus in
»quinto Sympoſiac.

» Οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι καὶ ὑπέρφλοια μῆλα.

»Cauſſam deinde exponit Athenaeus *Epaminondae* verbis, »*Sidam agrum* eo argumento Boeotiae *aſſerentis contra Athe-*»*nienſium vindicias, quod σίδη Boeotis diceretur, quae Athenien-*»*ſibus* ῥοά. Ὁ δὲ τόπος, ait, τοῦτ' ἔχει τὸ φυτὸν ἐν αὐτῷ »πλεῖστον, ἀφ' οὗ τὴν ἐξ ἀρχῆς εἴληφε προσηγορίαν, καὶ ἐνί-»κησε. Videntur initio σίδαι appellata illa mala, quae in *Si-*»*dano* agro naſcerentur: paullatim vero obtinuiſſe, ut om-»nia ſic vocarentur a Boeotis. Poterat contrarium verius »videri, copiam nimirum σιδῶν loco *Sidae* nomen dediſſe; »nam multa loca de iis rebus, quarum feraces erant, no-»men adepta. Cum *Epaminonda* tamen hiſtoria conſentit: »quae oppidulum *Sidam* a Danai filiâ Sidâ fuiſſe denomi-»natum teſtatur, referente Pauſania. Fuit & Pamphyliae »Sida, de qua Stephanus.« CASAUB. — De Pamphyliae Sidâ hîc non agi adparet. Pauſaniae vero etiam teſtimonium, (ex lib. III. cap. 22. pag. 286.) ad quod hîc provocat Caſaubonus, nihil huc facere monuit PALMERIUS, Exercit. pag. 528. cum ibi de priſco Laconiae oppidulo agatur. Nec vero oppidum, ſed *ager* fuit, *cui Sidae* (Σίδαι, plurali numero) *nomen erat, de quo Boeotos cum Athenienſibus diſceptaſſe, AGATHARCHIDES* ſcripſit. Pro Εὐρωπικῶν, quod hîc legebatur, Εὐρωπιακῶν corrigendum putavi, quemadmodum ſcribitur IV. 168. d. VI. 246. e. & alibi, quoties iſti Agatharchidae libri citantur. Caeterum, σίδαν non *totum malum Punicum*, ſed ſolum *corticem* dici ſolitum eſſe tradunt alii. Vide Bodaeum pag. 392.

Μένανδρος δ' ἐν Αὐτοντιμωρουμένῳ ῥοΐδια αὐτὰς ὠνόμα- a
σεν &c. *MENANDRI* verba, metro prorſus ſoluta, ita vulgo adpoſita erant: μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδάλας ἐγὼ

a παρέθηκα, καὶ τῶν ῥοϊδίων ἐτρώγομεν. Primum versum sic constituit GROTIUS, in Excerpt. p. 719.

Μετὰ γὰρ ἄριστον ὡς ἀμυγδάλας ἐγὼ

Quae ratio quum repugnaret metricae legi ob primam vocabuli ἄριστον constanter productam, (de qua vide Clark. ad Iliad. ω'. 124. & Brunck ad Nub. 416.) abiecto pronomine ἐγὼ BENTLEIUS (in Emend. in Menandr. pag. 25.) sic scribendum monuit:

— Μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδάλας.

Qui cur abiectum quam initio versiculi repositum pronomen maluerit, causam nullam video equidem. In posteriori versu GROTIUS ῥοιδίων absque punctis diaeriticis scripserat: nos ῥοϊδίων tenuimus cum Bentleio, ut tertius pes sit dactylus.

Λέγεται δέ τι καὶ φυτὸν σίδη ὅμοιον ῥοιᾷ. Magis probavi δέ τι quod cum editis tenet ms. *Ep.* quam δ' ἔτι, quod habet ms. *A.* quamquam parum utique interest. Duo verba ἐν αὐτῷ, quae alieno loco inserta in editis, (nempe ex sequenti lineâ huc translata, sed & ibi tamen in eisdem libris repetita) ignorant h. l. ambo codices mssti: iidemque pro corrupto σίδη recte σίδη exhibent. Eodem modo, quo ex msstorum auctoritate restitutus a nobis hic locus est, CASAUBONUS de coniecturâ corrigendum monuerat, ita scribens: »Scribo, Λέγεται δέ τι καὶ φυτὸν ἄλλο »σίδη ὅμοιον ῥοιᾷ: non ἐν αὐτῷ σίδη: quod recte num»quam exposueris. Etsi autem multa *THEOPHRASTUS*, »quo loco *sidam Orchomeniam* commemorat, [lib. IV. cap. »XI.] de Aegyptiis Niliacisque plantis scribit: quod ta»men hic refert Athenaeus, ceu inde petitum, ibi non le»ges.« — Parum utique cum his, quae Athenaeus hic refert, consentiunt Theophrasti libri quales hodie habemus. Cum Athenaeo tamen ex parte consentit Hesychius, qui nescio an ex ipso Deipnosophista hauserit quae de *sida* habet, his verbis: Σίδη· Θεόφραστος φυτὸν ἕτερον τῆς ῥοιᾶς φησιν εἶναι τὴν σίδην· φύεσθαι δὲ ἐν τῷ Νείλῳ. Confer de huius loci difficultatibus quae disputavit BODAEUS ad Theophr. pag. 461. & qui ab eo laudatur *Hieron.* MERCURIALIS, Variar. Lection. lib. II. cap. 4.

AD CAP. LXV.

b Ξενοφῶν μὲν ἐν δευτέρῳ Ἀναβάσεως. Exstat *XENOPHON*-

τις teſtimonium, *lib. II. de Cyri Exped.* p. m. 217. l. 17 & b ſqq. (ed. Baſ. 1569.) Inde editor Athenaei Baſileenſis accepit ſcripturam Ἐν ἧν δὲ, quam & nos tenendam putavimus, pro Ἐν δὲ, quod erat in ed. Ven. & in ms. *A.* Breviator iſta ex Xenophonte & ex Herodoto breviſſimis verbis expedivit. αὗται δὲ ex coniecturâ correxi, pro αὗται δὲ, quod apud Athenaeum & apud Xenophontem vulgo legebatur. τῶν φοινίκων vero, pro mendoſo φοινικίων vel φοινικείων, ex Xenophonteis libris merito receperat editor Baſ. Dein οἷας μὲν recte apud Athenaeum legitur: pro quo perperam olim εἷας μὴ apud Xenoph.

Quod ait, ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου οὐδὲν διέφερε, ad colorem ex flavo rubentem & auro ſimilem pertinere adparet. Similiter φοίνικος βαλάνους ἠλεκτρώδεις τε καὶ μεγάλους ait Philoſtratus, in Vita Apollonii Tyanei, lib. I. cap. 21. Pro τὰς δέ τινας, quod in ms. *A.* & in ed. Ven. recte legebatur, infelici conatu editor Baſileenſis ex vulgatâ olim apud Xenophontem ſcripturâ τὰς δέ τινες Athenaeo obtruſit, quod tenere non debebat Caſaubonus. Mox deinde rectius etiam apud Noſtrum παρὰ πότον penacute ſcribitur, quam apud Xenophontem παρὰ ποτὸν, quod nihil ſignificat. Totam ῥῆσιν, καὶ ἦν παρὰ πότον ἡδὺ μὲν, κεφαλαλγὲς δέ: ad ipſas *palmulas* retulit Xenophontis interpres: *& erant* (inquit) *ad potum ſuaves quidem illae, ſed capitis tamen dolorem excitabant.* Dalecampius & Gallicus Atheneaei interpres ad *vinum palmeum* retulerunt. *Vinum quidem illud potu ſuave erat, ſed capiti grave.* Ad utrumque retuliſſe videtur Xenophon: παρὰ πότον ſignificat *inter compotandum*, i. e. dum palmulas comedebant, & palmeum vinum bibebant. Recentes palmulas in cibo ſumtas capitis dolorem afferre, Plinius adnotavit, XXXIII. iv. 51. & Dioſcorid. l. 129. Vinum item palmeum capiti noxium eſſe, idem Plinius ait, XXXIII. ſect. 26.

Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ πρώτῃ περὶ Βαβυλῶνος λέγων. » De c » palmulis tractans Athenaeus, Ἡρόδοτος, ait, ἐν τῇ πρώ- » τῃ. Editio Aldi habuit ἐν τῇ δευτέρᾳ. Corrector Ba- » ſileenſis, qui ſciret *Herodoti* locum haberi *libro primo*, » ex ipſa re ſic emendavit. Membranae omnes & Excerpta » ſtant ab Aldina lectione, & Athenaei memoriam accu- » ſant hic quoque.« Casaubonus. — Eſt hic unus locus, quoad quidem meminerim, quo *Aldinae editionis* mentionem fecerit Animadverſor. Et habet illa utique ἐν τῇ δευ-

στέρᾳ: atque etiam in codice noſtro *Epitomae* (quamquam rariſſime alioquin titulos aut numeros librorum commemorare ſolet Breviator) hîc tamen diſerte ſcribitur, Ἡρόδοτος ἐν τῷ δευτέρῳ. Sed ad ſcripturam ἐν τῇ πρώτῃ, quam habet ed. Caſ. cum ed. Baſ. nullus e vetere noſtro cod. *A.* diſſenſus adnotatus eſt: atque etiam *Natalis Comes*, qui praeter Aldinam editionem codicibus manuſcriptis uſus eſt, *Herodotus libro primo*, in verſione poſuit. Exſtat autem HERODOTI locus *primo libro*, cap. 193.

συκεῶν ultimâ circumflexâ ſcripſi, praeeunte cod. *A.* quam vocabuli formam deſiderare videbatur grammatica analogia, cum ſit a ſingulari primae declinationis ἡ συκέη. Apud Herodotum tamen, perinde ac olim apud Athenaeum, συκέων vulgo editum video. Quod autem ait συκεῶν τρόπον θεραπεύουσιν, *ficuum more eas curant*, id ad *caprificationem*, quam vocant, pertinere adparet: non (ut Dalec. acceperat) quod palmulas caricarum more in offas cogant. Rem ipſam mox ſatis perſpicue deſcribit Herodotus: cum quo conferendus Theophraſtus, lib. II. Hiſt. Plant. cap. ult. quem paulo poſt etiam ipſe laudavit Dalecampius. ἔρσενας, quemadmodum apud Herodot. ex Ionica dialecto ſcribitur, ſic & hîc recte dedit cod. *A.* pariterque mox deinde, οἱ ἔρσενες, non ἄρσενες. Pro τοῦτον τὸν καρπὸν vero, quod apud Noſtrum vulgo ſcribebatur, neceſſario τούτων τὸν καρπὸν ex Herodoteis libris corrigendum putavi.

ἵνα τε πεπαίνῃ σφιν ὁ ψὴν τὴν βάλανον. Cum ἵνα πεπαίνῃ σφι in ed. Ven. ſcriptum eſſet, pravo conſilio editor Baſileenſis ex vulgata apud Herodotum lectione ἵνα πεπαίνηται σφι huc invexit, quod tenuit Caſaubonus; non animadvertens, *activum* verbum neceſſario hîc deſiderari. ἵνα πεπαίνῃ τε σφι apud Herodot. ſcriptum oportuiſſe perſpecte monuerunt Weſſeling. & Valckenar. Quorum ſententiam firmat vetus noſter cod. *A.* niſi quod τε particulam ad vocem ἵνα ponat, & πεπένῃ pro πεπαίνῃ ſcribat. Ex eodem codice & ex ed. Ven. verbum ἐνδύνων revocavi: pro quo ex vulgata apud Herodot. lectione, praeter neceſſitatem (ut nobis videbatur) ἐσδύνων invexerat editor Baſ. Scripturam ἀποῤῥεῖν cum editis agnoſcit cod. *A.* Apud Herodot. vulgo ſcribitur, καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος: apud Noſtrum deeſt repetitus articulus, nec ita male, ac fortaſſe etiam commodius;

ut genitivus τοῦ φοίνικος non a nomine ὁ καρπὸς, ſed a c verbo ἀποῤῥέῃ vel ἀποῤῥείῃ pendeat. Quod, pro ὕλυνθοι, in ms. *A.* ὕλονθοι legitur, eamdem ſcripturam, per ο vocalem in medio pro υ, iam olim & in eodem codice & in ms. Epit. conſtanter uſurpatam obſervavimus. Vide Animadv. ad III. 76. d. quo magis miror nusquam alibi veſtigium huius ſcripturae reperiri.

Τὰ παραπλήσια τοῖς περὶ τὸν Ἡρόδοτον ἱστορεῖ περὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ καλουμένου λωτοῦ αὐτόπτης γενόμενος ὁ Μεγαλ. Πολύβιος. Mire vero haec *de loto Libycâ* ſuperioribus adnectuntur, & mediae disputationi *de palmulis* inſeruntur. Prima ſpecie videri debebat hoc dicere Deipnoſophiſta, *Polybium de Loto Libycâ ſimilia dixiſſe his, quae de palmulis ex Herodoto* modo *adpoſita erant.* At Polybianis, quae nunc adponuntur, nihil cum iſtis Herodoteis commune eſt, niſi quod *cibus ex loti fructu paratus* utcumque confertur cum *palmulis;* & quod, ſicut *ex palmulis vinum parari* aiebat Herodotus, ſic & *ex loti fructu parari vinum* ait Polybius: atque hanc unam probabilem rationem equidem video, cur haec Polybiana hoc potiſſimum loco commemoraverit Athenaeus. At eadem *Polybiana* cum illis potius *Herodoteis* conferenda erant, quae de *Cyrenaica loto* apud Hiſtoriae parentem lib. IV. cap. 177. leguntur.

Ἔστι δὲ τὸ δένδρον ὁ λωτὸς οὐ μέγα &c. Iſtam *Polybii* d eclogam inſeruimus olim *Reliquiis ex Polybii libro XII.* c. 2. Quem ad locum videſis quae cum a nobis ad Polybium, Opp. T. VII. pag. 74. tum ab Hermanno olim noſtro T. VIII. editionis noſtrae Polybii Part. I. pag. 121. monita ſunt. De eademque arbuſculâ, (*Rhamno Loto* Linn.) de quâ hîc agitur, de eiusque fructu, a cuius eſu *Lotophagi* Libyae nomen invenerunt, confer quae paucis abhinc annis docuit Munko Park, in *Voyage dans l'Intérieur de l'Afrique*, p. 157 ſq. & Deſfontaines in Commentariis Academiae Scientiarum Pariſienſis pro anno MDCCLXXXVIII. p. 443. quorum uterque etiam iconem, cum arbuſculi, tum fructus, exhibuit. Polybiana de *Loto* ex profeſſo excuſſerunt & cum Theophraſteis contulerunt Salmasius, Exercit. pag. 729 ſq. & Bodaeus ad Theophr. p. 327.

In *Polybii* verbis, pro eo quod vulgo legebatur, ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν παραπλήσιον τῇ ῥάμνῳ μικρὸν, βαθύτερον καὶ πλατύτερον, rurſus hîc, ut in Polybii editione, μικρῷ βαθύτερον correxi, Reiskio praeeunte; cui ipſi

DALECAMPIUS praeiverat, in verſione ſic ſcribens: *folio rhamni, paulo latiore & craſſiore.* βαθύτερον vero nunc cum eodem Dalecampio *craſſius* interpretari malui, quam *prafundiore colore*, quod in Polybii editione poſueram. (In *Epit.* tantum legitur, φυλλὰ ἔχον χλωρὰ, ὅμοια ῥάμνῳ, omiſſis illis quae in opere pleniore proxime ſubiiciuntur.) Deinde non στρογγύλαις, ut editum erat, ſed γογγύλαις ἐλαίαις dedere ambo mssti libri: quod vocabe lum cur mutaretur nulla cauſſa fuerat. Paullo poſt, σιτέονται dedit ms. *A.* multo commodius quam quod editum erat, σιτεύονται. Omiſſum id verbum in *Epit.* ἀπολαυστικὸν, *ſuave, delicatum* intellexi, ut III. 87. e. Neſcio an rectius fuiſſet, *nutriens, nutriendi vim habens:* de quo ſignificatu vide notata ad l. c.

AD CAP. LXVI.

f Μελανιππίδης ὁ Μήλιος. Sic recte ms. *A.* non Μιλήσιος. Confer notata ad II. 35. a. In *Epit.* deſunt iſta ex *Melanippide* omnia. Docet autem hîc Deipnoſophiſta, *palmulas* nonnumquam φοίνικας vocari, eodem nomine quo *arbor palma* alioquin inſignitur. Scilicet proprium & primarium *palmularum* nomen erat αἱ τῶν φοινίκων βάλανοι, & unâ voce φοινικοβάλανοι. Ubi ait Athenaeus οὕτως ὀνομάζει, malles fortaſſe adverbium οὕτως poſt ὀνομάζει poſitum, ut cum ſequentibus iungeretur, οὕτως τὰν λόγον ποιούμενος περὶ αὐτῶν, i. e. *mentionem illarum faciens hoc modo.* Sed nihil novandum. Particula οὕτως eodem modo hîc accipi poteſt, ut III. 92. e. aliisque locis quae ad illum locum indicavimus, Animadv. T. II. pag. 122. Vide rurſus infra, pag. 654. b.

Τῶν γὰρ ἀίδων &c. »Τῶν γὰρ ἀΐδων οὐ γὰρ ἀνθρώπων »φόρευν, μορφὰν ἐνεῖδος οὐδὲ τὰν αὐτὰν γυναικίαν ἔχον, »ἀλλ' ἐν ἁρμάτεσσι διφρούχοις ἐγυμνάζοντο † ἄνευη λιασ»δέα πολλάκι ἵππες φρένα τερπόμεναι, ἱερόδακρυ λίβανον »εὐώδεις τε φοίνικας κασίαν τε κατεῦσαι τέρενα Συρίας τέρ»ματα. Corrupta hîc multa: quibus ſine libris medici »nam facere fruſtra fortaſſe tentavero. Proponemus tamen »eiusmodi lectionem, quae neque a lectione editâ longe »recedit, & ſententiam continet non malam. Ita igitur »labantem locum ſtatuminamus, aut lapſum potius eri-

»gimus: Τῶν γὰρ ἀϊδῶν οὐκ ἀνθρώπων φόρευν μορφὰν καὶ f
»εἶδος, οὐδὲ τὰν αὐδὰν γυναικείαν ἔχον. ἀλλ' ἐν ἁρμά-
»τεσσι διφρούχοις ἐγυμνάζοντο ἀν' ὕλας ἴδας τε, οἷα πολ-
»λάκι θῆρες φρενα τερπόμεναι, ἱερόδακρυν λίβανον, εὐώδεις
»τε φοίνικας, καὶ κασίαν κρατεῦσαι, τέρενά τε Συρίας μυ-
»ρώματα. Id est: *Melanippides Mileſius in Danaidibus, fru-*
»*ctum ipſum palmae nominat* φοίνικας, *ita loquens de Danai*
»*filiabus: Plutonicam iſtae, non humanam formam ac ſpeciem*
»*gerebant: neque enim vocem habebant muliebrem: ſed in cur-*
»*ribus ſellam habentibus per ſylvas montesque arboribus veſti-*
»*tos, ut facere amant ferae, ſe exercebant, thus ſacrum, &*
»*ſuaveolentes palmulas caſiamque manibus tenentes, & mollia*
»*Syriae unguenta.* Scripſimus ἀν' ὕλας ἴδας τε, quia vi-
»debantur utriusque vocis extare veſtigia in corruptâ le-
»ctione ἄνευη λιασδέα. Si quis exiſtimabit, priorem dictio-
»nem poſterioris eſſe gloſſema, non pugnabo contra. ἴδη
»pro *ſylva* ἁπλῶς, non ſolum poëtis, ſed etiam aliis ſcri-
»ptoribus. Poſtrema etiam hoc modo ſcribi poſſunt, τέ-
»ρενα Συρίας τε ῥεύματα: periphraſis eſt *unguentorum li-*
»*quidorum*: aut Συρίας ἀρώματα. « Casaubonus. — In totâ eclogâ nil adiuvere membranae, niſi ſub finem ubi πατεῦσαι pro corrupto κατεῦσαι dederunt. In reliquis nihil ab editâ ſcripturâ discedunt: niſi quod ἀϊδῶν absque accentu ſcribunt. Nobis non liquet. Tractavit hunc locum ad quorumlibet monſtrorum occurſum intrepidus Fiorillo, Obſervation. in Athen. pag. 111 ſq. ubi »ve-
»xatiſſimum locum ſic corrigendum & distinguendum « cenſuit:

— — — — Τῶν γραϊδίων,
οὐ γὰρ ἀνθρώπων φόρευν μορφὰν καὶ εἶδος,
οὐδ' ἀϋτὰν τὰν γυναικείαν ἔχον.
ἀλλ' ἐν ἁρμάτεσσι διφρούχοις ἐγυμνά-
ζόντ' ἀεί. ὕλαις δὲ πολυθήραις φρένας
τερπόμεναι, ἱερόδακρυ
λίβανον, εὐώδεις τε φοίνικας κασίαν τε
καταπατεῦσι, τέρενα Σύρια σπέρματα.

Dalecampii verſio haec erat: *Immortalium Deorum* (ἀϊδίων) *ſpeciem, non hominum prae ſe ferebant. Quin nec eorum muliebris facies erat. In curribus exercebantur, ſellis ſuper impoſitis. Feris autem* (nempe »Equis ferocibus, ac in-
»domitis«) *ſaepius animus ferox* [ἀνηλεέα φρένα, Pursanus: unde accepit Villebrune:] *lenicbatur eſu ſacra-*

rum lacrymarum thuris, odoratarumque palmularum, ac tenellae caſiae: Quae omnia Syriae ſunt inſignes opes.

a Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Φυτῶν. De hoc *ARISTOTELIS* libro, qui hodie ſincerus non exſtat, vide Fabricii Bibl. Graec. T. II. pag. 135 ſq. lib. III. cap. 6. ſect. 19.

Ibid. Φοινίκων ἀνόρχων, οὓς τινες εὐνούχους καλοῦσιν, οἱ δὲ ἀπυρήνους. »Pro φοινίκων ἑνόρχων Dalecampius »ſcribit ἀνόρχων. Favet conjecturae quod iidem vo»cabantur *eunuchi*. Mssti aliter. « CASAUBONUS. — Sane, quas εὐνούχους & ἀπυρήνους adpellari aiebat Ariſtoteles, easdem non ipſe, cum eamdem rem alio nomine inſignire vellet, ἐνόρχους (quod plane contrarium ſignificat) nominare potuerat. Eſſe autem contraria, ἐνόρχους & εὐνούχους, & res ipſa loquitur, & diſerta Herodoti verba, VI. 32. & VIII. 105. abunde demonſtrant. Quare quamquam ἐνόρχους communi conſenſu cum editis hic teneant ambo noſtri codices mssti, non dubitavi tamen, quin ἀνόρχους unice probarem, praeeuntibus SALMASIO, Exercitat. p. 334. & p. 930. & BODAEO ad Theophraſt. pag. 102. quibus DALECAMPIUS praeiverat, in verſione latina non modo *teſtibus carentes* ſcribens, verum etiam ipſum Graecum vocabulum ἀνόρχους adponens. Eſt ad hunc locum eiusdem DALECAMPII Adnotatio haec: »Ariſtoteles his verbis *palmulam adipſon* Plinii ſignificat, »cap. 22. lib. XII. [ſect. XLVII.] & τὸ πῶμα Dioſcoridis »cap. 149. [al. 129.] lib. I. cui lignum ideo nullum in»tus eſt, quia viridis & immatura decerpatur, priusquam »genitus ſit nucleus. Palmulis enim prima naſcitur pomi »caro, poſtea lignum intus, hoc eſt ſemen eius. Argumen»tum, quod parvae ſine hoc reperiantur in eodem pal»mite. « — Cum his conferendus alius Plinii locus, XIII. IV, 8. ubi *ſpadonum nomen accepiſſe* illas palmas ait. At, quas φοινικας Ariſtoteles ac Plinius ἀνόρχους & εὐνούχους & *ſpadones* adpellatas aiunt, eae (ut recte BODAEUS l. c. monuit) non ſunt *palmulae, fructus palmarum;* ſed ipſae *palmae arbores*. Quare fatendum eſt, imperite & alieno loco hic adpoſitum ab Athenaeo eſſe iſtud *Ariſtotelis* teſtimonium; niſi conjectare licuerit, partem teſtimonii, quae maxime huc feciſſet, per librariorum negligentiam intercidiſſe.

Φόρμος ὁ κωμικὸς ἐν Ἀταλάνταις. »*PHORMI comici* Sui»das meminit, & fabulae illius, quam *Atalantam* vocat,

» non *Atalantas*. Sine nomine citat Hesychius. [voc. Διο- a
» νυσοκουροπυρώνην:] ὁ τὰς Ἀταλάντας συνθείς. « CASAUB.

τῶν Νικολάων καλουμένων φοινίκων. » Earum meminere » Plinius, & Plutarchus in Quaest. convivalibus. « DALECAMPIUS. — Plinium vide, XIII. IV. 9. & Plutarch. Symposiac. VIII. 4. qui *praecipuae amplitudinis & pulcritudinis eas fuisse* docent. Adnotavit hoc loco CASAUBONUS: » Fuerunt apud veteres non solum palmulae *nicolai* di- » ctae, de quibus hîc Athenaeus: sed etiam placentae » quaedam aut panes, quibus ab eodem Nicolao Dama- » sceno impositum nomen esse scribit Photius in Biblio- » theca. Palladius in vita Abbatis Apollo, *nicolaos panes* » *maximos* vocat. « — Placentularum istarum meminit Suidas, in Νικόλαος Δαμασκηνός.

AD CAP. LXVII.

Ἰσχάδες. De *Ficis* copiose disputatum est lib. III. b cap. 6 & seqq. Nunc de *caricis*: quo nomine *aridae* potissimum *fici* intelliguntur.

Δίνων γοῦν ἐν τοῖς Περσικοῖς. Δείνων scripsit TOUP, hunc locum citans in Append. ad Theocr. p. 5. ubi (post Meursium, DE Pagis Atticis, voce Αἰγίλος) monuit, sic ex Athenaeo corrigendam esse pravam scripturam Δίων apud Scholiasten Theocr. Idyll. I. 147. Perinde vero & Δίνων & Δείνων scribitur huius Historici nomen. Et Δείνων quidem ex *Epit.* supra edidimus, II. 67. a. Sed deinde, quum saepius citetur hic auctor, constanter, sicut hoc loco, Δίνων scribitur in ms. *A.* & plerumque etiam (nisi me fefellit observatio) in ms. *Epit.* qui tamen idem codex hîc rursus Δείνων habet.

ὁ ἐξ ἀρχῆς. » Ait *DINON, de Persidis regum diaeta* loquens: » ξενικῷ δὲ οὐδενὶ οὔτε βρώματι οὔτε ποτῷ ᾤετο δεῖν ὁ ἐξ » ἀρχῆς τοὺς βασιλεῖς χρῆσθαι. Non est causae cur haec » lectio repudietur: nec male tamen scribas, ὁ ἐξ ἀρχῆς » βασιλεὺς τοὺς βασιλεῖς χρῆσθαι. *Non putavit rex Per-* » *sarum primus, cibis peregrinis uti regem debere.* Rex ille pri- » mus *Cyrus* est, conditor regni Persici, & multorum re- » gni illius institutorum auctor. « CASAUBONUS. — Pro ὁ ἐξ ἀρχῆς legendum ὁ Ξέρξης censuerat RUHNKENIUS, suffragante VALCKENARIO ad Theocrit. pag. 39. Quae emendatio tanto speciosior, quod eadem res, quae de *ca-*

ricis Athenienſibus continuo deinde narratur, a Plutarcho (in Apophthegmatibus Regum, Opp. T. II. pag. 173. c.) diſerte ad *Xerxem* regem refertur. At, quoniam poſt verba, de quibus quaerimus, ſtatim ſubiicitur, ὅθεν καὶ νόμος τις ὕστερον ἐγένετο poterit utique id quod de *caricis* ibi traditur, ad *Xerxem* referri; ſed perquam probabile videri debet, praecedentia verba ad ſuperiora tempora ſpectare. Quare nec ſolicitanda verba ἐξ ἀρχῆς videntur: ſed aut nude id ipſum, quod conſentientibus vetuſtis membranis hîc editum eſt, ὁ ἐξ ἀρχῆς, tenendum: aut, ſi quid mutandum, ὁ ἐξ ἀρχῆς βασιλεὺς legendum cum Caſaub. ſive ὁ ἐξ ἀρχῆς βασιλεύσας, cum TOUPIO loco cit. pag. 60. ſive (quod a CORAYO ingenioſe ſane excogitatum, & in *Notis mſstis* propoſitum eſt) ᾤοντο δεῖν οἱ ἐξ ἀρχῆς – – – ὅθεν καὶ νόμος τοῖς ὕστερον ἐγένετο. Ubi οἱ ἐξ ἀρχῆς ſive generatim οἱ ἀρχαῖοι, οἱ παλαιοὶ, *priſci homines*, intelligi poſſint, quod eidem CORAYO placuerat; ſive, quod equidem malim, οἱ ἐξ ἀρχῆς βασιλεῖς vel βασιλεύσαντες, *priſci* vel *ſuperiores Perſiae reges*. Utraque emendatio, ᾤοντο δεῖν οἱ ἐξ ἀρχῆς & τοῖς ὕστερον etiam PURSANO olim in mentem venerat. In *Epitomâ*, omiſſis ipſis illis verbis, de quibus dubitant eruditi viri, ita ſcribitur: ἐπὶ γοῦν τῆς βασιλέως τραπέζης πάντων παρατιθεμένων ὅσα γῆ βρώματα φέρει ὁ βασιλεὺς ἄρχει, ξενικοῦ δὲ οὐδενὸς, εὐνοῦχός τις &c.

c ἐρωτῆσαι ποταπὰ εἶεν. ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο ἐξ Ἀθηνῶν. Niſi parum Graece ſcripſiſſe *Dinonem* ſtatuamus, fatendum fuerit, vulgatam huius loci ſcripturam librariorum imperitiae aut negligentiae deberi, cum ποδαπὰ & ὅτι ἐξ Ἀθηνῶν ſcriptum oportuiſſet. De discrimine vocum ποδαπὸς & ποταπὸς vide Phrynichum pag. 16 ſq. & Thomam Mag. pag. 724 ſqq. & quae utrobique a viris doctis obſervata ſunt. Porro infinitivo ἐρωτῆσαι non erat hîc locus, niſi adderetur φασὶν aut λέγεται: ſed fortaſſe ἠρώτησεν ſcripſerat Athenaeus. Denique adiectum utique nomen malles τὸν βασιλέα vel ὁ βασιλεύς: quod apud ipſum *Dinonem* quidem ex praecedenti oratione fortaſſe facile ſubintelligebatur. Apud Athenaeum *Epitoma* quidem & nomen βασιλεὺς & particulam ὅτι hîc agnoſcit, ſed diverſâ utitur orationis ſtructurâ, in hunc modum: ὡς δὲ ἐρωτήσας ὁ βασιλεὺς ἐπύθετο ὅτι Ἀττικαὶ εἶεν. Ex ms. *A.* nihil varietatis ad hunc locum enotatum. Quod ποδα-

ποὶ ſcribitur in ed. Caſ. 2. & 3. id ex proxime ſubiecta c Caſauboni Animadverſione ſumtum eſt, ubi obiter ea ſcriptura commendatur.

τοῖς ἀγοραστοῖς ἐκέλευεν ὠνεῖσθαι &c. » In ſub-» iectâ hiſtoriâ de *caricis Atticis regi Perſarum ab eunucho* » *oblatis, ut expeditionis adverſus Athenienſes ſuscipiendae il-*» *lum admoneret, reſponſum Perſae* ita ſcribitur omnium li-» brorum conſenſu: ἐρωτῆσαι ποδαποὶ εἶεν. ἐπεὶ δὲ » ἐπύθετο ἐξ Ἀθηνῶν, τοῖς ἀγοραστοῖς ἐκέλευεν » ὠνεῖσθαι, ἕως ἂν ἐξουσία γένηται αὐτῷ λαμβάνειν » ὅταν ἐθέλῃ, καὶ μὴ ἀγοράζειν. Id eſt: *Regem quaeſiſſe aiunt,* » *unde iſtae caricae? Cum intellexiſſet, Atticas eſſe, iuſſit ob-*» *ſonatores emere, usque dum liceret ſibi quando vellet cum-*» *que ſumere, & quidem inemtas.* Ita clare innuit Perſa, co-» gitare ſe de bello Athenienſibus inferendo. Cedo aliquis » mihi ſi quid hîc aut obſcurum aut corruptum: ego nul-» lus video. Dalecampius tamen corrigebat, οὐκ ὠνεῖσθαι: » & mirificam ex his verbis ſententiam eliciebat. Omnia fer-» re poſſumus: modo ne auctoris mentem pervertat: quod » videtur hîc feciſſe ſane quam licenter. ἀγοραστοὶ ſunt » *obſonatores*, ut Athenaeus ipſe interpretatus eſt lib. IV. » [pag. 171. a.] « CASAUBONUS. — Nobis vero hîc plu-ra notanda. Primum, quod ποδαποὶ ſcribi in libris ait Caſaubonus, id non ita eſt: nam ποταποὶ communi conſenſu ſcribitur in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. nec aliter (quoad quidem noverim) in msstis libris: ex noſtro ms. *A.* certe nihil enotatum, ut paulo ante monui. Tum ἕως ἂν ἐξουσία γένηται αὐτῷ λαμβάνειν ſcribitur quidem in editionibus omnibus: ſed ὡς ἂν & αὐτῶν λαμβάνειν communi conſenſu exhibet vetus cod. *A.* & *Epit.* quarum lectionum utraque teneri fortaſſe debuerat, ut mox videbimus. Quod vero de DALECAMPIO graviter adeo conqueritur vir doctus: fuerint fortaſſe, qui laudem potius, ex parte ſaltem, quam reprehenſionem hoc loco meruiſſe hunc interpretem aeſtimaturi ſint: cuius haec eſt interpretatio: *Ubi reſcivit Atticas eſſe, vetuiſſe emptores rerum in foro venalium quidquam ex iis vel mercari vel emere, donec ſibi tantum ſumtum fuiſſet quantum vellet.* Qua de verſione opportune ſic monuit CORAYUS in *Notis msstis*: »*Natalis* (non » *Dalecampius*, ut putat Caſaubonus) legit οὐκ (vel μὴ) » ὠνεῖσθαι: *Dalecampius* vero, τοὺς ἀγοραστὰς ἐκώ-» λυεν ὠνεῖσθαι, quod quidem eodem redit. « — Nobis

c igitur, reliquam Casauboni probantibus interpretationem, minime spernenda videtur ista Dalecampii coniectura, τοὺς ἀγοραστὰς ἐκώλυεν, hoc sensu: *vetuit rex ne posthaec obsonatores ipsius hoc genus ficorum emerent*, neque eas mensae ipsius adponerent, *donec* &c. Quae sane sententia & aptius convenire videtur ei quod modo dixerat auctor, *usu fuisse receptum ac veluti lege sanctum, ne quo peregrino cibo rex uteretur*; & cum eo, quod de eâdem re Plutarchus tradit, unice consentit. Sic enim ille, loco supra citato: Ἀττικὰς δὲ ἰσχάδας οὐκ ἂν ἔφη φαγεῖν ὠνίους κομισθείσας, ἀλλ' ὅταν τὴν φέρουσαν κτήσηται χώραν. Id est: *Ficus Atticas negavit* (Xerxes) *se comesturum venum adlatas: sed tum, cum potitus fuerit terrâ eas ferente.* Deinde, quum pro ἕως ἂν uterque codex mstus ὡς ἂν teneat, si pro γένηται legeretur γενήσεται, sententia haud incommoda haec erat futura: *nam fore sibi* (puta, *brevi tempore*, ut quidem sperabat Xerxes) *potestatem inemtas sumere* eiusmodi ficos *quoties vellet.* Neque opus admodum fuit, αὐτῶν in αὐτῷ mutare: poterat αὐτῶν ad *ἰσχάδων* referri, dativus personae autem facile subintelligebatur.

τὸ παράσημον τῶν Ἀθηνῶν. »*Alexis* poëta cum face»ret, Εἰσέβαινον ἰσχάδες τὸ παράσημον τῶν Ἀθηνῶν, καὶ »θύμου δέσμαι τινές: iocatus est non invenuste ad navium »παράσημα: de quibus non repetam quae docte ab eru»ditis viris sunt observata. Ait, *navibus Athenienſium pro »insignibus caricas esse:* quia nusquam totius Graeciae nec »plures nec meliores caricae reperiebantur quam in At»ticâ. Ergo inde in alias oras mittebantur: &, cum via»tico naves instruebantur, non postremum locum cari»cae obtinebant. His adiicit *thymum:* merito; nam & plu»rimum & laudatissimum in Attica: unde etiam transla»tum in alias regiones, & flore fatum constat. « Casaubonus. — Haud obscure tetrametrorum trochaicorum speciem referunt ista *Alexidis* verba:

Εἰσέβαινον ἰσχάδες τὸ παράσημον τῶν Ἀθηνῶν,
καὶ θύμου δέσμαι τινές. —

Et in duobus prioribus hemistichiis nihil desideratur. Sed posteriori hemistichio prioris versus medicinam quaerant arris magistri: nam quod nobis in mentem venerat, transpositis verbis scribere, — — τῶν Ἀθηνῶν παράσημον: vereor ne anapaestum pedem in impari versus trochaici sede non admissuri sint ii quorum in hoc genere valere

iudicium debet. Cui pedi si in tali regione locus concedatur, manente eâdem verborum serie, potius cum cod *Ep.* scribendum fuerit: — — παράσημον τῶν Ἀττικῶν.

Ποσίδιππον. Sic h. l. ut constanter aliâs ms. *A.* non Ποσειδ. Vide ad III. 88. f. De *Lyncei* testimonio, quod d hîc citatur, conf. not. ad VII. 285. f.

χελιδονίοις ἰσχάσιν. Sic & Pollux VI. 81. *ἰσχάδες χελιδόνιοι*, terminatione communi masculino & foemineo generi. Suo arbitrio χελιδονίαις scribere Breviator potuit, cum praesertim paulo inferius (lit. e.) χελιδονίας nominatas videret, in quam scripturam ibi consentiunt libri: sed perinde utrâque terminatione uti licuit. conf. III. 75. e. ibique not. Est vero etiam substantivum nomen ὁ χελιδονίας; de quo dictum ad IX. 401. a. De *Rhodiis ficis*, vide Polluc. l. c.

Φοινικίδης δ' ἐν Μισουμένῃ. »Cum nihil demutent »antiqua exemplaria ab editâ lectione in istis, *Φοινικ. δ' »ἐν Μισουμένῃ φησὶν*, Suidas tamen advertit nos: cuius »sunt de *Phoenicide* verba: Τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι »Φύλαρχος μισούμενος, ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν τῷ βι»βλίῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. Si ita scripsit, duarum fabu»larum lemmata in unum conflavit, imperite. Nusquam »enim *Phylarchum exosum* poëtae huius laudatum ab Athe»naeo meminimus: sed *Phylarchum* quidem libro deci»mo; [pag. 415. e.] Μισούμενον vero vel Μισουμένην hoc »loco. Scripserat opinor Suidas, *Φύλαρχος καὶ Μισούμε»νος.*« Casaubonus. — Difficultatem hactenus levavit Portus & post eum Küsterus, ut inter Φύλαρχος & Μισούμενος distinctionis notam interponerent: sed manet dissensus Suidae ab Athenaei lectione in terminatione posterioris tituli: in quo Suidam, ut solet, sequitur Eudocia.

καὶ τῶν προπυλαίων. »Atticae consuetudinis est, e »loca urbis ab iis rebus designare, quae ibi vaenum ex»ponuntur. ὄψον vel ἰχθῦν, *forum piscarium: κρέα, macel»lum ubi carnes venduntur: λάχανα, forum olitorium: μύρα, »Tuscum vicum.* Contrarium videtur feciſſe *Phoenicides* »isto versu:

»καὶ τῶν προπυλαίων, καὶ τέταρτον ἰσχάδων,
»τούτων ἐγευσάμην.

»Appellat προπύλαια, *bellaria*, aliasve *cupedias, in aedium »sacrarum aliorumve publicorum locorum vestibulis solitas ve»nire.*« Casaubonus. — Similiter iam ante hunc Da-

e LECAMPIUS: »*Propylaea*, bellaria & tragemata quae ante vestibula aedium civitatis & in porticibus veniebant.« — Haud immerito tamen mireris a nullo veterum Grammaticorum adnotatum esse hunc vocabuli usum, immo abusum: nam is quidem abusus esse videtur, aegre concoquendus, quod ait, καὶ τῶν προπυλαίων ἐγευσάμην, haud secus ac τῶν ἰσχάδων. Nec tamen aliud quidquam, ne dicam melius, occurrit: & magis etiam turbat veterum membranarum scriptura, προσπυλαίων: pro quo, ad metrum certe commode, προπυλαίων posuere editores.

Postremo versu perperam πρὸς τὴν ἀταγῆνα edebatur. Si articulo fuisset opus, τὸν oportebat, non τήν. Sed articulum recte ignorat vetus codex mstus. Videtur autem idem codex in ἀταγῆνα quidem simplici τ literâ cum editis consentire; sed male: nam constanter geminatâ τ literâ scribitur id nomen. Caeterum conf. lib. IX. cap. 39 extr. & ibi notata: nam eo spectat id, quod hic subiicitur, *notandam mentionem* τοῦ ἀτταγῆνος factam in istis versibus. In *Epit.* totum abest istud Phoenicidae testimonium.

Αἴγιλα δ' εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς. »Celebrantur ex »PHILEMONE *caricae Aegilides*: de quibus Theocritus: »[Idyll. I. 147.]

»— καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις
»ἀδεῖαν. —

»Constat de nomine *pagi unius Atticae* sic denominatas. »Eum pagum Theocritus cum suo Interprete *Aegilum* vo»cat: noster hîc *Aegila* τὰ: alii omnes *Aegiliam*: atque »ita legam hoc loco.« CASAUBONUS. — In Αιγιλα cum editis Athenaei libris consentit uterque noster codex mstus. Αἴγιλος vocatur Interpreti Theocriti: Αἰγιλία Stephano Byz. Harpocrationi & Suidae. Nec vero id satis causae erat, cur solicitaretur Athenaei scriptura; ac multo minus, cur fidenter hic locus ita citaretur, quasi Αἰγιλίαν haud dubie scripsisset Athenaeus, quod a MEURSIO factum, in Reliquis Atticis, cap. 1. Perinde in usu fuisse varia ista nomina facile credas cum TOUPIO, Append. ad Theocr. pag. 5.

χελιδονίας τε καλεῖσθαι &c. »De *colore caricarum chelidoniarum* dictum libro IX. cap. XIV.« CASAUBONUS. — Vide ad IX. 401. a. & confer paulo ante ad lit. *d.* notata.

f τὰς Τιθρασίας. »*Tithrasiae*, a Tithrante pago tribus Aegeidis sic dictae.« CASAUBONUS.

Οὕτω δὲ ἦσαν περισπούδαστοι. Οὕτως edebatur: ac perſaepe etiam in msstis, praeſertim in ms. *A.* particulae huic ante conſonantem adiicitur ς litera: ſed h. l. uterque noſter codex οὕτω exhibebat: quod lubens accepi, ne cum ὄντως, quod mox ponitur, confunderetur. Deinde, cum ſic eſſet editum, (ὄντως γὰρ κατὰ τὸν Ἀριστοφάνην οὐδὲν γὰρ οὕτως γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων) monuit CASAUBONUS: »Adhibe ſcalpellum, & ſcribe ademtis ſu»pervacuis dictionibus, ὄντως γὰρ κατὰ τὸν Ἀριστοφάνην, »οὐδὲν γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων.« — In *Epit.* praetermiſſa eſt tota illa parentheſis: ms. *A.* vero editam olim ſcripturam ad verbum & ad literam tenet. Et nobis omnia tenenda viſa ſunt, hac unâ exceptione, ut οὕτως ante γλυκυτ. in ὄντως mutaretur: quas voces iam nimis ſaepe inter ſe permutatas a librariis vidimus. Nusquam autem apud Comicum, nec in integris fabulis, nec in Fragmentis a Brunckio collectis verſum iſtum reperire nobis contigit.

πεφωτμένας ἰσχάδας. Vide not. ad pag. 647. c. a

Οἶδα δὲ καὶ Πάμφιλον εἰρηκότα προκνίδας γένος ἰσχά- b
δων. »Refertur ex *Gloſſis Pamphili*, fuiſſe προσκνίδας, »γένος ἰσχάδων. Dalecampius adiectâ literâ ſcribebat »προσκηνίδας: nos unam detrahimus, & legimus προ»κνίδας. Heſychius: Πρόκνις, εἶδος ἰσχάδων.« CASAUBONUS. — Deſunt iſta Epitomae: codex *A.* vero nil mutat; at in eodem, cum aliâs, tum paulo etiam ante (pag. praec. c.) bis προσ pro προ perperam ſcriptum vidimus. Cum Heſychio conſentit Photius in Lexico msto. Et, quod ad priorem ſyllabam, conſentit etiam Pollux, apud quem lib. VI. ſect. 81. memorantur προκρίδες ἰσχάδες, per κρ pro κν, ceterum eodem accentu, quo apud Athenaeum. Sed πρόκνις (ſive προκνὶς) per κν in vetere etiam Lexico Rhetorico Euſtathius repererat, apud quem (ad Od. λ'. pag. 440. lin. 11.) mendoſe quidem vulgo ſic editur: εὕρηται δὲ καὶ πρόκρις διὰ τοῦ ν ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ ἁπλοῦν ὄνομα. αὐτὸ δὲ γένος ἰσχάδων ἁπλοῖ. Adparet, πρόκνις ſcriptum oportuiſſe: niſi fortaſſe ſic ſcripſerat Euſtathius, καὶ πρόκρις, καὶ πρόκνις διὰ τοῦ ν.

AD CAP. LXVIII.

σταφυλῆς — δοκοῦντος τοῦ ὀνόματος Ἀσιαγενοῦς εἶναι. »*Uvam* Graeci βότρυν & σταφυλὴν dicunt. Sed Athe-

b » naei ſeculum βότρυς nomen frequentavit magis, contra » quam factum & *Homero* & aliis antiquiſſimis ſcriptori- » bus; quos altera potius appellatione uti ſolitos obſer- » vatur his verbis: Βότρυς ὅτι μὲν κοινὸν δῆλον. στα- » φυλῆς δὲ μέμνηται, καίτοι δοκοῦντος τοῦ ὀνόματος » Ἀσιαγενοῦς εἶναι, Κράτης ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου, » ἐν τοῖς ὕμνοις τοῖς ἀρχαίοις φάσκων ἀντὶ τοῦ βότρυος τὴν » σταφυλὴν κεῖσθαι. *Aſiaticum* eſſe *nomen* σταφυλῆ, quod » ait *Crates*, illi crediderunt, qui uvam *ſtaphylam* nomi- » natam a *Staphylo* quodam exiſtimabant. Grammatici hunc » Staphylum Liberi patris filium nominant: [Etymolog. » M. pag. 752.] Nonnus in Dionyſiacis regem Aſſyrium, » *Botryis* patrem. Aliis placet, Graecae originis verbum » eſſe: & σταφυλὴν quaſi στατηλὴν dici, παρὰ τὸ στάζειν » τὸν πηλὸν, *quod guttatim vinum funderet.* πηλὸς enim *vi-* » *num* primitus ſignificaſſe ſciunt eruditi. Verba adducta » ex antiquis hymnis integrum continent hexametrum:

» Αὐτῇσι σταφυλῇσι μελαίνῃσιν κομόωντες.

[Neglecta metri lege, μελαίνῃσι olim editum erat.] Lo- » quebatur hymni poëta de *oſchophoriis*, quae in hono- » rem Bacchi & Scirradis Minervae Athenis celebraban- » tur. Nam hic verſus ad *oſchas* pertinet. Sic vocabant » palmites cum ſuis uvis. « CASAUBONUS.

Πλάτων δ' ἐν ὀγδόῳ Νόμων. Exſtat locus apud PLATONEM *de Legib. lib. VIII.* p. 430. Opp. T. VIII. ed. Bipont. Cuius in verbis cum deſideraretur in ed. Ven. & in ms. *A.* c vox πεντήκοντα, (nempe nota numeralis ν'. abſorpta a praecedente vocula μὲν) ex Platone eam adiecit editor Baſileenſis: item particulam ἢ, quae poſt σταφυλὴν exciderat. Pro ἱερὰς μὲν, paulo ante, ἱερεὺς μὲν erat in ed. Ven. ſed ἱερὰς cum ed. Baſ. & Caſ. habet ms. *A.* ut apud Platonem legitur. Pro eo vero, quod in Athenaei libris d legitur ἐκεῖνος ἀεὶ ζημιούσθω, apud Platonem rectius ἐκείνως ſcribitur, id eſt, *iſto modo, praedicto modo.* Adponamus rurſus aliquando ſpecimen ex quo intelligatur qua ratione Athenaei opus contraxerit Breviator. Is igitur ex hoc capite *De Uvis* haec in hunc modum excerpſit: Ὅτι Ἀσιαγενὲς ὄνομα ἡ σταφυλή. Γενναῖα σύκα Πλάτων ἐν ὀγδόῳ Νόμων τὰ εὐγενῆ φησὶν, ἢ τὰ ἐπιγεγεννημένα, οἷον τὰ ἐτεμβεβλημένα. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης καὶ ἐτεμβολάδας ἀπίους ὀνομάζει τὰς ἐγκεκεντρισμένας. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ παρὰ τῷ αὐτῷ γενναία σταφυλή. Ζημιοῖ δὲ ἐν τούτῳ τῷ

λόγῳ Πλάτων τὸν βοτρύων ἢ σύκων γευσάμενον πρὶν ἐλθεῖν d
τὴν ὥραν τοῦ τρυγᾶν ἀρκτούρῳ σύνδρομον. Ὅτι ἐν Ἀθήναις
διηνεκεῖς ἦσαν αἱ ὀπῶραι, &c.

In *Hesiodi* verſu, Μήδ' ἀναβάλλεσθαι &c. ex Ἔργ. 408. (380. ed. Brunck.) perperam in ed. Ven. & in ms. *A.* ἔννηφι ſcribitur pro ἔννηφι aut ἐννηφιν.

Γενναῖα λέγει τὰ εὐγενῆ &c. »Quaeſtioni ab Ulpia»no propoſitae, quid appellet Plato γενναίαν σταφυλὴν & »γενναῖα σῦκα, bifariam reſpondet Maſurius. Prior re»ſponſio eſt: γενναῖα λέγει τὰ εὐγενῆ ὁ φιλόσοφος, ὡς καὶ »Ἀρχίλοχος, Πάρελθε, γενναῖος γὰρ εἶς. Vult Maſurius, »dici γενναῖα *omnia quaecumque in ſuo genere excellunt:* & ita »*generoſas uvas* & *generoſas ficus* appellatas eſſe a Platone. »Hanc interpretationem etſi non improbo, malo tamen »aliter paulo accipere. Puto enim, *magnitudinem* rei indi»cari voce hac. Euſtathius [ad Iliad. ε'. pag. 414. l. 6.] »poſt relatum Athenaei iſtum locum, *Fortaſſe*, inquit, »*magna uva eſt quae Platoni dicitur* γενναία σταφυλή: »*ſicut dixit Comicus* γεννικὸν κρέας, pro ἄδρὸν κῦμμα. (Adiicitur in ed. 2. & 3. »Etſi paullo aliter interpretatur »Scholiaſtes ad haec verba ex Equitibus, Ὦ γεννικώτα»τον κρέας, Ψυχήν τ' ἀριστε πάντων.) Gallice dixeris, »*une bonne pièce de chair.* Atque ego cum Euſtathio ſen»tio: neque mihi dubium, γενναίας μάζας in ſecundo »De Republ. eſſe *grandem mazam*, ſicut apud Satyricum »*vaegrandis polenta.* Non probo alteram interpretationem »quae adiicitur a Maſurio, ἢ τὰ ἐπιγεγεννημένα. ὁ γὰρ »Ἀριστοτέλης καὶ ἐπεμβολάδας ἀπίους ὀνομάζει. [id eſt:] »*aut vocat Plato* γενναίας *uvas & ficus, quae poſt inſitionem* »*naſcuntur: ſicut Ariſtoteles inſititia pira nuncupavit* ἐπεμ»βολάδας ἀπίους. Apud Suidam eſt Ἀριστοφάνης. Euſta»thius legit ut nos: quem ſi lubet lege. « Casaubonus. — Γενναίας σταφυλὰς adpellat Plato, ut ſatis perſpicue ipſe interpretatur, genus quoddam uvarum, quae eſu quidem ſatis delicatae fuiſſe videntur, ſed ἀθησαύριστοι erant, neque ad vinum, quod duraret, inde exprimendum idoneae. Nos contra, in his terris, *nobiles & generoſas uvas* adpellare conſuevimus eas, quae non modo eſu ſuaves ſunt delicataeque, ſed e quibus etiam vinum maxime validum generoſumque & durabile exprimitur. Suidas ſua (in voce Ἐμβεβλημένα, & in Ἐμβολάδας) Harpocrationi debet, ſed corrupto Harpocrationis

exemplo usus erat: nam nonnulli quidem Harpocrationis codices (ut Mauſſacus adnotavit, ad voc. Ἐμβεβλημένα) hodieque Ἀριστοφάνης habent; alii vero Ἀριστοτέλης tenent, quemadmodum apud Athenaeum edd. & mssti & ex Athenaei Epitomâ Euſtathius. Scripturam ἐπιγεγεννημένα (a verbo ἐπιγεννάω) ex *Epit.* adoptavimus: eamdemque Euſtathius habet. Deinde tria verba, quae deerant editis, οἷον τὰ ἐπεμβεβλημένα, exhibuit nobis non modo vetus codex *A.* verum etiam *Epitoma.* Euſtathius non minus commode, ſed ſuo arbitratu, ita ſcripſit, τὰ ἐπιγεγεννημένα ἐξ ἐπεμβεβλημένων συκεῶν.

e Δημοσθένης ἐν τῷ Ὑπὲρ Κτησιφῶντος. *DEMOSTHENES, pro Coronâ*, pag. 314. ed. Reisk. ubi ἐλάας, non ἐλαίας.

Ξενοφῶν ἐν Οἰκονομικῷ· »ὑπὸ τοῦ ἡλίου γλυκαίνεσθαι τὰς »σταφυλάς.« Exſtant illa verba in *XENOPHONTIS Oeconomico*, haud ita procul a fine, p. m. 684. Adferuntur autem haec verba a Deipnoſophiſta, ut moneat, vocabulo σταφυλὴ uſum eſſe Xenophontem.

Οἴδασι δὲ οἱ πρὸ ἡμῶν &c. Nihil opus erat inſertâ poſt δὲ particulâ καὶ, quae deinde rectè poſita eſt, καὶ τοὺς ἐν οἴνῳ &c. Et priore loco eam ignorat vetus codex mstus.

ἀκράτῳ κροῦε, καὶ δίδου πυκνὰς &c. »Sequi»tur: Εὔβουλος γοῦν ἐν Κατακολλωμένῳ φησίν·

»— Ἀλλὰ παραλαβὼν
»ἀκράτῳ κροῦε, καὶ δίδου πυκνὰς, καὶ βότρυς
»τρώγειν ἀνάγκαζ' αὐτὸν ἐξ οἴνου συχνούς.

»Neque ſententiae neque verſus modulo congruit τὸ »ἀκράτῳ. Quid ſit reſtituendum nemo poſſit certo ſci»re: iocoſum enim, opinor, aliquid comicus fingebat. »Forte κάρατε, vel ἀκρανταε κροῦε. Incertum etiam »eſt, cum ait δίδου πυκνὰς, utrum debeamus ſupplere »κύλικας, an πληγάς. Quin propter metrum videtur le»gendum vel καὶ δίδου πυκνὰ καὶ βοτρ. vel δίδουὺς »πυκνὰς βότρυς.« CASAUBONUS. — Miſere utique claudicat verſus ille,

ἀκράτῳ κροῦε, καὶ δίδου πυκνὰς, καὶ βότρυς.

in quo tamen cum editis accurate conſentiunt veteres membranae. Sed, quod Caſaubonus ait *ſententiae* non convenire τὸ ἀκράτῳ, id nobis ſecus videbatur. Iſtud ἀκράτῳ κροῦε DALECAMPIUS minime abſurde, me iudice, interpretatus eſt, *temeto feri*; adiectâ Notâ: »*Bibere merum* »*cogito.*« — Poſſem provocare ad illum Amphidis ver-

sum apud Nostrum X. 426. a. e

ὁ παῖς σοβείτω τοῖς ποτηρίοις συχνούς:

quem non male Dalecampius ita vertit: *Puer crebris poculis nos pulset.* Potuerat magis etiam ad literam: *Puer frequentes nos pulset poculis.* Sed quoniam ibi & scripturae συχνοὺς litem intentavit Casaubonus, συχνοῖς scribens, & de verbo σοβείτω dubitari potest, utrum *pellat*, an *circumcurset* sit intelligendum; ecce aliam dicendi formulam, cum istâ ἀκράτῳ κροῦε conferendam, apud eumdem Nostrum X. 431. f. πατάξω τ' (vel Πατάξω σ') ἴσον ἴσῳ ποτηρίοις μεγάλοις. Tum vero in illis verbis δίδου πυκνὰς, quo pacto de πληγαῖς cogitari nunc possit, non video: nec ulla adparet ratio, cur non πυκνὰς intelligere debeamus κύλικας: quod substantivum, ubi de compotatione agitur, frequenter omitti a Graecis satis notum, & cum a nobis saepius observatum est, tum etiam a Lamberto Bosio, in Ellipsibus Graecis, pluribus exemplis demonstratum. Quare in singulis verbis nihil hic mutatum velim: metro vero interim, donec meliora fuero edoctus, haud incommode consuli posse existimavi verbis in hunc modum transpositis:

δίδου πυκνὰς, καὶ κροῦ' ἀκράτῳ, καὶ βότρ.

Ἀριστοφάνης ἐν Ὥραις. »Istis, Ὅτι δὲ ἐν ταῖς Ἀθήναις f »διηνεκεῖς ἦσαν αἱ ὀπῶραι πᾶσαι, μαρτυρεῖ Ἀριστοφάνης »ἐν Ὥραις, reiicimur tacite ad noni libri principium, »[pag. 372. b. & c.] ubi extat *Aristophaneum* testimonium. »Errat Breviator, qui eius loci immemor, illorum vero »memor quae de eâdem re in Pace leguntur hodieque, »scripsit hic ἐν Εἰρήνῃ. « CASAUBONUS.

ἐν πέμπτῳ Σαμίων Ὡρων. »Gravem mendam fustuli»mus e proximis verbis sine omni periculo. Cum enim »prius ederetur, Ἀέθλιος ὁ Σάμιος ἐν πέμπτῳ Σαμίων »ὡραίων, fecimus ut esset Σαμίων Ὡρων: non solum »propter ea quae observabamus lib. XII. cap. IX. [ad »XII. 540. d.] sed etiam propter ipsum Athenaeum, qui »paullo ante [pag. 650. d.] *Aethlii* locum huncce in»dicans, scriptum illius Ὡρων Σαμίων inscribit. Non »dissimulanda viri docti [Dalecampii] negligentia, qui »vicinis adeo locis de eâdem re tam diversa scripserit. [Ibi, *De Limitibus Samiorum*, scripserat Dalec. hic vero, *De iis quae Sami pulchra & rara sunt.* Natalis Comes, ibi, *Montium Samiorum:* hic, *Samiorum terminorum.*] »Aethlium

» hunc laudat & Clemens Alexandrinus in Exhortatione » ad Graecos. « CASAUBONUS. — Ad ſcripturam editionis Caſaubonianae, Ὄρων, nihil quidem hîc e ms. *A.* adnotatum: ſed, ſicut ille codex pag. 650. d. ὥρων habebat, ſic fere non dubito hîc perinde in eo ſcriptum eſſe; qua e ſcriptura etiam novum illud erratum, ὡραίων, quod veteres editiones hîc occupavit, ortum ceperat. Quidquid ſit: nos ob eas rationes, quas ad IV. 175. e. expoſuimus, non dubitavimus, quin hîc quoque Σαμίων Ὡρων, tamquam unice veram ſcripturam, auctori reſtitueremus. *Aëthlium* auctorem in re ad Samiorum Antiquitates pertinente citans Clemens Alexandrinus, Cohortat. cap. 4. pag. 40. ed. Potteri, titulum libri non adpoſuit.

a Λυγκεὺς δ' ἐν τῇ πρὸς Διαγόραν Ἐπιστολῇ &c. » LYN- » CEI qui ſequitur locus conferendus eſt cum aliis ſimil- » limis ex eâdem *Epiſtolâ ad Diagoram*, de quibus non ſe- » mel ante dictum. Scribe ἀντιτιθεὶς, non ἀντιθείς. » Eleganter vero Lynceus *uvam, quae totum annum ſer-* » *vari poterat incorrupta*, ἀλληγορικῶς, tamquam de ſervo » aliquo loqueretur aut mercenario, ita expreſſit: ἀντεκ- » τρέφουσι βότρυν ὃς ἀπὸ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς, ὥσπερ ἀγα- » θὸς οἰκέτης, διαμένει τὴν αὐτὴν ἔχων εὔνοιαν. Graeci tem- » pora ſua putabant ab *Hecatombaeone*: qui Iulio Roma- » norum magis quam Iunio reſpondet. Hoc igitur dicit » Lynceus: *Hipponiam Rhodiorum uvam a principio anni ad fi-* » *nem usque perennare, eâdem ſaporis gratiâ.* « CASAUBONUS. — ἐν τῇ πρὸς Διαγ. Ἐπιστ. ut pag. 652. d. & 647. a. III. 109. d. & ſaepius alibi, ſic & hîc ſcriptum in membr. *A.* non ἐν τῇ Ἐπ. πρ. Διαγ. ut hîc editum erat. Porro Νικοστράτειον hîc quidem edebatur, continuo vero deinde Νικοστρατίῳ: utrobique vero ſimplici vocali iota, non ει diphthongo, utitur cod. *A.* quem ſecuti ſumus. Caeterum perinde erat, utram ſcripturam ſequereris. In *Epit.* non niſi ſemel legitur hoc vocabulum, nempe in ipſis *Lynceî* verbis, ibique Νικοστρατείῳ ſcribitur. ἀντιτιθεὶς, ut ſcribi iuſſit Caſaubonus, ſic ſcribitur in cod. *A.* In *Epit.* deeſt id verbum: ſed pro ἀντεκτρέφουσι in noſtro quidem codice, ἀντεκφέρουσι ſcribitur: quod non probo. Idem codex in contextu quidem Ἱππώνιον habet; ſed diphthongus ει, ſuperne adpoſita, ſcripturam Ἱππώνειον indicat. *Hecatombaeonem* menſem, qui a medio fere Iulio noſtro ad medium Auguſtum excurrebat, non eâ ſolum de cauſ-

sâ hîc nominasse *Lynceus* videtur, quod ab illo mense annum auspicabantur Athenienses; verum etiam, quod eo mense ad maturitatem pervenire soleret illud uvarum genus, quod a festivo illo catillone commendatur.

AD CAP. LXIX.

» Sequuntur Athenaei verba ista: Ἐπεὶ δὲ πολλάκις » ὑμῖν εἰρηται περί τε κρεῶν καὶ ὀρνίθων καὶ περιστεριδίων, » ἔρχομαι κἀγὼ λέξων ὅσα ἐκ πολυαναγνωσίας εὑρεῖν ἠδυνή- » θην παρὰ τὰ προειρημένα. *Massurius* est [in Graeco p. 653. d. rectius Μασούριος, simplici σ literâ, ut olim, scribitur; postquam haud multo ante aliquoties Μασσούριος per σσ scriptum erat. conf. Animadv. T. I. pag. 11 sq.] » quem haec loqui facit auctor. Ait, *adiecturum se ad ea,* » *quae de carnibus maxime avium superioribus libris continean-* » *tur, quidquid assidua veterum scriptorum lectio sibi suggeret,* » *prioribus qui de iis rebus sermonem habuissent indictum.* Est » vero pars ista aliud nihil, nisi *Appendix quaedam ad Li-* » *brum nonum.* Ea legitima sedes erat omnium eorum, quae » hîc alieno loco observantur a Masurio. Caussam huius » ἀταξίας suo loco expositam non repetemus. Prima ob- » servatio est super voce περιστέριον aut περιστερίδιον, vel b » potius super utràque: etsi dissimulata est hodie dictio » περιστερίδιον in disputatione Masurii. Addenda haec erant » sermoni περὶ περιστερῶν, qui libro nono continetur. Idem » observandum etiam in caeteris. « Casaubonus. — Quae libro nono, ubi de *Avibus edulibus* disputabatur, adponere oblitus erat Athenaeus, aut quae tum, cum illum librum conscriberet, ipse nondum observata & in commentariolis suis relata habuerat, ea hîc, veluti supplementum supra dictorum, lectoribus adponit. Sunt autem, ut pleraque alia ab hoc scriptore observata, maiorem fere partem Grammaticalia. Nec vero de vocabulo περιστερίδιον (ut existimavit Casaubonus) hîc disputaturus erat Masurius: vocabulo isto utitur ille (sive potius *Athenaeus*, qui eum loquentem inducit) suo nomine. Videtur enim haec maxime legitima & usu vulgata (Athenaeo certe familiaris) fuisse forma diminutiva vocabuli περιστερὰ, περιστερίδιον: quae etiam in Graecâ Levitici versione, cap. 1. vs. 15. in codicibus nonnullis reperitur. Sed Atticis poëtis commodior usitatiorque fuerat alia di-

b minutiva forma brevior, περιστέριον: de qua hîc agitur. Cuius formae quum unum exemplum iam ſupra (IX. 395. c.) obiter fuerit prolatum, nunc alia quaedam interim a ſe obſervata adiicit noſter vocabulorum venator. Ex iſtis omnibus Breviator nonniſi haec excerpſit. Ἡ πολυναγνωσία φησίν. Ὅτι τὸ περιστέριον παρὰ πολλοῖς τῶν ἀρχαίων κεῖται.

Περιστέριον οὕτως ἐστὶν εὑρεῖν εἰρημένον. Sic vulgo, nullâ diſtinctione interpoſitâ, iunguntur iſta Περιστέριον οὕτως &c. ubi adverbium οὕτως eâ ratione accipiendum, de qua & alibi ſaepius & haud ita multo ante diximus. Poterat vero etiam, quemadmodum deinde poſt φασιανικὸς factum, ſic & hîc *poſt* Περιστέριον *interſerto puncto diſtinguî* oratio, hoc modo: Περιστέριον. Οὕτως ἐστὶν εὑρεῖν &c.

In *MENANDRI* teſtimonio, quum μικρὸν ἐπέμεινας προστρέχει vulgo legeretur, Dalecampius ἐπέμειναν tenens, πρόστρεχε corrigebat: atque etiam alia partim mutans, partim omittens, (nam participium λέγων non expreſſit) ſic convertit: *Haud parum moratus, accurre.* B. Περιστέρια, *Pipiones tibi mercatus ſum.* Quae inanimadverſa praetermiſit Caſaubonus. Rectius fragmentum iſtud curavit CLERICUS in Menandri Reliquiis pag. 142. Sed quum ἐπιμείνας voluiſſet corrigere, per typothetae ſphalma ἐπεμείνας expreſſum eſt.

Dein ita edebatur: ὁμοίως Νικόστρατος, ἅβρα ταῦτ' ἀξιῶ, εἶτ' ὀρνιθάριον τὸ περιστέριον τὸ γάστριον. Quae ſic convertit DALECAMPIUS: » *Sic & Nicoſtratus:*

» *Delicata & tenella omnia volo:*

» *aviculas: pipiones: omaſum molliuſculum.* «

Vides illum ἁβρὰ legendum cenſuiſſe: quod ſpecioſum videri poterat. Sed peropportune ex ms. *A.* enotata ſcriptura ἅβρᾳ docet, titulum fabulae eâ voce contineri. Ac ſane eamdem *NICOSTRATI* fabulam, Ἅβρα, etiam ſupra commemoratam vidimus, IV. 133. f. nec Suidas eam ſilentio praetermiſit, in Νικόστρατος κωμικός: ubi quidem Ἅβρα aſpero ſpiritu ſcribitur, quod perinde eſt. Iam vero in verbis, quae ex hac fabula adferuntur, nec ſententiae, nec metro conſtat ratio. Nam, ut de metro taceam, quod quam ſit peſſumdatum in oculos incurrit, ad ſententiam quod ſpectat, alienam eſſe adparet iſtam particulam εἶτ' ante ὀρνιθάριον: ferri utcumque εἶτ' circumflexo accentu poterat. Sed, quum duo alia nomina, περιστέριον & γά-

στριον, praepositos articulos habeant, sane quam probabile videri debet, vocabulo ὀρνιθάριον etiam *articulum* praefixisse poëtam. Quare aut admodum equidem fallor, aut sic scripserat poëta: b

— Ταῦτ' ἀξιῶ·
τ' ὀρνιθάριον, τὸ περιστέριον, τὸ γάστριον.

Posterioris senarii primus pes spondeus est, secundus anapaestus, tertius & quartus item anapaesti. In voc. ὀρνιθάριον secunda syllaba longa, tertia brevis. Conf. II. 65. e. ubi citatum *Nicostrati* testimonium ex eâdem fabulâ *Abrâ* desumtum videtur. τὸ γάστριον videtur idem esse ac ἡ ὑτριαία, vel ὑπογάστριον, *sumen*, *abdomen*. Cf. VII. 286. d. *Omasum molliusculum* h. l. interpretatus est Dalecamp.

Turbare lectorem haud immerito debebat, nos quidem aliquantisper torsit id quod deinde legebatur: Περιστέριον δὲ Φρύνιχος Τραγῳδοῖς· Περιστέριον δὲ αὐτῷ τι λάβε τριωβόλου. Quid enim causae erat cur nunc diceret Masurius, Περιστέριον δὲ Φρύνιχος, cum eodem vocabulo περιστέριον perinde usi essent tres alii poëtae, quorum testimonia modo adposita fuerunt? Suspicari poteras, pro Περιστέριον fortasse aliud vocabulum hic posuisse Athenaeum, nempe Περιστερίδιον. At suspicionem istam refellit ipsum *Phrynichi* testimonium, in quo rursus vocabulum περιστέριον ponitur:

Περιστέριον δ' αὐτῷ τι λάβε τριωβόλου.

Quae verba (nam δ' αὐτῷ per apostrophum scribi debuisse adparet) perfectissimum efficiunt senarium. Quare nobis videbatur, ista priora verba Περιστέριον δὲ per librarii errorem, oculis ad posteriora aberrantis, ante Φρύνιχος posita fuisse, & (quod iam saepius in vetustis nostris membranis, e quibus derivati reliqui omnes Athenaei codices, factum observavimus) noluisse deinde eumdem librarium, animadverso errore, liturâ deformare suum librum. Quod si cui non placuerit, abiecta a nobis esse priore loco ista verba; debebit ille, si modo cum ratione aliqua tractare hunc locum voluerit, non modo ibi Περιστερίδιον δὲ corrigere, sed & *Phrynichi* versiculum hoc modo scribere:

Περιστερίδιον δ' αὐτῷ τι λάβε τριωβόλου.

In quo illud quidem non improbo, quod eâ ratione antepenultima syllaba vocis περιστερίδιον brevis statuatur, cum diminutiva in ιδιον terminata syllabam illam plerumque

corripiant: ſed illud obſervari velim, duobus locis ea ratione mutari librorum ſcripturam, quo prodeat ſenarius verſus, quem illegitimum iudicare debebunt artis magiſtri, cum *dactylum pedem in quarta ſede* habeat.

Φασιανικός. Intellige ὄρνις: & confer quae de hac ave dicta ſunt lib. IX. c. 37 ſeq. Deinde ex *Commentariis* PTOLEMAEI *regis* (eius qui & *Evergetes II.* & *Phyſcon* cognominatus eſt, de quo conf. Athen. lib. XII. cap. 72. ibique not. & Animadv. ad lib. IV. cap. 83. pag. 184. c.) recitan-
c tur haec verba: Τά τε τῶν φασιανῶν, οὓς τετάρους ὀνομάζουσιν, οὓς οὐ μόνον ἐκ Μηδείας μετεπέμποντο, ἀλλὰ καὶ νομάδας ὄρνιθας ὑποβαλὼν ἐποίησε πλῆθος, ὥστε καὶ σιτεῖσθαι. Ubi cum τετράωνας pro τετάρους editum eſſet, adnotavit DALECAMPIUS: »Athenaeus for»taſſis fallitur. Diverſus eſt vulgaris *phaſianus* a phaſiano »*tetraone*: qui nonniſi frigidiſſimis locis vivit, quales ſunt »Mediae montes: & coelum tepidum, quale eſt Aegypti, »vix tolerat.« — Ad quae CASAUBONUS haec regerit: »*Tetraonas* cum *phaſianis* non Athenaeus eſt qui confun»dit, ſed *rex Ptolemaeus*, cuius verba [ille] ſolum recitat. »In queis manifeſtum eſt ἀνακόλουθον, niſi ſcribas μετε»πέμπετο; mutato numero, pro μετεπέμποντο, quod »editum eſt: ſequitur enim, ὑποβαλὼν ἐποίησε πλῆθος.« — At, quaecunque ſit avis, quam ſub *tetraonis* nomine intelligas, (quo de nomine vide Conr. Gesnerum DE Avibus, pag. 486 & ſeqq.) parum id ad hunc locum facit: nec enim τετράωνας habet vetus noſter codex, fons reliquorum omnium, (nam in *Epit.* verba iſta deſunt) ſed τετάρους: pariterque lib. IX. p. 387. e. ubi de eodem nomine agitur, quo *phaſianum* adpellari *Ptolemaeus in Commentariis* dixerat, pro τέταρτον, quod ibi vulgo legitur, haud dubie etiam τέταρον ſcribi debuerat. Porro eodem, quem modo dixi, loco pro ἐν δευτέρῳ Ὑπομνημάτων, ex eo loco quem pro manibus habemus, videtur ἐν δυοκαιδεκάτῃ vel δωδεκάτῃ (ιβ'. pro β'.) corrigendum. In *numero* verbi μετεπέμποντο nil mutat vetus codex; ſed magis etiam deformat ipſum verbum, μετεπόμποντο ſcribens. Caeterum ferri utcumque potuit iſta in numero verborum ἀνακολουθία, intelligendo μετεπέμποντο *homines illâ aetate*, aut *primi Aegypti reges*: ἐποίησε δὲ, *Ptolemaeus* fortaſſe *Philadelphus*. Conf. IX. 387. d. Sed, quum verba iſta νομάδας ὄρνιθας ὑποβαλὼν attigerit Caſaubonus, miror de

eorum ſenſu doctum Animadverſorem ſententiam ſuam non c aperuiſſe; cum praeſertim DALECAMPIUS ita eſſet illa interpretatus, ut a Graecâ ſcripturâ prorſus discederet. Nam quod ille in verſione ſcripſit, *ovis ſubiectis gallinis cortalibus:* commodiſſima quidem ea ſententia eſt, quam eamdem Gallicus etiam adoptavit interpres: ſed pro illâ ſententiâ Graece ſic ſcriptum oportuerat, νομάσιν ὄρνισιν ὡὰ ὑποβαλών: quemadmodum cum Dalecampio & Purſano idem Gallicus interpres corrigendum cenſuit. At nos non licitum nobis exiſtimamus tantâ violentiâ in librorum ſcripturam graſſari. Fuit quidem cum ipſe ſuſpicarer deſiderari in praecedentibus verbis vocabulum ὡὰ, ad articulum τὰ initio huius ῥήσεως referendum, coniectaremque pro οὓς οὐ μόνον fortaſſe ὡὰ οὐ μόνον olim ſcriptum fuiſſe: ſed ne ſic quidem ſatis expedita ratio exiſtebat, qua in eam, quam voluerunt illi interpretes, ſententiam refingeretur vulgata ſcriptura. Tenuimus ergo hanc: cui haec ſententia ineſt, *gallis phaſianis gallinas altiles*, (ſive *cortales*, ut Dalec. vertit) *ſubmiſſas* ſive *admiſſas fuiſſe*: ex quo hibridum quoddam genus (quod quidem genuinis phaſianis haud admodum diſſimile eſſe perhibetur) ortum capere neceſſe erat. In eamdemque ſententiam locum hunc perſpecte interpretatus eſt *Conr.* GESNERUS, DE Avib. p. 445. ubi poſtquam ex Longolii Dialogo DE Avibus (quo *Buffonus* etiam uſus eſt in capite de Phaſiano, ſub finem) rationem expoſuit, qua phaſiani ex phaſiano & gallinis procreari perhibentur, ſuo nomine praeſtantiſſimus GESNERUS haec adiecit: »Villaticae quoque gallinae ovis e pha»ſiano mare conceptis copiam illorum praebebant. [Au»ctor] Ptolemaeus apud Athenaeum.« — Denique vero illud etiam ipſum video minime conſtare inter interpretes, quaenam ſint quas νομάδας ὄρνιθας dixerit Ptolemaeus. Dalecampium *cortales gallinas* intellexiſſe modo vidimus; quas eâdem ſententiâ *villaticas* Gesnerus dixit: idem vero Dalecampius mirâ inconſtantiâ paullo poſt (p. 663. e.) idem nomen νομάδα, nempe ὄρνιθα, *columbam* interpretatus eſt. Gallicus interpres utrobique eam avem intelligit, quam *pintade* gallice vocamus, *Numidicam* ſcilicet gallinam cogitans. Caſaubonus, cum hoc loco nihil adnotaſſet, altero loco diſerte profeſſus eſt, *Numidicam* vel *Africanam gallinam* ſe intelligere: & hoc ipſo etiam loco, maiusculâ literâ initiali ſcriptum nomen edens, Νομάδας ὄρνιθας,

c satis indicavit de iisdem se hîc cogitasse. Nos utrobique de *vulgaribus gallinis* agi existimavimus, & *νομάδας ὄρνιθας gallinas altiles* cum BOCHARTO interpretati sumus: quem vide in Hierozoic. Part. II. lib. I. cap. 16. col. 1112. Eodem modo *βόες νομάδες*, *νομάδες περιστεραὶ*, & similia, etiam vulgo dicuntur: & pro eo, quod poëticâ magis dictione Nicander, Alexiph. 293. *βοσκὰς ὀρταλὶς* dixerat, Scholiastes poëtae *ἢ νομὰς ὄρνις* posuit. Continuo deinde, pro edito olim *ὡς καὶ σιτ. ὥστε καὶ σιτεῖσθαι* dedere membranae.

Pro eis quae in pleniore opere sic leguntur, *ἀλλ' ὥσπερ τι κειμήλιον ἀνακείμενον εἶχε τούσδε τοὺς ὄρνιθας*, Epitomator suo iudicio, haud male quidem, haec posuit: *ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ αὐτοῖς ὡς ἀγάλμασιν*: quae inde accepta adposuit Eustathius, ad Iliad. χ'. pag. 1353. l. 41. conf. pag. 655. *a*.

χωρὶς τῶν ἤδη κατηναλωμένων. Possis cum Dalecampio in neutro genere accipere, *praeter ea quae iam absumta sunt*. Sed videtur & hoc ad phasianos referendum, *qui iam initio coenae, vel superioribus diebus, ab iisdem convivis consumti erant*.

d *Mox dein*, recte *προσαναπεπληρώκει* dedere membr. *A*. Monuerat CASAUBONUS: »Ait *προσαναπληρώκει ἂν ταῖς προ-* »*λυθρυλλήτοις ἱστορίαις τῶν Ὑπομνημάτων τούτων τῶν εἰκο-* »*σιτεσσάρων, καὶ ἄλλην μίαν*. Scribendum *προσαναπεπλη-* »*ρώκει*: nisi est iis simile, de quibus libro secundo, cap. »XV. [ad II. 55. f.] *Προσαναπληροῦν τινί τι* dixit Athe- »naeus, pro *supplere quod alicui rei deest*. *ἄλλην μίαν ἱστο-* »*ρίαν*, ut latine *prima historia*, *ἀντὶ τοῦ*, *primus liber histo-* »*riae*. Sensus est: *ad eos XXIV. libros Historiarum, quos edi-* »*dit, unum insuper adiecisset librum*.«

Ἀριστοτέλης δὲ ἢ Θεόφραστος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι· Τῶν φασιανῶν, φησὶν, &c. Postquam operarum errore in ed. Ven. Θεόφραστης scriptum esset, correcturus erratum editor Basileensis Θεοφράστης posuit, quod servatum in ed. Cas. Recte Θεόφραστος ms. *A*. Iidem *Commentarii* apud Diogenem Laërt. V. 48. hoc titulo commemorantur, *Ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων, α'. β'. γ'. δ'. ε'. στ'*. Porro, cum in superioribus editionibus post *Ὑπομνήμασι* non distincta esset oratio, fuere qui *Ὑπομνήματα τῶν φασιανῶν* hîc dici existimarent: quem errorem FABRICIUS notavit, Bibl. Graec. T. II. p. 253 sq.

AD CAP. LXX.

Κατεπεφεύγει ἂν ἐπὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον, ὡς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ πάλιν τῆς βασιλείας ἐξελαμένος. *Ptolemaeus Phyſcon*, Commentariorum Hiſtoricorum (ut paullo ante dictum) auctor, frater minor fuit *Ptolemaei Philometoris*; a quo cum excluſus eſſet Aegypti regno, bis Romam profectus eſt, opem ſenatus Romani adverſus fratrem implorans. Vide Polyb. lib. XXXI. cap. 18. noſtrae edit. & lib. XXXIII. cap. 5. & confer Indicem noſtrum Hiſtoricum in Polybium p. 429 & ſeq. in his quae ibi cum de *Ptolemaeo Philometore*, tum de *Phyſcone* ſive *Evergete II.* diximus. Falſus eſt vir alioqui doctus, *Baudelot de Dairval*, cum in Hiſtoriâ Ptolemaei Auletae (*Hiſtoire de Ptolemée Auletes*, Paris 1698.) cap. XVII. pag. 140. ad *Auletem Ptolemaeum* haec referens, pro ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ legendum cenſeret ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, *a duabus ſororibus*.

τὸν κωμῳδιοποιὸν (ſic ms. *A.* non κωμῳδοπ. ut edd.) e Ἀντιφάνην ἐν Στρατιώτῃ &c. Duo priores *ANTIPHANIS* verſus iam ſupra adpoſiti erant, IX. 397. a. ubi vide notata. *Secundus verſus* rurſus, ut ibi, ſic & hic in hunc modum cum in edd. tum in ms. *A.* ſcribitur,

σπάνιον δὲ τὸ χρῆμα, πλείους δ' εἰσὶ νῦν τῶν ὀρτύγων.

Commode vero Breviator δ' particulam omiſit.

Verſu 3. recte δ' ἐάν τις dedere ambo mssti. Ibidem recte ἰδῇ ms. *Ep.* cum edd. De *Pavonibus* ſupra diſputatum erat lib. IX. cap. 56 ſq.

ALEXIDIS ex Lampade teſtimonium ſic ſcriptum erat f in editis:

— Καταφαγεῖν
αὐτὸς τοσοῦτ' ἀργύριον, οὐδ' ἦν γάλα εἶχον
λαγοῦ μὰ τὴν γῆν, καὶ τἀὼς κατήσθιον.

Neque aliter mssti, niſi quod οὐδ' εἰ, non οὐδ' ἦν habent; tum τἀὼς absque aſpero ſpiritu, quod perinde eſt: nec vero male ſpiritum adiecerant iuniores, ipſo Athenaeo docente (lib. IX. cap. 57.) ſic ſolitos eſſe Atticos vocabulum illud efferre. Nos, cum claudicaret alter verſus, transpoſitis duabus vocibus, metro ſuccurrendum putavimus: ſimul vero pro λαγοῦ, quod Ionicae magis dialecti eſt, Atticam formam λαγὼ poſuimus.

Ὅτι δὲ καὶ τιθάσους. Sic ms. *A.* Deſunt haec ver-

ba *Epit.* Caeterum perinde & acute τιθαστὸς, & antepenacute τίθασος, ſcriptum id vocabulum reperitur.

Στράττις – ἐν Παυσανίᾳ. Ad editam olim ſcripturam Παυσαμίᾳ monuit CASAUBONUS: »Scribi iuſſeram, »Στράττις παρίστησιν ἐν Παυσανίᾳ. Vide libro ſepti»mo, capite XXIII.« — Vide XIII. 589. a. & Caſauboni obſervata ad VII. 327. e. Animadverſion. T. IV. pag. 456 & ſeq. Veram autem ſcripturam h. l. tenebat ms. *A.* Quod *vs.* 2. ait poëta, *pavones ali* ἕνεκα τῶν ὠκυπτέρων, id Dalecampius latine reddidit, *ob pennarum pulchritudinem*: commode ſatis. Nec vero idcirco cum PURSANO ἕνεκα τῶν καλλιπτέρων corrigi velim. τὰ ὠκύπτερα ſunt *pinnae longiores*, nempe cum alarum tum caudae; ita dictae, quoniam ad volatus *celeritatem* maxime faciunt. Vide Ariſtoph. Av. 803. Apollon. Rhod. II. 1259. Pinnarum *pulcritudinem* hîc reſpici, per ſe intelligebatur.

a In *ANAXANDRIDAE verſ.* 1. pro Οὐχὶ μανικόν ἐστιν, HERMANNUS, de Metris pag. 154. Οὐ μανικόν ἐστιν legendum cenſuit, ne dactylus pes cum anapaeſto concurreret. Οὐχὶ vero tenet uterque cod. mstus. *Ibid.* quid ſit, quod ἐν οἰκιδίᾳ ſcribatur in ms. *A.* neſcio. *Alteri verſui* quid facerem, incertus prorſus haeſeram. Ubi cum in ed. Ven. & Baſ. ſic legeretur:

ἐξὸν τοιούτους δύ' ἀγάλματ' ἀγοράσαι:

ita interpretatus eſt Dalecampius, *cum eorum pretio emi queant ſtatuae.* At id non ſonabant Graeca verba: quae cum corrupta eſſe claudicans metrum clamaret, CASAUBONUS in contextu quidem ita ſcripſit:

ἐξὸν τοιούτους ἢ δύ' ἀγάλματ' ἀγοράσαι:

tum vero rurſus in Animadverſionibus ait: »Corruptus »eſt poſterior verſuum *Anaxandridae*, quo it probatum »*furioſi hominis eſſe pavones domi alere.* ἐξὸν, inquit, τοιού»τους ἢ δύ' ἀγάλματ' ἀγοράσαι. Suſpicor legendum,

»ἐξὸν τοιαῦτ' ἢ δίω ἀγάλματ' ἀγοράσαι.

»*cum liceat emere talia ſimulacra quae ſint gratiora.*« — Unde iſtam particulam ἢ arripuerit, quam in contextu poſuerat, utrum e codicum lectione, an ex coniecturâ, non declaravit in Animadverſionibus. Noſtri codices parum abfuit quin turbarent nos magis, quam adiuvarent. Nam ex ms. *A.* huiusmodi adfertur ſcriptura, ἐξὸν τοιούτους ἰδυο ἀγάλματ' ἀγορ. In cod. *Ep.* vero ita ſcriptum: ἐξὸν τουτοισὶ (ſic) δύ' ἀγάλματ' ἀγοράσαι. Unde propemodum

ſuſpiceris, tale quid dixiſſe poëtam, quale Gallicus inter- a
pres his verbis expreſſit: *qui coutent autant qu'il faudroit pour acheter deux ſtatues.* At equidem illud perſuaſum habeo, de *ſtatuis* non cogitaſſe poëtam. Satis notum eſt, quod & lib. II. pag. 52. e. & ſaepius alibi in his libris obſervavimus, ἄγαλμα Graecis dici *ornamentum quodvis*, quamlibet *pulcram ſupellectilem qua aedes* aut templa aut loca publica *ornantur.* Sic paullo etiam ante vidimus. (p. 654. c.) pro eo quod κειμήλιον ἀνακείμενον Athenaeus dixerat, de phaſianis avibus loquens, Epitomae auctorem, virum Graeci ſermonis bene gnarum, ἀγάλματα dixiſſe. Neque aliter hoc loco accipi debere vocab. ἀγάλματα certum habeo. Porro, probam & a poëtae manu eſſe vocem τοιούτους exiſtimo, *tales;* nempe *ii homines qui pavones domi alunt:* neque dubito, Epitomae auctorem eamdem vocem in ſuo Athenaei codice reperiſſe, ſuo autem arbitratu τούτοις poſuiſſe. Potuerat τούτους ponere; ſed τούτοις maluit, perſpicuitatis cauſſa. Scilicet participium illud ἔξον duobus modis conſtrui ſolet: priori modo, & eo quidem magis vulgato, *cum dativo* caſu, qui ab ipſo verbo ἔξον regitur; ſic ἔξον τούτοις, *cum his liceat:* altero modo, qui poëtis magis familiaris eſt, cum *accuſativo*, ad ſequentem infinitivum relato; ſic ἔξον τούτους ἀγοράζειν, *licet, fieri poteſt, ut hi emant.* His ita conſtitutis, ſupererat, ut de vocabulo quaereremus, quod inter τοιούτους & ἀγάλματα medium interpoſitum fuiſſet a poëta. Ubi ſi ad metri rationem aptum eſſet ἡδίω, quod eſt a Caſaubono propoſitum, nihil aliud deſideraturus eram. Nunc nullum aliud, cui hic eſſe locus potuiſſet, nobis occurrebat, niſi ἴδια: quamquam fateor, haud ſatis me percipere quanam potiſſimum notione ἴδια ἀγάλματα dixerit Anaxandrides. Caeterum noſtra ſi cui minus probabitur emendatio, is cum doctiſſimo Coraio in eam ſententiam, quam Dalecampius in verſione expreſſit, legat:

ἔξον τοσούτου, νὴ Δί', ἀγάλματ' ἀγοράσαι.

In *Anaxilai* verſu, quem ignorat Epitoma, pro τιθασὸς, quod erat editum, τίθασος ſcripſi cum ms. *A.* quemadmodum τιθάσους p. 654. f. pro τιθασούς.

οἱ ἀλεκτρυόνες ἐν τῇ Περσίδι. Vide ad IX. 374. d. Animadv. T. V. pag. 50. *Ibid.* μελεαγρίδες ἐν τῇ Αἰτωλίᾳ. Scilicet prima fortaſſe Graeciae regio, in quam *meleagrides* ex Africâ translatae ſunt, *Aetolia* fuerat.

b In *Antiphanis* verſu 1. pro γενέσθαι, quod editum erat, rectius γίνεσθαι dedere ambo noſtri mssti: quemadmodum ex coniecturâ etiam correxerat Koppiers, in Obſervatis Philolog. pag. 50. *Ibidem* recte Ἡλίου tenet ms. *A.* cum edd. Corrupte prorſus ἁλίσιν ms. *Ep.* Ἡλίου πόλις, *Heliopolis* Aegypti. *Verſu* 3. ἐχει absque δ' particulâ exhibuerunt ambo mssti. *Ibid.* Recte διαφόρους edd. ubi corrupte δισφόρους iidem mssti. Ut Erycinae Siculae, ſic & Paphiae *Cypriae* prae caeteris laudabantur Veneri ſacrae columbae. Ὁμοπατρίους *Antiphanis* Dalecampius *Conterraneos* interpretatus erat: nos *Fratres germanos* intelleximus.

Ibid. ἐπὶ τοῦ νομίσματος τῶν Σαμίων ταὼς ἐστίν. Eiusmodi *Samiae monetae*, quae *pavonem* pro inſigni expreſſum habent, hodieque ſuperſunt. Vide Eckhelii Doctrinam Numorum Veterum, Part. I. Vol. II. pag. 568 ſq.

AD CAP. LXXI.

Κλύτος ὁ Μιλήσιος, Ἀριστοτέλους δὲ μαθητής. Vide XII. 540. c. ibique notata. Particulam δὲ, quae ſi abeſſet a nemine deſideraretur, ſimiliter & aliâs adiicere Athenaeus ſolet. Conf. quae ad XIII. 607. f. notavimus.

c Περὶ δὲ τὸ ἱερὸν τῆς Παρθένου ἐν Λέρῳ. Cum ἐν Ἀέρῳ olim editum eſſet, Dalecampius in verſione, *Circa delubrum virginis in Aëro*, poſuit: in orâ vero haec adnotavit: »Minervae. *Lero*, Aelian. cap. 27. lib. V. De Animal. *Leros* inſula maris Icarii. Gesnerus, [De Avibus, p. 478.] »*Olero*: quae eſt urbs Cretae Stephano. Inde Oleria, feſta Minervae. Athenis Meleagrides in Arce, ut Minervae ſacras, nutriebant.« — Ad haec Casaubonus: »Scribunt veteres, ἐν Λέρῳ: neque aliter Aelianus. *Lerus* Sporadum una eſt; de cuius incolis extat dictum Phocylidis, Λέριοι κακοί. Non temere audiendi viri docti, »qui Ὠλέρῳ ſcribi volunt ex Stephani Ethnicis.« — Veteres, quos ait Caſaubonus ἐν Λέρῳ ſcribere, non ſunt mssti codices, ſed fortaſſe vir quidam doctus, qui illam emendationem ad oram ſui libri adnotaverat. Mendoſam quidem ſcripturam ἀέρῳ, quam cum editionibus Ven. & Baſ. etiam Natalis Comes tenet, eamdem vetuſtiſſimus codex *A.* habet: in *Epit.* autem omiſſa ſunt priora illa *Clyti* verba. Recte vero ἐν Λέρῳ emendatum eſſe, ex Aeliano

De Nat. Anim. IV. 42. & V. 27. certum est: cum quo conferendus etiam Antoninus Liberal. Metamorph. cap. 2. & Suidas in Μελεαγρίδες, ibique Küsterus. Παρθένον autem non *Minervam* intelligi, sed *Dianam*, cum aliunde constabat, tum ex Aelian. IV. 42. & ex Antonino Liberali l. c. Cur vero de *Lero* insulâ in rebus *Milesiorum* verba fecerit *Clytus*, ex Strab. lib. XIV. p. 635. a. intelligitur; scilicet, quia colonis illam insulam frequentaverant Milesii. c

ὁ δὲ τόπος ἐστὶν ἐλώδης ἐν ᾧ τρέφονται. ἔστι δὲ ἄστοργον πρὸς τὰ ἔκγονα τὸ ὄρνεον &c. »Descriptionem *meleagridum*, quae affertur ex *Clyto*, Aristotelis discipulo, nemo »non videt gallinis iis convenire, quas vulgo *Indicas* vocamus.« Casaubonus. — Cui Salmasius suffragatur, Exercit. Plin. pag. 611. Contra Palmerius, Exercit. pag. 528 sq. »Immo nihil (ait) convenit. Nam & τὸ ἄστοργον non inest: pugnant enim egregie *gallinae Indicae*, »quas vocamus, quum pullos habent, pro eis; & tanto »ardore, ut saepe a canibus grandioribus multis morsibus »lacerentur. Deinde τὸ ἑλώδεσι τρέφεσθαι nullo modo con»venit: immo nihil magis eorum pullis nocet, quam vel »rore vel pluviâ madefieri. Deinde τὸ σκληρὸν καὶ ξυλοει»δὲς τοῦ λόφου omnino cum ea sententia pugnat: quippe »molliissimum & pendulum τὸν λόφον habent Indicae galli»nae. Adde quod sunt ἄνευ καλλαίων, *sine barbis vel pa»leis*: quod pugnat cum hac *meleagridum* descriptione, πρὸς »δὲ ταῖς γνάθοις ἀτὸ τοῦ στόματος ἀρξαμένην ἀντὶ πώγω»νος μακρὰν σάρκα, *ad malas vero ab ore incipientem pro bar»bâ carnem prolixam*. Tum quod ait *magnitudinem habere »gallinae generosae*, non convenit cum nostris Indicis, quae »in multo maiorem corporis molem augentur. Ideo au»denter pronunciamus, *meleagridas* non esse nostras Indi»cas. – – – Mihi vero videntur ea, quae de *meleagridibus* »hoc loco dicuntur, satis convenire cum iis gallinis, quas »*Numidicas* vocarunt Romani, nos vero *poules de Barbarie*. [aliâs *Peintades*.] »Nam τὸ σκληρὸν καὶ ξυλοειδὲς τοῦ λό»φου maxime convenit: moles corporis etiam, gallinis gal»linaceis maioribus aequalis. Sed optime conveniunt quae »sequuntur: Τὸ δὲ σῶμα ἅπαν ποικίλον, μέλανος ὄντος τοῦ »χρώματος ὅλου, πτίλοις λευκοῖς καὶ πυκνοῖς διειλημμένον »μείζοσι φακῶν. Id est: *Corpus totum varium, nigro quidem »in universum colore, sed pinnulis albis & spissis notatum, len»tis grano maioribus* &c.« — Cum Palmerio hodie fere

ſentiunt auctores omnes, *meleagridem* non eſſe gallinam eam quam Indicam dicere conſuevimus, ſed eam quam *Numidicam* Romani vocabant, Galli hodie *Peintade*. Vide BUFFON, *Hiſt. Nat. des Oiſeaux*, T. III. ed. in 12mo, p. 232 ſqq. praeſertim pag. 246. & SCHNEIDERUM ad Aelian. Nat. Anim. IV. 42.

d καὶ τὸ χρῶμα ξυλοειδῆ. »Edebatur ante, καὶ τὸ »σῶμα ξυλοειδές. Scripſimus χρῶμα cum omnibus »msstis. In eo commentario, quem ſcripſimus DE Colori»bus, [qui numquam, quod ſciam, in lucem emiſſus eſt] »docemus, etiam Theophraſtum *lignei coloris* meminiſſe »libro VII. Hiſtoriarum, cap. 3. Differunt, inquit, *femina »& coloribus*: τὰ μὲν μέλανα, τὰ δὲ ξυλώδη, τὰ δὲ λευ»κότερα. Quem locum doctiſſimi viri depravatum cen»ſuerunt: fruſtra.« CASAUBONUS. — Caſaubono praeiverat DALECAMPIUS, *colore ligneo* in verſione ponens, cum hac Adnotatione: »*Subflavo*. Quidam legunt σῶμα: *cor»poris lignoſa duritia*. In meleagridis maris apice & tam»quam pileo color eiusmodi eſt, veluti *ligni*, *ſubrufus*.« Ante Dalecampium χρῶμα corrigendum monuerat *Conr.* GESNERUS de Avib. pag. 478 ſq. cui ipſi praeiverat HERMOLAUS BARBARUS, ad Dioſcorid. Corollar. 253. Eamdem vero ſcripturam ambo noſtri mssti tuentur. Sed vocabulum ξυλοειδὲς, hac terminatione, quo pacto ferri hoc loco potuerit non video: nam ad τὸν λόφον referri hoc adiectivum debebat. Bene haberet, ſi praecederet ἔχοντα: ut eſſet λόφον ἔχοντα χρῶμα ξυλοειδές: at, quod praecedit, ἐξέχοντα τῆς κεφαλῆς, id iſti ſcripturae minime favet, ſed neceſſario ξυλοειδῆ ſcriptum oportuit. Et hoc ipſum videtur codex *Epit.* exhibere: in quo compendioſe ſic ſcriptum hoc vocabulum, ut in ξυλοει deſinat, literâ δ ſuperne adpoſitâ: quo compendio nonniſi in eis vocibus, quae in vocalem deſinunt, uti conſuevit codicis noſtri calligraphus. Ex ms. *A.* quidem nullus ab editâ ſcripturâ diſſenſus adnotatus eſt. *Criſtam* iſtam, quamquam duram admodum, ita ut rectius *corneam* diceres, *carneam* tamen dixit auctor; nempe quo ſignificaret, non pennis conſtare, ut in aliis nonnullis avibus. Confer Buffon, l. c. p. 252 ſq.

ἀπὸ τοῦ στόματος ἀρξαμένην ἀντὶ πώγωνος μακρὰν σάρκα. Editum olim ἀπὸ τοῦ σώματος & in contextu tenuit Caſaubonus, & in Animadverſ. ſilentio praetermi-

fit hunc locum. Recte vero DALECAMPIUS, *incipiens ex ore*, (*ab ore* malles) in verfione poſuit: id eſt, ἀπὸ τοῦ στόματος, quemadmodum corrigendum monuerat GESNERUS, p. 479. cui & in hoc praeiverat HERMOLAUS l. c. Et illi quidem de coniecturâ ſic emendaverant; quorum coniecturam calculo ſuo comprobavit CORAYUS, in *Notis mſstis*: nobis vero perſpicue ſcriptum τοῦ στόματος exhibuit noſter codex *Epit.*

Ad proxima verba, καὶ ἐρυθροτέραν τῶν ὀρνίθων, adnotavit CASAUBONUS: »Scribendum, καὶ ἐρυθ. τῆς τῶν ὀρ»νίθων. Sed non ſemper haec caro rubet: mutat enim co»lorem pro affectu quo movetur.« — Nempe de *Indicis* quos vocamus gallis cogitaverat vir doctus, ut ſupra vidimus. Percommode vero τῆς τῶν ὀρν. Sed ambo mſsti cum editis carent illo articulo, qui abeſſe utcumque poterat. Sic mox, τράχηλος – – παχύτερος τῶν ὀρνίθων, non τοῦ τῶν ὀρνίθων: & paullo poſt (lit. *c.*) ὅμοια τοῖς ὀρνιθίοις, pro τοῖς τῶν ὀρνιθίων.

τὸ δὲ σῶμα ἅπαν ποικίλον, μέλανος ὄντος τοῦ χρώματος ὅλου, πτίλοις λευκοῖς καὶ πυκνοῖς διειλημμένου μείζοσι φακῶν. In πτίλοις, id eſt, *plumis*, conſentiunt mſsti noſtri cum editis. Perquam vero ſpecioſa eſt GESNERI coniectura, σπίλοις potius legendum cenſentis, id eſt, *maculis*; quo vocabulo latino & olim Hermolaus uſus erat, & Dalecampius in verſione: quamquam Plinius, X. XXVI. 38. ipſum Graecum πτίλοις expreſſiſſe videri poſſit, *gallinarum* hoc *genus*, dicens, *variis ſparſum plumis*. Tum, quod hic legebatur διειλημμένον, id videri poterat haud incommode ad τὸ σῶμα referri: at ea ſcriptura ex iuniorum emendatione erat: nam vetus codex *A.* διειλημμένων habet, vitioſe utique; ſed codex *Epit.* διειλημμένου, ad χρώματος ὅλου relatum: quod unice verum eſſe iudicavi. Denique vero non placet quod adiicitur, μείζοσι φακῶν. Si enim *maculae* illae *maiores* ſunt *lentibus*, cur cum lentibus potiſſimum contulit? Ferrem μικρῷ vel οὐ πολλῷ μείζοσι φακῶν. Sed puto id ſcripſiſſe *Clytum* quod res eſt, nempe οὐ μείζοσι φακῶν, *maculis non maioribus quam lentes*: &, quam facile vocula οὐ a praecedente verbo διειλημμένου abſorberi potuerit, vident omnes. Quae vero his ſubiiciuntur, obſcuriora ſunt, & expeditu difficiliora. Οὗτοι δ' εἰσὶν ἐν ῥύμβοις οἱ κυκλίσκοι μέλασι (ſive μελαντέροις) τοῦ ὅλου χρώματος· διὸ καὶ

e ποικιλίαν τινὰ οἱ ῥόμβοι παρέχονται, τοῦ μὲν μέλανος ἔχοντος λευκότερον τὸ χρῶμα, τοῦ δὲ λευκοῦ πολὺ μελάντερον. Quibus in verbis, praeterquam quod μελαντεροις *Epitoma* pro μέλασι dedit, nihil diſſentiunt libri. Dalecampius ſic convertit: *quae* (maculae) *rhomborum figurâ parvis nigrisque circulis ambiuntur, & pennarum illam varietatem efficiunt, quia niger color adſpergitur candido, & viciſſim candidus nigro.* Gallicus interpres: *Or ces taches circulaires ſe trouvent dans les lozanges noires qui ſe préſentent ſur tout le plumage; c'eſt pourquoi les lozanges forment une bigarrure dans la quelle on voit du noir qui renferme une couleur d'autant plus blanche, & une couleur blanche qui renferme une couleur d'autant plus noire.* Optandum erat, ut Buffonus, ſive quisquis eſt qui ſub illius nomine Avium hiſtoriam compoſuit, ſubtilem hanc *Clyti* deſcriptionem *meleagridis* curatiori examini particulatim ſubieciſſet. Nunc de *rhombis*, quos Clytus dicit, in icone a Buffono exhibitâ nihil conſpicitur, in copioſâ autem de *meleagride* disputatione nihil aliud, quod ad hos *rhombos* ſpectat, niſi haec pauca obiter adnotata (pag. 240.) reperio: *Le Jéſuite Margat - - dit, qu'il y en a de deux couleurs à Saint-Domingue, les unes ayant des tâches noires & blanches diſpoſées par compartimens en forme de rhomboïdes, & les autres étant d'un gris plus cendré.* GESNERUS, pag. 479. cum WOTTONO, quem ibi ſequitur, poſtquam priora ex praedictis Clyti verbis, quae nullam fere difficultatem habent, ſic interpretatus eſt: »*Sunt autem orbiculi iſti in rhombis nigris; unde ipſi etiam rhombi varietatem exhibent:*« ita pergit: »In Graeco additur, τοῦ μὲν μέλανος ἔχοντος λευκότερον τὸ χρῶμα, τοῦ δὲ λευκοῦ μελάντερον.« Quae verba latine convertere non adgreſſus eſt. In *icone* vero *meleagridis*, quam a Io. Caio Britanno ad ſe miſſam idem Gesnerus exhibuit, ſingulae *maculae albae* perſpicue medium occupant locum ac veluti centrum *rhomborum nigrorum, quorum latera albis lineis diſtincta* ſunt. Atque, his ita ſcriptis, eosdem nigros rhombos, quorum in medio albae illae maculae inſunt, latera autem albis lineis finiuntur distinguunturque, in vivae olim avis exuviis, quae in Hermanniano muſeo ita conſervantur, ut vivam etiamnum avem diceres, coram adſpicere nobis licuit. Lineae autem, quas dico, non ſunt continentes; ſed ex minutis punctis albis quidem, ſed pallidioribus quam lenticulares illae in medio rhomborum maculae, formantur.

In Graecis, quae isto loco leguntur, suspicor per librariorum culpam nonnulla intercidisse. Interim videndum, an fortasse περιέχοντος pro ἔχοντος scriptum oportuerit.

Sequuntur haec: τὸ δὲ κατὰ τὰς πτέρυγας αὐταῖς πεποίκιλται λευκῷ πριονώδεσι σχήμασι πυρώδεσι καὶ παράλληλα κειμένοις. Ad quae CASAUBONUS adnotavit: »Scribunt Excerpta, τὰς δὲ πτέρυγας πεποίκιλται σχήμασι »πυρώδεσι πρὸς ἄλληλα κεκραμένοις.« — At nostra Excerpta, id est, noster codex Epitomae, πρὸς ἄλληλα quidem cum Hoescheliano codice (quo usus erat Casaub.) habet; quod cum παράλληλα (quod tenet ms. *A.* cum editis) nemo permuratum voluerit. Poterat παρ' ἄλληλα divisis vocibus scribi: sed & παράλληλα unâ voce dici potuit adverbialiter, pro παραλλήλως. Caeterum verbum κειμένοις, ad παράλληλα recte relatum, cum editis & cum codice *A.* tenet noster cod. *Ep.* In eodem porro, non τὰς δὲ πτέρυγας scribitur, quod ferri nullo modo posset; sed τὰ δὲ πτέρυγας, cum τὰ δὲ κατὰ τὰς πτέρυγας debuisset (puto) librarius. Denique non πυρώδεσι habet idem codex, sed πορώδεσι: quam quidem scripturam non magis, quam alteram, expedio. In ed. Ven. & Bas. πυρωάδεσι manifesto vitio scribebatur; Casaubonus πυρώδεσι correxit: quae scriptura, quamquam veterum membranarum *A.* auctoritate firmata, admodum tamen suspecta esse debet. Ut enim taceam, vocabulum πυρώδης de *igneo colore* vix usquam usurpatum reperiri, in *meleagridis alis* nemo *rubentem colorem*, nedum *igneum*, observavit: & ipse *Clytus* nihil aliud dicere voluisse videtur, nisi hoc: quemadmodum reliquum huius avis corpus *ex nigro & albo variegatum* est, sic & *alae*; eo discrimine, quod alae non rotundis maculis albis sint consperſae, sed quod *albus & niger color alternatim formâ serratâ digestus sese mutuo excipiat.* GESNERUS, Clyti verba ob oculos habens, omissâ voce πυρώδεσι, praeeunte WOTTONO, sic scripsit: »*Alae etiam* »*maculis notantur albis, specie serratâ per versus parallelos* (*per* »*spatia aequidistantia*) *digestis.*« — Et equidem, cum nullum aliud succurrat vocabulum, quod in illius πυρώδεσι locum commode substitui posse videatur, suspicatus sum, temere in contextum invectam esse illam vocem, ex lectionis varietate, sive ex scholio marginali aut interlineari ad vocem πριονώδεσι spectante. Nam DALECAMPII quidem emendationem, *in spiram contractis* (σπειρώδεσι) ne-

e mo facile probaverit. VILLEBRUNIUS, vulgatum πυρώδεσι tenens, locum hunc sic convertit: *Quant aux aîles, il les a bigarrées de blanc & de vergetures dentées de couleur de feu, & ces couleurs s'y fondent & s'y délayent l'une dans l'autre.* Monuitque idem, in Graeco exemplo pro eo quod nude πριονώδεσι scribitur, καὶ πριονώδεσι scriptum oportuisse: tum, quod ad posteriorem interpretationis partem spectat, ait, *se suarum Epitomarum scripturam esse secutum.* (» *Je suis* » *le texte de mes épitomes.*«) Atqui nullus alius Parisiis & in totâ Galliâ exstat *Epitomae codex* praeter hunc optimum, quo nobis uti contigit; qui codex κειμένοις tenet, non κεκραμένοις exhibet: quam scripturam, a Casaubono ex Codice Hoescheliano commendatam, sua in versione exprimere interpres ille voluerat.

σκέλη δὲ ἀκέντρα, ὅμοια τοῖς ὀρνιθίοις. Praeferendum fortasse nonnullis videatur ὀρνιθείοις, quod in contextu habet ms. *Epit.* Nec tamen commode dici videtur σκέλος ὀρνίθειον, pro ὀρνίθος: quasi latine diceres *crus gallinaceum*: pro *crus gallinae.* Tenui igitur ὀρνιθίοις, quod cum editis non modo ms. *A.* agnoscit, sed & cod. *Epit.* inter lineas indicavit. Dixit autem *Clytus* ὅμοια τοῖς ὀρνιθίοις, pro ὅμοια τοῖς τῶν ὀρνιθίων: quemadmodum supra, σάρκα ἐρυθροτέραν τῶν ὀρνίθων, pro τῆς τῶν ὀρνίθων. Ipsum autem vocab. ὀρνίθιον hîc non tam *pullum gallinaceum* dixisse videtur, quam *gallinam.*

AD CAP. LXXII.

f Ὀπτῶν δελφάκων &c. De *Porcellis* ex professo disputatum erat lib. IX. pag. 374 sq.

Ἐπικράτης ἐν Ἐμπόρῳ. Ἐπὶ τοῖσδ' ἐγὼ μάγειρος &c. »Familiare est apud Graecos comicos, ut *coqui* inducan» tur *glorioſuli*, & de artis suae experimentis magnifica » praedicantes. Sic in *EPICRATIS* versibus, qui hîc re» citantur:

» — Ἐπὶ τοῖσδ' ἐγὼ,
» μάγειρον οὔτε Σικελία καυχήσεται
» τρέφειν τοιοῦτον ἄρταμον κατ' ἰχθύων,
» οὐ † κήλισ' ἔνθα δελφάκων ἐγὼ κρέα
» κάλλιστ' ὀπτὰ πυρὸς ἀκμαῖς ἠνθισμένα.

» Absit a moribus nostris omnis vanitas. Sed veram huius » loci lectionem, invisam aliis, vidimus nos nullo negotio.

» Scribendum enim, οὔτ' Ἦλις, ἔνθα δελφ. *Neque Sicilia*, f
» inquit, *neque Elis talem vidit artificem parandorum cibo-*
» *rum qualis ego sum.* Significat, se cum apud Siculos ἀβρο-
» διαίτους, tum apud omnes Graecos, qui ludicri Olym-
» pici cauſa in Elidem venerant, artis ſuae ſpecimen edi-
» diſſe, & nomen ac famam inde retuliſſe. ἀνθίζειν πυρὸς
» ἀκμαῖς, eſt *toſtura flavum reddere & χρεμβαλέον.* « CASAU-
BONUS. — Vellem docuiſſet non doctus Animadverſor,
quo pacto priora eclogae illius verba, Ἐπὶ τοῖσδ' ἐγὼ
intellexiſſet: quibus verbis, quoad equidem exputare po-
tui, nullus prorſus ſenſus inerat, niſi *deleto poſt* ἐγὼ *com-*
mate, μάγειρος cum noſtro ms. *A.* pro edito μάγει-
ρον legeres. De *Elide* dein lubens adſenſus ſum docto vi-
ro: nam, quid aliud lateat in οὐκήλισ', quod erat in ed.
Ven. & Baſ. & in ms. *A.* (pro quo in ed. Caſ. οὐ † κήλισ'
ſic expreſſum) nemo facile dixerit. Nec vero neceſſe eſſe
exiſtimavimus, οὐκ in οὔτ' mutari. Poterat οὐκ Ἦλις (nec
ſine emphaſi quadam) dici; praeſertim ſi alias ſimiles ῥήσεις
apud poëtam olim ſecutas eſſe ſtatuamus, praeter-
miſſas ab Athenaeo. De verbo ἀνθίζω conf. Animadv. ad
VII. 288. d. Ait coquus, *neque Siciliam, ubi piſces, nec*
Elidem, ubi porcellos optime parare norunt coqui, meliores ha-
bere parandorum obſoniorum artifices, quam eſſet ipſe.

Non unâ difficultate laborant ſubiecti *ALEXIDIS* ver-
ſus. Qui cum in ed. Caſ. 1. ſic ſcripti eſſent,

Τριοβολοκρείσκον ἀστεῖον πάνυ
ὕειον ὀπτὸν καὶ θερμὸν, εὐχυλώτερον,
ὅταν ᾖ προσφέρον.

haec in Animadv. monuit CASAUBONUS: » Obſcura vox
» eſt ὀβολοκρεῖσκον. Si abeſſent duae literae σκ, poſſet ex-
» poni *olla carnium triobolaris*: id enim eſt κρεῖον. Homerus:

» αὐτὰρ ὅ γε κρεῖον μέγα κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ.

» Sed videndum an ſatis conveniat ea interpretatio poë-
» tae verbis,

» ὕειον, ὀπτὸν, θερμὸν, εὐχυλώτερον. «

— Haec ille: unde deinde in ed. Caſ. 2. & 3. in *primo*
verſu Τριοβολοκρεῖσκον ediderunt, circumflexo accentu no-
tatum. Ad *ſecundum verſum* monuit CORAYUS in Notis
msstis: » Delendum καὶ iam vidit Caſaubonus. Sed &
» pro ultimo vocabulo malim ἐγχυλώτερον. « — Nempe
εὔχυλος eſt medicorum verbum; quo ſignificatur, cibum
quempiam eſſe *boni ſucci, bonum ſuccum in corpore hominis*

generare. ἔγχυλος vero ad *ſaporem* magis ſpectat, denotatque *cibum ſucculentum* & *ſapidum.* In *Epit.* deeſt hoc fragmentum. Scripturam εὐχυλ. vero tenet ms. *A.* cum editis. Sed *verſu* 1. idem ms. *A.* cum ed. Ven. recte Τριωβολ. pec ω longum in ſecundâ ſyllabâ ſcribit: pro quo temere Τριοβολ. poſitum in ed. Baſ. & Caſ. In reliquo vocabulo nil mutat vetus liber. Sed, Caſauboni *ollam* (κρεῖον) nihil huc facere, ſatis adparet. Nos κρεΐσκον ſcripſimus, diductâ diphthongo, ut eſſet diminutiva forma nominis κρέας: vix quidem illa aliâs uſitata; nam κρεάδιον rectius dicitur: ſed potuit apud poëtam homo, neſcio quis, parum apte loquens induci, qui κρεΐσκον pro κρεάδιον diceret. Iam ferenda etiam fortaſſe fuerit compoſita vox Τριωβολοκρεΐσκον: quae ſi minus placuerit, facile in duas tribui poteſt, Τριώβολον κρεΐσκον. In *verſ.* 2. utique *deletam* καὶ particulam malles: at ne ſic quidem levata omnis difficultas. Nam quod Caſaubonus tacite εὐχυλώτερον per ω in medio ſcripſit, id ad metri quidem rationem peraptum, ſed grammaticae analogiae repugnat: quae, quoniam vocabulum χυλὸς primam producit, in comparativo adiectivi terminationem οτερος per ο breve deſiderabat. Itaque vera per ſe erat ſcriptura εὐχυλότερον, quam habent ed. Ven. & Baſ. cum ms. *A.* quamquam ad metrum parum apta. Eamdem ſcripturam εὐχυλότερον per ο breve in libris etiam ſuperioribus, ubi ſaepe occurrit id vocabulum, (praeſertim libro II. & III.) conſtanter
a ſervat idem codex *A.* Denique (*verſ.* 3.) verba ὅταν ᾖ προσφέρον talia ſunt, ut nec per ſe ſana eſſe videantur, nec ab iis *initium* fieri *ſenarii* potuerit. Si verſui conſultum volueris, ſtatuendum fuerit, *in fine ſenarii* poſita iſta verba fuiſſe, & omiſſum eſſe prius hemiſtichium. Pro προσφέρον autem πρόσφορον malles. At non προσφέρον, ſed προσφέρων habent ed. Ven. & Baſ. videndumque ne eamdem ſcripturam codex *A.* tueatur; e quo quidem nullus ab exemplo Caſauboniano diſſenſus h. l. adnotatus eſt. Iſtam autem ſcriptuaam ſi ſequamur, ſenſus fuerit, *ſi quis offerat.* Conf. pag. 642. f.

Ἀθηναῖοι – – ταῖς Ὥραις θύοντες. »*Horis* & aedes ſa»cras & aras multis in locis dicatas fuiſſe tradit Pauſa»nias.« DALECAMPIUS. — »Auctor eſt Porphyrius li»bro primo [immo lib. II. cap. 7.] περὶ Ἀποχῆς ἐμψύχων, »moris fuiſſe Athenis pompam quotannis Soli & Horis

»simul ducere. De ea solennitate sentit mox *Philocho-* a
»*rus*: Ἀθηναῖοι ταῖς Ὥραις θύοντες οὐκ ὀπτῶσιν ἀλλ'
»ἕψουσι τὰ κρέα, παραιτούμενοι τὰς θεὰς ἀπείργειν τὰ πε-
»ρισκελῆ καύματα καὶ τοὺς αὐχμούς. Quid proprie περι-
»σκελὲς dicatur, ante est expositum. [ad III. 98. b.
»Animadv. T. II. pag. 165.] Usurpatur de omnibus quae
»*tolerare durum* est & *molestum*: & περισκελῶς φέρειν, pro
»*aegre ferre*. Menander: [apud Stob. Vide Clerici Fragm.
Menandr. ex Adelph. pag. 8.]

»Ὁ γὰρ μετρίως πραττων, περισκελέστερον
»ἅπαντα τ' ἀνιαρὰ, λαμπρία, φέρει. « Casaubonus.
Adde Animadv. ad XI. 476. e. T. VI. pag. 138 sq.

τὴν μὲν γὰρ ὄπτησιν ἐλάττους παρέχεσθαι ὠφελείας, τὴν δὲ ἕψησιν &c. »Dalecampius: *Utilitatis enim minus esse in assatione putant:* (adiectâ Notâ: »Cum qua compa-
»rant coelum torridum.«) *elixationem vero* &c. adiectâ Notâ: »Cum qua confertur coelum modice calidum, & tem-
»pore conveniente pluvium.«

διόπερ ἔφθον ἑτοπτᾶν (perperam ἑποπιᾶν ms. *Ep.*) οὐ b
φασὶ δεῖν, οὐδ' ἑφέψειν. Quod ait φασὶ, nescio an signi-
ficet, *vulgo ac velut in proverbio* id *dici* solere.

τὰ δὲ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν ὠμότερα καὶ ξηρότερα. »Vide-
»tur hoc & rationi consentaneum, ut *sicciora* sint *assa quam*
»*iurulenta*, & ex Aristotele petitum, cuius modo nomen
»positum est. Tamen aliter habet utrumque. Audiamus
»magistrum, Meteorolog. libro quarto: [cap. 3. Opp.
»T. I. ed. Du Val, pag. 586 sq.] Ξηρότερα τὰ ἑφθὰ τῶν
»ὀπτῶν. οὐ γὰρ ἀναστᾷ εἰς αὐτὰ τὸ ὑγρὸν τὰ ἑψόμενα·
»κρατεῖ γὰρ ἡ ἔξωθεν θερμότης τῆς ἐντός. εἰ δὲ ἐκράτει ἡ
»ἐντὸς, εἶλκεν ἂν εἰς ἑαυτήν. « Casaubonus. — Ad eam-
dem *Aristotelis* sententiam pertinet id, quod proxime an-
te, ubi eiusdem nomen adpositum, dicebatur: τὸ μὲν γὰρ
(nempe τὸ ἑφέψειν, immo & ipsum ἕψειν) ἀνάλυσιν ἔχειν
δοκεῖ τοῦ βελτίονος: id est, *coctione videtur dissolvi id quod
in carne optimum est*, nempe, *succus nutritius*. Ista verba,
τὰ δὲ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν ὠμ. καὶ ξηρ. omissa sunt in *Epit.*
In ms. *A.* quum ὄντα pro ὀπτὰ scribatur, videndum ne
verba nonnulla interciderint.

Τὰ δὲ ὀπτὰ κρέα καλεῖται φλογίδες. Sic & Pollux
VI. 55. & Hesychius: Φλογίδες· κρέα ὀπτά. διὰ τὸ φλο-
γίζεσθαι. Dalecampius: *Assas carnes* φλογίδας *vocant.*
Tum in Notâ: »Flammâ *tostas*. Vulgo, *Carbonades*.«

b In *Strattidis verſ.* 2. cum ἔβρεχέ τε πάνθ' ἅμα editum eſſet, Dalecampius ad verbum reddidit, *omniaque illa ſimul rigavit*: intelligens, *oleo rigavit*. Villebrunius praeeunte Adamo, ἔβρωσκε vel ἔβρωσε corrigens, commode *devoravit* interpretatus eſt. In eamdem vero ſententiam haud paulo praeſtabat ἔβρυκε, quemadmodum Corayus corrigendum cenſuit in *Notis msstis*. Cf. III. 91. d. & VIII. 344. e. Sed eâdem notione etiam ἔβρυχε teneri poterat, quod dedit vetus cod. *A*. Sicut enim utrumque verbum, βρύκειν & βρύχειν, proprie *dentibus frendere* vel *ſtridere* denotat; ſic & utrumque, translatâ notione, *avide vorare, devorare*, ſignificare potuit. Aliâ metonymiâ, a *dentium ſtridore*, etiam *febris* perinde & βρυκετὸς & βρυχετὸς dicitur. Conf. notata ad XI. 485. b.

Archippi, quod ſequitur, teſtimonium felicioribus ingeniis curandum relinquo: in quo nihil mutare auſus ſum, niſi quod ſublato puncto, quod poſt ἀκροκώλια in ed. Caſ. interpoſitum erat, poſt μικρῶν comma interpoſui. Porcorum ἀκροκώλια, i. e. *trunculi, undique praeciſi extremi artus*, (conf. not. ad II. 63. e.) δαίδαλα adpellari potuerunt hoc ipſo, quod *varii* fuerint *generis, nullo ordine mixti*: poteras vero etiam *artificioſe paratos* intelligere. An aliud quidpiam, idque melius, lateat in membranarum *A*. ſcripturâ δίδαλλα, videant eruditi. In *Epit.* deeſt hoc teſtimonium cum ſuperiore. Vocabulum μικρῶν maiusculâ literâ ſcribebatur in ſuperioribus editionibus, quaſi ab illo novus verſus initium caperet: equidem ultro fateor, de metri ratione, quo contineatur hoc fragmentum, nihil prorſus mihi conſtare. Casauboni ad hunc locum Animadverſio eſt huiusmodi: »Mendoſe ſcriptum, ταύρων τα»ξικέρων φλογίδες. Dalecampius, τακερὰ φλογ. Pro»pius ad editam lectionem acceſſeris, ſi ſcribas, Ταύρων »τ' ὀξυκέρων φλογ. « — Nobis non liquet.

AD CAP. LXXIII.

c καταςχόντες τὴν Σιρῖτιν. »*Siris* & Aciris amnes duo, »inter quos ſita eſt Heraclea, olim etiam dicta *Siris*, *Sy»bari* vicina. Plinius. « Dalecamp.

οὐ παρατεθέντος αὐτῷ ἐπὶ τὴν τραπέζαν, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις, λαγωοῦ. »Non eſt a recto λαγωὸς, ut pu»tarunt interpretes: ſed a neutro λαγῶον. *Fruſta leporina*,

» solita singulis convivis apponi, Graeci vocant λαγῶα, » ut monebamus libro IX. cap. XIV. [vide ad IX. 400. d.] » Neque existimandum est, in eo convivio cui Simonides » interfuit, singulis convivis integrum leporem fuisse ob- » iectum: sed unicum mensae fuisse illatum, & a carpo [a carptore, *puto*, scribere voluerat] » in partes tribu- » tum: quod etiam declarant in dicto Simonidis haec ver- » ba, οὐδ' εὐρύς περ ἐών. Est autem Homeri versus [ex Iliad. » ξ'. 33.] venuste παρῳδηθείς. « CASAUBONUS. — λαγωοῦ, ultimâ circumflexâ, tenet cum editis ms. *Ep.* puto & ms. *A.* Ac possit id defendi: *lepus*, pro *leporinâ* vel *frusto leporinae*: quamquam λαγώου vel λαγῴου utique cum Casaub. malim. Dalecampius, singulis convivis singulos lepores adpositos statuens, deinde εὐρύς περ in ὠκύς περ mutavit: *Non etenim, quamvis celer, hucusque pervenerat.* Sed εὐρύς περ cum editis tenent ambo mssti, ut est apud Homerum l. c. Conf. Eustath. ad Odyss. ρ'. pag. 633. l. 3. In versu illo, quem ex tempore procudit *Simonides*, repetitum οὐδ', quod flagitabat metrum, recte adposuerunt editores.

Ὄντως δὲ ἦν, ὡς ἀληθῶς, κίμβιξ ὁ Σιμωνίδης. » Hoc d » multi testantur. Aristophanes de Simonide iactatum pro- » verbium indicat: [Vesp. 699.]

» Κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.

» Taceo quae de huius poëtae avaritiâ & sordibus Pin- » darus & Theocritus dixerunt. Callimachus: [apud Pin- dari Scholiasten: indeque in Callimachi Fragmentis a Bentleio collectis, num. 77.]

» — Οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω

» τὴν Μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.

» Addit: *Solitum Simonidem quotidiana munuscula, quae sibi* » *ad victum mitteret Hieron, vendere.* Magnum hoc restricti » animi indicium semper est habitum, habeturque. Nice- » tas Choniates de Ioanne Puzeno: καὶ σμικρολογίαν νοσῶν, » καὶ γλισχρότητα, καὶ τὰ πεμπόμενα πολλάκις τῶν ἐδω- » δίμων ἀνέπεμπεν εἰς τὸ πωλητήριον. Et narrat idem de » hoc Ioanne, accidisse nonnumquam, ut res easdem ter » sibi missas ter venderet. Sed qui hoc faciunt facile excu- » set & culpâ liberet Tiberii Imperatoris exemplum: qui » mullum ingentis formae missum sibi in macellum deferri » & vaenire iussit, ut narrat Seneca, Epistola XCV. « CA- SAUBONUS. — De vocab. κίμβιξ aliisque similibus con- suli potest Hemsterhusius ad Aristophanis Plut. pag. 191

ſqq. ubi etiam ex Scholiaſta ad Pac. 696. docet, ante Chamaeleontem eiusdem tituli (κίμβικος) notam *Simonidi* a Xenophane Colophonio impreſſam fuiſſe. Plura qui cognoſcere cupit documenta ſordidae avaritiae, qua nobilis ille poëta praeclariſſimi ingenii laudem obſcuravit, is legat quae a Baylio in Dict. art. *Simonide* notà *N.* congeſta ſunt. In ms. *Ep.* in fine vocabuli κίμβιξ ſuperne adiecta eſt terminatio ος, cui quidem minime erat hic locus.

e Οὕθατος δὲ Τηλεκλείδης &c. Ad editam olim ſcripturam ἐν Ἑταίροις pertinet CASAUBONI Animadverſio: » Scribendum ἐν Στερρέοις. Vide lib. IX. cap. XIV. [cap. 60. noſtrae edit.] »Ibi etiam de voce ὑπογάστριον. « — *Teleclidis* Στερρεὶ etiam alibi paſſim apud Noſtrum citantur: Ἑταῖροι nusquam. In poëtae verſu paulo commodius videtur verbum φορῶ: quod legitur IX. 399. c. quam φέρω, quod hic.

Ἀντίδοτος ἐν Μεμψιμοίρῳ. Sic ms. *A.* non Μεμψιμοίρᾳ, qui titulus temere in editos Athenaei libros irrepſerat, nec usquam alibi reperitur.

AD CAP. LXXIV.

Σιτιστῶν δὲ, ὀρνίθων μὲν &c. Iſtud Σιτιστῶν non ad unum ſubſtantivum ὀρνίθων ſpectat, ſed & ad alia, quae ſequuntur, δελφάκων, χηνῶν, μόσχων: quod indicatur particulâ μὲν poſt ὀρνίθων adiectâ; ad quam mox deinde referri debuit Δελφάκων δὲ, ubi perperam (me iudice) Δελφάκων τε vulgo ſcribitur. Cum autem deinde conſtanter vocabulum σιτευτὸς, non σιτιστὸς, ponatur; videri poterat hîc quoque Σιτευτῶν ſcripſiſſe Athenaeus, non Σιτιστῶν. Sed nihil temere novandum. Quod ſupra (ad pag. 654. a.) de vocabulis περιστερίδιον & περιστέριον obſervavimus, ſimile quidpiam hîc quoque obſervare licet. Vocab. σιτιστὸς, quo hîc utitur Athenaeus ſuo nomine loquens, in vulgari uſu fuit: Attici, & quicumque comtiore ſtilo ſcripſerunt, σιτευτὸς dicebant; de quo diſerte Thomas Mag. pag. 794. monuit. Itaque, σιτευτὸς paſſim apud auctores, quorum ſcripta ſuperſunt, legas: σιτιστὸς, praeter hunc Athenaei locum, fere nonniſi in Evang. Matth. cap. XXII. vs. 4. & apud Ioſephum, cuius verba & a Wetſtenio ad Matthaei locum cit. & a Sallerio ad Thomam Mag. adpoſita ſunt. Caeterum, quae

hic de σιτιστοῖς vel σιτευτοῖς disputantur, ſunt veluti ſupplementum eorum quae libro IX. cap. 22. dicta erant.

In *MATRONIS verſ.* 1. ἐπήνεικάν τ', Homericâ verbi formatione, edidimus praeeunte cod. *A.* in quo quidem perperam ἐπήνειν κάν τ'. In *Epit.* deeſt tota ecloga.

Verſ. 3. poſtquam ſuo arbitratu ὄτριχας edidiſſet CASAUBONUS, haec dein in Animadv. adnotavit: »In pa- f »rodico verſu *Matronis* legebatur, ἄτριχας, οἰετέας: »etſi non inepte, falſo tamen: nam ſine omni dubio imi- »tatur Homeri verſum, [ex Iliad. β'. 765.]

»ὄτριχας, οἰετέας, σταφυλῇ ἐπὶ νῶτων ἑΐσας.

»Quare verte: *unius coloris, unius aetatis.* « — *Imitari* utique Homericum illum verſum voluerit Matro, at non *ad verbum repetere.* Itaque adludens ad Homericum ὄτριχας, cui nullo pacto hîc erat locus, levi mutatione ἄτριχας ſcripſit. Merito mireris acutiſſimum alioqui Brunckium in edendo hoc verſu nimis bonâ fide iudicium Caſauboni ſecutum, Analector. T. II. p. 250. num. 6. Ad iſta, λαγάνοις κατὰ νῶτον ἑΐσας, *Dalecampius*, poſtquam convertit, *dorſo laganis ſimiles*, adnotavit in orâ: »*Toſtas*, »*rufeſcente dorſo.* « — λάγανον, *tractam* interpretati ſumus pag. 647. e. & 648. a. quae in furno cocta vel in ſartagine frixa hîc intelligi debet. Conf. III. 110. a. ibique notata. Heſychius *placentam* interpretatur *in oleo frixam.*

Δελφάκων τε. Immo Δελφάκων δὲ, ut initio huius capitis monui. De *porcellis* vero conf. lib. IX. cap. 17 ſqq. Quod deinde adponitur *SOPATRI* teſtimonium,

Εἰ που κλίβανος ἦν, πολὺ δέλφαξ σιτευτὸς ἔτρυξε:

in eo metri rationem minus expedio. Cum unâ voce πολυδέλφαξ editum eſſet, monuit CASAUBONUS, diviſis vocibus πολὺ δέλφαξ ſcribendum: & ſic uterque habet codex mſtus, ut πολὺ adverbialiter poſitum ad verbum ἔτρυξε referatur. Equidem πολὺς δέλφαξ exſpectaveram. ἔτρυξεν cum ν in fine habet ms. *Ep.* Verbum τρύζω, i. q. τρίζω, fut. τρύξω, interpretantur Grammatici, ψιθυρίζω, γογγύζω. Sed perquam probabile nobis videtur, ἔγρυξε vel ἔγρυξεν ſcriptum oportuiſſe, *grunniit.*

Αἰσχίνης εἰρηκεν ἐν Ἀλκιβιάδῃ. Sic recte ed. Ven. cum ms. *A.* Temere Αἰσχύνης ed. Baſ. & Caſ. In *AESCHINIS Socratici* Dialogis memoratur *Alcibiades* apud Diogenem Laërt. II. 71.

In *ANTIPHANIS* teſtimonio ex *Phyſiognomico* turbatum

est metrum: alterum, ex *Protreptico*, est hemistichium anapaesticum.

a *PLATONIS* comici testimonium ex fabulâ, cui *Poëta* titulus, cum sic editum esset, δέλφακα δεραιότατον, DALECAMPIUS interpretatus est »Δέλφακα *cervicis maximae prolixae*: « adiectâ Notâ: »Ea bonitatis nota observatur »in porcis, ut ampla cervix sit. Varro cap. 4. lib. II. DE »Rust. « — Ad quae CASAUBONUS: »Non facile credam, »(ait) verbum Graecum esse δέραιος, pro eo *quod amplas* »*cervices* habeat. Mssti optimae notae, δέλφακα δὲ ῥαιό»τατον: ne id quidem agnoscimus pro Graeco. Auctore »Hesychio ῥάρος veteribus Graecis idem significavit at»que ἰσχυρός. An ea vox locum hîc habeat nescio. Le»go vero, δέλφακα δ' ὡραιότατον: *porcum grandius»culum, & mactationi opportunum.* ω & ε passim in mssts »confunduntur: inde error. « — In aliam partem TOUPIUS discessit, in Curis Novisf. in Suid. pag. 179. δέλφακα δ' ἀραιότατον legens: quod vel *porcum valde macrum* intelligi posse ait, ab ἀραιὸς, *tenuis:* vel (quod illi magis placuisse videtur) *porcum sacrum* sive *Diis devotum*, a positivo ἀραῖος: collatis verbis a Suida in Δέλφακας citatis: Δέλφακος ἄρρενος λίθῳ τὴν κεφαλὴν παίοντες ἀρῶνται. Eodemque fortasse etiam spectare ait ἱερὰν δέλφακα mox apud *Theopompum* comicum. Nos, nihil satis certi videntes, veteris nostri codicis scripturam, δὲ ῥαιότατον tenuimus, integrum erudito Lectori iudicium relinquentes.

In *SOPHOCLIS* testimonio, pro eo quod editum erat ἐθέλω, eumdem nostrum codicem secuti, ἐθέλων dedimus. Omnia ista minuta fragmenta praetermisit Breviator, satis habens duobus verbis monuisse, Δέλφαξ τε εὕρηται καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς. Mox dein, recte Νικοχάρης scriptum erat in ed. Ven. ut in membr. *A.*

Sequitur fragmentum prorsus desperatum, donec novus aliquis Oedipus venerit qui tenebras discutiat, ex *EUPOLIDIS Aureo seculo.* Id cum in editis sic scriptum legeretur, οὐκ ἀλεύθιον δέλφακα † ὀδὸν θ' εἰστία καὶ μάλα καλήν: Dalecampius, nescio quid spectans, latine in hunc modum reddere conatus est: Δέλφακα *non contemnendam, sed pinguefactam, valde pulchram, in convivio exhibuit.* Rationem saltem aliquam, si minus certam, probabilem tamen secutus CASAUBONUS: »Locum *Eupolidis*, »inquit, quo probatur dici τὴν δέλφακα, ita emendamus

»ex vestigiis corruptae lectionis: ὃς γαλαθηνὸν δέλφα- a
»κα ἀνόδοντά θ' εἱστία καὶ μάλα καλήν: id est: *qui con-*
»*vivio exhibuit lactentem & adhuc sine dentibus porcellam, val-*
»*de pulchram.* Quid sit δέλφαξ γαλαθηνὸς scimus ex libro »IX. « — Utique vero, quid γαλαθηνὸς porcus sit, cum aliunde, tum ex Athenaei lib. IX. cap. 54. nostrae edit. novimus: sed aegre mihi persuadeo, monstrosam illam scripturam οὐκ ἀλεύθιον ex ὃς γαλαθηνὸν ortum cepisse, cum praesertim ἀλλεύθιον geminatâ λ literâ scribatur in vetustis nostris membranis, ut videantur duo primora fragmenti verba haec, οὐκ ἀλλ', fuisse. Deinde satis quidem speciosa erat altera emendatio ἀνόδοντά θ' pro eo quod ὀδόν θ' legebatur: at rursus ut de hac quoque dubitaremus, effecerunt eaedem nostrae membranae, in quibus ωδονθ' per ω scribitur. Quare consultissimum duximus, ipsam veteris codicis scripturam, in qua se exerceat eruditi lectoris ingenium, tenere: unum verbum εἱστία non dubitavimus, quin recte ab editoribus curatum esset, pro eo quod in membr. legitur ηστια.

In *Theopompi* comici testimonio, pro eo quod τὴν ἱερὰν ἡμῖν editum erat, ἡμῶν ex membranis adscivimus. Quod ἱερὰν vocat *porcellum*, de eo vide quae paullo ante a Toupio notata retulimus.

Χηνῶν δὲ σιτευτῶν καὶ μόσχων Θεόπομπος ἐν τρισκαιδε- b
κάτῳ Φιλιππικῶν &c. Duo diversa quidem, sed simillima *facta dictaque Agesilai* tradidit *Theopompus* historicus, quae hîc iungit Athenaeus. Primum, cum Aegyptii *altiles anseres & vitulos* ei obtulissent: cuius rei ex *Theopompi Philippicorum libro XIII.* breviter cum hîc meminit Athenaeus, tum etiam supra, lib. IX. p. 384. a. memineral. Conf. Plutarch. in Agesil. Opp. T. I. p. 616. f. Deinde rursus, cum *Thasii* eidem *varia & cibaria & bellaria obtulissent*: qua de re hîc ipsa *Theopompi* verba ex *Hellenicorum libro XI.* (nisi in numero erratum est) adponit Deipnosophista. Eâdem de re conferendus idem Plutarchus in Apophthegm. Lacon. Opp. T. II. pag. 210. b. c. Pro γράφει οὕτως, quod hîc edebatur, γράφων οὕτως dedit ms. *A.* multo aptius ad orationis structuram. In ipsis vero *Theopompi* verbis mira utique & vix ferenda dictio est, πρόβατα παντοδαπὰ, *varii generis oves*: pro qua haud paullo commodius apud Plutarch. παντοδαπὰ βρώματά τε καὶ πόματα legitur. Mireris etiam, *anserum* hîc nullam fieri mentionem, quos in

eadem re diſerte Plutarchus nominavit. Mox dein, decem verba, καὶ τραγημάτων - - - τὰ μὲν πρόβατα, cum deeſſent ſuperioribus editionibus, ex Italicorum mſſtorum excerptis Lectionibus tacite adiecit Caſaubonus. Eademque noſter vetus cod. *A.* agnoſcit; niſi quod, pro τραγημάτων εἶδος παντοδαπὸν, in hoc παντοδαπῶν ſcribatur: quod ipſum etiam a Caſauboni manu in ipſius olim exemplo editionis Baſileenſis adnotatum video. Lubens vero equidem παντοδαπὸν tenui, quod ex eiusdem Caſauboni emendatione recte editum iudicavi. Commode καὶ τραγήματα παντοδαπὰ ſcripſit Breviator.

c ἀποφέρειν αὐτοὺς ἐκέλευσεν. αὐτὰ fortaſſe malles: ſed id commode ſubintelligitur, & iam ante ad ὡς δὲ κατεῖδεν intelligebatur; αὐτοὺς vero, ad Thaſios relatum, cum editis tenent ambo mſſti. Perſpecte deinde CASAUBONUS ὅτι τούτους δέοι διαφθείρεσθαι ſuo ex ingenio correxit; ubi vetus labes, δὲ οἶδα φθείρεσθαι, non modo veteres editiones, verum etiam utrumque noſtrum codicem mſſtum occupaverat. Ad εἴλωτας & εἴλωσι, quae in ed. Caſ. *ſpiritu leni* notata ſunt, nihil ex ms. *A.* obſervatum; ſed ἑΐλωτας & ἑΐλωσι cum ed. Ven. & Baſ. habet ms. *Ep.* quam ſcripturam nos hic, ut alibi, adoptavimus. Vide ſupra, ad VI. 263. e.

Ὅτι δὲ τοῖς εἵλωσιν ὑβριστικῶς πάνυ ἐχρῶντο &c. »Haec »erant illis adiicienda, quae *de Servorum variis generibus* »disputata ſunt libro ſexto.« CASAUBONUS.— Vide VI. 263. e. 264. d. 271. c. & 272. a.

d κυνῆν τε γὰρ ἕκαστον φορεῖν ἐπάναγκες ὥρισαν. *Galeam e pelle* geſtare hilotae cogebantur; cum ingenui pileum ex lana geſtarent. Conf. Meurſii Miſcellan. Lacon. lib. I. cap. 17. Quod dein in ed. Caſ. legebatur, ἐπέθηκαν ζημίαν θανάτου, id utrum volente Caſaubono ita poſitum ſit, an invito illo irrepſerit, neſcio: illud video, nihil ab eo in iſtam lectionem animadverſum eſſe. Recte vero θάνατον exhibebant ed. Ven. & Baſ. conſentiente utroque mſto. Sic enim loqui amant Graeci: cuius uſus qui exempla deſiderat, adeat Stephani Theſ. T. I. p. 1405. b. quibus plura facile adiici poterant.

καὶ τοῖς κεκτημένοις ἐπιτίμιον, εἰ μὴ ἐπικόπτοιεν τοὺς ἀδρουμένους. Haud cunctanter hoc loco CASAUBONO obſecutus ſum, ad vulgatam ſcripturam ἀνδρουμένους haec monenti: »Ἀνδροῦσθαι nihil aliud Graece lo-

» quentibus significat, nisi *pervenire ad virilem aetatem.* Qua- d
» re, si verum est, quod hic narratur, *Lacedaemoniorum le-*
» *ges certam constituisse poenam heris Ilotum*, εἰ μὴ ἐπικό-
» πτοιεν αὐτοὺς ἀνδρουμένους: sequitur, fuisse Ilotes om-
» nes ἠβηδὸν occidendos [aut castrandos] priusquam viri
» fierent. Sed hoc quis credat? cum ne infensissimi qui-
» dem hostes id fecisse nisi rarissime legantur. [immo, cum
brevi exstirpari necesse fuisset ea ratione totum illud ge-
nus.] » Non abest quin fraudem hic aliquam impuri ho-
» mines sint fraus. Atque adeo ita est: nam auctor scri-
» pserat τοὺς ἀδρουμένους. Omnino Lacedaemonii ἀν-
» δροῦσθαι quidem suos servos & voluerunt & fiverunt:
» at ἀδροῦσθαι eosdem, id est, *corpulentos evadere & nitere*,
» neque voluerunt, neque fiverunt. En quam ridiculam
» sententiam literulae unius adiectio efficiat. τὸ ἀδροῦσθαι
» proprium est τῇ εὐέξίᾳ: quam esse ait Aristoteles πυ-
» κνότητα σαρκὸς, id est, ἀδρότητα. Athenaeus [immo
Myron Prienensis, apud Deipnosophistam] » hoc verbo ex-
» pressit quod pluribus modo dixerat, ὑπερακμάζειν τὴν
» οἰκετικὴν ἐπιφάνειαν. Contra, strigosum esse, macilentum,
» squallidum atque horridum, signa sunt hominis miseri
» & male habiti. Non est autem mirandum, Spartanos,
» qui legitimum cinguli modum liberis suis praefinierant,
» quem non liceret impune excedere, erga servos suos
» fuisse iniquiores. « — Istam Casauboni emendationem
Meursius in Miscellan. Lacon. lib. II. cap. 6. ita fidenter
adoptavit, ut vulgatae scripturae ne mentionem quidem
faceret.

καὶ παραδόντες αὐτοῖς τὴν χώραν, ἔταξαν μοῖραν, ἣν
αὐτοῖς ἀνοίσουσιν ἀεί. Hoc quidem non ad id, quod du-
rum erat in Helotarum sorte, referri debebat; sed ad ae-
quitatem, quin etiam ad clementiam, hoc ipso quod ea-
dem semper pensio manebat, nec augeri a dominis po-
terat; ut docet Plutarchus in Laconicis Instit. T. II. Opp.
pag. 239. d. e. ubi ad verba ἀποφορὰν τὴν ἀνωθεν ἑσταμέ-
νην intercidit verbum ἀναφέροντες, vel τελοῦντες, ex eius-
dem Plutarchi Lycurgo (Opp. T. I. p. 54. e.) supplendum.

Χωνίζειν δὲ εἴρηται ἐπὶ τῶν αὐλούντων. Dormitave- e
rat librarius qui in *Epit.* (in nostro quidem codice) χρο-
νίζειν scripsit: quod verbum nullo pacto huc referri po-
tuit. Memor Athenaeus χωνῶν σιτευτῶν, de quibus su-
pra initio huius capitis, & uberius etiam libro IX. cap.

32. dictum est; nunc verbi χηνίζειν, ab illo nomine derivati, usum aliquem singularem notat. Diceres autem, illo verbo proprie *vocem anserum* significari; qua tamen notione nusquam, quod sciam, occurrit: nam παπτάζειν anseres dicuntur, non χηνίζειν. In *Epit.* breviter sic scribitur: Ὅτι χηνίζειν (nam sic, non χρονίζειν, scripsisse *auctorem Epitomae* arbitror) εἴρηκεν Δίφιλος ἐπὶ τῶν αὐλούντων. In opere pleniore adponuntur verba *Diphili* huiusmodi: Ἐχηνίασας, ποιοῦσι τοῦτο πάντες οἱ παρὰ Τιμοθέῳ. Ubi, ut concordet primum verbum cum eo quod paulo ante positum est, utique Ἐχήνισας malles cum Henr. Stephano, Thes. Tom. IV. pag. 338. g. Sed, quod adiicit ille: »metro convenientius hoc esse: alioquin anapaestus »foret in ultimâ iambici regione:« haec quidem caussa emendandi quo pacto probari possit non video. Nam si ἐχήνισας statuas in fine senarii positum, supererunt pro sequente versu haec verba:

ποιοῦσι τοῦτο πάντες οἱ παρὰ Τιμοθέῳ:

quae senarium efficere nullo modo possunt. Quare si totum testimonium, quale adpositum est, ad iambici metri leges revocatum volueris, ita distribuenda verba videntur, ut a nobis factum. Atqui, si a primo fragmenti verbo incipit senarius, perinde & Ἐχηνίασας & ἐχήνισας scribi potuit; quandoquidem iambicus versus in secundam sedem perinde & anapaestum pedem & iambum recipit. Ita incertum manet, utrum hîc Ἐχήνισας, an supra Χηνιάζειν scriptum oportuerit.

AD CAP. LXXV.

πεταστῶνος μέρος – – ἣν πέρναν καλοῦσι. Et πεταστὸν & πέρνα Latine loquentibus magis usitata vocabula, quam Graecis: de quibus conf. Turnebi Adverss. lib. XVI. cap. 16. pag. 492. Sed & *succidiam* Latini vocant. Graece vulgo κωλῆν vel κωλῆνα: de quo Noster lib. IX. cap. 6. Tota haec pericopa de *pernis* deest *Epit.*

κάλλιστα μὲν γὰρ αἱ Γαλαϊκαί. Sic vetus cod. *A.* non Γαλατικαί. Sunt autem Καλλαϊκοὶ, Γαλλαϊκοὶ, Γαλαϊκοὶ, populus eam Hispaniae regionem incolens, quae hodieque *Gallaecia* vel *Gallicia* audit. Ne quid vero dissimulem, editae scripturae Γαλατικαὶ singulariter favere Varro videtur, De Re Rust. lib. II. cap. XI. diserte

scribens, *succidias Gallos optimas & maximas facere consuevisse:* quod quidem de *Cisalpinis Gallis* intelligendum esse, ex Polybio discimus, Historiar. II. 15, 3.

Στράβων ἐν τρίτῃ (sic ms. *A.* non τρίτῳ) Γεωγραφουμένων &c. Acri controversiae hic locus olim ansam dederat, quam controversiam singulari quodam studio ac mirâ vehementiâ agitavit CASAUBONUS noster, cuius huc spectat Animadversio haec: »Ut probet, *STRABONEM,* Γεωγραφουμένων »eruditissimum scriptorem, *non adeo recentem auctorem* esse ac f »videretur nonnullis, ita scribit: λέγει γὰρ αὐτὸν [sic, αὐτὸν, ut hîc scripsit Casaubonus, scribitur in ms. *A.* non αὐτὸν, ut in contextu editum erat] »ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς »αὐτῆς πραγματείας ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον, τὸν ἀπὸ τῆς »Στοᾶς φιλόσοφον, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα, συγγενόμε»νον Σκιπίωνι, τῷ τὴν Καρχηδόνα ἑλόντι. In libris Strabo»nis hodie ista non legas. Sed o bene quod diserte Athe»naeus librum nominat, ubi de se & Scipione Africano »magnus auctor erat locutus. Ni feciſſet, color aliquis »futurus erat tenebrionis illius callidissimo mendacio, qui »probare hinc nititur, dudum Strabonem fuisse: neque »*Strabonis*, sed *Stratonis* nomen praescribi debere iis li»bris, quos hactenus pro *Strabonianis* omnes omnium ae»tatum eruditi habuerunt. Tu vero marrucine *libri se»ptimi* iacturam sarci, & lacunam imple si potes: atque »ego spondeo tibi, quod ex integris libris suis Athenaeus »promsit, fore ut reperiamus & nos in nostris libris in»tegratis. Eiusdem farinae alterum quoque Lucumonis »illius argumentum est: non esse *Strabonis* haec, quia »scriptum sit hodie in codicibus Strabonianis [lib. III. »pag. 162. a.] ταῖς Καντα βρικαῖς ἐνάμιλλοι; non ut »hîc [pag. seq. a.] ταῖς Κιβυρικαῖς. Ridiculum caput: »nam si pondus habet haec ratio, per hanc monstrifi»cam Circen neque Plato fuerit Plato, neque Aristoteles »Aristoteles, neque Theophrastus erit Theophrastus. Plu»rima enim, ut saepe indicavimus, ex istorum libris aliter »descripsit philologus, quam habeantur hodie in vulga»tis editionibus. Omnia denique, si huic argumentationi »locum damus, ἔναλλα γενήσεται, ut ait poëta. Sed va»leat infrunitus criticus, cum perverso isto iudicio. Por»ro de lectione Strabonis ad Strabonem [l. c.] egimus: »hîc autem fidei nostrae caussâ eam expressimus γραφὴν, »quam scripti omnes exhibebant. Culpam hîc commissam

f » Athenaeo - ne attribuam, an exſcriptori, incertus animi »haereo. Nam illa, μνημονεύσι δὲ αὐτῶν Στράβων, ſi ita »accipias, *Pernarum mentionem facit Strabo;* nihil vetat cre- »dere, locum Strabonis, ab Athenaeo bona fide recitatum, »a librario fuiſſe corruptum, qui *pernarum Cantabricarum* »nomen audiverat nunquam, *Cibyricas* vero, ſive *Ciby-* »*raticas*, modo nominatas Athenaeo meminerat. Sine »cauſſâ autem voci Πεμπέλων defectus & vitii notam »praefixerunt: eam tolle, nihil enim deeſt.«

Invectiva iſta Caſauboni ſpectat ad *Franciſcum* PATRICIUM, qui in *Diſcuſſionibus Peripateticis* ea propoſuerat, contra quae pugnat iratus Animadverſor. Qua de controverſiâ conſuli poteſt IONSIUS, De Scriptorib. Hiſtor. Philoſ. lib. II. cap. 16. pag. 242 ſq. & FABRICIUS Bibl. Graec. T. III. pag. 2. Quod ait Athenaeus, *ſcripſiſſe Strabonem, Geographiae libro ſeptimo, notum ſibi fuiſſe Poſidonium Stoicum:* potuerat utique *Strabo* iuvenis, qui Tyrannionem Grammaticum audierat, Luculli & Ciceronis familiarem, *Poſidonium* etiam *Stoicum* noviſſe, qui & ipſe Ciceronis familiaris fuit: potuit etiam id ipſum profiteri in ea parte *libri ſeptimi Geographiae*, qua parte hodie mutilus eſt ille liber. Sed poſſis etiam ſuſpicari, in Athenaei libris, qui hodie exſtant, erratum in numero eſſe, & pro ἐν τῇ (ſive τῃ, ut in vetuſtis membr. ſcribitur) ζ'. olim ἐν τῇ ιζ'. ſcriptum fuiſſe, id eſt, *libro decimo ſeptimo;* idque ipſum rurſus per errorem fortaſſe vetuſtioris librarii, ſive ipſius etiam Athenaei, cum liber ille, qui *decimus ſextus* hodie numeratur, nominari debuiſſet. Nam, quod apud Strab. lib. XVI. pag. 753. b. ed. Caſ. hodie legitur his verbis, Ποσειδώνιος ὁ Στωϊκὸς, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος, id ita interpretari Athenaeus potuerat, quaſi dixiſſet Strabo, *notum ſe habuiſſe Poſidonium.* Quod vero adiicit Athenaeus, *eumdem Poſidonium comitem ac familiarem fuiſſe Scipionis illius qui Carthaginem expugnavit*, id non ita dicit, quaſi hoc *a Strabone ita ſcriptum* referret; ſed ſuo nomine id dicit, quod ſatis declarant ipſa eius verba, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα συγγενομένου Σκιπίωνι τῷ τὴν Καρχηδόνα ἑλόντι. Nempe is error fuit Athenaei proprius, quem iam ſupra ad lib. XII. pag. 549. d. e. notavimus, ut *Poſidonium* philoſophum & hiſtoricum, Ciceronis familiarem, cum *Panaetio* philoſopho confunderet miſceretque: niſi quis fuit ineptus ſciolus, qui & ibi

& hîc iſtam *de Poſidonii cum Scipione familiaritate* laciniam temerariâ manu verbis Athenaei adſuerit. Quod deinde Caſaubonus pro eo quod in ed. Ven. & Baſ. legebatur ἐν Ἰσπανίᾳ, tacite ἐν Σπανίᾳ edidit; id ex Italicorum msstorum lectionibus adſcitum videtur, idque ipſum vetus noſter cod. *A.* exhibet, ab ipſius (ut videtur) Athenaei manu profectum. Sane eadem ratione Σπανίαν, non Ἰσπανίαν, apud eumdem Noſtrum initio libri octavi communi conſenſu ſcriptum dedere ambo noſtri codices: de quâ ſcripturâ vide quae ad VIII. 530. a. notavimus. *STRABONIS* verba, quae apud ipſum Geographum *libro tertio* pag. 161 extr. & ſq. ed. Caſ. leguntur, non verbum de verbo exactiſſime transſcribere voluiſſe Deipnoſophiſtam, cum ex reliquo illius more probabile erat, tum ex Strabonis inſpectione adparet. Sed illud haud dubie a librariis, non ab ipſo peccatum, quod πόλις Πομπάδων in vetuſtis libris (ſicut in ed. Ven. & Baſ.) atque in membr. *A.* etiam πόλεις (ſic) Πομπάδων ſcribitur: quem errorem editor Baſileenſis interſertâ inter utrumque nomen cruciculâ † notavit. In ed. Caſ. ex Strabone correctum oppidi nomen recte Πομπέλων ſcribitur: quare *notam* †, quae ex ed. Baſ. in editionem Caſaub. translata a typographo erat, *tolli* Caſaubonus iuſſit in Animadv. quippe quae nota iam non amplius deſideraretur. Sequitur controverſum nomen Κιβυρικαῖς: pro quo in Strabonis codicibus, a qui ad nos pervenerunt, Καντα βρικαῖς legitur. Atqui illud ipſum Κιβυρικαῖς ex iunioris correctoris coniecturâ in Athenaei libros illatum eſt; qui ſcilicet exiſtimaſſet, a Strabone hîc poni debuiſſe nomen aliquod, quod ad unum ex illis tribus ſupra poſitis (αἱ Γαλατικαὶ vel Γαλατικαὶ, αἱ ἀπὸ Κιβύρας, αἱ Λύκιαι) referretur: quare, cum in vetuſtis membranis corruptum utique κουρικαῖς, quod noſtrae quidem membr. *A.* exhibent, hîc reperiſſet, id in Κιβυρικαῖς mutavit, cum quo maximam ſimilitudinem illud habere videbatur. Atqui (quod etiam Caſaubonus monuit) nihil urget, ut Athenaei iſta verba, μνημονεύει δ' αὐτῶν Στράβων ſic intelligamus, quaſi dixiſſet Athenaeus, nominatum a Strabone eſſe unum ex tribus illis generibus pernarum: quin etiam, ſi id voluiſſet Deipnoſophiſta, exſpectaſſes *Galaicas* pernas ſive *Galaticas* nominatas eſſe a Strabone, quas primo loco Athenaeus poſuit, non *Cibyricas*, quae medio loco commemoratae ſunt

a ab Athenaeo. Iam ipsum illud κουρικαῖς, quod habent veteres membranae nostrae, potest ex καντaβρικαῖς esse corruptum; & sub litera υ, quae est ante ρ, potest β litera latere; quae & frequenter aliâs cum illa permutari solet, & in ipsis Strabonianis libris, eo loco de quo agitur, permutata est. Quid quod etiam huic ipsi scripturae codicum Strabonianorum, Καντaβρικαῖς, controversiam movere aliquis possit, suspicarique, cum istam, tum eam quam Athenaei vetus codex habet, ex aliâ quadam tertiâ esse corruptam.

ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς Ἀριστομένης ἐν Διονύσῳ. Cum Ἀριστοφάνης olim hîc legeretur, *Paulus* LEOPARDUS, Emend. lib. I. cap. 24. (in Gruteri Thes. Crit. T. III. pag. 20.) & lib. VI. cap. 20. certâ de coniecturâ Ἀριστομένης correxit. conf. pag. 650. d. Quam scripturam cum in textum recepisset Casaubonus, aut laudare *Leopardum* debuerat sibi praeeuntem, aut docere lectorem e mss tis codicibus se ita edidisse: quorum neutrum ille in Animadversionibus fecit, ubi silentio prorsus praeteriit hunc locum. Secutum autem illum esse mss torum auctoritatem ex eo colligo, quod eamdem scripturam Ἀριστομένης nostrae membr. *A.* agnoscunt. Iam, quo *ARISTOMENEM, poëtam comicum*, ab *Aristomene, actore comoediarum*, Hadriani Imperatoris liberto, (cuius libri τῶν πρὸς τὰς Ἱερουργίας lib. III. pag. 115. a. citantur) distingueret Athenaeus, potuit illum quidem adiectis his verbis ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς designare: nec tamen usquam alibi, quod quidem meminerim, ita locutus est Deipnosophista; sed ὁ κωμῳδιοποιὸς plerumque, rarius ὁ κωμικὸς vel κωμικὸς ποιητὴς dicere consuevit. Quare, quemadmodum de altero Aristomene loquens, ὑποκριτὴς ἦν ἀρχαίας κωμῳδίας dixerat, III. 115. b. sic fortasse hîc ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς scripsit, (quod KOPPIERS coniectaverat, Observ. Philol. pag. 27.) sive ὁ τῆς μέσης κωμ. ποιητὴς, sive simile aliquid aliud. De eodem *Aristomene* loquens Suidas ait, κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας: quod Vossius (De Poëtis Graec. Opp. T. III. pag. 209.) interpretatus est *unus eorum qui secundarii vocabantur;* Portus vero, *ex iis qui antiquam comoediam secuti sunt;* Küsterus, *ex eorum numero qui antiquae comoediae proximi fuerunt.*

Aristomenis huius fabula *Bacchus* haud multo etiam an-

τε (p. 650. d.) citata eſt. Verſus ex illâ hîc adlatus cum a in fine mutilus ſic vulgo legeretur:

Ἁλίπαστα ταῦτα παρατίθημί σοι:

vocabulum κρέα adiiciendum putavi cum TOUPIO, Cur. Noviſſ. p. m. 222. Apud Noſtrum, II. 63. e. memorata ſunt ὀπτὰ δελφάκια ἁλίπαστα: ſic enim ibi ſcriptum oportebat, non ἁλιπαστά.

Eiusdem *ARISTOMENIS* teſtimonium ex *Praeſtigiatoribus* cum ſic editum legeretur, Ὄστρακον ἁλίπαστον ἀεὶ τὸν θεράποντ' ἐπεσθίειν, KOPPIERS Obſerv. Philol. pag. 27. ὄστρεον corrigendum cenſuit, verſusque ſic disponendos:

» — Ὄστρεον
» ἁλίπαστον αἰεὶ τὸν θεράποντ' ἐπεσθίειν.

» Niſi quis (inquit) malit trochaicum verſum tetrame-» trum catalecticum:

» Ὄστρεον ἁλίπαστον αἰεὶ τὸν θεράποντ' ἐπεσθίειν. «

Contra quem (nomen quidem viri tacens) disputavit TOUPIUS, Cur. Noviſſ. pag. 222. ubi Ὄστακον ſcriptum oportuiſſe docuit, collato Heſychio hac voce, & Athenaeo III. 105. b. Pro ἀεὶ, quod invito metro editum erat, recte αἰεὶ ſcriptum dedit ms. *A.* Pro ἐσθίειν, quod erat in ed. Ven. & Baſ. recte ἐπεσθίειν, ex mſstis puto, edidit Caſaubonus. Sic quidem in noſtro ms. *A.* ſcribitur. Epitoma de totâ hac pericopâ nil aliud niſi haec habet: Ὅτι εὕρηται τὸ ἁλίπαστον κρέας ἐν χρήσει.

AD CAP. LXXVI.

Ἐπεὶ δὲ καὶ »Σικελίας αὔχημα τροφαλὶς« ᾗδε ἐστί. » Alludit ad poëtae alicuius verba. Ariſtophanes Veſpis: » [vs. 838.]

» τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκε.

» Et rurſus in eâdem: [vs. 910.]

» ἀποδρὰς γὰρ εἰς τὴν γωνίαν, τυρὸν πολὺν
» κατεσκέλιζε. « — CASAUBONUS.

In *PHILEMONIS verſ.* 1. pro vulgato ᾤμην, ᾠόμην correxi cum BENTLEIO, Emend. in Philem. pag. 118. Cum eodem (*verſ.* 3.) abiectam τε particulam malim, quam b cum *Clerico* in γε mutatam. Quae poſt tertium verſum ſequuntur verba, ea in ed. Ven. & Baſ. ſic distributa erant:

τυρὸς Σικελικὸς ὅτι κράτιστος ἦν,

b αἵ τε περιστεραὶ Σικελικαὶ ἱμάτια ποικίλ᾽ εἰ λέγοι τις Σικελικά.

Quae in ed. Caſ. in hunc modum digeſta:

τυρὸς Σικελικὸς ὅτι κράτιστος ἦν, αἵ τε περιστεραὶ Σικελικαὶ, ἱμάτια ποικίλ᾽ εἰ λέγοι τις Σικελικά.

Ad quae quum nihil adnotaſſet Caſaubonus, parum utique CLERICUS profecit, in Philemonis Fragm. pag. 330. duos verſus ſic conſtituens:

»τυρὸς Σικελικὸς ὅτι καλὸς, περιστεραὶ
»Σικελικαὶ, ἱμάτια εἰ λέγοι τις ποικίλα.«

Cuius rationem explodens BENTLEIUS, cum meliora tentare vellet, vereor ne & ipſe conatu exciderit. Nempe, nonniſi quinque Philemonis verſus eſſe ſtatuit, quorum tres poſtremi hi:

— ἔτι ταῦτα προσετίθην ἀκηκοὼς,
ἱμάτια ποικίλ᾽ εἰ λέγοι τις Σικελικά.
σκεύη μὲν οὖν καὶ κτήματ᾽ ᾠόμην φέρειν.

Verba autem iſta, τυρὸς Σικελικὸς ὅτι κράτιστος ἦν, αἵ τε περιστεραὶ Σικελικαὶ, quae oratione profâ ſcripta ait, & a margine in textum perperam admiſſa, reſecanda cenſuit. Bentleium rurſus exſibilans PAUWIUS (in Philargyrii Emendationib. in Menandr. & Philem. pag. 127.) donec meliores libri ſincerius quid promſerint, quartum, quintum & ſextum verſum ſic conſtitui iuſſit:

»γάρος Σικελικὸς ὅτι κράτιστος, νὴ Δία,
»περιστεραί θ᾽ αἱ Σικελικαὶ, —
»ἱμάτια δὲ ποικίλ᾽ ἐΰ λέγοι τις Σικελικά.«

A libris nihil opis ſperandum. In *Epit.* haec omiſſa. Ms. *A.* vero in toto fragmento nihil ab editâ ſcripturâ diſcedit, niſi quod *verſ.* 2. perperam αὐτὸν pro αὐτὸ habeat. Quare, quum in doctorum virorum coniecturis nihil quod ſatisfaceret, viderim, nec melius quidquam haberem, nihil in verbis mutavi, ſatis habens *ſextum verſum* a verbo ἱματία incipere; quae vero inter iſtum & *tertium* interiecta ſunt, utcumque per duos verſus digerere. *Quarto verſu* incommode utique τυρὸς repeti videtur, cuius iam ante facta mentio. Ex *verſ.* 6. ubi ἱμάτια ποικίλα Σικελικὰ nominantur, Alciphronis Σικελικὸν ἱμάτιον lib. I. epiſt. 6. illuſtravit Berglerus, pag. 27. laudans etiam Pollucem, VII. 77. ubi Σικελικὸς χιτὼν memoratur. Quid differant *verſ.* 7. σκεύη & κτήματα, haud ſatis ſcio. βράματα pro κτήματα exſpectaveram.

καὶ ὁ Τρομιλικὸς δὲ τυρὸς &c. »*Caseus* qui Τρομι- b
»λικὸς nominatur, Breviatori est Στρομιλικός. Quod
»si rectum est, Στρομίλεια utique mox scribendum. Alte-
»rum malim.« CASAUBONUS. — *Oppidi* illius *Achaiae*, a qua nomen invenit ille *caseus*, nusquam alibi, quod scio, reperitur mentio, nec apud Geographorum ullum, nec Historicorum, qui superstant. Scripturam Τρομιλικὸς, Τρομήλεια, iterumque Τρομιλικὸς cum editis tuetur ms. *A*. Tum idem codex deinde quidem in *SIMONIDIS iambo* Στρομίλιος habet: at paulo post rursus τὸν Τρομιλικόν. In *Epit.* omissi quidem Simonidis versus: sed ter tamen occurrit nomen de quo quaerimus, constanter per Στ initio scriptum. Ita incerta manebit nominis scriptura, donec de vero aliunde constiterit. Tota ista de *caseo* pericopa in ms. *Ep.* sic concepta: Ὅτι Σικελίας αὔχημα τροφαλὶς· καλοὺς γὰρ ποιεῖ τυρούς. Ἐνδοξος δὲ καὶ ὁ στρομιλικός. φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Σκήψιος, ὅτι πόλις Ἀχαΐας Στομίλεια, (sic, absque ρ.) περὶ ἣν γίνεται τυρὸς αἴγειος ἴδιστος, οὐκ ἔχων σύγκρισιν πρὸς ἕτερον, ὁ προσαγορευόμενος στρομιλικός.

Δημήτριος ὁ Σκήψιος, ἐν δευτέρῳ Τρωϊκοῦ Διακόσμου. Postremum vocabulum cum deesset editis, dedit nobis ms. *A*.

Σιμωνίδης μνημονεύει ἐν Ἰάμβῳ, οὗ ἡ ἀρχή· Πολλὰ μὲν c
δὴ προεκπονῆ, Τηλέμβροτε. Adparet, *Iambum* hic non dici unum quemdam versum iambicum, sed integrum poëmation iambicis versibus comprehensum. Sed & illud adparet, iambicum versum non contineri verbis istis ita scriptis, uti vulgo leguntur; ac multo etiam minus, si Τηλέμβροτε cum ms. *A*. scribatur. Sed hoc postremum quidem haud dubie pravum: rectèque Τηλέμβροτε habent edd. Ad priora vero commode adnotavit CORAY: »Forsan rescri-
»bendum,

»Πολλόν με δεῖ προεκπονεῖν Τηλεμβρ.«

In ipso *SIMONIDIS* testimonio, *priore versu*, pro vulgato Ἀχαΐας metrica ratio Ἀχαιΐας desideravit. Conf. Stephanum Byz. hac voce.

Διὸς γάλα. »Noli quaerere quid appelletur *Iovis lac*
»isto versu quem recitat Deipnosophista:

»καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα.

»E *Cyclope EURIPIDIS* est hic versus. [num. 136.] Ibi
»hodie scriptum βοὸς γάλα: quae vera est procul dubio

» lectio. Faceti sane homines, qui *bovem* in *Iovem* mutarunt. » Quanto hoc maius, quam ex musca elephantum? Eru» ditissimus paroemiographus [ERASMUS, Adag. pag. 444.] » si Euripidis codices inspexisset, deprehensum errorem » emendare praeoptasset, quam Chiliadas suas fictitio pro» verbio reddere auctiores.« CASAUBONUS. — Miram scripturam, Διὸς γάλα apud Athenaeum cum editis tenent ambo nostri mssti, & ex Epitomâ repetiit Eustathius ad Od. δ'. Ac possit ea quidem, per se si spectetur, haud admodum improbabilis videri; *lac Iovis* intelligendo cum Dalecampio aliisque, *dignum Iove, eximium:* sed Euripidem quisquis inspexerit, vix sibi persuaserit, eâ dictione ibi aut usum esse aut usurum fuisse poëtam. De *caseis ficuum succo coagulatis* Plutarchum Symposiac. VI. 10. consuli iussit Musgravius, ad Euripid. l. c.

d τὸ γὰρ λείψανον &c. » Ἀποτράγημα interpretatur Athe» naeus, apud *Eupolidem*, λείψανον τῶν τραγημάτων καὶ » τρωξίμων. Ex his emendabis Hesychii codices, ubi per» peram scriptum, Ἀποτράγημα, λείψανον, βρῶμα.« CASAUBONUS. — Conf. IUNII Adagium, *Vulpis reliquiae;* in Erasmianis p. 352. ubi etiam monet, titulum fabulae *Eupolidis*, ad quam hoc fragmentum pertinet, nominari ab Etymologo, nempe *Aureum seculum*, sed ibi ἀποπάτημ' ἀλώπεκος legi. Vide Etymol. pag. 112. l. 12.

Τοὺς δὲ λεπτοὺς τῶν τυρῶν καὶ πλατεῖς Κρῆτες θηλείας καλοῦσιν. Sic & nostri ambo mssti; & eamdem scripturam e Farnesiano codice a Casaub. in suo olim Athenaeo adnotatam video: cuius tamen scripturae ille in Animadverss. nullam fecit mentionem. Si cui magis arriserit id quod ante nos (temere, an consulto, nescio) editum erat, θαλείας, is hoc teneat; nihil impedio.

Πυριέφθων δὲ μνημονεύει (οὕτω δὲ καλεῖται τὸ πρῶτον γάλα) Φιλιππίδης ἐν Αὐλοῖς· Τοὺς δὲ πυριέφθας καὶ τὰ λάχανα ταῦτ' ἔχων. » Conferenda haec cum iis » quae scribit Pollux libro VI. cap. 9. [sect. 54.] ubi aliam » lectionem invenies.« CASAUBONUS. — Nempe sic Pollux: Φιλιππίδης δὲ ἐν Αὐλοῖς καὶ πυριεφθα εἴρηκεν. Scilicet *primum* vaccae aliorumque animantium a *partu lac*, (*colostrum* vel *colostram* latine vocant) quod in deliciis erat veteribus, Graece proprie πυὸς vel πῦον (item πύαρ, ut volunt nonnulli) dicebatur: de quo vide Animadv. ad II. 37. a. III. 104. f. VI. 269. a. Eadem colostra, igne coagu-

lata, interdum quidem etiam πυὸς dicebatur: (sic enim d intelligendi videntur illi πυοῦ τόμοι, VI. 269. a.) sed sigillatim πυριάτης vocabatur comicis Atticis, vel πυριάτη, ut Eubulo apud Noſtrum, XIV. 640. c. (ubi vide not.) vulgari vero & communi ſermone, πυρίεφθον. Vide Galenum De Alimentor. Fac. III. 15. cuius verba adpoſuit SCHNEIDERUS in Notis ad Nicandri Alexipharm. pag. 196 ſq. tum Scholiaſten Ariſtoph. ad Veſp. 108. & Polluc. I. 248. Adde Heſych. in Πυρίεφθα & in Πυριατὸν, ibique Interpp. Iam vero idem Pollux, VI. 54. monet, *Philippidem comicum*, pro πυριάτη, etiam πυρίεφθα dixiſſe. Atque eodem modo etiam Athenaeus noſter in *PHILIPPIDIS* teſtimonio ſcripſiſſe videtur; non τοὺς πυριέφθας, quaſi a ſing. ὁ πυριέφθης, quae forma nominis a nullo Grammatico adnotata eſt. Neque aliter hîc legiſſe auctor Epitomae videtur, qui ita ſcribit: Πυρίεφθα (in noſtro quidem codice accentus prave poſitus, Πυριέφθα) δὲ καλεῖται παρὰ Φιλιππίδῃ, τὸ πρῶτον γάλα. Neque nos turbare debet, quod apud Noſtrum initio huius pericopae vulgo ſic editum erat, Πυριεφθῶν δὲ, *ultimâ circumflexâ*, quaſi & iſtud a ſingulari primae declinationis eſſet. Nam ibi vetus cod. *A.* πυριέφθων *penacute* ſcriptum habet: iſtud πυριεφθῶν vero aut temere in editos libros irrepſerat, aut ab homine invectum erat, qui conſulto nominis huius formam adaptare illi ſcripturae, τοὺς δὲ πυριέφθας voluit, quae in *Philippidis* teſtimonium invaſerat. Quare hoc aut ſic refingendum videtur:

Τὰ δὲ πυρίεφθα, καὶ τὰ λάχανα ταῦτ' ἔχων:

aut, quod malim equidem:

Τοὺς δὲ πυρίεφθα καὶ τὰ λάχανα ταῦτ' ἔχειν.

Quod ſi ita, ut poſteriore loco dixi, ſcripſiſſe poëtam & Athenaeum ſtatuas, facile patet qui factum ſit ut πυρίεφθα in πυριέφθας mutaretur; nempe ab homine, qui hoc nomen ad articulum τοὺς adcommodare voluiſſet.

ἐπιδειπνίδας ἔλεγον Μακεδόνες. Probavi hoc, quod e cum editis tenet ms. *A.* Quod Attici (ut ait Noſter in huius libri XIV. exitu) ἐπιδόρπισμα, Dores ἐπάϊκλον, Graeci vulgo ἐπίδειπνον vocant: eam *Macedones* (ut hîc docet) ἐπιδειπνίδα dicebant. Idem vocab. in Latinum ſermonem adoptavit Martialis, lib. XI. Epigr. 32.

κώθωνος γὰρ ἡδύσματα ταῦτα. In his verbis finem disputationis huius faciunt ambo noſtri mssti. Epitoma dein ſta-

e tim ad ea transit quae leguntur paginae sequentis initio: codex *A.* vero ita pergit, ut a nobis editum: Τοιαῦτά τινα ἔτι τοῦ Οὐλπ.

AD CAP. LXXVII.

ἐπελθὼν εἰς ἐκείνων τῶν σοφιστῶν μαγείρων. » *Coquus* in» ducitur, μαγειρικὰς multas ῥήσεις ex antiquis poëtis re» citans: quae illis sunt adiiciendae, de quibus libro septi» mo, cap. XI. diximus. « CASAUBONUS. — Vide lib. VII. cap. 36 & seqq. huius editionis: & lib. IX. cap. 19 sqq.

Ibid. ἐκήρυσσε μύμα. De edulio isto vide infra, p. 662. d. & e. *Ibid.* ὦ ἄνδρες δαιταλεῖς. Quod in ms. *A.* scribitur δαιταλῆς, id potest δαιταλῆς valere: ut *Attice* locutus fingatur coquus doctrinam ostentans.

Εὐήμερος ἔφη ὁ Κῷος. De *EVEMERO*, qui in *Sacris* quas inscripsit *Historiis*, eorum praesertim hominum res gestas & facta, qui in Deorum numerum relati sunt, ita persecutus est, ut *Athei* cognomen inde reportaverit, consulendus Vossius, lib. I. DE Historicis Graec. cap. XI. p. 70 sq. Fabricius ad Sextum Empir. pag. 552. & Bruckerus in Hist. Crit. Philosophiae, T. I. p. 604 sq. Hunc Tegeatam nonnulli, plerique Siculum Messenium sive Agrigentinum faciunt; nemo, quod sciam, *Coum*, praeter Athenaeum nostrum. Nec enim ab editâ scripturâ Κῶος vel Κῷος discedunt membranae. Quare temere factum, quod in Dalecampii versione *Evemerus Caeus* nominetur: qui error correctus est quidem in *Scriptorum Indice*, quem Dalecampius versioni suae praefixit, ubi recte *Evemerus Cous* scribitur: in eodem vero Indice editioni Casaub. 2. & 3. praefixo, temere rursus *Evemerus Caeus* invectus est. Mox deinde, recte Σιδωνίων edd. per ω, ubi perperam Σιδονίων ms. *A.* Diserte monuit Stephanus Byz. per ω μέγα scribi id nomen.

Verba ista, Ἐγὼ δὲ φεύξομαι ἐλεύθερος γεγώς, medio coqui sermoni intertexta, sic interpretatus erat Dalecampius: *ego vero, nisi me herus donet libertate, fugam capessam*: quasi in Graeco esset, μὴ ἐλεύθερος γεγώς: quam particulam negantem ex *Dalecampii* versione Athenaeo restituendam PURSANUS censuerat. At commentum illud, alienum prorsus ab hoc loco, cum editis perinde respuunt ve-

teres membranae. Opportune vero CORAYUS in *Notis mſstis* monuit: »Verba coqui,

»Ἐγὼ δὲ φεύξομαι ἐλεύθερος γεγώς;

»ſunt ex aliquo poëta deſumpta: efficiuntque ſenarium »*cum interrogatione* legendum.« — Nempe ſua faciens coculus illa incerti poëtae verba, viam ſibi parat ad eam, quae continuo ſubiicitur, obſervationem: ſcilicet, *coquos illos, qui a veteribus Comicis inducuntur, non fuiſſe ſervos, ſed liberos homines*, operam ſuam his qui epula agitarent pactâ mercede locantes. Ac licet ipſe *ſervus* eſſet, tamen poëtae verbis *liberum* ſe per iocum gloriatur: ſignificans ſcilicet, mereri ſeſe libertate donari; &, quamvis ſervus ſit conditione, animo tamen & eruditione eſſe ingenuum. In ſenario autem illo poſt φεύξομαι, quo vitetur hiatus, γε particula inſerenda videtur.

Recte vero deinde Οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροι τις editum erat; quisquis ſit cui illa emendatio debetur. Nullo enim modo ferenda erat membranarum noſtrarum ſcriptura, οὐδὲ γὰρ ἀνελεύθεροι, ex dormitatione librarii orta, cui praecedens vocabulum ἐλεύθερος in animo haeſerat. Quod ait, *apud unum Poſidippum induci in ſcenam coquum ſervilis conditionis:* duo Poſidippi teſtimonia habes pag. ſeq. c. d. *Poſidippi* nomen, ut in editis, ſic & in ms. *A.* cum alibi conſtanter, tum & hîc & pag. ſeq. per ſimplicem vocalem ι in medio, non per ει diphthongum ſcribitur. Quod autem continuo ſubiicit, *ſervos coquos* (ſive, *ſervos obſoniorum parandorum artifices*) *primum productos eſſe a Macedonibus:* id ad eumdem Poſidippum, novae comoediae poëtam, quodammodo pertinet: fuit enim ipſe Macedo, ex Caſſandrea Macedoniae oppido oriundus. Pro παρῆλθον ὑπὸ πρώτων Μακεδόνων, BOURDELOTUS ad Heliodor. p. 67. ἀπὸ πρ. corrigendum cenſuerat; praeter rationem, ſi quid video. Ex Graeci ſermonis indole verbum neutrum, cum praepoſitione ὑπὸ ſequente genitivo conſtructum, induit vim paſſivi. ἀπέθανε ὑπ' αὐτοῦ, *interfectus eſt ab illo.* παρῆλθεν ὑπ' αὐτοῦ, *productus eſt ab illo.*

Μαίσωνα — — Τέττιγα. »Obſervat coquus, *dixiſſe vete-*»*res* τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον Μαίσωνα, τὸν δ' ἑκτόπιον »Τέττιγα. Qua de re Feſtus: *Maeſon, perſona comica* »*appellatur, aut coci, aut nautae, aut eius generis. Dici ab in-*»*ventore eius Maeſone ait Ariſtophanes Grammaticus.* At He»ſychius ſcribit hoc nomen per ου. Μουσωνες, inquit, οἱ

» κορυφαῖοι τῶν μαγείρων, ἢ οἱ τεχνῖται. Sed verba sunt » eiusdem alio loco: Τέττιξ· ἔξω τοῦ συνήθους ζώου, παρὰ » Ἀττικοῖς οἱ τῶν μαγείρων ὑπηρέται ξένοι· οἱ δ' ἐντόπιοι, » Μαίσονες. [Rectius ibi hodie editur Μαίσωνες per ω.] Ob- » servo etiam inter comicas personas unam fuisse quae Θε- » ράπων τέττιξ dicebatur, auctore Polluce libro quarto. « CASAUBONUS. — Conf. Hesychium in Μαίσων: ubi cum vulgo scribatur, Μαίσων, μαγειρεῖον, alii quidem aliter corrigunt; sed videndum, ne μαγείρου προσωπεῖον scriptum oportuerit. Caeterum vide Hesychii Interpretes, locis citatis. Initio huius ῥήσεως commode editur Ἐκάλουν δ' οἱ &c. ubi δ' particula deest quidem codici *A.* sed recte eam tenet ms. *Ep.* Deinde quemadmodum in eodem ms. *Ep.* τέτιγα simplici τ litera in medio scribitur, sic & apud Pollucem IV. 148. & 150. in vetere codice msto Θεράπων τέτιξ simplici τ scribitur: quod casu magis factum putem, quam quod id nomen, ubi de comicâ personâ usurpatur, a communi usu, ubi *cicadam* significat, istâ scripturâ distinguere voluerint. Sed apud eumdem Pollucem non modo Θεράπων τέττιξ (ut a Casaub. & ab Hesychii Interpretibus observatum est) memoratur, verum etiam Θεράπων μαίσων: nam pro eo quod ibi lib. IV. sect. 148. & 150. vulgo Θεράπων μέσος editur, vetus codex mstus μέσον exhibebat, quod haud dubie ex μαίσων corruptum est, nec sperni debuerat ab Editoribus. Neque huic emendationi illud opponi debet, quod μαίσων coquus non *servus*, sed *liber homo* erat: quin potius ex eâdem Pollucis observatione illustrari debet id quod apud Athenaeum nostrum
b continuo dein ex *ARISTOPHANE Byzantio* Grammatico traditur, *Maesonem* olim *Megarensem*, *comoediarum histrionem*, *reperisse* τὸ τοῦ Θεράποντος πρόσωπον, καὶ τὸ τοῦ μαγείρου: quibus ex verbis, si praesertim ista Pollucis contuleris, intelligi par est, *duas fuisse comicas personas*, quarum utraque *Maeson* dicebatur; alteram *servi cuiusdam*; alteram *coqui*.

μάγειροι σκωπτικοί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἐπιτρέπουσι. Citatum est a Nostro ex hac Menandri fabulâ breve fragmentum, lib. III. pag. 119. f. sed istud, quod hîc respicitur, nusquam comparet. Titulum fabulae Gallicus interpres *Tutores* reddidit, unice verum putans Ἐπιτρόποις, quod ex *Dalecampii* coniecturâ hîc ponendum *Pursanus* censuerat. *Mandatores* interpretatus erat GROTIUS: rectius *Arbitros-eligentes* CLERICUS, in Menandri Fragm.

pag. 67. auctoritatem Harpocrationis secutus, quem vide in voc. Ἐπιτροπή: & confer quae supra ad III. 119. e. adnotata sunt.

καὶ Φιλήμων δέ που φησὶν· Σφίγγ' ἄρρεν' &c. »Aut erravit librarius, aut Athenaeus. *Stratonis* enim sunt versus, non *Philemonis*. vide libro nono.« CASAUBONUS. — *Stratoni* utique, sive (ut legendum ibi recte statuerunt viri docti) *Strattidi*, versus isti tribuuntur libro IX. p. 382. b. c. cum magno numero aliorum, qui his ibi subiiciuntur. Sed fieri etiam potest (quod a multis olim poëtis factum observavimus, ad I. 17. d. & I. 26. a.) ut versiculos, qui hîc adponuntur, PHILEMON novae comoediae poëta, a *Strattide* mutuatus sit veteris comoediae poëtâ. Quidquid sit, pro οὐδὲν, quod superiori loco olim editum erat, recte hîc οὐδ' ἓν scribitur: pro quo nec male οὐδεὲν habet ms. *Ep.* Aliae duae minutae differentiae, nescio utrum *Philemoni* poëtae debeantur, an temere a librariis invectae sint. Nam ὧν λέγει hîc (*vers.* 3.) uterque noster codex habet, quod metri caussa in ὧν περ λέγει iam inde a primo editore mutatum est: pro quo superiori loco ὅσ' ἂν λέγῃ legebatur. *Versu* 4. vero, pro eo quod c ibi erat πεπορισμένος πάρεστι, uterque codex hîc cum editis in πεπορ. γάρ ἐστι consentit. γάρ ἐστιν cum ν ἐφελκυστικῷ scribitur in ms. *Ep.*

ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ – – Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων. »*Megarenses* veteris & antiquae *Graeciae* distinguuntur ab »aliis Megarensibus Siculis, cognomine *Nisaeorum*. Theo»critus: [XII. 27.]

»Νισαῖοι Μεγαρῆες ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς:

»& Athenaeus hîc, τὸν Μαίσωνα ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν »εἶναι Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων.« CASAUBONUS. — Nempe: Νισαία, ἐπίνειον Μεγαρίδος, καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρίς· ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος, &c. ut ait Stephanus Byz. ubi vide Holstenium. Confer Nostrum infra, XV. 683. c.

οὐχ ἁλώσομ' ἐκφέρων κρέας. »Nova fuit & insolens illa »coqui gloriatio, qui apud *POSIDIPPUM* hos versus pro»ferebat:

»Ταυτὶ μὲν οὖν τοιαῦτα. συμβαίνει δέ τι
»νῦν μοι διακονοῦντι παρὰ τῷ δεσπότῃ
»ἀστεῖον, οὐχ ἁλώσομ' ἐκφέρων κρέας.

»Moris fuit coquis, cum cibos mercede conducti para»rent, furto quicquid possent auferre. Ideo soliti ianito-

c »res excutere diligenter cum abirent. Hoc toties iam pro»batum in superioribus, ut exemplis non sit opus. [vide lib. IX. cap. 24. & 27.] »Iste vero coquus, vel quod ma»cilentas carnes habuisset despicatui, vel [quod veri videtur simillimum] »propter tenuitatem apparatus, aut vi»gilantiam custodis appositi non potuisset, id nunc [per »iocum] gloriatur, & laudi sibi verti postulat, quod ia»nitores se non essent in fraude & carnium furto depre»hensuri. Simillimus est apud Comicum initio *Pacis* lo»cus: nam ibi famulus, qui stercoreas turundas scarabaeo »pinsebat, hoc unum saltem ex eâ operâ consecuturum se »praedicat, quod nemo illum sit accusaturus quasi man»dentem inter pinsendum; quo nomine saepe famelici aut »gulones servi poenas sordidis vel delicatis heris dabant: »nam utrosque hoc facto offendebant. Aristophanis ver»ba sunt:

»Ἑνὸς μὲν, ὦ ἄνδρες, ἀπολελῦσθαί μοι δοκῶ·
»οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη με μάττοντ' ἐσθίειν.

»Aestimet ex his eruditus lector, quo iure, quâve iniu»riâ, in *tertio versuum Posidippi* negationem tollendam in»terpretes censuerint: ut taceam de labe versus.« CASAUBONUS. — Scilicet Dalecampius in versione posuerat: *mihi vero contigit - - - quidpiam festivum, ut deprehenderer carnem surreptam auferens:* quae Latina Graece sic reddidit PURSANUS, ὡς ἁλώσοιμ' ἐκφέρων κρέας. Quae quamvis infelici consilio tentata, tamen unice probanda *Villebrunius* censuit; scilicet absurdissima quaeque potius amplecti paratus, quam vera a Casaubono discere. Me, docto Animadversori adsentientem, illud unum turbavit, quod oratio ista (quod etiam ipse Casaubonus innuebat) videatur esse coqui, qui non sit servilis conditionis, sed hominis liberi, qui mercede operam suam locare consueviset. Nec enim τὸ διακονεῖν servili conditioni proprium est: sed liberae etiam conditionis coqui διακονεῖν sese profitentur ei cui operam locant: vide VII. 291. c. & VI. 245. c. nec, quod δεσπότην nominat coquus qui hic loquitur, eo se *servum* profitetur; potuit enim δεσπότην *herum domus* & *patrem familiâs* dicere, cui suam operam locaverat. Quare quum diserte dicat Athenaeus, de *servis coquis* loqui hîc *Posidippum;* superest ut cogitemus, servilem huius hominis conditionem ex reliquâ fabulae oeconomiâ, quae nobis incognita est, satis adparuisse. Sed haud immerito

mireris, proximi teſtimonii eiusdem *Poſidippi* eamdem rurſus eſſe rationem.

Ad alterum eiusdem *Poſidippi* teſtimonium, tum ad iſtud *Menandri*, quod cap. ſeq. ſubiicitur, pertinet haec CASAUBONI querela: » Multa in iis quae deinceps recitantur, & » mutila & corrupta ſupra humani ingenii coniecturam. « — Scilicet *POSIDIPPI* teſtimonium *ex Coalumnis* ſic editum legebatur:

Ἐβάδιζες ἔξω τῶν πυλῶν μάγειρος ὢν
ἀδειπνος ἦν (in ed. Baſ. & Caſ. ἄδειπνος; ἦν.) πότερον d
οὖν † ἀφίσεα
† κατ' ἀγορὰν ἐργάζομαι.
ἐπρίατο γάρ τις ὁμότεχνός με γνώριμος.

Quae Graeca Dalecampius ſic Latine reddiderat:

A. *Extra fores prodiiſti, tu qui coquus es, incoenatus?* B. *Nondum hercle coenaveram.*
A. *Quo tandem abiiſti?* B. *In forum, id facturus quod nunc facio.*
Etenim me eiusdem opificii familiaris & notus quidam emit.
(In orâ: *conduxit.*)

BOURDELOTUS, ad Heliodor. p. 67. non territus illo veluti interdicto, quod a Caſaubono pronunciatum erat, non modo coniecturâ ſuccurrere huic loco tentavit, verum etiam omnia ſana fore cenſuit, ſi ſic legeris:

ἀδειπνος ἦν· πρότερον οὖν ἀφεὶς ἔα.

Ubi illud ſane perſpecte obſervatum, ſub monſtroſa voce ἀφίσεα duo verba latere ἀφεὶς ἔα. Caeterum metri nec in ipſo illo verſu, nec in ſequente, rationem ullam habuiſſe Bourdelotum adparet: nec, quo referendum cenſuerit iſtud πρότερον, quod pro πότερον poſitum voluit, declaravit. Poſt hunc *Adrianus* HERINGA eumdem locum tractans, Obſervat. cap. 31. pag. 285 ſq. non modo in eamdem emendationem ἀφεὶς ἔα (Valckenario etiam comprobatam in Diatrib. Euripid. pag. 72.) incidit, verum etiam alia corrigens, tres priores fragmenti verſus in hunc modum concipiendos cenſuit:

» — — A. Ἐβάδιζες ἔξω τῶν πυλῶν
» μάγειρος ὢν ἀδειπνος, ἢ οὔ; πότερον μὲν οὖν;
» B. Ἀφεὶς ἔα. κατ' ἀγορὰν ὀργιάζομαι. «

Adiectâ hac verſione:

» — — A. *Extra portam exibas*
» *tu qui coquus es, incoenatus, an ſecus? utrum quaeſo eſt?*

d » B. *Missum me fac, in foro orgia celebro:*
» *conduxit enim me artis quidam socius, amicus meus.*«
A quo totus tertius versus felicissime restitutus videtur: nam, ut taceam verissimam emendationem ἀφεὶς ἔα, quam ipsam scripturam veteres nostrae membranae tuentur, istud etiam haud dubie verum, ὀργιάζομαι: id est, *orgia* vel *mysteria celebro, sacra facio, ad sacrificium pergo:* quod verbum & ad metri rationem unice aptum erat, & mirifice convenit cum his, quae continuo deinde Athenaeus suum apud Deipnosophistas coquum dicentem facit: Οὐδὲν οὖν ἦν παράδοξον, εἰ καὶ ἀντικῆς ἦσαν ἔμπειροι οἱ παλαίτεροι μάγειροι· προΐσταντο γοῦν καὶ γάμων καὶ θυσιῶν. Sed in secundo illo eiusdem *Heringae* versu:
μάγειρος ὢν ἀδείπνος, ἢ οὔ; πότερον μὲν οὖν;
non poterat non languida admodum videri oratio. In *Epit.* deest haec ecloga cum superiore. In ms. *A.* recte ἀφεὶς ἔα scribi, modo dicebam: nempe in ἀφεισεα, quod ille habet, satis perspicue id quod volumus continetur. (Eamdemque scripturam etiam Casaubonus ex codice Farnesiano in suo exemplo editionis Bas. adnotaverat: nec tamen eâ usus est, sed suâ de coniecturâ ibidem adiecit » Fors. » ἀφ' ἑστίας.«) Idem noster codex *A.* in ἐργάζομαι nihil mutat: sed priorem fragmenti partem miro hoc modo scriptam exhibet: Ἐβάδιζες ἔξω τῶν πυλῶν μάγειρος ὢν ἐντὸς πυλῶν· παρμένων ἄδειπνος ἦν. πότερον οὖν. Quibus in verbis commode observatum est a GODOFREDO nostro, qui haec e vetustis membranis excerpsit, verbum παρμένων, ex παραμένων corruptum, e glossa videri in contextum irrepsisse. Persona *A. ianitor* videtur esse, inhibens *coquum* exeuntem, quem ille furto ablatam carnem sub alis ferre suspicabatur. Cui coquus respondet:
B. Ἐντὸς πυλῶν (scil. παραμένων) ἄδειπνος ἦν. —
Sive quod se excusset, dicens *intus nihil coenaveram:* aequum est ergo, ut portionem mecum auferam: sive quod rationem fingat, cur abeat; nempe, quod, *si intus mansisset, nihil quod coenaret habiturus fuisset.* Poteras etiam coniectare, vocem πυλῶν post ἐντὸς ex scholio repetitam esse, qua abiectâ, sic scribi potuerit:
Ἐντὸς παράμεινον. B. Ἄδειπνος ἦν. —
Sed magis placet prior ratio. Deinde recte ab HERINGA μὲν particula inter πότερον & οὖν inserta est. Est autem oratio abrupta: *A.* Πότερον μὲν οὖν; *An ergo redire & intrare*

vis? Sive Πρότερον μὲν οὖν: *Prius igitur;* ſcilicet, *vi-* d *deamus quid ſit quod ſub veſte tectum geſtes.* Caeterum, quod in ſuperiori Poſidippi teſtimonio obſervavimus, idem rurſus in hoc valet; non de *ſervo coquo* hîc loqui poëtam, ſed de *libero* homine, infimae licet conditionis, qui operam ſuam ad paranda obſonia non modo civibus epulum agitantibus, verum etiam aliis coquis locare conſueſſet. Nam, quod ait ἐπρίατο γάρ τις ὁμότεχνός με, non poteſt ſane ἐπρίατό με intelligi *emit me, tamquam ſervum;* ſed, quemadmodum accepere omnes interpretes, *conduxit me, operam meam redemit.* Quare prorſus non video quid ſit quod diſerte Deipnoſophiſta dixerit, *de ſervis coquis loqui Poſidippum.* Quod ἐπριᾶτο in membr. *A.* ſcribitur, eâdem ratione paſſim in vetuſtis libris formatum id verbum reperitur. Sic, ut hoc utar, apud Pollucem IX. 34. ubi ait, τὰ τέλη πρίασθαι καὶ μισθώσασθαι dici hos *qui vectigalia conducunt* vel *redimunt*, ibi in optimo codice msto πριᾶσθαι ſcribitur. Neque hanc formationem hoc loco metrica ratio reſpuebat.

AD CAP. LXXVIII.

τοῖς τετραδίσταις. Vide ad VII. 287. f.

Menandri ſatis notabilis ecloga, in ed. Caſ. in hunc modum ſcripta legitur:

Σπουδὴ δίδου σὺ σπλάγχ' ἀκολουθῶν. ποῖ βλέπεις,
σπουδὴ φέρω πλείω † ωσια σπουδὴ καλῶς
εὔχου θεοῖς. ὀλυμπίοις εὐχώμεθα
ὀλυμπιαίσι πᾶσι πάσαις. λάμβανε
τὴν γλῶτταν ἐν τούτῳ διδόναι σωτηρίαν
ὑγίειαν ἀγαθὰ πολλὰ τῶν ὄντων τε νῦν
ἀγαθῶν ὄνησιν. πᾶσι ταῦτ' εὐχώμεθα.

Ad quae licet in Animadverſſ. nihil adnotaverit Caſaubonus, tamen in ipſo contextu nonnulla recte ab eo curata ſunt, quae in ſuperioribus editionibus peccata erant. Sic enim vers. 3. & 7. pro εὐχόμεθα, quod erat in ed. Ven. & Baſ. e recte εὐχώμεθα ſcripſit, quod & metrica ratio deſiderabat, & noſtrae membranae *A.* tuentur. (In *Epit.* quidem haec omnia deſunt.) Idem Caſaub. pro ὀλυμπιάσι, quod *verſ.* 4. cum in editt. vett. tum in membr. legitur, ὀλυμπίαισι corrigere voluerat; pro quo quidem per typothetae errorem ὀλυμπιαίσι poſitum eſt, idque in ed. Caſ. 2. & 3. religioſe

e ſervatum. Porro (*eodem verſu*) vocabulum πᾶσι, quod deerat ſuperioribus editionibus, adiecit ex Italicorum codicum lectionibus acceptum, (nam ex Farneſiano codice adnotatum ab ipſo video) quibus noſtrae membr. *A.* praeiverant. Denique *verſ.* 7. pro ὄνησίαν, quod ibi editt. vett. cum msstis habent, recte ὄνησιν idem Caſaubonus poſuit. GROTIUS, in Excerpta ſua pag. 731. recipiens hanc eclogam » in perſonas (ut ipſe in Notis ait) distinxit; ſacrifi» cum, & eum qui ſacrificio (ſacrifico *puto ſcribere volue» rat*) verbis ac manu miniſtrat.« Itaque Graeca ille ſic concinnata edidit:

A. Σπονδή· δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκολουθῶν. ποῖ βλέπεις; σπονδή. B. Φέρω πλείω ὄ σ ι α. A. Σπονδή. B. Καλῶς. εὔχου θεοῖς. A. Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα, κ' ὀλυμπίαισι πᾶσι, πάσαις. B. Λάμβανε τὴν γλῶτταν. A. Ἐν τούτῳ δίδοναι σωτηρίαν, ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλὰ, τῶν ὄντων τε νῦν ἀγαθῶν ὄνησιν· πᾶσι ταῦτ' εὐχώμεθα.

Quae Latine ab eodem ſic reddita ſunt:

A. *Libatur. Heus fer exta: quonam reſpicis?* *Libatur.* B. *En pia, multa.* A. *Libatur.* B. *Iuvet.* *Deos precare.* A. *Coelites Deos Deas* *cunctos precemur atque cunctas.* B. *Accipe* *linguam.* A. *Salutem ſanitatemque ut duint,* *bona nobis tribuint multa, quaeque adſunt bona* *ea proſperaſſint. Cunctis hae fiant preces.*

Clericus, in Menandri Fragmentis, cum Graeca iſta eodem prorſus modo, quo a Grotio curata erant, adponere voluiſſet, *verſ.* 4. pro κ' ὀλυμπίαισι, neſcio quo errore, ἢ ὀλυμπίαισι, ſcripſit, tam abſurde per ſe, quam contra Grotii mentem: eamdemque ſcripturam in Notis repetiit. *Coquum* eſſe, *ſacrificio praefectum*, (προϊστάμενον τῇ θυσίᾳ) qui in iſto fragmento ſive unice loquatur, ſive cuius certe praecipuae ſint partes, ipſe nos docuit Athenaeus. Loquitur autem ille cum ἀκολουθοῦντι, id eſt, cum *coquo inferioris ordinis, qui ipſum comitabatur, & ei miniſtrabat.* (vide cap. praeced.) Hunc iubet, *viſcera* adſtantibus *diſtribuere.* Eumdem deinde *linguam capere* iubet: ſcilicet, quae ſub finem convivii, quod poſt ſacrificium agebatur, ſuper foco in Deorum honorem cremabatur. Nam priſcum illud inſtitutum, Homero memoratum Odyſſ. γ'. 332. & 341. (cuius & Athenaeus noſter meminerat lib. I. pag. 16. b.) etiam ad

posteros duravit, apud Athenienses certe; ut monuit Scho- e
liastes ad Od. γ'. 332. Conf. Aristoph. Avib. 1702. ibique Schol. & Pace vs. 1060. & 1109. Sed quem *versu* 2. coquus noster sacrificulus adloquitur, is videtur unus e *servis* fuisse *tetradistarum*, quibus operam suam ille locaverat. Nam ibi pro vulgato, φέρω πλείω ωσια, (ubi satis esse existimaverat *Grotius*, si ωσια in ὅσια mutaretur; *Bourdelotus* vero, ad Heliodor. pag. 67. ὦ σὺ legendum censuit) persuasum est nobis, verissime primum ab *Adr.* HERINGA, (Observ. pag. 247 sq.) φέρε & Σωσία correctum esse, tum deinde a PIERSONO (ad Moerid. p. 298.) etiam πλείω in ὦ παῖ mutatum: nam quamquam & ad sententiam & ad metri rationem satis commode dictum videri potuerat, φέρε πλείω Σωσία: tamen Piersoni emendationem, quam dixi, hactenus tuentur veteres nostrae membranae, quod pro edito φέρω in his φερεω scribitur, id est, φέρε ὦ. Iam *versu* 3. haud cunctanter eiusdem PIERSONI emendationem, εὔχου in ἔγχει mutantis, adoptandam putavi: quod verissime ab illo observatum esse nemo dubitabit, qui Aristophanis locum, quem manifesto in his imitatus est Menander, (Pac. vers. 1102 - 1110.) inspexerit. *Postremo versu*, vocem πᾶσι cum superioribus verbis iungendam putavi, ut intelligatur, διδόναι πᾶσι: sin praetulerit aliquis πᾶσι ταῦτ' εὐχώμεθα, non admodum repugno; nec vero cum Dalecampio intelligam, *ab omnibus hoc precamur;* sed cum Grotio, *omnibus*, in dativo casu.

Καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ δέ φησιν ἕτερος·

Καὶ ὡς ἀφευσα χ' ὡς ἐμίστυλα κρέα f
εἰδώς. τί καὶ γὰρ οὐ καλῶς ἐπίσταμαι;

Simonidis verba cum sic scripta essent in editis: χ' ὥσα-φεὺς † σαχῶς ἐμίστυλα κρέα εἰδώς. τί καὶ γὰρ οὐ καλῶς ἐπίσταμαι: adnotavit CASAUBONUS: »*Simonidis* testimo»nium fortasse ita non male scribas: χ' ὥσα θεῶν σαφῶς »ἐμίστυλα κρέα εἰδώς. *Quae ad Deos spectant, ea perite pa»ravi.*« — Quem locum citans SPANHEMIUS, ad Aristoph. Plut. vs. 626. pro σαφῶς, quod scripserat Casaubonus, σοφῶς se malle profitetur est. Nobis in librorum scripturâ plane illud ineffe visum erat, quod BOURDELOTO placuit, (ad Heliodor. pag. 67.) καὶ ὡς ὤφευσα χ' ὡς ἐμίστυλα: in qua nulla litera fuit mutanda, nisi quod pro X' ὡς, initio testimonii, Καὶ ὡς poneremus. Et χ' ὡς tenet quidem ibi cum editis etiam noster codex *A.* qui alioqui ple-

f nas magis ſcripturas, quam eliſiones vocalium, amat; ſed & ſubinde elidit vocales, ubi minime ex uſu erat. De verbo ἀφεύειν, *adurere*, *uſtulare*, *torrere*, conf. IX. 375. e. ibique not. Eodem ſenſu ἀφαύων vulgo ſcribebatur apud Ariſtoph. in Concion. vs. 13. ubi ex mſstis codicibus ἀφεύων repoſuit Brunckius: quae ſcriptura fortaſſe eidem Comico reſtituenda etiam fuerit in Pace vs. 1144. ubi de *frigendis* vel *torrendis phaſelis*, pro ἄφαυε, quod vulgo ſcribitur, ἄφευε legebat Suidas, ſub hac ipſa voce locum iſtum citans. In ſequentibus *Simonidis* verbis probavi οὐ καλῶς a Caſaubono poſitum pro οὐ κακῶς. Vulgata ſcriptura videtur homini deberi, qui non animadvertiſſet *interrogative* accipienda iſta verba. Subinde inter ſe permutata per librariorum vel oſcitantiam vel imperitam audaciam reperiri contraria vocabula καλὸς & κακὸς, καλῶς & κακῶς, obiter monuimus ad III. 101. d. Vide vero quae olim ad Epicteti Diſſertat. lib. III. cap. 25, 5. notavimus. Caeterum participium εἰδὼς quo referatur, aut quam in partem potiſſimum ſit accipiendum, in abrupto fragmento certâ ratione aegre definias. Quod ſi conſtaret, ex *dramate* aliquo decerptum id fragmentum eſſe; (*Tragoedias* quidem ſcripſiſſe Simonidem, Suidas ait cum Scholiaſte Ariſtoph. ad Veſp. 1402.) coniectare etiam liceret, *duos* eſſe *interlocutores*, quorum alter priori ſic reſpondeat: τί γὰρ οὔ; καλῶς ἐπίσταμαι.

προτρεπομένη μάγειρον αὐτῷ πρίασθαι. »Trans»eamus ad ſequentia: egent enim cenſurâ noſtrâ. Ait, »Ἐμφαίνει δ' αὐτῶν τὴν ἐμπειρίαν, καὶ ἡ πρὸς Ἀλέξαν»δρον Ὀλυμπιάδος ἐπιστολή. προτρεπομένη γὰρ μάγειρον »αὐτῇ πρίασθαι θυσιῶν ἔμπειρον, ἣ μήτηρ φησὶ, Πελίγναν »τὸν μάγειρον λαβὲ παρὰ τῆς μητρός. οὗτος γὰρ οἶδε τὰ »ἱερά σου τὰ πατρῷα ὃν τρόπον θύεται, καὶ τὰ ἀργὰ, δικα»στικὰ καὶ τὰ Βακχικὰ ὅσα τε Ὀλυμπιὰς προθύεται, οὗτος »οἶδε. μὴ οὖν ἀμελήσῃς ἀλλὰ λαβὲ, καὶ ἀπόστειλον πρὸς »ἐμὲ τὴν ταχίστην. Dicebat modo Athenaeus *Veteres co»cos rituum ſacrificandi & πάσης τῆς θυτικῆς notitiam ha»buiſſe.* Nunc ait, *poſſe id ipſum conſtare ex Olympiadis ad »Alexandrum epiſtolâ.* Deinde ipſa Olympiadis verba pro»fert; &, quod inſtituerat, clare probat. Quid dico pro»bat? imo vero probabat olim: nunc perverſa lectio »huius loci ſententiam omnem pervertit. Nam ineptiſſi»mum eſt quod vulgata ſcriptura continet. Initio petit ma-

» ter a filio, ut coquum ſibi ſacrificandi peritum emat: f
» deinde autem offert e veſtigio eadem filio ſuo Pelignam
» coquum plane qualem ſe deſiderare dixerat. Enimvero
» ſi habet bonum θύτην, cur usque inde ex Aſiâ aut In-
» diâ ſibi petit mitti? Sed neque illud intelligo, quorſum
» Olympias Macedoniam inhabitans, eum deſideret qui
» Aſiaticorum ſacrorum ritus norit, Graecanicorum aut
» Macedonicorum ignoret. Niſi putemus, quod abſurdiſ-
» ſimum eſt, more populorum Orientis ſacra factitaſſe
» Olympiadem. Quid multa? interpretum qui haec ab-
» ſurda concoxerunt, ſtomachum nemo ſatis depraedica-
» rit. Legendum affirmo, προτρεπομένου γὰρ μάγει-
» ρον αὐτῷ πρίασθαι θυτιῶν ἔμπειρον, ἡ μήτηρ φησί. Id
» eſt: *Nam cum Alexander eam hortatus eſſet, ut ad ſe mit-*
» *teret popam ſacrificiorum peritum, ait mater: Accipe popam*
» *Pelignum a matre tua.* Cur e Macedoniâ *victimarium* ar-
» ceſſierit Alexander, obſcura cauſſa non eſt: nam &
» pietatis intererat, & exiſtimationis illius, ut more pa-
» trio ſacra faceret. Quod oſtendit Olympias manifeſto,
» cum ſubiicit: οὗτος γὰρ οἶδε τὰ ἱερά σου τὰ πατρῷα.
» Quaenam autem ſunt ἀργὰ ſacra, quorum Olympias
» meminit? quae item illa δικαστικά? Prorſus, niſi ine-
» ptire volumus, legendum, καὶ τὰ ὀργιαστικὰ, καὶ
» τὰ Βακχικά. Olympiadem valde fuiſſe deditam Orgia-
» ſticis ſacris & Orphicis, diſerte Plutarchus ſcribit in
» Alexandri vitâ. [in ipſo initio.] Addit idem, ſolitam
» Olympiadem manſuetorum ſerpentum genus quoddam
» ad iſta ſacra adhibere; qua de re multa etiam Lucianus
» ſcribit in Pſeudomanti. Ex Suida & Heſychio coniicere
» eſt, ἀργόλας vel ἀργὰς iſtos angues fuiſſe appellatos.
» Qui horum meminiſſemus, putavimus aliquando, poſſe
» hunc locum in eam ſententiam accommodari, non magna
» mutatione: ut dicat Olympias, illa etiam ſacra Pelignae
» eſſe nota, ad quae ſerpentes argae adhiberentur. Sed
» displicet nobis iure merito haec ſententia: neque du-
» bitamus verum eſſe quod prius diximus. Quaerant etiam
» doctiores quaenam illa ſint ſacra ὅσα Ὀλυμπιὰς προ-
» θύεται. Nos, qui fruſtra quaeſivimus, legemus interea,
» ὅτε Ὀλυμπίᾳ. Ea *ſacra* intelligit *quae Olympiae fiebant*
» *ab agoniſtis priusquam certamen inirent.* Sciendum autem,
» extitiſſe olim in doctorum Bibliothecis *Epiſtolas Alexan-*
» *dri, & aliorum ad Alexandrum.* Multa harum mentio

f » apud veteres ſcriptores, ut Plutarchum, Athenagoram, » Athenaeum, alios. Sed & Grammatici earum teſtimo- » niis aliquando utuntur. Heſychius, in voce Σκοῖδος, » quae Macedonum linguâ *praetorem iudiciis praefectum* ſi- » gnificabat: ἡ λέξις κεῖται ait ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς Ἀλεξ- » άνδρου. Meminit & in Ἀρόπανοι. Eiusdem verba ſunt » quae ſubiiciam: Γητικὰ παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιστολαὶ πο- » τήρια οὕτω καλούμενα. Corrigendum παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐν » Ἐπιστολαῖς. Epiſtolarum Olympiadis ad filium meminit » A. Gellius libro XIII. cap. IV. & Pollux lib. VII. cap. IX. » [ſect. 28.] obſervans nominari Olympiadi ἐριουργεῖον, » qui dicitur vulgo ἱστών: nam ita ſcribi debet is locus, » & iterum mox legendum, βέλτιον δὲ ὁ ἱστὰν, vel ἱστεὼν, » ut in Gloſſario ſcribitur: peſſime libri Pollucis, ὑϊστεύων. » Earum quas ad matrem ſcripſerat Alexander mentionem » fecere item multi. Octavius Minutius Felix: [immo, Minucius Felix in Octavio, cap. 21.] » *Alexander ille Ma-* » *cedo inſigni volumine ad matrem ſuam ſcripſit, metu ſuae po-* » *teſtatis proditum ſibi de Diis hominibus a ſacerdote ſecretum.* » Pollux lib. VI. cap. XII. ἐν Ἀλεξάνδρου πρὸς τὴν μητέρα » ἐπιστολῇ μέμνηται ἐν ἄλλοις σκεύεσι καὶ τὸν μύστρον εὐ- » ρών.« Haec Casaubonus. Cuius praeclaram emendatio- nem, ὀργιαστικὰ, haud cunctanter recepimus: pro quo ἀργαδικαστικὰ unâ voce, non ἀργὰ δικαστικὰ in vetuſtis membranis ſcribitur. Paulo ante commodum item foret, ſi (quod idem doctus Animadverſor voluerat) προτρεπομένου ſcriberetur; ſed teneri poſſe putavimus vulgatum προτρε- πομένη, *paſſiva notione* accipiendum, quod tuentur mem- branae: qua ex ipſa ſcriptura videtur error ille natus, ut αὐτῇ dein ſcriberetur, ubi αὐτῷ oportebat. (αὐτῷ dico: hoc enim ſatis eſt; nec neceſſe erat αὑτῷ cum aſpe- ro ſpiritu ſcribere.) In iſtis deinde verbis, ὅσα τε Ὀλυμ- πιὰς προθύεται, nihil novare auſus ſum: nam, ut τὰ πατρῷα πάντα dixerat, ſic etiam haec deinde iuncta in- telligi poterant, ad matris Olympiadis domeſtica & avita ſacra pertinentia, τὰ ὀργιαστικὰ καὶ τὰ Βακχικὰ ὅσα τε Ὀλυμπιὰς προθύεται. Nihil enim impedire videtur, ut Ὀλυμπιὰς hîc pro ἐγὼ poſitum accipiamus. Sin praefe- rendam ſtatuas eam ſententiam quae Caſaubono placuerat, non tamen cum illo Ὀλυμπίᾳ corrigi velim, ſed Ὀλυμ- πιάσι: nam Ὀλυμπίᾳ absque praepoſitione, pro ἐν Ὀλυμπίᾳ, ne Graecum quidem eſſe videtur. Quod in fi-

ne epiſtolae ſcribitur, ἀλλὰ λαβὲ, καὶ ἀπόστειλον πρὸς a ἐμὲ τὴν ταχίστην: id, ſi vera ſcriptura, ita intelligendum fuerit, ut velit Olympias *ad ſe remitti* illum popam, *quamprimum alios artem ſuam docuiſſet.* At parum probabile videtur, Alexandro coquum vel popam petenti miſſuram Olympiadem fuiſſe hominem, quem ad ſe ocyus remiſſum vellet. Quare ſuſpicatus eram, καὶ ἐπίστειλον πρὸς ἐμὲ legendum, i. e. *& reſcribe ad me ocyus:* quam ſententiam etiam in Gallicâ verſione expreſſam video, quamquam de Graecâ ſcripturâ nihil ibi in Adnotationibus monetur. Poſſis vero etiam coniectare, ἢ ἀπόστειλον ſcripſiſſe Olympiadem: *aut* [id eſt, *ſin minus* tibi placet hic Pelignas,] *remitte eum ad me ocyus.* Et haec poſterior ratio veriſſima fortaſſe fuerit. Caeterum in hac de *coquis* diſputatione, quae hoc capite & proxime ſequente continetur, obſervandum eſt, *coqui* partes (τοῦ μαγείρου) apud Graecos fuiſſe, non modo *cibos in culinâ parare*, verum etiam *victimam caedere & diſſecare*, tum & in epulis quae ſacrificium ſequebantur, *carnes convivis adponendas diſſecare ac diſtribuere:* ut, quem illi μάγειρον dicebant, idem & βουθύτης eſſet, & ὀψοποιὸς ſive ὀψαρτυτὴς, & κρεωδαίτης.

AD CAP. LXXIX.

Ὅτι δὲ σεμνὸν ἦν ἡ μαγειρική. Recte ἦν ms. *A.* non καί. μαθεῖν ἐστιν ἐκ τῶν Ἀθήνηῃσι Κηρύκων. »Familia fuit »Athenis *Cerycum:* quos ait Diodorus Siculus [lib. I. cap. »29.] μετενηνέχθαι ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων ταστοφόρων. Erant »ſane & *paſtophori* Aegyptiorum, & Athenienſium *Cery»ces*, ſacrorum adminiſtri, popis & victimariis non diſſi»miles. Propterea ſcribit Athenaeus: Ὅτι σεμνὸν ἡ μα»γειρικὴ, μαθεῖν ἐστιν ἐκ τῶν Ἀθήνηῃσι κηρύκων. Inepte fa»cias, ſi vertas hic κήρυκες *praecones.*« CASAUBONUS. — *Cerycum* illorum mentio iam ſupra facta eſt VI. 234. f. ubi vide not. Genus ſuum illos & nomen a *Ceryce*, Mercurii filio, derivaſſe docent Pollux, VIII. 103. Pauſanias, in Atticis, lib. I. cap. 38. pag. 92. Scholiaſtes Homeri, ad Iliad. α'. 334. Heſychius, Harpocration, Suidas, & Euſtathius ad Iliad. α'. pag. 83. l. 9. Quo de genere ſingularem librum olim edidiſſe Theodorum quemdam Panagen, ex Etymologico M. pag. 429. l. 46. diſcimus.

Οἶδε γὰρ μαγείρων καὶ βουτύπων ἐπεῖχον τάξιν.

a Desunt ista Epitomae, ut multa alia huius capitis. Quae vero ex ms. *A.* adnotata est absurda scriptura βουτύρων, ea fortasse nihil aliud valebat, quam id ipsum quod editi libri habent βουτύπων. Error ex scripturâ unciali oriundus: in quâ litera Π saepe ita effingitur, ut dextrum crus nonnisi dimidiatum sit; unde prodit forma literae P fere similis. Quidquid sit, commode βουτύπων editum est: nec causa erat, cur βουθυτῶν mallent docti viri, BUDAEUS, apud *H. Steph.* in Thes. Tom. I. pag. 774. a. & BOURDELOT, ad Heliodor. pag. 67. Hesychius: Βουτύπος· ὁ βοῦν καταβάλλων. Vetus interpres Apollonii Rhodii, ad Argon. II. 91. Βουτύπος ἐστὶν ὁ τοὺς θυομένους βοῦς τῷ πελέκει τύπτων κατὰ τοῦ αὐχένος. Nec vero idcirco opus est, ut paulo post, ubi in βουθυτοῦντες cum editione Ven. & Bas. consentiunt veteres membranae, βουθυποῦντες corrigamus cum MEURSIO, Lectionib. Attic. lib. V. cap. 33. pag. 311.

Ὅμηρός τε &c. »*Homerus*, inquit Deipnosophista, τὸ »ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει. Id est: quod nos θύειν di»cimus, *victimam Deo mactare*, id Homero est ῥέζειν: vel »simpliciter absque ullâ adiectione; vel adiectâ voce ἱε»ρεῖον, aut aliâ simili: ut,

»— Φοίβῳ θ' ἱερὴν ἑκατόμβην
»ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν. — [Iliad. α'. 444.]

»Sic Latini, *cum faciam vitula.* Plutarchus, de iis loquens »qui Diis hostias primi mactarunt: [Sympos. lib. VIII. quaest. 8. Opp. T. II. pag. 729 extr.] »Ταραττόμενοι καὶ »δείματα νοντες, ἔρδειν ἐκάλουν καὶ ῥέζειν, ὥς τι μέγα δρῶν»τες τὸ θύειν ἔμψυχον. Athenaei verba non recte acci»piunt interpretes. Addit: τὸ δὲ θύειν, ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ »μεταδόρπια θυμιᾶν. Antiquissimi homines, cum sacrifi»cia cruenta ignorarent, hostiarum loco vel folia & glan»des, dum ipsi adhuc ἐβαλανηφάγουν, vel ψαιστὰ & *fra»gas fruges* Diis offerebant: atque hoc illi vocabant θύειν, »inquit Porphyrius περὶ Ἀποχῆς Ἐμψυχ. lib. II. [cap. 5. »seq.] Et observant critici, numquam apud Poëtam τὸ »θύειν *mactandi* significatione esse positum, sed τοῦ θυμιᾶν. »Sequitur: καὶ οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ὠνόμαζον. Id est: »δρᾶν *veteres usurpabant pro mactare & iugulare vi»ctimas, quod nos hodie* θύειν *dicimus.* Etiam Gramma»tici δρᾶν exponunt θύειν: & ita statim accipitur, ἔδρων »οἱ κήρυκες, id est, *sacrificabant ceryces.* At, verbum θύειν

» significare ἁπλῶς *agere*, quis docuit interpretes? « CASAUBONUS. — Quod adiicitur, ἔτι δ' οἰνοχοοῦντες, conf. supra, lib. X. cap. 26.

κήρυκας δ' αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ κρείττονος ὠνόμαζον. » Red- b
» dit rationem, cur sacrorum ministros κήρυκας appella-
» rint ἀπὸ τοῦ κηρύττειν, quod est, *aliquid proclamare. A*
» *praestantiore*, ait, *parte muneris* quod obibant, sic dicti. Ii-
» dem namque & hostias mactabant adolebantque; &,
» cum fiebant sacra, populum initio iubebant favere lin-
» guis, acclamantes, εὐφημεῖτε. σιγὴ πᾶς ἔστω λεώς. Per-
» actis vero solennibus religionis, populum dimittebant his
» verbis, λαῶν ἄφεσις: id est, *Extemplo!* vel, *Ite: missa*
» *est!* Haec *pars* est *ministerii cerycum*, quam vocat auctor
» *potiorem & praestantiorem.* « CASAUBONUS. — At, quae-
nam excogitari ratio possit, cur hanc potissimum mini-
sterii partem caeteris *praestantiorem* dixerit CLEIDEMUS,
cuius ista verba sunt? Immo vero: quo, quaeso, verbo,
quonam indicio, ille significavit, de hac parte ministerii
se id, quod hîc ait, intelligi velle? Aut ubi tandem ait,
τοὺς κήρυκας ἀπὸ τοῦ κηρύττειν esse appellatos? Denique,
quo pacto, si de eis *Cerycibus* (quod ipse Casaubonus mo-
nuerat) loquitur hic scriptor, quae erat antiqua familia
Athenis: quo pacto idem dicere potuerit, esse eos ἀπὸ τοῦ
κηρύττειν appellatos? Nobis quidem plane contrarium di-
cere videtur: nempe id ipsum quod de Athenien sibus il-
lis Κήρυξι uno ore omnes, quos supra citavimus, auc-
tores profitentur: scilicet, *non ἀπὸ τοῦ κηρύττειν adpellatos*
esse; sed a vetere illo Ceryce, qui Mercurii filius habebatur,
& genus & nomen suum repetiisse. Hic est ille κρείττων, a
quo nominatos *Ceryces* Cleidemus ait. Satis enim notum
est, Κρείττονας (scil. ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν) Grae-
cis dici *Naturas supra hominis naturam elatas, homine prae-*
stantiores; interdum quidem *Deos ipsos*, frequentius vero
heroas, Deorum filios.

» Quod sequitur, ἀναγέγραπταί τε οὐδαμοῦ μαγείρῳ
» μισθὸς, ἀλλὰ κήρυκι, qui de Homero putant accipien-
» dum, [quod in ipsâ versione posuerat Dalecampius: *Ita-*
que nulla usquam proditur apud Homerum coqui merces, sed
praeconis.] » multifariam errant. Non dubitamus nos, alior-
» sum esse haec referenda: puta, ad *leges sacrificiorum*,
» qualis illa *regia lex* fuit, cuius meminere Pollux, [III. 39.
» & VI. 35. coll. VIII. 90.] & Noster libro sexto. [p. 234. f.]

» Ea lege & similibus aliis definiti erant sumtus sacrorum, » & quantum cuique dari de publico deberet. Ait igitur » Athenaeus, [immo *Cleidemus*, apud Athenaeum] in nul» lo huiusmodi monumento vetustatis fieri mentionem μα» γείρων, sed semper κηρύκων. « CASAUB. — Ex veterum legum tabulis verba nonnulla, quibus *Cerycum* mentio fit, citaverat auctor noster, VI. 234. e. f. In *regia* autem *lege*, cuius Casaubonus meminit, *Cerycum* etiam mentionem fieri debuisse ex eo certe colligitur, quod de quatuor illis collegis, qui Archonti Regi adtributi erant, qui Ἐπιμεληταὶ μυστηρίων vocabantur, unum semper ex *Cerycum* genere creari oportuerat: quod Harpocration & ex eo Suidas docet, in voc. Ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων.

Quae ex *Homero* subiiciuntur, haud satis scio utrum & ipsa ex *Cleidemi Protogoniâ* ducta sint, an suo nomine ab Athenaeo adiecta: sed videntur utique ipsi Athenaeo haec deberi; cuius est etiam illa de *Censoribus apud Romanos* observatio. Priora illa, de *Agamemnone*, sunt ex Iliad. γ'. 292. Ista de *Thrasimede & Nestore* iam supra tetigerat Noster, I. 9. b. quae sunt ex Odyss. γ'. 442 sqq.

c παρὰ Ῥωμαίοις δὲ οἱ τιμηταὶ – – τὴν περιπόρφυρον ἐνδεκνυκότες &c. Περιπόρφυρος proprie est *praetexta*, nempe *toga candida purpurâ praetexta;* quod consulum & praetorum fuit insigne: *Censorum* vero, Polybii quidem aetate, insigne fuerat *toga* tota *purpurea*. Vide Polyb. VI. 53, 7. Pro τὰ ἱερὰ κατέβαλλον, quod apud Nostrum legebatur, recte τὰ ἱερεῖα dedere ambo nostri mssti. Sic etiam ex coniect. corrigendum censuerat CORAY, in Notis mssti.

d Quae mox de τῶν κηρύκων munere ex Homero subiiciuntur: ista, Ἕκτωρ δὲ &c. sunt ex Iliad. γ'. 116. tum, Αὐτὰρ ὁ Ταλθύβιον &c. habes ibidem, vs. 118. Denique illa, Ταλθύβιος δὲ &c. Iliad. γ'. 250.

AD CAP. LXXX.

Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος Κλείδημος &c. » Legeba» tur, Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος' Δῆμος. Emendavi» mus Κλείδημος: cuius scriptoris *Atthidem* & Athe» naeus & alii laudant saepe. « CASAUBONUS. — At non nude Δῆμος legebatur, sed καὶ δῆμος: quod manifeste ex Κλείδημος corruptum erat. Caeterum citatur etiam Δήμων, auctor Ἀτθίδος, III. 96. d. ubi vide notata. Sed CLEIDE-

mi Atthis (eiusdem, cuius *Protogenia* paulo ante laudata est) citatur a Nostro, lib. VI. pag. 235. a. in argumento simili ei, de quo hîc agitur.

In verbis quae hîc subiiciuntur, φῦλον ἀποφαίνει μαγείρων, ἐχόντων δημιουργικὰς τιμὰς, οἷς καὶ τὸ πλῆθος ἐνεργεῖν ἔργον ἦν, parum nobis perspicuum est quaenam sint quas δημιουργικὰς τιμὰς dixerit *Cleidemus*; prorsus vero obscurum, quid dixerit τὸ πλῆθος ἐνεργεῖν. Quae quum in versione sic reddidisset Dalecampius: *fuisse tribum coquorum, qui ob artem suam in honore essent, illosque hoc curasse, ut plebs rite sacrificaret:* vellem Casaubonus, si haec probavit, istum usum verbi ἐνεργεῖν aliorum auctorum exemplis firmasset; sin minus probavit, meliora nos docuisset; neque haec, quasi nulla animadversione indigentia, sicco pede transiisset. Equidem de scripturae probitate etiam atque etiam dubitans, cum nulla probabilis nec interpretandi, nec emendandi ratio occurreret, Dalecampii versionem adposui, cuius fides sit penes auctorem. Gallico interpreti sic reddere placuit: *une tribu de cuisiniers, qui présidoient aux pompes publiques, & que le peuple devoit seconder dans leur fonction.* Quam in sententiam, ut alia omittam, ὑπουργεῖν in Graeco exemplo, non ἐνεργεῖν, scriptum oportuerat: *pomparum* vero *publicarum* nullum prorsus vestigium in Graecis verbis comparet. Vocabulum δημιουργὸς de *coquorum* vel *coquarum certo genere* usurpatum apud Graecos supra vidimus, lib. IV. p. 170. e. & 172. a. b. c. sed, quid inde lucis accedere huic loco possit, non admodum video.

Ἀθηνίων ἐν Σαμόθραιξιν, ὥς φησιν Ἰόβας. *Athenion* ille Comicus poëta, cum fabulâ, cui *Somothraces* titulus, absque hoc Athenaei nostri loco incognitus nobis erat futurus. Nominatur ille quidem etiam ab Apollonii Rhodii Scholiaste, ad I. 917. ubi de rebus Samothraciae agitur: sed absque hoc Deipnosophistae testimonio nemo ne hariolari quidem poterat, comicum poëtam fuisse Athenionem eum, quem doctus ille interpres dixit. Ipsam autem fabulam *Samothraces*, e qua eclogam satis longam adponit Athenaeus, non fuisse conspectam Deipnosophistae, ipse profitetur, diserte declarans, se Iubae hanc eclogam debere. Quum autem titulum operis non nominet, in quo istam eclogam adposuisset *Iuba;* suspicor respici opus alibi a Nostro nominatum, scilicet, τὴν Θεατρικὴν ἱστορίαν,

cuius liber quartus supra citatus est, IV. 175. d. & e. Epitomae auctor, & doctus vir alioqui, & intelligens, sed in notandis auctorum nominibus parum diligens, subiectam eclogam ipsi *Iubae*, tamquam auctori, adscribit. Ἰόβας δὲ, inquit, μάγειρον εἰσάγει φυσιολογοῦντα.

In ista igitur ANTHENIONIS ῥήσει loquitur *coquus* cum *servo*, cuius hero ille operam suam locaverat. Nos Personarum partes suis notis distinximus, quemadmodum partim *Dalecampius* in versione praeivit, partim GROTIUS in Excerptis, pag. 891 & sqq. Eiusdem *Grotii versionem Latinam* Graecis versibus subiecimus.

f *Versu* 12. Quod vulgo legebatur,

ἴσως δ' ἦν τὸ κρέας ἥδιον ἀνθρώπου κρεῶν,

id vetus erat erratum, quod cum editis ambo nostri mssti tenent. Ubi cum & metri ratio & orationis structura aliud quidpiam desideraret, monuit CASAUBONUS: »Scribe hoc »modo:

»ὡς ἦν δὲ τὸ κρέας ἥδιον ἀνθρώπου κρεῶν.

»*Cum visa esset occisae victimae caro suavior humanâ.* Sic sta»tim, ὡς δ' ἅπαξ τῆς ἡδονῆς &c.« — Videtur doctus Animadversor, recte ὡς pro ἴσως corrigens, penultimam vocis ἥδιον brevem statuisse, eâque causa pro ὡς δ' ἦν, ὡς ἦν δὲ scripsisse, contra quod metrica ratio iubebat. Nos primum, cum GROTIO, ὡς δ' ἦν, scripsimus: tum vero etiam cum PORSONO (in Append. ad Toup. p. 474.) in fine praecedentis versus κρέας, pro vulgato κρέα, posuimus. Ex κρέας ὡς, κρέα ἴσως fecerant librarii.

Versu 13. ante αὐτοὺς μὲν οὐκ ἐμασῶντο, in ms. *Ep.* εἶτ' scribitur, quod εἶτα valet: quâ particulâ succurrere Breviator voluerat laboranti orationis structurae, quum versu praeced. pro ὡς perperam ισως scriptum esset. Super voce εἶτ' vero inter lineas posita litera θ indicat, αὐτοὺς hîc idem ac ἑαυτοὺς valere, potuisseque etiam αὐτοὺς scribi.

a ἐπὶ πλεῖον ηὔξον. Commode editum erat ἐπὶ πλεῖστον. Sed nihil opus fuerat a msstis discedere, qui ἐπὶ πλεῖον vel ἐπιπλεῖον hîc dabant, sicut dein vs. 26. Temere autem olim τιν invectum erat, e quo τινὲς fecit Epitomator. Dein ηὔξον (in praet. imperf.) recte ambo mssti.

Vers. 18 *sq.* Cum post ὀπτῶσι, non post φλογὶ, incisa esset oratio, monuit CASAUBONUS: »Scribe mutatâ dis»tinctione:

»τὰ σπλάγχνα τοῖς θεοῖσιν ὀπτῶσι φλογὶ,

» ἅλας οὐ προσάγοντες. — a
» De *ſale* quod ait *Athenio*, verum eſt. Lege omnes ſacri-
» ficiorum deſcriptiones apud antiquiſſimos poëtas: nulla
» usquam *ſalis* mentio. Praeterea ſcribit Plutarchus in octa-
» vo Sympoſiacorum: [Quaeſt. VIII.] Ἰχθύων δὲ καὶ τοὺς
» ἱερεῖς ἱσμεν ἔτι νῦν ἀπεχομένους. ἁγνεύοντες δὲ καὶ τὸν
» ἅλα φεύγουσιν, ὡς μήτε ὄψον προσφέρεσθαι μηδὲν ἅλεσι
» θαλαττίοις μεμιγμένον. « — De *Aegyptiis* ſacerdotibus
iſtud tradit Plutarchus: qui eadem etiam libro VI. Sym-
poſ. cap. 10. dixerat. Iam, quemadmodum apud *Hebraeos*,
(ex lege divinâ Levit. II. 13.) ſic & apud *Romanos*, novi-
mus, *nulla ſacra confecta eſſe ſine molâ ſalſâ*, ut Plinius
ait, lib. XXXI. cap. VII. ſect. 41. At hîc de *Graecorum* agi-
tur inſtitutis: apud quos, quas οὐλὰς & οὐλοχύτας Ho-
merus nominat, video quidem *molas ſalſas* vulgo intelligi;
atque ita exponi etiam in brevibus Scholiis ad Iliad. α'.
449. tum ab Ariſtophanis interprete ad Equit. 1164. & ab
Euſtathio ad eumdem verſum, p. 100. l. 18. Caeterum ve-
rum eſt, quod ait Caſaubonus, apud ipſum Homerum,
itemque apud alios Graecos poëtas, in ſacrificiorum de-
ſcriptione nullam *ſalis* fieri mentionem: ac ſane in voca-
bulis οὐλαὶ, ὀλαὶ, οὐλυχύται, nihil ineſt quod *ſalem* ſigni-
ficet, aut ad *ſalem* ſpectet: & aliis Grammaticis (Heſy-
chio, in Ὀλαὶ, Οὐλαὶ, & Οὐλοχύται; Suidae, in Οὐλοθυ-
τεῖν; Apollonio, in Lexic. Homer. voce Οὐλοθύτας) vo-
cabula illa, quae dixi, nihil aliud ſignificant niſi ipſum *hor-
deum*, ſive crudum, ſive frixum. Quare videndum ne hi,
qui οὐλὰς, *molam ſalſam* interpretantur, Romanorum &
Hebraeorum inſtituta ad Graecos, aut ſequioris aetatis Grae-
corum morem (ſi modo umquam ab his receptum eſt id
inſtitutum) ad priſca tempora temere transtulerint. Cau-
tior Dionyſius Halicarnaſſeus, (Antiq. lib. VII. cap. 72.
pag. 1495 ſq. ed. Reisk.) *Romanorum* in ſacris faciundis mo-
rem cum *Graecorum* & *Homericis* praeſertim inſtitutis con-
ferens, ubi de *molâ* loquitur, nullo vocabulo uſus eſt quo
ſalſam fuiſſe molam ſignificetur; ſed conſulto, ut videtur,
nude Δήμητρος καρπὸς & ἄλφιτα ζέας nominavit; bene
gnarus quippe, *ſalis* apud Homerum nullam fieri mentio-
nem. Iam, quoniam in hoc ſumus, moneamus obiter, iſtud
quidem, quod de *Aegyptiorum* ſacerdotum a ſale abſtinen-
tiâ Plutarchus tradit, non ad omne genus ſalis, ſed ſolum-
modo ad *marinum ſalem* pertinere: quod & ipſe alterutro ex

a duobus locis citatis (Sympoſ. VIII. 8.) ſignificat; & diſerte Arrianus lib. III. De Exped. Alex. (cap. 4. p. 108. ed. Gronov.) teſtatur, *foſſili ſale* Aegyptios & Lybicos ſacerdotes uti ſolitos in ſacrificiis.

Verſ. 21 *ſqq.* ὡς δ' ἥρεσ' αὐτοῖς ὕστερον, καὶ τοὺς ἄλας
προσάγουσιν ἤδη, τῶν ἱερῶν γεγραμμένων
τὰ πάτρια διατηροῦντες. —

In ed. Ven. verſu 22. nulla ponitur diſtinctio: in ed. Baſ. & Caſ. non poſt ἤδη, ſed poſt γεγραμμένων comma ponitur. Ex ms. *A.* nil adnotatum. In ms. *Epit.* ſic ſcribitur diſtinguiturque: ὡς δ' ἥρεσεν αὐτοῖς, ὕστερον καὶ τοὺς ἄλας προσάγουσιν. omiſſis reliquis: nam ſtatim ſic pergit: καὶ ἐπάγει· (id eſt, *& deinde haec ſubiicit auctor*, nempe verſ. 27.) καινός ἐστιν οὗτοσὶ Παλαίφατος. Verba ſupra ſcripta Caſaubonus in Animadverſ. ſilentio praeteriit. Dalecampius latine ſic reddiderat:

Ut autem poſtea ſcitamentum id placuit,
ſalem adiecerunt, praeſcriptâ iam ſacrorum lege,
patrium morem obſervantes.

Qua ex verſione haud adparet, quam in partem *praeſcriptam ſacrorum legem* acceperit interpres, aut quo pacto *obſervatum patrium morem* intellexerit. Gallicus interpres, quaſi Latina potius Dalecampii, quam Graeca poëtae expoſiturus, ita ſcripſit: *Mais le ſel ayant plu par la ſuite, on en a introduit l'uſage dans les aſſaiſonnemens. On écrivit les regles qu'il falloit obſerver dans les ſacrifices, en ſe conformant aux uſages de chaque pays.* GROTIUS γεγραμμένων in γεγραμμένα mutavit, ad τὰ πάτρια referens; commode id quidem, ſed praeter neceſſitatem, ut nobis videbatur: poterat enim intelligi διατηροῦντες τὰ πάτρια τῶν ἱερῶν γεγραμμένων, *patrios ritus praeſcriptorum* (ſive, *veteri lege inſtitutorum*) *ſacrificiorum tenentes.* Sed illud prorſus mire ab eodem *Grotio* factum, quod, poſitâ poſt ἱερῶν diſtinctione, tamquam iuncta poſuit iſta,

— καὶ τοὺς ἄλας
προσάγουσιν ἤδη τῶν ἱερῶν. —

Quod aut imprudenti excidiſſe aut operarum errore commiſſum arbitrarer; niſi conſulto factum Latina verſio oſtenderet, quae ſic habet:

— *& iam nunc ſalem*
ſacris non paucis admoveri cernimus.

At id Graece non προσάγουσι τῶν ἱερῶν ſonabat, ſed προσά-

γουσι τοῖς ἱεροῖς, quod libri non agnoſcunt. τῶν ἱερῶν a cum editis diſerte tuetur cod. *A.* ad ſequentia referendum. Neque aliud in ſuo codice repererat auctor Epitomae, qui in verbo προσάγουσιν concludens orationem, verba iſta τοὺς ἅλας προσάγουσιν non ad *ſacrificiorum uſum* retulit, ſed ad *cibos, quibus coqui, ex quo ſalis uſus repertus eſt, ſalem deinde conſtanter adhibere coeperunt.* De ſacrificiis autem perſpicue poëta hic dicere videtur, licet *in cibos* adhibitus a coquis *ſal* fuerit, tamen in *ſacris ſervatum eſſe priſcum ritum*, ſcilicet ut *ſacrificiis ſal non adhiberetur*; plane contra quod a doctis viris perhiberi ſolet. In praeſcriptis verbis ſi quid mutandum, pro ὡς δ' ἤρεσ' (*vs.* 21.) fortaſſe ὡς δ' ἤρεσαν malles, ſcil. οἱ ἅλες: at ne ea quidem magnopere neceſſaria novatio, cum e verſu proxime praecedente intelligi poſſit ὡς δ' ἤρεσεν ἡ χρῆσις τῶν ἁλῶν, *quum placuiſſet ſalis uſus.*

Pergit *verſu* 23 & ſeqq. — ἅπερ ἡμῖν μόνα
ἅπασιν ἀρχὴ γέγονε τῆς σωτηρίας,
τὸ προσφιλοτεχνεῖν, διά τε τῶν ἡδυσμάτων
ἐπὶ πλεῖον αὔξειν τὴν μαγειρικὴν τέχνην.

Quae verba quum a ſuperioribus, τὰ πάτρια διατηροῦντες, nudo *commate* eſſent diſtincta, inde obſcurata fuit orationis conſecutio; quae nunc ſatis plana videri omnibus debet, poſtquam *ante* ἅπερ ἡμῖν *maiorem diſtinctionem*, ut conſentaneum erat, interpoſuimus. *Quae res*, inquit, *una nobis omnibus* (coquis) *initium fuit ſalutis.* Nempe haec *res*, quam dicit, eſt id ipſum quod modo dixerat, quod *ſalem cibis adhibere coeperint; & omnino quod novis ſemper experimentis* (conf. vs. 14–16.) *perficere artem ſtuduiſſent.* Et, ne obſcurum eſſet, haec ab illo nunc dici eſſe ea ἅπερ ἡμῖν μόνα ἅπασιν ἀρχὴ γέγονε τῆς σωτηρίας, continuo ipſe declarat quid ſit quod dicat, *nempe* τὸ προσφιλοτεχνεῖν *&c.* Itaque in *Latinâ verſione*, cum maiore huius eclogae parte *Grotii* verbis uſi ſimus, inde a *verſu* 21. praeclariſſimum alioquin ducem deſerere, & ſcitos illius verſus immutare nonnihil, minus utique benignis Muſis, fuimus coacti. GROTII verſus hi erant:

Sed & hoc poſt illa placuit: & iam nunc ſalem
ſacris non paucis admoveri cernimus
praeſcripto ritus patrii, quod unicum
nobis ſalutis exſtitit primordium,
ut ſtudio accenſo ſimul ars conſummatior

fieret coquendi, multis ſuavitatibus.

b *Verſ.* 27. Καινὸς γάρ ἐστιν οὗτοσὶ Παλαίφατος.
» Omnino καινὸς legendum; non κοινὸς, ut placet Dale-
» campio; qui etiam παλαίφατος vertit *fama publica*, qua-
» ſi eſſet παλαιὰ φάτις. Tam aliena vero ſententia ne re-
» futari quidem meretur. Euſtathius [ad Odyſſ. τ'. pag.
» 688. l. 14.] poſtquam de *Palaephato* nobili mythographo
» locutus eſſet, addit: Παλαιφάτου δὲ μέμνηται καὶ Ἀθή-
» ναιος, ἔνθα μαγείρου σοφιζομένου, καὶ τὴν οἰκείαν τέχ-
» νην ἀποσεμνύνοντος, ἔφη τὸ, καινὸς οὗτοσὶ Παλαίφατος. ὃ
» δὴ καὶ παροιμιάζεται εἰς τοὺς πιθανολογοῦντας τὰ μὴ οἷά
» τε προσοχὴν ἔχειν. *Palaephatus*, antiquiſſimus auctor,
» de fabulis veterum ita docte & accurate ſcripſerat, ut
» locum proverbio fecerit, quod hîc uſurpatur. Nam, ut
» de eximiae fortitudinis viro dicebant ἄλλος οὗτος Ἡρα-
» κλῆς: ſic de eo qui mendacia fingere probe noſſet, ac
» rebus incredibilibus πιθανολογίαν περιάπτειν, dicebatur,
» καινὸς οὗτος Παλαίφατος. Eſt vero obſervandum, in Athe-
» nionis ῥήσει pronuntiari hunc verſum non a coquo, ſed
» ab eo quicum loquebatur coquus. Eiusdem perſonae eſt
» hic quoque verſus paullo poſt, Ἄνθρωπε χαῖρε περιπόδεε
» τῷ δεσπότῃ, de quo mox dicemus. « CASAUBONUS. —
In καινὸς & Παλαίφατος cum editis recte conſentiunt am-
bo codices mssti. De lepido errore, qui in iſto verſu a
doctis nonnullis viris commiſſus eſt, vide FABRICII Bi-
blioth. Graec. T. I. pag. 139. In eodem verſu finem to-
tius huius eclogae fecit Breviator, monſtris puto deterri-
tus quae proximos verſus obſederunt.

Verſ. 28. γαστρίον τις ὠνθυλευμένον. De vocab. γαστρίον
conf. VII. 286. d. & XIV. 654. b. De verbo ὀνθυλεύειν, vi-
de notata ad I. 4. b.

Verſus 30. & 31. in editis ſic ſcribuntur:

ἀκριβῶς ἐρίφιον ἐντακερὸν ἔμπνικτον διέλαβεν
περικομματίῳ δι' ἐπίγυρας ὑποκρούσας.

Et poſt περικομματίῳ haec nota † adiecta in ed. Caſ. Ad
quem locum ſpectat CASAUBONI Animadverſio haec: » Tri-
» geſimus verſus eſt hypermeter: ſequens foede corru-
» ptus. Auxilium a libris cenſeo exſpectemus. Hoc ſolum
» tuto videmur poſſe tentare,

» — διέλαβε
» περικομματίοισιν ἐπιῤῥάνας. μετέπειτα δὲ
» ἰχθῦν παρεισεκύκλησεν &c.

»Arte coquorum ita interdum cibi dissimulantur condi- b
»turâ, ut, cum eos edas, nihil minus putes esse quam
»quod edis re vera. Exemplo sit ille qui de rapis fecit apuas,
»ut dictum libro primo. [cap. 13. huius edit.] Eo respi-
»citur *versu* 32. cum ait comicus ἐπεισκυκλῆσαι τὸ οὐχ
»ὁρώμενον λάχανον. Inferunt enim coqui in convivia *olus*,
»non quale solitum versari in hominum adhuc ποπφαγούν-
»των mensis; sed arte paratum sic, ut olus non videatur
»olus.« — DALECAMPIUS latine sic reddiderat:

Vel hoedum sub testu coctum, rigatum, eliquatum probe,
ac tenerum,
vel humido minutali occultum
piscem advexit, aut nondum visum,
rarum, pretiosumque salsamentum: aut olus, alicam, mel.

Adiectaeque in orâ DALECAMPII hae Notae: »πνικτόν: *sub*
»*clibano*, ἐν τῷ πνίγει.« — Et: »Περικόμματι. Sic Grae-
»ci vocant *minutal*, edulium paratum ex concisis herbis
»& carnibus: hîc *minutim sectas herbas* intelligo.« — GRO-
TIUS Graeca ex ingenio sic refingens, ut sub contextu no-
stro indicatum est, versione autem eâ utens, quam uncis
inclusam reliquae versioni insertam dedimus, in *Notis* ad
hunc locum haec monuit: »Sensui & versui studuimus
»consulere. Notandum autem ambiguum in voce περι-
»κομμάτιον: id enim modo *minutal* significat, modo *can-*
»*ticum comicum*. Ideo alter id audiens, quasi de cantico
»ageretur, subiicit, ὑποκρούσας γίγρας; Γίγγραι, γίγραι,
»γίγγροι, genus est *tibiae*.« — Gallicus interpres *trigesi-*
mum versum, quasi nihil difficultatis in Graecis inesset, sic
convertit: *On hasarda de présenter un chevreau cuit avec art*
entre deux plats, & qui fondit sous la dent. Tum in sequen-
tibus ita se legere ait:

Περικομμάτια δ' ἐπικερὰς ὑπέκρουσεν
ἰχθῦν, παρεισεκύκλησέ τ' οὐδ' ὁρώμενον
λάχανον. —

Quae sic interpretatus est: »*Mêlant bien ensuite du hachis,*
»*il contrefit un poisson en roulant avec des herbages qui ne fu-*
»*rent pas aperçus.*« Adiectâ Notâ: »*Il s'agissoit de contre-*
»*faire une aphye* (*anchoie*) *avec une rave.*« — Deinde in
versione sic pergit: »(*Ensuite on introduisit dans les mets*)
»*les salines précieuses, le gruau, le miel: de sorte que, pour*
»*jouir des plaisirs dont je parle, on s'abstint de tuer un homme,*
»*& d'en manger le cadavre.*« — Ego *vers.* 30 & 31. quum nec

quaenam vis esset editae scripturae, nec quid valeret id quod in eâ membranae nostrae mutant, ullâ coniecturâ adsequi possem, neque vero in Interpretum ratione certi quidquam viderem, satis habui librorum adnotasse scripturam, loco male adfecto certiorem posthac medicinam a felicioribus ingeniis exspectans. Illud obiter moneo, voci ἀκριβῶς, ob penultimam constanter productam, ibi non esse locum, ubi a Grotio posita est. Ad *vers.* 33. ubi
c memoratur τάριχος πολυτελὲς, monuit TOUPIUS, falsamentum aliud εὐτελὲς, aliud πολυτελὲς habitum fuisse: quem vide in Emend. in Suid. Part. III. ad voc. τάριχος, p. m. 463 sq.

» *Versum* 34. *& sequentes* sic accipe: *Posteaquam propter* » *dictas voluptates plurimum quisque ab eo afuit, ut hominem* » *occidere atque esse vellent: tunc omnes cum primis auctoribus* » *vitae huius volebant vitam degere; tunc coepêre homines in unum* » *congregari, urbes condi: atque id beneficium mortalibus im-* » *putat ars parandi cibos.* Haec mens eorum quae dicit co- » quus ad *versum* 39. usque. « CASAUBONUS.

Versu 37. Levis menda fuit corrigenda cum GROTIO. Nam, cum ἐγένοντό θ' αἱ vulgo scriberetur, metrica ratio delendam particulam copulativam clamabat, quam ipse etiam loquentis impetus aegre ibi patiebatur.

Vers. 39. » Interfatur alter, & ait:

» Ἄνθρωπε χαῖρε, περιπόδει τῷ δεσπότῃ.

» Hic quum audiisset coquum magnifica de se & arte suâ » praedicantem, ipsum salutat ceu magnum aliquem vi- » rum; &, ut servile iugum excutiat, suumque herum » iubeat μακρὰν κλαίειν, hortatur: quasi diceret, rem esse » indignam, si adeo peritus homo tam nobilis artis, ser- » vitutem serviat. Existimamus hanc esse sententiam illius » versus: sed περιποδεῖν nullius pretii verbum ferri hîc » non debet. Scribo, περισπόδει τὸν δεσπότην. Obscoenum » verbum est σποδεῖν apud comicos: sed quod hoc loco » nihil nisi contemtum significat: est enim extrema contu- » melia quae homini libero fieri potest, cogere aliquem » pati muliebria. Sic apud Catullum & alios Latinorum » eiusdem significationis verba capi non negabunt eruditi. « CASAUBONUS. — Aliâ ratione initâ GROTIUS praescriptum versum sic corrigebat:

B. Ἄνθρωπε χαῖρε, περιττὸς εἶ τῷ δεσπότῃ.

Id est, ex ipsius interpretatione:

B. *Vale: nam nimius tu meo fores hero.* c
Tum IDEM in Notâ: »*Ferre te herus non poſſet.* Caſaubo-»nus aliter, quem vide.« — Quo loco, in re quidem per ſe exiguâ, cum quid duobus maximis viris uſu venerit viderem, ſubiit humanorum ingeniorum lubricam ſortem demirari. Poſtquam coeperat Caſaubonus & lectionem & ſententiam huius loci, quae in promtu erat, longius anquirere; illius interpretationem merito quidem deſeruit Grotius, ſed, cum ipſe pariter id, quod ante pedes erat, alibi quaereret, non potuerat non perinde atque ille conatu excidere. Enimvero, quod inprimis hoc loco mirum accidit, illud eſt, quod in iſtâ apud Athenaeum ſcripturâ, περιπόδει τῷ δεσπότῃ, pervulgatam eam dicendi formulam non agnoverit Caſaubonus, quae ab ipſo olim in Notis ad Theophraſti caput περὶ Ἀγροικίας (pag. 138 ſq.) recte obſervata & copioſe illuſtrata erat. Quid multa? Bene habebat vulgata huius loci ſcriptura: modo *poſt* πόδ' *apoſtrophum* poneres, qui etiam in noſtro cod. *A.* recte ſignatus eſt. περὶ πόδ' (ſive unâ voce malles, περίποδ') εἰ τῷ δεσπότῃ, ſonat, *mire tu convenis hero meo:* in quo cur non adquieſcerent viri docti, nulla profecto cauſſa erat. Qui haec loquitur, (perſona *B.*) *ſervus* eſt eius heri, cui operam ſuam ad parandum convivium in illum diem locaverat *coquus* ille glorioſus, non ſervus, ſed liberae conditionis homo, quamvis ex mercenariâ operâ victum quaerens. De dictione περὶ πόδα conſuli cum alii poſſunt, tum Heſychius eiusque interpretes, item Pollux II. 196. & VII. 84. Suidam modo audiamus, teſtimonium etiam Platonis comici adhibentem: Περὶ πόδα· οἷον, ἁρμόττον σφόδρα, ὡς τὰ ὑποδήματα τοῖς ποσί. Πλάτων·

Ὡς ἐστί μοι τὸ χρῆμα τοῦτο περὶ πόδα!

Sed, quod modo dicebam, eamdem formulam ſatis ipſe Caſaubonus l. c. illuſtraverat.

Verſ. 44. Ὑπὲρ εὐσεβείας οὖν ἄφες παῦσαι λέγων. d
Cum otioſa videri poſſit tautologia, ἄφες, & παῦσαι λέγων: probabilis utique CORAYI coniectura eſt, ἀφῆς fortaſſe pro ἄφες ſcriptum oportuiſſe: caeterum ne hoc quidem praeciſe damnatum idem vir doctus voluit. Ad rem quod ſpectat, gloriantem coquum haud invitus audierat hîc ſervus, qui videtur penui fuiſſe praefectus. Nunc vero, cum de pietate coquorum in Deos ille loqui-

d tur, & de Deorum favore quem illi sua pietate commeruissent; qui probe cognitam haberet horum hominum nequitiam atque furta, ridens ait: *De pietate quidem quae gloriaris coquorum, mitte dicere.* Deinde vero quod respondens ille inducitur, Ἥμαρτον: quonam tandem id spectare dicemus? An retractare corrigereque velle coquum existimabimus ea quae dixit, & *peccasse se* profiteri. Non puto: persuasumque habeo, minime aptum huic loco illud verbum ἥμαρτον esse. Quin potius consentaneum erat, denuo confirmaturum fuisse hominem id ipsum quod dixisset. Quare sic corrigendum arbitror: Ἦ γάρ; μὰ τόν. *Nonne ita est, per Iovem? Tu hoc ita esse dubitas?* Nota Atticorum formula, Platoni philosopho praesertim familiaris, ἦ γάρ; pro οὐχ οὕτως; Possis etiam absque interrogatione accipere ἦ γὰρ, *ita profecto est.* Tum μὰ τόν: iurandi formula in familiari sermone recepta, omisso Dei nomine; ut apud Aristoph. Ran. 1374. Quae quum parum nota essent imperitis librariis, ex ἦ γὰρ, μὰ τὸν, fecerunt ἥμαρτον. GROTIUS, vulgatam scripturam tenens, verba ὑπὲρ εὐσεβείας οὖν coquo etiamnum adtribuit; & servi partes, coquum plura locuturum interpellantis, in medio versu 44. signavit, hoc modo:

ὑπὲρ εὐσεβείας οὖν. B. Ἄφες· παῦσαι λέγων.
A. Ἥμαρτον. B. Ἀλλὰ δεῦρό μοι συνέσθιε.

Quae sic convertit:

Pietatis igitur caussâ. B. *Plus satis est: tace.*
A. *Peccavi.* B. *Hic igitur mecum tu cibum cape.*

In fine *versus* 45. quum, contra quam metrica ferret ratio, συνέσθιέ μοι vulgo scriberetur, monuerat CASAUBONUS, transpositis verbis ἀλλὰ δεῦρό μοι συνέσθ-ε scribendum; quemadmodum Grotius dein edidit.

Postremo versui, prouti vulgo scribitur,

τὰ τ' ἔνδον εὐπρεπῆ ποίει λαβών:

pes unus deest; quem commode GROTIUS supplevit, ita scribens:

ἔπειτα τἄνδον εὐτρεπῆ ποίει λαβών.

A quo simul εὐπρεπῆ, quod libri dabant, in εὐτρεπῆ mutatum vides: quod ipsum etiam HEMSTERHUSIO visum erat, ad Luciani Dialog. Marin. X. c. 2. & a CORAYO in Notis msstis monitum est. Quorum virorum iudicium & hîc, & deinde lib. XV. p. 685. d. sequendum putavi. Conf. VI. 238. b. Quod editum erat ποίει, stare id poterat,

ſive quartam, ſive quintam ſenarii ſedem occuparet: ſed cum πόει daret vetus codex, recipiendum id exiſtimavi. Vide ad X. 443. f. ad XI. 472. a. & ad XIV. 649. b.

AD CAP. LXXXI.

Pro eo quod vulgo legitur, ὅτι ἡ μαγειρικὴ τέχνη ἐπιτήδευμα καὶ ἐλευθέρων, malles utique ὅτι ἡ μαγειρικὴ (ſcil. ἐστὶ) τέχνη καὶ ἐπιτήδευμα ἐλευθέρων.

πολίτης γάρ τις οὐκ ἀπινής. Vim huius vocabuli ἀπινὴς illuſtravit SALMASIUS, in Notis ad Tertullian. de Pallio, pag. 275. Scilicet: ut ἐμπινὴς & εὐπινὴς Graecis dicitur homo *unctus, venuſtus*, & *politus*; ſic ἀπινὴς, *inunctus, rudis, indoctus, impolitus*. Conf. Erneſti Indicem Graecitatis Ciceronianae, voce Εὐπινής. Aliud compoſitum, κακοπινὴς, habes apud Noſtrum, XIII. 565. e.

οὐχ ἁρμόττειν φασὶ τὴν μαγειρικὴν ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τυ- e
χοῦσι τῶν ἐλευθέρων. Ab huius loci ſententiâ prorſus in contrariam aberravit Gallicus interpres, ſic vertens: *ils diſent que cet art ne convient même à aucune perſonne de condition libre.* Quam interpretationem cum intelligeret parum congruere auctoris conſilio, in Notis ait videri in Graeco ſcriptum oportuiſſe οὐκ ἀναρμόττειν. Satis commode vero auctoris ſententiam DALECAMPIUS expreſſerat: *ingenuum quemvis ad illam artem diſcendam idoneum eſſe negant:* adiectâ notâ: »*ſed eum tantum qui excellat ingenio.*« Recte: nempe vis orationis in illis verbis οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι ineſt: quorum verborum vim auget praefixa particula ἀλλὰ, *immo vero, quin immo.*

CRATINI iunioris quae ſubiicitur ecloga ex fabulâ *Gigantibus*, ab his verbis incipit, Ἐνθύμει δὲ τῆς γῆς ὡς γλυκὺ ὄζει. Id eſt, *Animadverte vero, quam ſuavem odorem ſpiret haec terra!* Proprie: *odor ex hac terra quam ſuave* (i. e. *quam ſuaviter*) *ſpiret.* Nam ad verbum ὄζει, ubi (quemadmodum hoc loco) impersonale eſſe videtur, proprie ſubintelligitur nominativus ὀσμή: ad genitivum caſum vero, qui cum illo verbo iungitur, ſubintelligitur ἀπὸ vel ἐκ praepoſitio. Praepoſitionem ἐκ ad genitivum adiectam habes in Pherecratis verbis apud Noſtrum, XIV. 648. c. Locutionem ita completam, ut nihil prorſus deſideretur, habes in Hermippi verſu apud eumdem Noſtrum, I. 29. e. οὗ καὶ ἀπὸ στόματος - - ὄζει ἴων - - ὀσμὴ θεσπεσία. Potuerat eam-

e dem in ſententiam brevius dici, οὗ καὶ στόματος ὄζει ἰὼν: quemadmodum in Ariſtophanis Veſpis 1054. (1058. ed. Br.) ὑμῖν τῶν ἱματίων ὀζήσει δεξιότητος, pro ἀπὸ (vel ἐκ) τῶν ἱματίων ὀζήσει ὀσμὴ δεξιότητος: & in Pace, vs. 527. (529. ed. Br.) τοῦ μὲν (pro ἀπὸ vel ἐκ τοῦ μὲν) ὄζει (ſcil. ὀσμὴ) κρομμυοξυρεγμίας. Haec eſt *conſtructio verbi ὄζει impersonaliter poſiti cum duobus genitivis*, quam Brunckius dixit in Notâ ad Comici Plut. 1020. Quae conſtructio perinde locum habet, cum eſt verbum *perſonale*, i. e. cum nominatur perſona vel res odorem ſpirans; hoc diſcrimine, quod, ubi verbum *perſonale* eſt, ad alterum ex genitivis ſubintelligatur *accuſativus* caſus ὀσμήν. Verbi cauſſâ in Ariſtophanis Conc. 520. (524. ed. Br.) τῆς κεφαλῆς ὄζω μύρου, i. e. ἐγὼ ὄζω ὀσμὴν μύρου. Iam vero, ſive perſonale fuerit verbum, ſive impersonale, perinde pro eo *genitivo*, qui a ſubintellecto nomine ὀσμὴ vel ὀσμὴν pendet, locum etiam habere poteſt *adverbium*, vel (quod praeferunt Attici praeſertim) *adiectivum neutrius generis adverbialiter poſitum*. Sic, verbi cauſſâ, in Comici Acharn. 852. ed. Br. ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν: & in Plut. 1020. ὄζων ἥδ' ὑπὸ τῆς χρόας. Sic in Pherecratis verſu apud Noſtrum, IV. 179. f.

ἢν γὰρ τράγῃ τις, τοῦ στόματος ὄζει κακόν.

Parique modo in *Cratini* verbis, in quibus verſamur, ὡς ὄζει γλυκὺ τῆς γῆς, ubi impersonaliter poſitum eſt verbum. Quae ita enucleate exponere libuit, quo intelligeretur, nullam ſatis idoneam fuiſſe cauſſam, cur in Ariſtophanis loco, (in Pluto, vs. 1020.) qui huic noſtro ſimillimus eſt, conſtantem librorum omnium ſcripturam, eamdemque a Suida non modo confirmatam, ſed & diſerte expoſitam, immutaverit doctiſſimus *Brunckius* noſter, nimium tribuens *Hemſterhuſii* auctoritati, qui contra vulgatam illius loci ſcripturam dubitationem aliquam, ſed modeſte, ut conſueverat vir ſummus, & timidiuscule, moverat. Quod ibi vulgo in manuſcriptis omnibus codicibus, ſicut in cunctis ante Brunckium editionibus, legitur,

ὄζειν τε τῆς χρόας ἔφασκεν ἥδύ μου:

in eis verbis non modo *intricatam admodum*, ſed *vix ullam* ineſſe *conſtructionem* Brunckius iudicaverat; cum ex his, quae disputavimus, intelligatur, planiſſimam eſſe orationis ſtructuram hanc, ἔφασκεν τῆς χρόας μου (nempe τὴν ὀσμὴν) ὄζειν ἥδύ, *dixit autem meam bene olere*; prorſus ut

apud Cratinum τῆς γῆς (scil. ἡ ὀσμὴ) ὄζει γλυκὺ, *haec e terra bene olet.*

Sed missum facere hunc locum non possum, quin cum studioso lectore felicissimam certissimamque (ut mihi videtur) emendationem communicem Theophrasteo cuidam loco nuperrime hinc adlatam; quem locum in toto Characterum libello corruptissimum omnium & prorsus conclamatum ad hunc usque diem doctissimi quique & acutissimi interpretes iudicaverant. Sub finem capitis XIV. Characterum Theophrasti (p. 82. editionis Corayi, Graece & Gallice Parisiis anno 1799. in lucem emissae) in *Stupidi hominis* moribus ('Αναισθησίαν ille vocat) hoc ponitur: Καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς, εἰπεῖν »ἡδύ γε τῶν ἄστρων νομίζει, « ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι »πίσσης.« Ibi acutissimus CORAYUS in Notis ait, se olim, priusquam Clerici coniecturam cognovisset, locum istum sic corrigendum censuisse: ἡδύ γε τῶν ἄστρων ὄζει, ὅτε δὴ οἱ ἄλλοι λέγουσι πίσσης. Ac, ne putes istud ὄζει pro νομίζει nonnisi fortuitâ quadam hariolatione ac veluti micando a Viro doctissimo fuisse propositum, ostendit idem ex doctrinae suae copiâ, eadem verba νομίζειν & ὄζειν alibi quoque a librariis simillimo modo inter se permutata reperiri. Felicissimam illam coniecturam cum aliâ qualibet non permuturus erat Vir praestantissimus, si commoda ratio, qua vocabulum πίσσης aut emendari aut in istâ orationis connexione exponi posset, occurrisset. Nunc noster *Godofredus* SCHWEIGHAEUSER, qui haud ita pridem ipse in interpretando Theophrasti libello Parisiis fuerat occupatus, valetudinis caussâ nuper ad patrios lares reversus, quum Athenaei hanc partem, qua *Cratini* illa verba occurrunt, τῆς γῆς ὡς γλυκὺ ὄζει, his diebus mecum perlegeret, memor & Theophrasteae ῥήσεως & emendationis Corayi, e vestigio in his ipsis verbis certissimum & firmamentum & supplementum emendationis illius sibi visus est deprehendisse. Neque profecto fefellit eum opinio: confido enim, doctis omnibus posthac persuasum iri, corrupta philosophi verba, in hunc modum cum *Corayo* & *Schweighaeusero filio* esse refingenda: Καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς, εἰπεῖν »ἡδύ γε τῶν ἄστρων ὄζει!« ὅτε δὴ οἱ ἄλλοι λέγουσι »τῆς γῆς.« Quando post diuturnam aëris siccitatem benigna pluvia sitientem terram incipit rigare, tum suaviter ad nares nostros accidere ille *odor* solet, qui *e terrâ* miti imbre recreatâ dif-

funditur: ſtupidus homo, quem Theophraſtus deſcribit, *odorem illum* cum imbre *de ſtellis deſcendiſſe* opinatur.

f Poſtremus *CRATINI verſus* cum ſic vulgo ſcriberetur,

παραπλησίαν ὀσμὴν λέγεις ἀμφοῖν γλυκύς.

quid hîc valeret vocab. γλυκύς in fine adpoſitum exputare non potui: nec, quid interpoſito *poſt ἀμφοῖν commate* (quod habet ed. Caſ.) admodum lucraremur, vidi equidem. Quare, donec aliquis meliora docuerit, uncis includere ſuſpectam vocem conſultum duximus. Suſpicatus ſum, cum poſtremus pes deeſſet ſenario, temere vocem illam a ſciolo quodam fuiſſe adſutam. In *Epit.* quidem ecloga iſta deſinit in ipſis verbis ὀσμὴν λέγεις ἀμφοῖν.

καὶ Ἀντιφάνης δ' ἐν Δυστράτῳ. De titulo huius fabulae vide quae ad VI. 262. c. notavimus. Teſtimonium *ANTIPHANIS* cum ſic ſcriptum fuiſſet: Σικελῶν δὲ τέχναις ἡδυνθεῖσαι δαιτὸς διαθριμματίδες: monuit CASAUBONUS: »Per »υ ſcribendum διαθρυμματίδες. Alii vocant θρυμματίδας, »vel ἐνθρυμματίδας.« — Scripturam per υ recte tuentur membranae. Θρυμματὶς vel ἐνθρυμματὶς nominatur *placentarum* quoddam genus: de quo vide not. ad IV. 131. c. Idem fortaſſe etiam διαθρυμματίς. Verbum διαθρύπτειν in re coquinaria paullo poſt occurrit pag. 662. e. *conterendi* vel *comminuendi* notione. Vox δαιτὸς quo pacto hîc interſerta ſit, haud ſatis video. Nec verſuum genus habeo exploratum: ſed anapaeſticum eſſe viſum erat.

MENANDRI verba ex *Phaſmate* ſeu *Spectro*, cum ſic ſcripta eſſent: ἐπισημαίνεσθαι ἂν ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη: ita, ut nos edidimus, ſcribenda digerendaque eſſe docuit BENTLEY, in Emendatt. in Menand. p. 69. ſuffragante TOUPIO, in Curis Noviſſ. pag. 294. qui vim etiam verbi ἐπισημαίνεσθαι rectius, quam ab ipſo Bentleio factum, declaravit: de quo verbo conſuli poteſt Index noſter Graecitatis Polybianae, pag. 261. σκευασία, de *ciborum paratione*, ut alibi apud Noſtrum. καθάριος, *mundus*, *elegans*. Conf. XII. 550. a. & ibi not.

Ποσείδιππος ἐν Ἀναβλέποντι. Dalec. in *Suſpiciente*. Grotius, in *Viſum-recipiente*: cuius Latina (ex Excerpt. p. 812.) Graecis ſubiecimus. *POSIDIPPI verſus* multis modis vulgo corrupti, in ed. Caſ. ſic ſcribebantur:

Ἐγὼ μάγειρον ἀναλαβὼν, ἀκήκοα

a τὰ τῶν μαγείρων πάντα καθ' ἑκάστου κακά, (κακά. ed. Caſ. 2. 3.)

ἀντεργολαβοῦντος ἐλέγομεν ὡς οὐκ ἔχει a
ῥῖνα Κρητικὴν πρὸς τοὖψον, ὁ δ' ὅτι στόμα
πονηρὸν, ὁ δὲ τὴν γλῶσσαν εἰς ἀσχήμονας
ἐπιθυμίας ἔνιά τε τῶν ἡδυσμάτων,
καθ' ἁλὸς κατ' ὄξους, χναυστικὸς πρὸς † ναυστικὸς
καπνὸν οὐ φέρων, οὐ πυρ· οὐ φέρων δ' ἐκ τοῦ πυρὸς
εἰς τὰς μαχαίρας ἦλθον, ὧν εἷς οὗτοσὶ
διὰ τῶν μαχαιρῶν τοῦ πυρὸς ἐλήλυθεν.

Ad quae CASAUBONUS nil, nisi haec pauca monuit: »In »versibus *POSIDIPPI* scribe, [*vs.* 4.] ῥῖνα κριτικὴν πρὸς »τοὖψον: & [*vs.* 7.] χναυστικὸς προσχναυστικὸς, vel προσ»καυστικὸς, ut olim *Turnebus.*« — (TURNEBI emendationibus nonnullis, ad oram impressi alicuius Athenaei exempli adscriptis, usum esse Casaubonum iam aliàs observavimus.) In *Epit.* deest tota ecloga. Ex ms. *A.* nullus alius ab ed. Cas. dissensus enotatus est, nisi quod in eo codice (*vers.* 7.) κάθαλος unâ voce scribatur, quemadmodum etiam in ed. Ven. & Bas. scribitur; in quibus editionibus etiam κατόξους unâ voce scribitur. Tum vero in eodem ms. *A.* eodem versu προσκαυστικὸς scribitur, quod ex Turnebi coniecturâ Casaubonus commendaverat.

Equidem *versu* 1. pro eo quod editum erat μάγειρον ἀναλαβὼν, unice probavi CORAYI emendationem, in *Notis msstis* propositam, ἕνα λαβών. Verbum ἀναλαβὼν si teneas, nihil aliud hìc significare potest, nisi *in domum meam recipiens:* at hìc agitur de eo quod accidit in foro publico, cum *conducere coquum* vellet is qui ista loquitur: id autem Graece λαμβάνειν sonat, ut IX. 379. f. & alibi. Praeterea *hic unus* (εἷς) diserte distinguitur ab aliis, de quibus deinde: quare rursus de eodem loquens, *vs.* 9. iterum εἷς οὗτοσὶ ait. In emendandis sequentibus versibus GROTIUM maxime secutus sum, ita quidem ut in nonnullis ab eo discederem. In *vers.* 3. mendosum esse verbum ἐλέγομεν adparebat. CORAYUS simpliciſſimam emendandi rationem proponebat: ἔλεγ', ὁ μὲν ὡς &c. verbum ἔλεγε ad ipsum illum unum coquum referens, adiectâ hac interpretatione, *ex uno coquo, quem conduxi, omnium coquorum vitia audivi.* Quam in sententiam, quo metricae satisfiat legi, fuerit post ὁ μὲν interserta οὖν particulâ fulciendus versus aut ἔλεγεν ὁ μὲν scribendum. At quae subiiciuntur verba, non tam *unius* hominis mihi esse videbantur, quam *plurium aemulorum*, quorum alius alium

a accuſaret; cum ſcilicet ei, qui coquum conducere volebat, perſuadere quisque cuperet, ut ſeſe caeteris anteferret. Quam in partem accipiens iſta GROTIUS, eumdem verſum ſic conſtituit:

ἀντεργολαβοῦντες ἔλεγον, ὁ μὲν ὡς οὐκ ἔχει.

Quod vero in Notis ait IDEM: »Ita Caſaubonus optime, »pro ἐλέγομεν« rurſus (quod iam alibi obſervavimus) imprudenti excidiſſe *Caſauboni* nomen videtur, cum *Scaligerum* nominare voluiſſet: nam Caſaubonus quidem & in contextu intactum hunc locum reliquerat, & in Animadverſſ. ſilentio praetermiſerat. Equidem iſtud ἔλεγον & ὁ μὲν a Grotio accipiens, nihil admodum urgere putavi, ut genitivus ἀντεργολαβοῦντος in nominativum pluralem mutaretur; cum ſatis commode cohaerere viderentur iſta, καθ' ἑκάστου ἀντεργολαβοῦντος. Nec enim turbare nos debuit diſtinctio in ed. Caſ. in fine ſecundi verſus poſita, quae nulla eſt in editionibus ſuperioribus & in membranis. Itaque *poſt* ἀντεργολαβοῦντος *diſtinctionem* poſui. Caeterum omnes iſtas, quae ſubiiciuntur, accuſationes poteras ita etiam accipere, quaſi a ſingulis aemulis *in unum illum qui conductus eſt* ſint collatae, ut alius dixerit, hoc vitio eum laborare, alius alio: ſed praeſtare videtur ea ratio, quam ſupra dixi, quae & Dalecampio & Grotio placuerat; nempe ut ὁ μὲν ὡς per traiectionem dictum intelligatur pro ὡς ὁ μὲν &c. *dixerunt, hunc quidem tali vitio laborare, illum alio, &c.*

Verſu 4. pro corrupto κριτικὴν, quod membranae tenent, haud cunctanter κριτικὴν cum Caſ. & Grot. corrigere debuimus.

Quintus & *ſextus verſus* Oedipum adhuc deſiderant. Nam quin corruptum ſit quod vulgo ibi legitur,

— ὁ δὲ τὴν γλῶσσαν εἰς ἀσχήμονας
ἐπιθυμίας ἔνιά τε τῶν ἡδυσμάτων:

vix dubitari poſſe videtur. Inaudita quidem & abhorrens puto a Graecis auribus locutio, ὁ δὲ τὴν γλῶσσαν ἔχει εἰς ἐπιθυμίας: niſi forte hactenus excuſandam ſtatuas, quatenus ad ſubſtantivum γλῶσσαν e ſuperioribus verbis adiectivum πονηρὰν repeti poſſit, ut ſit, ὁ δὲ τὴν γλῶσσαν πονηρὰν ἔχει εἰς ἀσχήμονας ἐπιθυμίας ἔνιά τε τῶν ἡδυσμάτων. Sed aliud utique verbum quaerendum videtur: quod cum ſuſpicatus eſſem in iſtis verbis ἔνιά τε fortaſſe latere, tentaveram, an levi adlatâ mutatione ſic ſcribi poſſet,

— ὁ δὲ τὴν γλῶσσαν εἰς ἀσχήμονας a
ἐπιθυμίας ἐνίεται ἡδυσμάτων.

ἐνίεται εἰς ἐπιθυμίας, *coniicit se in cupiditates, abripitur cupiditatibus.* Sed, hoc quidem minime urgens, vellem Graecis *Grotii* ea ineſſet ſententia, quam percommodam his Latinis verbis expreſſit:

— *illi lingua eſt non ſat continens,*
quae deliciarum neſcio quid appetit.

Nunc ille, Graeca ad hunc modum refingens,

— ὁ δὲ τὴν γλῶσσαν ἐσχ' (ἔχει malebam) ἀσχή-
μονα
ἐπιθυμιῶσαν ἔνια τῶν ἡδυσμάτων:

ſuâ auctoritate, quam nemo Graeci ſermonis gnarus quamvis ſummo viro facile conceſſerit, ἐπιθυμιῶσαν pro eo poſuit quod ἐπιθυμοῦσαν graece fuerat dicendum. Caeterum vocab. ἡδύσματα, quod in re coquinariâ aliâs *condimenta* ſignificat quibus cibi condiuntur, (veluti IV. 170. a. b. & VII. 326. a.) poteſt illud quidem etiam *cibos delicate conditos* ſignificare, ut pag. 663. d. quo ſenſu Grotius hîc accepit, *deliciarum appetentem* in verſione ponens. At id vitium deinde diſerte vocabulo χναυστικὸς indicatur: quare verbis eis, de quibus quaerimus, talis utique ineſſe ſententia videtur, qualis a DALECAMPIO his verbis expreſſa eſt: *linguam aliis* (eſſe,) *quae foedis* [*abſurdis* dicere poterat] *ſaporibus delectatur, ac ineptis quibusdam condimentis:* quo deinde ſpectant quae continuo ſubiiciuntur, κάθαλος, κάτοξος.

Verſu 7. κάθαλος unâ voce in editt. vett. & in membr. ſcribi, iam ſupra dixi. Recte vero: quemadmodum etiam Grotius correxit. Habere autem poteſt id adiectivum, ut multa alia, & paſſivum & activum ſignificatum. Paſſivâ notione κάθαλα apud Noſtrum IV. 132. e. dicebantur *cibi multo atque etiam nimio ſale conditi.* Nunc κάθαλος vocatur *coquus*, qui *nimium ſalis ad cibos adhibere ſolet.* Pari vero ratione κάτοξος, quod pro vulgato κατ' ὄξους recte idem *Grotius* ſcripſit, dicitur is qui *aceti nimiâ copiâ ſaporem ciborum corrumpit.* Dein χναυστικὸς, eſt *guloſus, catillo.* In fine eiusdem verſus προσαυστικὸς poſuit Grotius: nos ex membranis noſtris προσκαυστικὸς eodem ſenſu recepimus, nempe qui *edulia adurere ſolet*, quo fit ut ingrato ſint ſapore. Sic in Comici Veſpis vs. 828. ed. Br.

ἢ Θρᾷττα προσκαύσασα πρώην τὴν χύτραν.

Alibi quidem apud Noſtrum, XIV. 623. a. idem verbum προσκάεται in bonam partem poſitum vidimus, *fervet.*

In *Verſſ.* 8. & 10. quos corruptos & ſenſu caſſos eſſe adparebat, GROTII rationem ſecuti ſumus; qui ad iſta, εἰς τὸ πῦρ ἐλήλυθεν, (*verſ.* 10.) commode adnotavit: »*Ad ignem:* id eſt, *ad opus faciendum.* Pro eo tamen quod idem *verſ.* 8. poſuit,

καπνὸν οὐ φέρων, πῦρ οὐ φέρων. ἐκ τοῦ πυρὸς &c.

commodior fortaſſe videatur emendatio, quae a nobis tentata eſt, paulo etiam propius ad librorum ſcripturam accedens,

καπνὸν οὐ φέρων, οὐ πῦρ. φέροντες δ' ἐκ πυρὸς εἰς τὰς μαγείρας ἦλθον. —

Satis notus iſte uſus participii φέρων verbis iuncti *motum* aliquem ſignificantibus. Tota iſta ecloga cum duabus ſequentibus deeſt Epitomae.

b *ANTIPHANIS* teſtimonium ex *Philotide* in ed. Caſaub. ſic ſcriptum legebatur:

Οὐκοῦν τὸ μὲν γλυκυδὸν ὥσπερ ἄλλοτε
ἐλεῖν ἐν ἅλμῃ φημὶ, τοδὲ λαβράκιον
ὀπτᾶν ὅλον, τὸν γαλεὸν ἐν ὑποτρίμματι
ζέσαι· τὸ δ' ἐγχέλυον ἄλας ὠρίγανον,
ὕδωρ, ὁ γόγγρος ταυτόν. ἢ βατὶς, χλόη,
πρόσεστι ξυννου τέμαχος ὀπτῆς εἰς κρέας·
ἑρίφιον ὀπτὸν ἕτερον τἀναντία,
ὁ σπλὴν σεσάχθω νῆστις ἀπωλεῖ μ' οὑτοσί.

Ad quae nihil aliud, niſi brevia haec verba adnotavit CASAUBONUS: »In ecloga Antiphanea ſcribe,

»Οὐκοῦν τὸ μὲν γλαυκίδιον ὥσπερ ἄλλοτε
»ἕψειν ἐν ἅλμῃ. « —

Debuerat ſaltem ad VII. pag. 295. d. remittere lectorem, ubi & emendatior aliquanto ſcripta erat eadem ecloga, & nonnihil quoque ab ipſo Caſaubono adnotatum eſt. Nos eam hîc eodem modo, quo ſupra, curatam adpoſuimus: ad ea, quae ibi in Animadverſionibus monita ſunt, remittentes lectorem. Illud unum monemus, nihil hîc a corruptâ ſcripturâ, quam editi libri exhibebant, discedere veteres noſtras membranas, niſi quod *verſ.* 1. γλαυκίδον habeant, paullulo propius ad veram ſcripturam accedentes; tum *verſ.* 4. ὀρίγανον recte, pro mendoſo ὠρίγανον. *Verſu* 3 & 4. vero, pro ἐν ὑποτρίμματι ζέσαι, quod tacite a Caſaubono correctum eſt, perperam in membra-

nis ἐν ὑποτριμματίζεσθαι scribitur: ex quo in ed. Ven. factum est ἐν ὑποτριμματί ζέσθαι, in ed. Bas. vero, ἐν ὑποτρίμματι ζέσθαι. *Vers.* 2. non ἐλθεῖν penacute, sed ἔλθειν olim scriptum fuisse videtur, ut fere consueverant Attici: unde enata prava scriptura ἐλεῖν, quae in veteris scripturae locum irrepsit. De vocab. νῆστις (*vs. ult.*) conf. c not. ad III. 96. c. Postrema verba, quae illum versum complent, desunt supra, VII. 295. d. *Totam* totius eclogae *orationem* (nec ita male fortasse) *uni coquo* tribuunt Dalecamp. & Gallicus interpres; exceptis postremis verbis, Ἀπολεῖ μ' οὗτοσί: quae personae *B.* tribuens Dalecampius convertit, *Nugis hic me suis enecat.*

Βάτων ἐν Εὐεργέταις. Βάτων simplici τ literâ scriptum hîc dedere membranae, ut IV. 163. b. & XV. 678. f. Apud Suidam quidem Βάττων vulgo scribitur. In *Batonis vers.* 2. quid valeat istud οὐδ' ἀναγεγράμεθ', doceant nos qui norunt. Nam si sana scriptura est, sane id non significat quod Gallicus interpres voluit, sic reddens, *& nous n'avons rien écrit.* Si corrupta, ut nobis cum Dalecampio videbatur, nihil probabile habet huius interpretis commentum, *nec a somno experrigimur.* Nec vero nobis, varia tentantibus, quidquam satis probabile occurrebat. Cum ad metrum quidem, tum ad sententiam, peraptum foret, si sic scriberetur:

οὐδ' ἀργοὶ ἐσμὲν, (vel ἦμεν,) ἀλλὰ καίεται λύχνος.

sed nimis longe hoc recedit a veteris scripturae vestigiis. Tentabat *Godofr.* Schweighaeuser, οὐδ' ἀνακεκλίμεθα: *nec recubuimus quidem:* percommode utique ad sententiam; sed & hoc longius quaesitum videtur, nec versui convenit ob syllabam κλι brevem, nisi insertâ post id verbum γ' particulâ metrum fulciri placeat.

Quartus versus, cum sic editus legeretur,

τί σοφὸν καταλελοιπέναι, ἢ τὶς ἡμῶν Ἀκτίδης,

corruptelam manifesto profitebatur; quae etiam gravior in membranis est, ubi τὶ σοφῶν, & Ἀκτείδης: sed istud tamen in membr. melius, ut videtur, καταλέλοιπεν. Succincte Casaubonus monuerat: »In *Batonis* perico»pâ scribe:

»τί σοφὸν καταλέλοιπέ τις ἡμῖν Ἀκτίδης. α

καταλέλοιπέν τις, puto, scribere voluerat: alioqui claudus foret versus. Nobis videbatur, eum qui ista dicens inducitur, de scriptore, quem laudat, non tamquam

de *obſcuro quodam homine* (τὶς Ἀκτίδης) fuiſſe locuturum: neque etiam convenire videtur illud pronomen indefinitum τὶς cum gentili nomine ὁ Χῖος, cui praefixus articulus. Quare tali modo concipiendum verſum coniectavi:

τί σοφὸν καταλέλοιπεν . . B. Τίς; A. ὁ ἡμῶν Ἀκτίδης.

d *Sextus verſus* quum absque distinctione ſic vulgo ſcriptus eſſet,

ἢ Ζωπύρινος αὐτὸς εὕρηκας δέ τι;

nihil Caſaubonus adnotavit. *Dalecampius*, ita convertens, *aut Zopyrinus? Tu vero num inveniſti quidpiam?* videtur pronomen αὐτὸς ad εὕρηκας retuliſſe. Sic & Gallicus interpres: *Et toi, as-tu trouvé quelque choſe?* Qui ambo etiam pronomen τι indefinite, non interrogative, acceperunt: perperam, ut mihi videbatur: haud dubie enim ita ſcriptum oportuit, εὕρηκας δὲ τί; Dixerat is cuius ſunt primae loquendi partes, *ſe libros nocturno ſtudio volviſſe, ut ſapientia auctorum praecepta cognoſceret.* Nunc quaerit alter: *Quid autem reperiſti?* E quo ſimul intelligi par eſt, pronomen αὐτὸς non ad εὕρηκας pertinere: quo ſi referas, longe diverſa ſententia prodit. Nam, αὐτὸς εὕρηκας δὲ τί; ſignificat: *Tu vero ipſe* (tuo Marte) *quid inveniſti?* At de hoc nunc non quaerebatur. Supereſt, ut pronomen αὐτὸς ad Ζωπύρινος referamus, (*aut Zopyrinus ipſe;*) intelligamusque *Zopyrinum* illum praecipuum ac veluti principem auctorem artis coquinariae ab hoc homine fuiſſe habitum.

Poſtremus verſus rurſus nullâ verbis interpoſitâ distinctione editus erat in hunc modum:

τὰ μέγιστα πόσα ταῦτα τοὺς τεθνηκότας.

Ubi nonnihil nos adiuvant membranae, poſt ταῦτα maiorem distinctionem ponentes. Monuit autem CASAUBONUS: »Poſtremus verſus non habet plenam ſententiam nec metrum. Scribo:

»Τὰ μέγιστα. πόσα ταῦθ'; ὅσσα οἱ τεθνηκότες.

»Interrogatus an in arte ſuâ novi aliquid excogitaſſet: »*Ego vero*, ait, *maxima. Quot autem ſunt quae inveniſti?* inquit alter. Reſpondet: *quot vel omnes priores qui nunc ſunt »mortui.*« — Haec ille: quae ſi cui probantur, ea teneat: nobis non placent. TOUPIUS hunc locum tractans, Emend. in Suid. P. III. ad voc. Συγχρωτίζεσθαι, p. m. 448. penultimo verſu recte τί ſic ſcripſit, ut interrogativum eſſet: Εὕρηκας δὲ τί; tum poſtremum verſum ita conſtituit:

» A. Τὰ μέγιστα. B. Πόσα ταῦτα; A. Πόσα; τοὺς d τεθνηκότας. «

hâc adiectâ interpretatione: »Interrogatus homo: *Num-* »*quid* [immo, *Quidnam tandem*] *in veterum ſcriptis inveniſſet?* »reſpondet: *nil niſi mortuos.* Haec [inquit idem Toupius] »mens Comici eſt.« — At mihi, ut ingenue quod ſentio dicam, iſta ratio haud multo magis, quam Caſauboniana, ſatisfacit. Iſtud πόσα in hoc ſermone ſemel poſitum vix concoquo, nedum repetitum. Quemadmodum iam frequenter alibi literas σ & ι perperam a librariis permutatas obſervavimus, ſic & hîc perperam Πόσα ſcriptum mihi videtur, cum Ποῖα ταῦτα oportuiſſet: *Quaenam tandem ſunt haec maxima, quae tu in illis libris ais reperiſſe?* In eamdem ſententiam DALECAMPIUS, *Quae cedo?* interpretatus erat: quod PURSANUS Graece, Ποῖα ταῦτα; reddidit. Deinde in verbis τοὺς τεθνηκότας, niſi quid monſtri ſubeſt, abrupta eſt oratio eiusdem hominis, qui, cum modo quaeſiviſſet ποῖα ταῦτα; tale quid adiecturus erat: τοὺς τεθνηκότας τὰ μέγιστα λέγειν! quae eſt formula mirantis, ſimulque improbantis. *Quid? illi pridem mortui res maximas dicerent!* Nempe ſpernit doctrinam e veterum libris hauſtam: ſive quod exiſtimet recentiores omnia melius noſſe quam veteres; ſive quod, rudis ipſe literarum, ne intelligat quidem quo pacto e mortuorum ſcriptis diſci multa poſſint. Caeterum, cum multi paſſim *Artis Coquinariae Scriptores* ab Athenaeo noſtro laudentur, Criton, Diocles, Dionyſius, Epaenetus, Euthydemus, Glaucus, Heraclides, Parmeno, Paxamus, Philiſtion, Philotimus, Stephanus: iſtorum trium, qui hîc a Batone Comico nominantur, nusquam alibi mentio iniicitur; ut videantur horum ſcripta, quamvis ipſi fortaſſe in arte excelluerint, haud ita magnam conſecuta eſſe celebritatem. Ea fortaſſe cauſſa eſt, cur eos Athenaeus paullo ante, ὀψαρτύτας quidem ἀοιδίμους nominaverit, nec vero ἀοιδίμους τῶν Ὀψαρτυτικῶν συγγραφέας.

AD CAP. LXXXII.

Ἐγὼ δὲ τοιουτονὶ βρῶμα ὑμῖν, ἄνδρες φίλοι, τὸ μύμα φέρω. »Poſt tam multa exponitur tandem quid ſit *myma:* »ὅτι σκευάζεται ἐκ κρεῶν καὶ αἵματος. Reperio aliam pa- »raturam apud Heſychium, cuius verba ita ſcribenda:

d » Μύμα, θριδάκων τρίμμα, καὶ ὑπόχυμά τι. Ac videtur » Athenaei *myma*, aliorum esse *mimarcys*: de quo edulio » Hesychius & Pollux. « CASAUBONUS. — Edulium istud, quod *myma* vocat hic coquus, adnunciaverat ipse convivis supra, pag. 658. e. Nunc, postquam interim varias ῥήσεις in Artis Coquinariae laudes protulisset, quarum ῥήσεων in postrema coquus aliquis dixerat, *res maximas & maxime memorabiles* (τὰ μέγιστα) se reperisse in eorum scriptis qui de Arte Coquinaria commentati sunt, sic pergit hic noster: Ἐγὼ δὲ τοιουτονὶ βρῶμα ὑμῖν - - φέρω: *Ego vero tale edulium vobis adfero;* nempe quod merito in numero τῶν μεγίστων (*maxime notabilium*, & *praestantissimorum*) referatur. Caeterum, quod edulium Athenaeus, praeeunte *Artemidoro* Grammatico & *Epaeneto* Artis Coquinariae scriptore, μύμα hic nominavit, id haud dubie illud ipsum est, quod apud Hesychium & apud Polluc. VI. 56. μιμάρκυς vel μίμαρκυς (sic enim apud Polluc. habet optimus codex mstus) vocatur. Et μίμαρκυς quidem praecipue edulium tale dicebatur *ex leporinis visceribus sanguineque paratum*, ut apud Nostrum IX, 401. & apud Aristoph. in Acharn. vs. 1111. ubi vide Schol. & Brunckii not. ad Acharn. 1112. sed & ex aliis animalibus.

Μύμα δὲ παντὸς ἱερείου, καὶ ὄρνιθος δὲ, χρὴ ποιεῖν, τὰ ἁπαλὰ τῶν κρεῶν μικρὰ συντεμόντα. Commodius in editis scriptum videri poterat, χρὴ δὲ ποιεῖν &c. ut praecedentia verba, Μύμα δὲ - - ὄρνιθος, essent veluti *lemma* sequenti praecepto praefixum. Sed aliter veteres nostrae membranae iussere, particulam δὲ cum ὄρνιθος iungentes, & post χρὴ eamdem ignorantes. Cuius constructionis haec vis & sententia est: *Myma vero e quolibet animantium genere, atque etiam ex avium quolibet genere, ita paratur, ut* &c. ὄρνιθας h. l. *gallinas* interpretatus est Dalec. non male: sed videbatur nobis *omne genus avium* (maiorum praesertim) dixisse auctor.

e τὰ σπλάγχνα καὶ τὸ ἔντερον. τὸ ἔντερον, absolute sic positum, *intestinum ieiunum* videtur significare, quod aliàs ἡ νῆστις, de quo conf. III. 96. c. aut collective pro τὰ ἔντερα dictum. Quid vero dicat auctor καὶ τὸ αἷμα διαθρύψαντα, parum percepi: proprie sonat, *& sanguinem comminuendo*, vel *conterendo*. Apud Polluc. & Hesych. sunt κοιλία καὶ ἔντερα μεθ' αἵματος σκευαζόμενα. DALECAMPIUS: *carnibus, intestinis, visceribus, minutim concisis, sic ut*

tenereſcant: deinde ſanguine, diſſoluto cum aceto, quod pro con- e
dimento ſit: additis, aſſo caſeo, ſilphio, &c. Gallicus interpres: *bien pêtrir cela avec le ſang, & y mettre pour aſſaiſonnement du vinaigre, du frommage grillé* &c. Quam in ſententiam τῷ αἵματι ſcriptum oportebat.

Mox dein, pro θύμβραις recte θύμβρᾳ dedit ms. *A.* nempe θύμβραι, quod θύμβρα valet. Pro γηθύῳ ex eodem codice γητίῳ recepimus. Vide ad II. 68. e. notata. Sequitur κρομμύῳ καθαρῷ πεφωσμένῳ: ubi quid dicat *puram caepam*, haud ſatis ſcio. De verbo φώζω, vide ſupra ad pag. 647. b. Dein, quod ait, ἢ (non καὶ) μήκωνι, mireris quo pacto cum *caepa* conferatur *papaver*. Tum in iſtis, εἶναι δέ σοι τὸ αὐτὸ μύμα καὶ ὄψον, ſaltem ἔσται, pro εἶναι exſpectaſſes: ſi tenendus infinitivus, ſubintelligetur χρὴ, vel δύναται. Sed quid hoc eſt, quod ait, fore *idem myma & obſonium?* Annon omne *myma*, quale hic deſcribitur, pro *obſonio* eſt? Immo ὄψου utique legendum videtur, i. e. *piſcis, ex piſce*, (coll. VII. 276. e.) non ὄψον. Sic ad infinitivum εἶναι ſubintelligetur verbum φησί: *Eodem modo etiam parari ait* (Epaenetus) *myma ex piſcibus*. In *Epit.* de *Mymatis* confectione nihil aliud, niſi haec brevia ex *Artemidoro* adponuntur: Ὅτι τὸ μύμα σκευάζεται ἐκ κρεῶν καὶ αἵματος, πολλῶν ἀρτυμάτων συνεμβαλλομένων.

AD CAP. LXXXIII.

Τοσαῦτα καὶ τούτου κατακόψαντος, οὐ μόνον τὰ προειρημένα, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς. Eſt hoc ioci genus, quo delectatur Athenaeus noſter. κατακόπτειν & *minutatim concidere* ſonat, & *contundere, percutere*: itaque priore notione verbum hoc refert ille ad *carnes* & ad *condimenta* minutatim *conciſa*; poſteriore notione, ad *convivarum aures*, quas longo ſermone *obtuderat* coquus.

τὴν ματτύην κομίζων. Huius nominis iam obiter ſu- f
pra mentio facta eſt, IV. 140. e. & 141. d. ubi cum Lacedaemoniorum epaeclo *mattya* confertur. Nec vero ſolum ἡ ματτύη, verum etiam ὁ ματτύης dixiſſe Graecos, infra videbimus. Idem vocabulum etiam ſermo Romanorum adoptavit, *mattyam* & *mactleam* dicentium. Martial. X. 59. & XIII. 92. Sueton. Calig. 38.

τοῦ Οὐλπιανοῦ εἰπόντος τὰ ἐκ τῶν Ὀψαρτυτικῶν Γλωσσῶν τοῦ προειρ. Ἀρτεμιδώρου. At pag. ſeq. d. Aemilianum

nonnulla ex eodem *Artemidoro* de *mattya* proferentem inducit Athenaeus. Nempe partem eorum, quae de hoc edulio Artemidorus disputaverat, dixisse Ulpianum statuit; scilicet eam partem, quae continebat expositionem maxime in vulgus notam; quam idcirco hîc praetermittit auctor noster: aliam vero partem, ad minus nota pertinentem, deinde ab Aemiliano suppletam statuit.

περὶ Ἀντιφάνους καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς ματτύης. Istud νεωτέροις ex ms. *A.* restituimus auctori. μεσωτέροις, quod ne Graecum quidem vocabulum est, videtur ab homine invectum, qui *Antiphanem* sciret *Mediae Comoediae poëtis* accenseri a Suida & aliis nonnullis Grammaticis, quorum Observationes de Comoediâ Graecorum editionibus Aristophanis praefigi solent. At sunt qui *Novae Comoediae* initium in Alexandri M. aetatem ponunt; (vide Veterum Testimonia in Küsteri editione Aristophanis pag. XII extr.) sub quo vixisse Antiphanem ipsius Athenaei nostri testimonio (initio libri XIII.) novimus. Sed *Dorotheus*, cum τοὺς νεωτέρους κωμικοὺς dixit, de *mediâ comoediâ*, quam statuunt nonnulli, fortasse ne cogitaverat quidem umquam; verum universam Graecam comoediam in τὴν παλαιὰν & τὴν νεωτέραν distinctam intellexerat. Denique in verbis, de quibus quaerimus, ne diserte quidem accensetur *Antiphanes* τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς: possuntque illi νεώτεροι intelligi Antiphane posteriores.

a ἱστορεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς πολυτελείας αὐτῶν καὶ Κρατῖνος ἐν τῇ Πολιτείᾳ αὐτῶν. In DALECAMPII Indice Auctorum ab Athenaeo citatorum, qui in ed. Cas. 2. & 3. repetitus est, videas Θετταλῶν Πολιτείαν in numero *fabularum* CRATINI senioris positam: quod recte factum esse merito dubitavit FABRICIUS, Bibl. Graec. T. I. pag. 755. Sane & ipse titulus, & verbum ἱστορεῖ, quo utitur Athenaeus, *historicum scriptum*, aut certe philosophicum, indicare videntur. At de *Cratino* quidem nihil tale alioqui compertum habemus. Quare videndum, utrum corruptum nomen sit, an alius fuerit Cratinus, qui Πολιτείας scripserit. Sed opportune a CASAUBONO monitum nunc maxime animadverto: »*Cratinus*, qui *de Republicâ Thessalorum* »scripserit, alibi quam hîc non inventus nobis: & fortas»se melius Κριτίας: de quo & eius *Politiis* ante di»ctum.« — Nempe *Critiae Respublica* quidem *Lacedaemoniorum* subinde a Nostro laudatur, XI. 463. b. 483. b. 486. e.

at, non modo Lacedaemoniorum, verum etiam *aliorum* a *populorum Respublicas* ab eodem esse perscriptas, ex Pollu-ce Casaubonus docuit in Animadv. ad XI. 463. b.

Ὠνομάσθη δὲ ἡ ματτύη, ὡς μὲν ὁ Ἀθηναῖος Ἀπολλόδωρος φησὶν, – – ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι, ὥσπερ καὶ ἡ μαστίχη καὶ τὰ μάλιστα καὶ [ἡ μάζα]. ἡμεῖς δὲ φαμὲν, ἀπὸ τοῦ μάττειν, ἀφ' οὗ καὶ ἡ μάζα αὐτὴ ὠνομάσθη. Cum in edd. sic legeretur, καὶ τὰ μάλιστα καὶ † ἡμεῖς δὲ φαμὲν, HEYNIUS hunc locum in Apollodori Fragmentis pag. 1145 sq. exhibens, nullâ mentione factâ lacunae quae vulgo hic erat, ita scripsit, καὶ τὰ μάλιστα καὶ μάσταξ. ἡμεῖς δὲ &c. In *Epit.* omissâ eâ parte orationis, quae mutila erat, sic scribitur, ὥσπερ καὶ ἡ μαστίχη, ἡμεῖς δὲ &c. Sic & Eu-stathius ad Od. ξ'. pag. 532. l. 26. ubi totum hunc locum ex Epit. ad verbum repetit. In ms. *A.* vero eadem legun-tur verba quae in editis, quibus manifesto deest nonnihil. Nobis vero dictio illa, καὶ τὰ μάλιστα καὶ, (i. e. *praeser-tim etiam*) persuasit, non esse rarius quoddam nomen non-nisi bis apud Homerum occurrens, quod hic intercidisset, sed pervulgatum aliquod vocabulum, quod in frequenti hominum usu esset versatum. Porro cum continuo dein Athenaeus, ubi suo nomine loquitur, ἀπὸ τοῦ μάττειν, ait, ἀφ' οὗ καὶ ἡ μάζα αὐτὴ ὠνομάσθη, pronomen αὐτὴ ad ἡ μάζα isto modo adiectum indicare nobis videbatur, idem vocabulum ἡ μάζα iam paulo ante adpositum fuisse; essequeque adeo id ipsum quod eo loco, ubi in vulgata le-ctione hiatus erat, intercidisset. Caeterum, Hesychium si audius, *Macedonicum* vocab. est ἡ ματτύη vel ὁ ματτύης.

καὶ ἡ παρὰ Κυπρίοις καλουμένη μαγίς. Hoc nomen b μαγὶς iam supra, IV. 172. f. (si recte ibi coniectavimus) ex Apollodoro adnotaverat Noster. Quae vox & alios si-gnificatus habet, & subinde idem ac μάζα valet. Vide Hesychium in Μαγίδες, & quos ibi auctores laudavit do-ctus Editor. Quanam potissimum notione *Cyprii* eodem vocabulo usi sint, nusquam adnotatum reperi.

εἴτε πεμμάτιον. In ed. Ven. & Bas. sic scriptum, c εἴτε ἱερεῖον, εἴτε μύττιον. Deinde CASAUBONUS, cum in contextu, nescio quid secutus, ad hunc modum edi curasset, εἴτε ἱερεῖον, εἴτε μυ . . . μύτιον: in Animad-versionibus ait: »Scribi potest εἴτε ἱερεῖον, εἴτε μα-»τύη.« — At, huic vocabulo neutiquam fuisse hic locum, satis adparet. Corruptum quidem utique erat εἴτε σπέρ-

c μάτιον, quod Epitoma habet, & ex ea Euſtathius l. c. Sed, poſtquam εἴτε πεμμάτιον perſpicue ſcriptum nobis dedere optimae noſtrae membr. Veneto-Pariſienſes, nemo aliud quidquam, puto, deſiderabit.

ἐξ οὗ καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος παρέθετο μαρτυρίου. Sic recte idem cod. *A.* ut deſiderabat Graecae ſyntaxeos ratio; non μαρτύριον. De *Artemidoro* conf. quae paulo ante ad pag. 662. f. notavimus. Cuius auctoris nomen quum continuo deinde in eâdem diſputatione ſic cum integro libri titulo repetatur, καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος ἐν ταῖς Ὀ⸗μαρτυτικαῖς Γλώτταις; non poteſt non ſuſpectum eſſe idem nomen hoc loco poſitum; ac fere non dubitandum videtur, non Ἀρτεμίδωρος, ſed Ἀπολλόδωρος ſcripſiſſe Athenaeum.

ἔχει δ' ἡ σύμπασα ἐκλογὴ [οὕτως,] οὖσα ἐκ τοῦ διεσκευασμένου δράματος, ὃ ἐπιγράφεται Δημήτριος. »Quid »appellet Athenaeus ἐκλογήν, quid διεσκευασμένον δρᾶ»μα, ſaepius iam dictum eſt.« CASAUBONUS. — Quid dicat ἐκλογήν, vide III. 107. a. & ibi not. Quid dicatur διασκευὴ δράματος, docuit Caſaubonus ad III. 110. b. *ALEXIDIS* illud drama, cui iterum edito titulum *Demetrius* fecit, primum ſub titulo Φιλέταιρος editum fuiſſe videtur: quare alibi duplici titulo citatur, Ἄλεξις Δημητρίῳ ἢ Φιλεταίρῳ, ut VI. 241. b. De eodem dramate conf. Caſaub. ad VIII. 338. d. Pro ἔχει δὲ σύμπασα, quod erat editum, recte ἔχει δ' ἡ σύμπασα dedit cod. *A.* Sed ad verbum ἔχει neceſſario deſiderari nobis videbatur particula οὕτως: quae in fine poſt Δημήτριος adiici poterat, ſed ab Athenaeo ſtatim poſt ἐκλογὴ videtur adiecta fuiſſe, & deinde a proximâ voce οὖσα abſorpta. In *Alexidis verſ.* 2. cum προπόσει πίνετε perperam legeretur, monuit CASAUBONUS: »Scribe προσόπεις πιν. conſentiente Euſta»thio.« — Nempe ſic recte & *Epit.* & ms. *A.* Obſcoenum d verbum λέπεσθαι eiusdem notionis eſſe ac Ariſtophaneum δέφεσθαι monuit Euſtathius ibidem.

AD CAP. LXXXIV.

Ἔστι καί τις ὄρνιθος ματτύης. Cum legeretur vulgo, εἴ τις τῆς ὄρνιθος ματτύης, quin corrupta aut mutila eſſet oratio dubitari non potuit. Itaque CASAUBONUS monuit: »Deeſt verbum in iſtis: videlicet ὀρέγηται, aut ſi-

» mile. « — ὀρέγεται (in indicativo) ſcribere, puto, voluerat: nam εἰ cum ſubiunctivo modo non conſtruitur. Sed tota iſta ratio parum probabilis: non tam deeſſe verbum, quam in iſtis εἴ τις aliud quid latere, rectiſſime CORAYUS coniectaſſe nobis viſus erat, cuius eſt ad verba εἴ τις τῆς ὄρνιθος ματτύης *Nota msta* huiusmodi: »Forſan θέσις: »i. e. σκευασία, *confectio, praeparatio.* Θέσις & σκευασία »tanquam ſynonyma occurrunt ſupra, lib. IX. p. 399. d. »Tunc poſitâ maiore distinctione poſt ματτύης, verba Θέ»σις τῆς ὄρνιθος ματτύης pro lemmate ſunt habenda. « — Nempe IX. 399. d. πολλαὶ θέσεις σκευασίας Archeſtrato dicuntur *varia praecepta parandi alicuius edulii.* Eâdemque notione θέσις τῆς ματτύης dici hoc loco potuerat. Quam emendationem Viri doctiſſimi, quamquam ea dictio, e philoſophorum ſcholis (ut in Animadv. ad l. c. oſtendimus) ad artem coquinariam traducta, poëtae magis quam proſaico ſcriptori atque Grammatico convenire videatur, unice tamen probaturus eram, niſi e veteris codicis lectione in extremis verbis eiusdem teſtimonii *Artemidori*, quod ab his verbis de quibus quaerimus incipit, cognitum habuiſſem, non ἡ ματτύη (in foeminino genere) in hoc teſtimonio dixiſſe hunc Grammaticum, ſed ὁ ματτύης, genere masculino. Nam loco illorum verborum, quae paullo poſt ſic corrupta in editis libris legebantur, οὕτως ματτύοις ἐν τοῖς ἠδίστοις, perſpicue in membranis noſtris ſcribitur, οὗτος ματτύης ἐν τοῖς ἠδίστοις: ubi quidem commodius ſcriptum foret οὗτος ὁ ματτύης, ſed & οὗτος ματτύης absque articulo ferri poterat. Nec vero unus Artemidorus vocabulo ματτύης in masc. gen. uſus eſt: ſed & *Philemon* comicus, in teſtimonio paullo inferius adpoſito, μὲ ματτύης εὐφραινέτω. Illud quidem miratus ſum, cum in ſuperiori diſputatione ἡ ματτύη in foem. gen. conſtanter uſus ſit Athenaeus, non diſerte ab eo (quemadmodum in aliis multis vocabulis factum vidimus) monitum nunc eſſe, »*non modo in foeminino genere*, ἡ ματ»τύη, *verum etiam in masculino*, ὁ ματτύης, *in uſu fuiſſe.* « At non ita ſemper ſibi conſtans eſſe ſolet Deipnoſophiſtae noſtri diligentia & ſubtilitas. Ab aliis quidem Grammaticis iſta vocabuli forma, ματτύης in nominativo caſu, (adeoque in masculino genere) adnotata eſt. Sic ſane in Photii Lexico msto (teſte Heſychii editore ad voc. Ματτυεῖς) ſcribitur, Ματτύης· σκευασία τις περιφορημάτων, (forſ.

d περιφορήματος, *ferculi*) χρήσιμος εἰς πότον καὶ κῶμον πλείω. Φιλήμων. Cuius gloſſae partem poſteriorem ſolertiſſime emendavit doctus Heſychii editor: ſed iſtud ματτύης ſolicitari ab eodem non debuit, ut ματτύη ſcriptum malleт; quandoquidem in ipſo *Philemonis* teſtimonio, ad quod ſpectat illa gloſſa, ματτύης legitur. Denique, quod apud ipſum Heſychium mendoſe vulgo ſcribitur Ματτυεῖς, pro eo quidem Ματτύαι legi voluerunt viri docti: at multo profecto veriſimilius videri debet, ματτυεῖς ex ματτύης eſſe detortum. Et, quoniam in hoc ſumus, obſervabimus, ipſam illam Heſychii gloſſam ex eodem *Artemidori Gloſſario*, e quo haec refert Athenaeus, aut ex alio huic ſimillimo, eſſe excerptam; & parum quidem commode ab ipſo auctore excerptam, tum vero inſuper a librariis corruptam. Apud Heſychium hodie legitur: Ματτυεῖς. ἢ μὲν φωνὴ Μακεδονική. ὄρνις, καὶ τὰ ἐκ τοῦ ζωμοῦ αὐτοῦ λάγανα περιφερόμενα. Praeterquam quod Ματτύης pro Ματτυεῖς ſcribi debuerat; etiam λάχανα pro λάγανα ſcriptum oportebat; quod ex Artemidori verbis ab Athenaeo adpoſitis ſatis adparet. Iam, ut eo, unde digreſſi ſumus, redeamus: cum εἴ τις τῆς ὄρνιθος ματτύης legeretur, ſicut perſpicuum erat, de *mattya agi e gallinâ aut aliâ ave*, anſere, puta, anate, perdice, aliâve harum ſimili; ſic & illud intelligi par erat, articulo τῆς ad ὄρνιθος adiecto non fuiſſe locum. Quare τῆς ex τις, εἴ τις vero ex ἔστι καὶ corruptum ſuſpicatus ſum.

ἐσφάχθω μὲν διὰ τοῦ στόματος εἰς τὴν κεφαλήν. Mire Dalecampius: *iugulanda illa eſt gladii acie iuxta caput.* Recte CASAUBONUS in Animadv. »*Iuguletur* (immiſſo cultro) »*per os in caput.*« — Ita autem iugulari voluerunt, puto, ne ſanguis emanaret. Nam intus manente ſanguine, qui adeo ſubito in venis concreſcit, tenerior fieri exiſtimabatur caro avis. Eamdem ob cauſſam alii vivam gallinam vino mergendam praecipiebant: quo ſpectavit Horatius, Sat. IV. lib. II. ſcribens:

Ne gallina malum reſponſet dura palato,
doctus eris vivam miſto merſare Falerno:
hoc teneram faciet. —

Confer Liſterum ad Apicii Artem Coquinariam, lib. VI extr. pag. 182.

ἔστω δὲ ἕωλος. *Sit vero heſterna.* Hoc praeſertim obſervatum eſt, ex quo perfici nonnihil ars coquinaria coe-

pit. Olim, ſimulatque mactata victima erat, e veſtigio in cibum parabatur.

ἐὰν δὲ θέλῃς, ὡς ἔχει τοῖς πτεροῖς, ἐᾷν τετιλμένην. *Si vis, ſicuti eſt cum pennis ſines, evulſis plumis.* Dalecampium ſi audias, & Gallicum interpretem, οὐ τετιλμένην vel μὴ τετιλμένην leges. Sic enim Dalecamp. quem alter ſecutus eſt: *deinde, ſi libeat, plumis minime vulſis, ut illis obtecta eſt, relinquenda.* Ac fortaſſe hoc ipſum voluerat auctor: at, ut nunc leguntur, id ſonant verba quod dixi: *poſſe, ſi lubet, plumis evulſis*, caeteroquin *relinqui cum alarum pennis, ita ut ſunt:* nam πτερὰ, non ſolum *alae* dicuntur, ſed & *pennae*, ſigillatim *pennae* longiores validioresque alarum & caudae. Sed fortaſſe mutila eſt oratio, exciditque nonnihil in hanc ſententiam: *ſi lubet, poſſis ad poſterum diem, uti eſt, cum plumis & pennis relinquere; ſed melius feceris, ſi plumas evulſeris.* Caeterum hîc locum habet ellipſis illa, familiariſſima Graecis quibusque ſcriptoribus, ut poſt ἐὰν cum ſuo verbo omittatur apodoſis, ubi vel ſubintelligitur εὖ ἔχει aut tale aliquid, vel idem ipſum verbum in futuro poſitum. Sic hoc loco, ἐὰν θέλῃς ἐᾷν, ſubintellige εὖ ἔχει, vel ἐάσεις: quo de genere cum alii docti viri commentati ſunt, a Lamberto Boſio laudati in Ellipſibus Graecis, pag. 378 ſq. ed. Leisneri, tum Caſaubonus noſter ad Athen. lib. V. pag. 187. c.

Νομάδα παχεῖαν ἕψε, καὶ νεοσσοὺς τῶν ἤδη κοκκυζόντων, e ἐὰν θέλῃς παρὰ πότον χρῆσθαι. Dalecampius: *Columbam craſſam & pinguem elixa, ac ex pullis, eos qui adhuc pipiunt, hoc edulio ſi placet mox inter potandum veſci.* Ad quae CASAUBONUS: » Quid virum doctum, inquit, impulit, ut »νομάδα verteret *columbam?* aut cur *νομὰς gallina Numidi»ca vel Africana* eſſe non queat? quod etiam confirmat »vox κοκκυζόντων, quae de eo genere avitii proprie uſur»patur? « — Sane de *columbâ* non cogitaverat qui iſta ſcripſit: nec vero magis de *Numidica* vel *Africana* ave. Cum paulo ante, ubi ὄρνιθος ματτύην dicebat, de *quolibet genere paulo maiorum avium* locutus eſſet, nunc νομάδα, ſcilicet ὄρτιν, *gallinam altilem, gallinam vulgarem*, dicit, *qualis in cortibus noſtris alitur.* σιτιστὴ ὄρνις ſupra vocabatur, pag. 656. e. Vide vero quae ad p. 654. e. notavimus. Nec verbum κοκκύζειν, ad Numidicas potiſſimum aves, quod dicere Caſaubonus videtur, (*Numidicas* intelligens quas *Indicas* vulgo nominare conſuevimus) perti-

net; ſed ſigillatim quidem de *cucculi* voce, verum etiam de *galli gallinacei cantu* uſurpatur: neque ita Hyperides ſolum & Demoſthenes uſurparunt, (quos auctores Pollux citat, V. 89.) verum etiam Ariſtoteles, Hiſt. Anim. IX. 49. & quod Ariſtophanes κοκκύσω dixit, Ran. 1427. id Graecus interpres δίκην ἀλεκτρυόνος βοήσω interpretatur. In his quae ſequebantur vulgo ſic ſcripta, ἐὰν δὲ ϑέλῃς παρὰ πότον χρῆσθαι, ſuſpenſa & impedita erat oratio, cum praeſertim iſta verba maiori interpoſita diſtinctione a ſuperioribus eſſent ſeiuncta. Nunc, cum importunam δὲ particulam ignorent veteres membranae, intelligitur verba praeſcripta cum ſuperioribus fuiſſe iungenda. Quod autem ait παρὰ πότον χρῆσθαι, illorum verborum veſtigium etiam in Gloſſa ex Photii Lexico ſupra adpoſita ſupereſſe vides. De ſcripturâ οὗτος ματτύης, quam membranae noſtrae dedere, paulo ante dictum.

f Φιλήμων φησὶν ἐν Ἁρπαζομένῳ. »*Philemonis* fabula, »quae inſcribitur hîc Ἁρπαζόμενος, apud Pollucem Ἁρ»παζομένη lib. VII. cap. IX. ſed in eiusdem libro X. cap. »XXIV. ut hic. « Casaubonus. — Teſtimonium *Philemonis* in ed. Ven. & Baſ. ſic ſcriptum legebatur:

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπίταττε, καὶ διὰ τριῶν
ποτηρίων μεματτύης ἐμφαινέτω.

Casaubonus poſtremum verſiculum ad hunc modum edidit:

ποτηρίων μεματτύης εὐφραινέτω.

Iurares, εὐφραινέτω ſcribere eum voluiſſe, & operarum errore ο pro ω fuiſſe poſitum. Sed ecce eumdem in Animadv. monentem: »Scribe, ποτηρίων καὶ ματ»τύης εὐφραίνετο.« Unde antepenacuta ſcriptura εὐφραίνετο in contextum in ed. Caſ. 3. recepta; coniectura autem καὶ ματτύης in orâ ed. Caſ. 2. & 3. adnotata. Clericus in Menandri Fragm. p. 294. alteram Caſauboni coniecturam adoptans, alteram repudians, ita edidit:

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπίταττε, καὶ διὰ τριῶν
ποτηρίων καὶ ματτύης εὐφραινέτω.

adiectâ interpretatione hac:

Nudo cuſtodiam appone, & tribus
poculis ac mattyâ recreet.

Quae quam parum congruant, in oculos incurrit. In *Epit.* deſideratur hoc teſtimonium cum duobus proxime ſequentibus. Ex ms. *A.* ad lectionem editionis Caſauboniana

μεματτύης εὐφραινέτο nihil adnotatum eſt: puto, quod, cum in illo codice μεματτύης εὐφραινέτω ſcribatur, explorator noſter ο in fine verbi perperam pro ω in ed. Caſ. ſcriptum neglexerit. Iam quo ſpectet iſtud, Τυμνῷ φυλακὴν ἐπίταττε, aut ſana-ne ſit ipſa illa ſcriptura Τυμνῷ, in tam minuto fragmento nemo facile dixerit: ſed, cum ad verbum εὐφραινέτω neceſſe ſit referri nominativum aliquem, habemus illum, voce iſtâ nihili μεματτύης in duas diviſâ, με ματτύης εὐφραινέτω: ubi ὁ ματτύης (ut paulo ante vidimus) idem ac ἡ ματτύη valet. *Mattya me oblectet* δὶὰ τριῶν ποτηρίων, *cum tribus poculis, tria inter pocula.* Conf. X. 441. c. & ibi not.

In *ALEXIDIS* priore verſiculo cum ſcribatur, ἐπειδὰν a ἀσχολουμένους λάβω, vertit Dalecampius, *ut deprehendi otioſos:* quem bonâ fide ſecutus interpres Gallicus pariter reddidit, *Les ayant vu oiſifs;* non videns, prorſus contrarium dicere poëtam: nempe, *Cum illos vidiſſem* (in paranda coena) *occupatos, exclamavi, Annon nobis aliquis mattyam dabit?*

Μάχων δ' ὁ Σικυώνιος &c. *MACHONEM Sicyonium, comicum*, ut inſignem faciat Athenaeus, ait primum, fuiſſe *unum ex comicis poëtis, qui Apollodori Caryſtii aetate claruerunt; nec vero Athenis, ſed Alexandriae, fabulas ſuas docuiſſe.* Ex quo obiter intelligitur, ſingularem *Apollodori Caryſtii* eâ aetate in eo genere famam fuiſſe. Sed quum, qua aetate vixerit hic Apollodorus parum alioqui nobis conſtet, opportune & huius & *Machonis* aetatem declarat Deipnoſophiſta: *Ariſtophanem Grammaticum*, (quem extremis Ptolemaei Philadelphi temporibus claruiſſe conſtat) *iuvenis cum eſſet, ad illius familiaritatem ſeſe adplicuiſſe, & cum illo literis operam dediſſe:* haec enim vis verbo συσχολάζειν ineſſe videtur. Denique cum aetatem, tum famam maxime, eiusdem *Machonis* his verbis inſignem facit auctor noſter, quod ait, ἦν δ' ἀγαθὸς ποιητὴς, εἴ τις ἄλλος, τῶν μετὰ τοὺς ἑπτά: id eſt: ut Dalec. convertit, *egregius poëta, ſi quis alius, poſt eximios illos ſeptem.* Ad quae verba in orâ notavit idem DALECAMPIUS: »Tragicos; quos a pari numero ſtellarum »*Pleiadas* [immo *Pleiadem*] vocatos eſſe ait Strabo lib. »XIV. [pag. 675. e. ed. Caſ.] Brodaeus c. 15. lib. V. Ob»ſervat.« — Reſpicitur utique *Pleias* illa, Ptolemaei Philadelphi aetate nobilitata: de qua tamen nec perſpicua

satis, nec consentientia traduntur. Quae quum *Tragicorum* fuisse poëtarum vulgo perhibeatur, aliam etiam *Comicorum* fuisse ex hoc Athenaei loco suspicatus est FABRICIUS, Bibl. Graec. T. I. pag. 688. De Pleiade, praeter auctores a Fabricio laudatos, consuli possunt quos nominavit Harlesius, Bibl. Gr. T. II. pag. 318. Videntur autem omnino septem Poëtae principes, variis poëseos generibus clari, qui simul in aulâ Ptolemaei Philadelphi vixerunt, nomine illo fuisse insigniti.

b In *MACHONIS versu* 3. pro κατεδίδαξαν, quod cum ed. Ven. & Bas. uterque noster codex ms. tenet, tacite quidem Casaubonus κατέδειξαν correxit: recte vero, & metri ratione hoc postulante, atque etiam sermonis usu, cum vix Graecum verbum sit καταδιδάσκω.

Quartus versus cum sic scriptus esset consentiente utroque nostro codice,

οὐκ οἶδα· πλὴν ἔστι γε μουσικωτάτου τινός:

metro non constabat ratio: cui quo satisfieret, πλήν γ' ὅτι corrigendum putavi.

AD CAP. LXXXV.

c *NICOSTRATI versus* 1. ex Ἀπελαυνομένῳ sic scriptus erat claudicante metro:

Εὖγε τ' ἄνδρες εὖ σφόδρα. ἀλλὰ μὴν τῇ ματτύῃ.

Ibi vero recte a CASAUBONO monitum: »Versus primus e *Nicostrateis* ita scribi debet:

»Εὖγ' ἄνδρες, εὖ σφόδρ'. ἀλλὰ μὴν &c.«

Alterum *Nicostrati* testimonium sic vulgo scribitur:

Θρίον δὲ καὶ κάνδυλον, ἢ τούτων τὶ τῶν &c.

Ubi sicut iunguntur θρίον (sive θρῖον scriptum malis) & κάνδυλος, tamquam duo delicati & exquisiti cibi, sic eadem supra etiam lib. I. pag. 9. a. iuncta vidimus. Et θρίον quidem, vel θρῖον, aut in plur. θρία vel θρῖα, saepius apud Nostrum laudantur. De quo edulio vide not. ad IX. 379. e. & praesertim Suidam. De *candylo* vide not. ad I. 9. a. itemque Hesych. & Suid. & Photium apud Küsterum ad Suidam & apud Albertum ad Hesychium. Eamdemque vocem rursus habes apud Nostrum IV. 172. b. & XIV. 644. c. & apud Plutarch. Sympos. IV. 1 extr. Sed huic quidem loco non videtur id vocabulum convenire ob penultimam brevem: quâ si productâ usi essent

comici, non adludens ad hoc ipſum vocabulum Ariſtophanes in Pac. 123. vocem κόνδυλος poſiturus erat, quae corripit penultimam. Quare κάνδαυλον hîc ſcripſiſſe poëtam puto: quod & ipſum edulium in delicatiſſimis habebatur, de quo vide Noſtrum lib. XII. cap. 12. Caeterum idem fortaſſe edulium & κάνδαυλος & κάνδυλος nominatum eſt: quae H. Stephani ſententia fuit in Indice Theſ. item Küſteri ad Suidam, aliorumque. Ad vocab. ὄρῖον adnotaverat DALECAMPIUS: »Cibum confectum ex lacte, »ſemidalide, adipe ſuillo, coctum in folio ficus.« — At alia etiam in eum cibum ſumebantur; e quibus globi quidam conficiebantur, foliis ficûs involuti. Ad κάνδυλον notaverat IDEM: »Cibum ex lacte, melle, caſeo, amylo.«

In *DIONYSII* teſtimonio, Ὥστ' ἐνίοτ' ἂν recte dedit d cod. *A.* neſciens priorem ἂν particulam, alieno loco contra quod metri ratio ferebat in editis inſertam. Quod in eodem codice τούτου τοῖσι ſcribitur, is ſcribae error eſt, recte curatus in editis. Quaenam autem inſit ſententia duobus proximis verſibus:

σπεύδων ἅμ' εἰσήνεγκα διαμαρτὼν μίαν
ἄκων περιφορὰν τῶν νεκρῶν ὡς τὸν νεκρόν.

gratiam habebimus ſi quis nos docuerit. Nam nos quidem in his nihil videmus: nec vel Dalecampius vel Gallicus ſatisfecit interpres; & Caſauboni aliorumve doctorum virorum opera prorſus nos deſtituit. DALECAMPIUS ad verbum fere latine convertit: *Prae feſtinatione invitus erravi, & ferculum unum attuli mortuorum, ad mortuum.* Ad quae in orâ haec notavit: »Lupinos, & caetera quae ad Hecates »coenam, & Manibus mortuorum, olim in triviis pone»bantur.« — Similiter VILLEBRUNIUS: *De ſorte qu'un jour faiſant une* mattye, *la précipitation avec la quelle je ſervis, me fit commettre une erreur, & je portai le mets des morts au mort.* Et in Notâ: »*Il a été parlé du plat ou repas d'He»cate, qu'on abandonnoit aux pauvres. Voy. le Schol. d'Ari»ſtoph.*« — De *Hecatae coena* obiter dictum eſt, VII. 313. c. & ibi in Animadv. Sed, quid inde huic loco lucis accedat, parum video.

In *PHILEMONIS* eclogâ verbum ἀποσάττεσθαι primus DALECAMPIUS *ſaburrari* interpretatus eſt, i. e. *implere ſibi ventrem*: ex merâ coniecturâ neſcio, an quod Harpocrationis & Suidae expoſitionem ob oculos habuerit, qui ἀποσάξαντα poſitum dicunt pro φράξαντα τὸ τρῖμα καὶ

ἀποπληρώσαντα, i. e. *obstruentem foramen & replentem.* Pro istâ autem sententiâ minus commode in ed. Bas. & Cas. *post ἀποσάττεσθαι comma* erat insertum, quod nos *post ἡμέραν* reiecimus. Videndum vero, ne teneri debuerit magis propria significatio, *onus deponere;* de qua videndi viri docti ad Hesychium voc. Ἀπέσαξεν, & Bielius in Thes. Philol. T. I. pag. 194. Nempe quemadmodum in Graecâ versione Genes. XXIV. 32. ἀπέσαξε τοὺς καμήλους significat *clitellas detraxit camelis*, sic ἀποσάττεσθαι dici potuerit is *qui onus sibi impositum deponit:* & per metonymiam consequentis pro antecedente, quemadmodum verbum καταλύω, sic & hoc, significare potuerit *diversorium ingredi.* Pro δι' ὅλην, quod habent editi, teneri etiam δ' ὅλην poterat, quod est in ms. *A.* ut δὲ particula ad ἑξὸν referretur.

e Μόλπις -- ἑπαίκλεια, ὃ σημαίνει τὰς ἐπιδειπνίδας, ματτύας φησὶ λέγεσθαι παρὰ τοῖς ἄλλοις. Librum scripserat *Molpis*, de *Lacedaemoniorum Republicâ*, cuius supra mentio facta, IV. 140. a. b. In eo libro id ille posuerat, quod & hîc adfert Athenaeus, & iam ibidem (IV. 140. e. & 141. d.) adtulerat. Ibi ἑπάϊκλα & ἑπάϊκλον scriptum vidimus: (nam foedum errorem ἑκάϊκλα, qui pag. 140. e. editionem nostram deformat, facile correxerit aequus Lector) hoc loco scripturam ἑπαίκλεια cum editis tenet cod. *A.* item ms. *Epit.* in contextu, sed idem inter lineas ἑπαίκλια, qui e contrario pag. 642. e. in contextu ἑπαίκλια habet, inter lineas vero ἑπαίκλεια.

Μένιππος ἐν τῷ ἐπιγρ. Ἀρκεσιλάῳ. Sic rectè ed. Ven. Bas. & Cas. 1. cum ms. *A.* In *Menippi* vero testimonio, ubi scribitur ματτύην ἐκέλευσεν εἰσφέρειν Λάκαινά τις, videndum ne in voce Λάκαινα lateat aut viri nescio cuius aut meretricis cuiusdam nomen. Nam cum hoc mirum videri debet, in *compotatione hominum comissabundorum* memorari *mulierem Lacedaemoniam;* tum vero illud, Lacedaemoniam hanc induci *iubentem inferri mattyam;* quod nomen Lacedaemoniis minime erat usitatum, qui cum aliis Dorice loquentibus ἑπάϊκλον talem coenam, non *mattyam*, vocabant.

περδίκια ὀλίγα καὶ χηνία. Sic commode edd. cum ms. *A.* Si χήνεια cum *Epit.* legas, erunt χήνεια ὀπτὰ nempe κρέα, *frusta anserum assorum;* ut λαγῷα, & similia. χηνία sunt *anserculi.* Quod sequitur τρυφὴ πλακούντων, si vera scriptura est, quam cum editis tenent

ambo mssti, significabit proprie *luxuriam placentarum*, i. e. *delicatarum placentarum copiam.* Sed perquam probabilis videtur emendatio, a CORAYO in *Notis mssti*s proposita, τρύφη πλακούντων, *placentarum frusta.* De quo vocabulo & Hesychius & Suidas monuere: Τρύφος ἄρτου· κλάσμα ἄρτου. Et ἄρτου τρύφος habes apud Lucian. in Fugit. cap. 31. Tom. VIII. pag. 331. ed. Bipont. Id si placet, si *frusta placentarum* dixit, potuerit etiam vera esse Epitomae scriptura, χήνεια, *assorum anserum frusta.*

Τὸ δὲ τοιοῦτον δεῖπνον οἱ μὲν Ἀττικοὶ προσηγόρευον ἐπιδόρπισμα. Vide pag. 658. c. d.

οἱ δὲ Δωριεῖς ἑπάϊκλον. Ad editam olim scripturam ἕπαικλον, nihil ex ms. *A.* adnotatum: in cod. *Epit.* vero perspicue ἑπάϊκλον scribitur, ut IV. 140. c.

τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων οἱ πλεῖστοι ἐπίδειπνα. Quam- f quam *apud alios Graecos magis, quam apud Atticos,* in usu fuisse hoc vocabulum dicat auctor, tamen etiam Attico poëtae *Nicochari* licuerat eodem uti, cui illud restituimus apud Nostrum, VII. 328. e. Quod si quis vero ibi duabus vocibus ἐπὶ δεῖπνον scribi maluerit, (ut ἐπὶ δεῖπνον ἡκούσας idem valeat ac εἰς δεῖπνον ἡκούσας) non magnopere repugnabo. Ἐπιδειπνίδας dixisse Macedonas, supra monuerat Deipnosophista, pag. 658. e. Unde suspicari aliquis possit, pro ἐπίδειπνα, quod hic legitur, fortasse ἐπιδειπνίδα scribi debuisse, in *singulari* numero; quemadmodum & superiora nomina, τὸ τοιοῦτον δεῖπνον, & ἐπιδόρπισμα, & ἑπάϊκλον, in *singulari* numero ponuntur. At scripturam ἐπίδειπνα cum editis tuetur uterque noster codex mstus.

καὶ διελύθημεν οὖν οὕτως. Particulam οὖν, cum a sequente voce οὕτως esset expulsa, auctoritate veterum membranarum restituimus auctori.

LGr
A866S

Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri XV; with Latin version of Casaubon; ed. by Schweighäuser. [Vol.12].

21463

DATE.

NAME OF BORROWER.

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED